Digitized by Google

XII
E
12

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XII
E
12
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARII RESOLVTORII

DE EXAMINE ECCLESIASTICO, ET DISQVISITIONIBVS

Moralis, ac Practicæ Theologiæ, Chriſtianę Philoſophię & Caſuum Conſcientiæ, qui in dies occurrere ſolent.

Tàm quò ad theoricam, quàm quò ad quotidianum vſum, & praxim, receptarum ſententiarum, per quæſtiones, & caſus, ac propria principia, preſſe, ſed luculenter conſcripti.

AB HOMOBONO DE BONIS CREMONENSI

CLERICO REGVLARI S. PAVLI,

ac in Metropolitana Eccleſia Bonon. Pœnitentiario.

Non ſolum cunctis Eccleſiaſticis, & regularibus viris, ſed & Magiſtratibus, Cauſidicis, & vtriuſq; fori Iudicibus, ac omnibus chriſtianæ religionis cultoribus ſummè vtiles, ac neceſſarij, ob pie factorum, dictorumque memorabilium cuiuſcunque generis, probatam narrationem.

PARS TERTIA.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

D. BERNARDINVM SPADAM S. R. E. CARD.

ET BONONIÆ A LATERE LEGATVM.



BONONIÆ, Apud Nicolaum Tebaldinum. M. DC. XXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
D. BERNARDINO SPADAE
CARDINALI AMPLISSIMO
Bononiæ à Latere Legato Meritiſs.

QVOD non minùs verè, quàm prudenter litterarum ſcriptor luculentiſſimus Q. Aurelius Symmachus docuit. Solet facunda eſſe lętitia, & anguſtias clauſi pectoris aſpernata geſtire, de me ipſo ſum expertus. Enimuerò antequàm Sũmus Pontifex non magis ſui ipſius acri iudicio, quàm tuo eximio merito, te in ſacro ſancto Cardinalium conſeſſu Bononiæ à latere Legatum renunciaſſet, fama, vt potè Pontificiæ mentis præſcia, Bononienſium Ciuium aures præocupauit, eorumdem aures, eorumdem linguas, non ad orationis impedimentum, ſed potiùs ad fœcunditatem, in ipſa renunciatione, antecaptura. De iſta re nuncium non ambiguum geminata lætitia excepit, quòd rumorem, qui omnium vocibus percrebuerat, rei exitus feliciſſimus comprobaſſet. Cui verò non grauidus voluptate, ac lætitia ſermone copioſiſſima obueniſſet nuncius, Bononiam Cardinalem acceſſurum, quem illius legationi præfecerat & Summi Pontificis gratia, nulla tamen, niſi virtutis arte comparata, & eius ſimul, qui præficiebatur, meritorum ſumma? Iſtorum cognitio inter Præſules cauſarum criminalium Conſultores edita, inter Cameræ Apoſtolicæ Clericos exculta, in Cœtu de bono Regimine necnon in alijs Comitijs, quæ ne in longum nimis procedat oratio, prętermitto, aucta, rei cibarię Præfecturam æquè adeò ſibi vendicauit, vt populus Romanus à tua vigili charitate nullam vllo tempore ſenſerit caritatem. Non mirum igitur, ſi hæc ipſa ſuæ magnitudinis non ignara, & ideo Almæ Vrbis gyro, licet ampliſſimo haud contenta, Italiam, ſeu potiùs Europam vniuerſam oberrans, Gallos adeò affecit, vt te pro Romana Sede Nuncium cum Damiatæ Archiepiſcopatus dignitate ex deſiderio ſuo acceptum, ſe diuinum hominem accepiſſe iudicarint. Ecquis enim niſi Heros Italiæ pacem tot, tantiſque armorum ornamentis iam dù turbatam compoſuiſſet? Ecquis Eccleſiæ libertatem, Maieſtatemq; varijs caſibus appetitam cum nullius odio, quin potiùs cum omnium amore cuſtodiſſet? Equidem felici fato tribuendum exiſtimo, tuo ſtemmati gentilicio triplicem gladium obtigiſſe, & quod magis mirum videri poſſit, in campo cruento incruentum, nempe vt homines te Chriſtianorum Reip. defenſorem acerrimum ſimul, & clementiſſimum intelligerent. Hinc omnino accidit, cur Gallorum populi de iſta re teſtes oculati poeticum illud: Minuit præſentia famam, verè de te poeticum, falſum ſcilicet aſſeuerarent. Tua namq; præſentia, etſi tuo nomini, quod per ſe maximum, quoniam anguſto

annorum ſpatio omnes in Eccleſia dignitatum gradus, virtute duce ſecuriſſima, perluſtraueras, auctionis expers omnino erat, nihil addidiſſet; attamen illorum animos, qui de te ſublimiter ſentiebant, experientiæ dono ſimulationis, diſſimulationiſq; inſcio firmauit, vt de tuis virtutibus, quæ mortalium fidem antecellere videbantur, nunc loquaci experientiæ ſilentio agitatis nemo videatur ambigere. Ex ijs ſingulas non recenſeo, ne quæ innumerabilia ſunt, velle videar recenſere. Verum, ſi quis iſtas animo tuo radicitùs inhærentes introſpicere deſiderat, te ipſum aſpiciat, audiatq;. Hinc viri ſapientes tui maximè ſimiles germanam agnoſcunt innocentiam ab omni hypocriſis ſuſpicione alienam, optimarum artium genitricem fœcundiſſimam. Hinc apparet tua omnium meritis profuſa liberalitas, quæ te in opportuno diuitiarum vſu verè diuitem, auro imperantem magis, quàm parentem demonſtrat. Principi igitur Naturæ, Animi, Fortunæ dotibus ampliſſimè ornato, purpuratæ dignitatis in florenti ætate ornatori maximo quis honoris, ac reuerentiæ ſermone ſuo exhibeat parcitatem? Sed quis honos vſquam tantus appareat, vt grauiſſimum meritorum tuorum pondus valeat ſuſtinere? Attamen illud ſuſtine, benigniſſime Princeps, vt quod pro tui obſequio conditionis meæ humilitati deeſt, alieno beneficio ſarciatur. Cum enim Typographiam meam, ſi quid oculis tuis in tuæ legationis limine non indignum haberet, circumſpexiſſem, ſtatim mihi oblata eſt Tertia Pars Commentariorum de Examine Eccleſiaſtico moralis Theologiæ, & chriſtianæ philoſophiæ Admod. Reuer. P. Homoboni de Bonis. Hanc tibi litterarum Mecœnati dicare, ſeù veriùs loquar, iam meritis tuis æquiſſimè addictam reſtituere decreui. Eadem quanti ſit nullius, niſi tui diuina & humana rectiſſimè iudicantis ſit iudicium. Opus certè maximum iudicabis ex ipſo argumento, & etiam ex Auctore huiuſmodi ſcientiarum genere nihilominùs re ipſa, quàm litteratorum opinione maximo. At multo maius, ac præſtantius fiet, ſi in publicam lucem proditurum, purpuram tuam nulli non conſpicuam obſtetricem habuerit benigniſſimam. Bonon. X. Cal. Decemb. M. DC. XXVII.

Cliens tibi addictiſsimus
Nicolaus Tebaldinus.

Typographus ad Lectorem.

PRODIT tandem Chriſtiane Lector tã diù tibi à nobis promiſſa tertia Pars de Examine Eccleſiaſtico ab Adm. R. Homobono culta, ſed laconica elocutione, vt ſui moris eſt, exarata. Ex qua etiam pariter maximam ad omnes humanæ vitæ partes vtilitatem emanaturam ſperamus. Hæc enim Commentaria, (quæ vna cum alijs duabus partibus vnum corpus conficiunt) de chriſtianis officijs, ac de quæſtionibus ad conſcientiam rectè aut praue factorum ſpectantibus, tumultuaria licet opera conſcripta, ad inſtar ſunt illius præſtantis pharmaci, quod omnibus pene morborum generibus medetur, & Diacatholicon appellatur.

Breuia quidem iſta ſunt, ſed probè inſtructæ, ac copioſæ bibliothecæ vicem gerunt. Et in eis quot verba, tot oracula ſunt, in quibus ſenſus clauditur multus; ita vt de his dici poſſit quod Abbas Coſimus olim his verbis protulit. Cum de animæ ſalute aliquid in operibus Athanaſij dictum inueneris nec adſcribendum chartam habueris, illud in veſtimentis tuis ſcribe.

Quid de ſuorũ librorũ vtilitate ſilere ſatius putamus, ut Salluſtius de Carthagine dixit quàm pauca efferre; ne auctoris adhuc viuentis auribus, non veritati teſtimonium dediſſe videamur. Iure merito libris nomen ſuũ conuenit nam, vt aliqui volunt libri dicuntur eo quod multum librentur, ac ponderentur: ab Auctoribus enim librantur, antequam in lucem prodeant: à Cenſoribus, & Reuiſoribus priuſquam ab eiſdem approbentur, à Typographis, ac Bibliopolis antequam ad impreſſionem aſſumantur; & mox ab emptoribus priuſquam emantur.

Cum ergo libri ex Sapientum pronuntiato, ante ſint legendi quàm eligendi, tu beneuole lector hæc ſcripta lege, & cum tibi placuerint (nec ambigimus) elige, nã ea diliges. Quippe in omnibus Auctoris operibus vtilia, ac ſalubria, cum iucundis, ac lepidis, admixta reperies; quæ ſane legentis mentẽ exhilarant, & oblectant, animum altius feriunt, commodiuſq; memoriæ commendantur.

Multa tàm ad priuatam, quàm ad publicam vitam informandam chriſtiana, eccleſiaſtica religioſa, ethica, œconomica, & politica documenta inſerta deprehendes, cum varia eruditione, & exẽplorũ, rerumq; piè geſtarum probata narratione. Vt proinde verum experturus ſis quod ſcitè docuit Seneca, Hominem typis librum aliquem publici iuris facientem, irrefragabile nominis, ingenij, vitæ, ac morum ſuorum teſtimonium, manu ſua ſubſcriptum & proprio ſub ſignatum ſigillo ferre. Sicut de B. Pynito Epiſcopo ſcribit Card. Baronius, quod in ſcriptis ſuis velut in quodam ſpeculo viuentem ſui imaginem reliquerit.

Cum aliquod mendum legendo offendes, quod, vt loquitur Flaccus, aut incuria fuderit aut humana natura parum cauerit, memento Cratem philoſophum nègaſſe, inter homines quempiam inueniri poſſe, qui omnibus horis ſaperet, non aliquando dormitaret & in aliqua parte non laberetur, addentem nullum dari malum punicum, in quo non ſit aliquod ſupputre granum. Nec non vinum & ſi optimum, ac maximè generoſum ſuas habere fæces.

Digitized by Google

INDEX TRACTATVM CAPITVM,
Capitum, & Quæſtionum.

De Sacramentorum adminiſtratione. Cap. I.

Quæſtio. 1. QVid hoc nomen Parochus, & Curatus ſignificet, & quomodo varie appellitur. pag. 1

Quæſt. 2. An Sacerdoti liceat curatum beneficium appetere, & procurare. 3

Quæſt. 3. Qualis eſſe debeat, quid ad animarum curam promouendus eſt. 4

Quæſt. 4 Quæ ſint ſacramenta, quæ Parochus adminiſtrare poteſt, & quandonam, ea adminiſtrare omittens. m. p. 5

Quæſt. 5. Num Parochus, qui in adminiſtratione ſacramentorum difficilem ſe præſtat, infirmos non viſitat feſtis diebus non reſidet, & permittit vt nullo facto delectu ſeruilia opera exerceantur, p. m. &c. 7

Quæſt. 6. Parochus in chriſtiana doctrina pueros nõ erudiens, nec cum ſacramenta adminiſtrat, eorum vim, ac vſum aperiens, an p. m. & quanam ab eo docenda ſunt, &c. 8

Articuli ſuper Baptiſmum. Cap. II.

Quæſt. 7. Vtrum baptiſmus domi in pede pueri collatus à patre ſit verus baptiſmus. An ſi poſtea in eccleſia cum patrino ſolemniter iterum cum conditione conferatur, ipſe patrinus cum parentibus pueri cognationem ſpiritualem contrahat. Num pater qui eum priuatim in neceſſitate, vt ſupra, baptizauit, poſſit cum ipſa matre pueri, concubina matrimonium contrahere. 9

Quæſt. 8. An Parochus baptizans, ethnicorum nomina imponens, nec patrinos de contracta cognatione ſpirituali admonens, neq. interrogans an chriſtianam doctrinam calleant, nec infantis parētes monens ne eum in lecto anno non expleto teneāt, & tandem pro editione libri ætatem alicuius continentis, aliquid pretij accipiens m. p. Et an ruſticos diebus feſtis choreas ducentes excommunicare potuerit. 12

Quæſtio 9. Baptiſmus domi collatus cum hac forma, Ego te baptizo in nomine patris, & filia, & ſpiritu ſancto, & B. Maria virginem ſit validus. Vtrum Parochus in eccleſia re baptizando peccauerit, & irregularitatem contraxerit. Num coniugium contractum cum matre puella, quam quis nomine alterius abſentis tenuit, valeat, &c. An conductori molendini vi fluminis destructi penſionis remiſſio detur, & an matrimonium celibrari poſſit ad ſopiendam litem, &c. 16

Articuli pro Sacramento Pœnitentiæ. Cap. III.

Quæſtio 9. An Parochus tempore Iubilei potuerit abſoluere pœnitentem ab excommunicatione, & a caſibus reſeruatis, vbi contritione, vel attritione carebat. An extra illud abſoluere licuerit ab inceſtu ante pubertatem commiſſo. Et an Parochus vnius Epiſcopatus, vbi adeſt caſus reſeruatus, poſſit in alio Epiſcopatu vbi reſeruatus non eſt abſolui; & vtrum Parochiani vnius diœceſis, alteri Parocho alterius diœceſis confiteri valeant. 19

Quæſtio 10. Parochus ſciens in confeſſione ſuum Parochianum in proxima delinquendi occaſione verſari, an in Paſchate eum abſoluere, & ad communionem admittere debeat, vel potius ſi in concubinatu ſpecie matrimonij iacere deprehendat, teneatur ad Ordinarium deferre. Et an abſoluens à caſu in Bulla Cœnæ Domini contento, de propria authoritate dubitans, m. p. & in cenſuram aliquam inciderit. 24

Cap. III.

Quæſt. 11. Vtrū Parochus cõtra Epi conſtõnes, cõfeſſiones ſine ſuperpellicea, & biretro in eccleſia audiens, in cenſuram incidat. An ruſticus ante auditam miſſam comedens & hoc pudore confiteri omittens peccat mor. & confeſſiones iam factas iterare teneatur. An à pœnitentijs præſeruatiuis vi Iubilei liberari poſſit. Itam an per pœnitentiam vindicatiuam in peccato mortali factam, Deo, & eccleſia ſatisfaciat. An abſolutio impenſa à Curato ſuper caſus reſeruatos conſcio conceſſionis facta non per nuntium deſtinatum valeat. 30

Quæſtio 12. vtrum Parochus non prædicans, & totum fere paſtoralis curæ pondus in coadiutorē conijcīēs, in conſcientia tutus ſit. An caſus reſeruatos ſibi ab Epiſcopo conceſſos eidem delegare valeat. An ambo in voto etiam in articulo mortis diſpenſare poſsint. Et nūm facta ab ægro confeſsionis teſtimonij, ſcriptum ſub pœna peccati mortalis: & cenſura relinquere apud eum teneantur. Salarium non conuentū vtrum debeatur. 33

Quæſtio 13. An confeſſarius, vel Parochus teneatur aſtringere fœminam ſibi confitentem vt denunciet alterum confeſſarium, qui ſecum poſt confeſsionem ſtatim molles, ac laſciuos ſermones habuit; etiamſi ille ſit propriæ religionis alumnus, & hoc contingerit ante promulgationem Conſtitutionem Pauli V. & Gregor. XV. & etiamsi illa poſtmodum in actus turpes conſenſerit. An abſoluere potuerit incendiariam, id eſt eum qui incendium non commiſit, ſed mandauit, in lecto podagra morbo laborātem, & an in aliquam cenſuram inciderit. A caſibus alibi reſeruatis an poſsit abſoluere, vbi non ſunt reſeruati, quilibet confeſſarius. 36

Quæſtio 14. Parentes famis neceſſitate, filiam proſtituentes, an à peccato, & caſus cenſura excuſentur, &c. An circumſtantia quod Equiti Hieroſolymitano proſtituerint, ſit neceſſario exprimenda in confeſsione. Nūm confeſsio facta ſacerdoti non Parocho tempore Paſchatis, & carens propoſito cauendi in futurum à peccato, ſit inualida. An filia parentū iuſſu, turpiter in corpus ſuum peccans, excuſetur. Et an ob hoc indignata matrem ſuam leuiter manu percutiens, incidat in caſum reſeruatum, qui eſt de percutientibus parentes. 42

Articuli, & caſus, ſuper Sacramentum Euchariſtiæ. Cap. IV.

Quæſtio 15. An Parochus ſubdito inimicitias gerēti, & concubinario Euchariſtiam publice petenti præbere teneatur. Quid cum vidua ex peccaminoſo congreſſu, & illicita copula grauida, & mortis partuique fere proxima, ſi in ventre cadi nolit quõd fœtus baptizetur, &c. 47

Cap.

Digitized by Google

Cap. V.

Quæſt.16. An qui in paſchate cõicauit, & poſtmodum morbo lethali corripiatur, poſsit, ac teneatur poſt eius octauam, iterum pro viatico communicare. Et an Parochus à diuina gratia alienus, & non ieiunus exiſtens, pro communicando moribundo, celebrare, ac conſecrare poſsit, & debeat. An qui ſine confeſſione, & cõione, & ſic gratia diuina expers eſt Indulgentiam pro defunctis lucrari poſſit. Vtrũ Indulgentiam conceſſam cum clauſula; volumus autem, &c. valeat ſi illi eccleſia cui Papa eam largitus eſt, alia Indulgentia alijs diebus, & ab Anteceſſoribus ſint conceſſa. Parochus an tres miſſas in natali Domini celebrare teneatur. 52

Quæſt.16. Nũm religioſus abſente proprio Parocho poſsit in neceſsitate ſacramentum eucharistiæ ad ægrotum deferre, etiamſi excommunicatus notorius ſit ipſe, & ægrotus haud ieiunus ſit. An peccauerit, & pœnã aliquam contraxerit, quod in redeundo Pixidem vacuã cũ luminibus tamen detulerit &c. 56

Quæſt.17. An Parochus celebraturus, & mortifera culpa grauatus ſimplici ſacerdoti cõfiteri poſsit. Nũ ſi non ſatis attritus confeſſus fuerit, & celebrauerit, plura peccata admiſerit. Vtrum intendens conſecrare 16. hoſtias ſi ſint 17. omnes ſint conſecrata, &c. 58

Articuli: Queſtiones, & Caſus ſuper Sacramento Extremæ vnctionis. Cap. VI.

Quæſt.18 An extrema vnctionis ſacramentum ſit à Parocho illi adminiſtrandum qui paulo poſt ſumptum viaticum blaſphemauit, &c. Et an improba vita, & concubinarium ſacerdotem pro ſacramentorum adminiſtratione conducere liceat. 61

Cap. VII.

Quæſt.19. Vtrum Parochus cunctando ad ægrum ſacro oleo vngendum accedere m. p. An ſit irregularis eo quod ob eius impetuoſum motum ægrotus mortuus ſit. & an ante alia ſacramenta illud impẽdendo, peccauerit, &c. An confugiens ad ſacerdotẽ portantem oleum ſanctum ad infirmum, eccleſiæ immunitate gaudeat. 64

Quæſt.20. Vtrum ſubita morte defunctus ſi de confeſſione Paſchali non appareat, nec de ſignis contritionis conſtet, in loco ſacro ſepeliri poſsit. An ſi ſepulturam numquam elegerit in Parochia ruris, vel vrbis potius ſepeliendus ſit. Num filius naturalis patri ab inteſtato decedenti ſuccedat. Amaſia aliquid notabile amaſio ſurripiens, an reſtituere teneatur. Et an liceat relinquere pecuniam alicui, vt eam tradat ad ſocietatem cum pacto recipiendi quinq. pro centenario vt ſacerdoti pro miſſarum celebratione tradantur. 67

Quæſt.21. An extrema vnctio oleo non eodem anno benedicto conferri poſsit, & oleo ſacrato aliud non cõſecratum addi. Numquid Parochus illam cum armis adminiſtrando, p. m. & in ſuſpenſionem ab Epiſcopo latam incidat. An furioſo hoc ſacramentum dandum ſit, &c. Furioſi vel amentis teſtamentum an valeat. Extrema vnctionis adminiſtranda gratia an aliquid à Parocho exigi poſſit. 69

Cap. VIII.

Quæſt.22. Quomodo Parochus circa moribundum mortem auerſantem, & poſtea erga eum mortuum ſe gerere debeat. An ſucceſſor teneatur ad debita per ſuum Prædeceſſorem contracta. 72

Articuli, Quæſtiones, & Caſus ſuper S[a]cramento Matrimonij. Cap. IX.

Quæſt.22. An ſine cauſa liceat a ſponſalibus reſilire. An Parochus pretium accipiens vt adenuntiationibus faciendis obtineat peccet peccato ſimoniæ. An valeat matrimonium cõtractum poſt ſpõ ſalia cum alia inita, & cum affine in ſecundo gradu. An rejiciatur à legato ea conditio vxorem ducendi cum cõſilio Parochi. Quid de legato rei relicto alicui, vt nubat vni ex filiabus alterius, &c. 75

Cap. X.

Quæſt 23. An valeat matrimonium contractum à cõſtituto in articulo mortis coram ſacerdote cenſura irretito & irregulari, qui à Parocho delegatus eſt. Et an credendum ſtandumq; ſit alteri coniugum aſſerenti, ſe in illud non conſenſiſſe, vel aliquo alio impedimento laborare, &c. 81

Quæſt.23. Vtrum matrimonium contractũ à voto caſtitatis aſtricto, cum pacto vt domo, ſed non thoro cohabitent, valeat. an tempore feriarum & coram Parocho ſponſi in parochia ſponſa contrahi poſſit. Et an exemptio conceſſa alicui pro ſe, & ſuis deſcendentibus, tàm maſculis, quàm fœminis extendatur ad filias nuptas. 86

Cap. XI.

Quæſt. 24. Matrimonialis diſpenſatio impetrata non facta mentione copulæ, & expreſſa cauſa ob anguſtiam loci etiamſi in loco vicino mulier nubere poſſit, an valeat & an ſit ſubreptitia. ſi matrimoniũ contractum eſt, antequam Vicarius eam exequeretur, &c. 90

Quæſt.25. An matrimonium diſſoluendum ſit, ſi poſt triennium conſummari non potuit. An venefica quæ coeundi impotentiam S. Euchariſtiæ abuſu ſe curaturam ſpondet, denuntianda ſit. Et an ſponſa de præſenti nondum cognita decedente, locum habeat ſtatutum; præcipiens, vt vxore abſque liberis obeunte, vir dotem lucretur, &c. 92

Quæſt.26. An vxor à marito diuertere poſſit ob adulterium, & concubinæ in domo retentionẽ, & quod eã de crimine peſſimo tentet, & in eam ſæuitiam exerceat Et an ſi ab ea diſcedat vir teneatur illam alere. Matrimonium an valeat ob denuntiationes non in die feſto factas. 96

Quæſt.27. Vtrum religionis per errorem emiſſum an adimplendũ ſit. Nũm ſponſus violans ſponſam ſimplici religionis voto obſtrictam, incidat in caſum reſeruatum efficientẽ violantes puellam voto caſtitatis, vel religionis ligatam. Et an ſi eam inuitis fratribus, ſub quorum cura degit, abducat, raptum cõmittat, & in pœnas in Conc. Trid. contentas incidat. Vtrum dubitans an votum emiſerit, illud adimplere teneatur. Et an Parochus poſſit inuitis diſpenſare, vel ea commutare, &c. 100

Quæſt.28. Vtrum ſine cauſa à ſponſalibus reſiliens p. m. & pœnam appoſitam ſoluere teneatur. An ſi fornicetur, hanc circunſtantiam exprimere teneatur. Nũm turpiter cognoſcendo fœminã quã ſponſæ conſobrinam falſo putabat, hanc etiam circunſtantiam fateri aſtringatur, & matrimonio impedimentũ præſtet. An ſoluto per mortẽ coniugio, prior à ſponſalia adimplenda ſint. 102

Quæſt.29. Vtrum matrimonium valeat non habito certo nuntio de morte viri, & ruri vbi raro habitare ſponſi ſolent, ſit contractum. Et quid ſi diſpenſatio in gradu prohibito facta ſit per Vicarium, cum ta-

men

Digitized by Google

men per Epiſcopum delegatum iā Papa exequenda eſſet. Et cuius expenſis ſoluenda ſit obtenta diſpēſatio. 105. Cap. X I.

Quæſt. 30. Regularis an tutor, & matrimoniorum conciliator eſſe poſſit Spōſa habēs occultum vitiū. quod ſi ſponſus ſciret, à ſponſalibus reſiliret, an illum aliqualiter dubitantem ad adimplenda ſponſalia cogere poſſit. Confitens tempore paſchatis cauſa concilij capiendi ad auertendum aliquod malum, an eccleſiæ præcepto ſatisfaciat. Procurans abortum fœtus, de quo dubium eſt an ſit animatus nūm irregularitatem, & excommunicationem contrahat. Regularis dans pecuniam pro abortu procurando, an contra paupertatis votum peccet, & accipiens an retinere poſſit. An habens facultatem vt ab homicidio voluntario abſoluere valeat, à peccato abortus liberare poſſit. 107

Quæſt. 31. An votum caſtitatis ſubſequens promiſſionem cum aliqua contrahendi, ſit iuſta cauſa ſponſalia diſſoluendi. Numquid in ſponſalibus mutua debeat eſſe verbali promiſſio. An quod ſponſa à ſponſo accepit, vt à ſpōſalibus reſiliret, ſit reſtituendum. Num ſponſalia inualida publicæ honeſtatis impedimentum præſtent. 111

Quæſ. 32. An Epiſcopus ſuper diuini officij recitatione diſpenſare poſſit. Num qui non eſt Doctor poſſit Pænitentiariæ literas legere, ac aperire Numquid qui ſuper matrimonio inualido diſpenſat, coniuges de nullitate prioris conſenſus admonere teneatur. Et an poſt executas literas dilaniare neceſſario debeat Coniuges infideles ſi conuertantur, ac baptizentur, an matrimonium renouare teneantur. Vtrum Vicarius vi cap. liceat delegare poſſit abſolutionem Summo Pontifici reſeruatam. An Epiſcopus poſſit Parochum à reſidentia eximere, & ſimplex beneficium conferre. Vtrum bona Parochi morientis extra Parochiam ſpectent ad Cameram Apoſtolicā, &c. 114

Quæſt. 33. Parochus an aliquando denuntiationes remittere poſſit. An coniungendo in matrimonio ſponſos chriſtianam doctrinam ignorantes, præter culpam in aliquam cēſuram inciderit. Et cum in confeſſione cognouerit impedimentum affinitatis in primo gradu inter eos ſubeſſe, eorum matrimonium celebrando, in excommunicationem inciderit. An diſpenſare valeat, vt quis eleemoſynam, quam pauperi dare vouit, ſibi applicare poſſit. Complex in delicto an complicem abſoluere queat, & matrimonio intereſſe, ſi per Epiſcopum hoc prohibeatur, &c. 119

Quæſt. 34. Matrimonium vi, vel metu contractū an valeat. Collatio beneficij crimino ſo facta an valida ſit, Legatum factum mulieri ſi caſte vixerit an ſi turpes actus in ſe admittat, illud amittat, &c. Vtrū ratione ſcandali vitandi in caſu neceſſitatis, Epiſcopus in voto caſtitatis diſpenſare valeat. Voti memor tempore Iubilei illud tamen nec commutari, nec ſuper eo diſpenſari voluit an poſtea a ſuo Parocho diſpenſationem petere poſſit. 122

Tract. XIV. Articuli, Quæſtiones, & Caſus, ſuper quos aliquæ interrogationes formari poſſunt pro his, qui ad ſimplicia beneficia, & ad Canonicatus, ac Dignitates promoueri petunt. Cap. I.

Quæſt. 1 An qui ſine debita ætate, & ſine animo perſeuerandi in ſtatu clericali, beneficiū ſimplex accipit, & horas canonicas voluntaria diſtractione recitauit p. m. & fructus reſtituere teneatur, & an eccleſiam pauperem reſtaurare teneatur, &c. 130

Quæſt. 2. Beneficiarius habens vnum beneficiū ad honeſtum victum ſufficiens, an vt pietatis, ac beneficentiæ operibus incubat, poſſit aliud impetrare. Et quid ſi eiuſdē beneficij obtenti fructus in ludos inſumat, &c. Dubitans an ſit illegitimus, an obtenta beneficia retinere poſſit, & in paternis bonis ſuccedere. 132

Quæſt. 3. An non ſacerdos poſſit capellaniam obtinere, & an poſtea Sacerdotio initiatus, & in certo loco celebrare obligatus, poſſit aliquando vacare, & alibi rem ſacram facere. Et an promittens ſacrū, & poſtea illud omittens, mortaliter peccet. Et an preces in Breuiario præſcriptas omittens pariter peccet. 136

Quæſt. 4. An Capellania in religioſum, & alienigenam conferri queat. An Capellanus valorem miſſæ ſibi debitum accepto ſtipēdio, alteri applicare poſſit. Numquid Falcidia, vel Trebellianica de legatis, ad pias cauſas, pijs etiam locis factis, detrahi valeat. Legatarius alimentorum ſi religioſus fiat an conſequatur legatum etiamſi non ſtet in loco vbi teſtator iuſſerit vt alimenta præſtentur Quid nomine alimētorum veniat, & quando, ac quomodo ſoluenda. 138

Quæſt. 5. Minor 14. annis, an ad beneficium ſimplex admitti poſſit, ſi patronus ī limine fundationis hanc cōditionem appoſuit. Num promiſſio deducendo in vxorem facta prope carnalem copulam ab amore captoſ ſponſalia inducat. Donatum ad ſacros ordines ſuſcipiendos, an alienari poſſit, &c. An in excommunicationem incidat clericus in aliena diœceſi paruo temporis ſpatio igneum tormentum deferens. 140

Quæſt. 6. Sacerdos dans aliquid patrono, vt ad eccleſiaſticum beneficium, vel capellaniam eū præſentet an ſimoniam committat etiamſi id prohibitum eſſe ignoret. Et ſi vouit tradere calicem, & pallium ſuæ eccleſiæ teneatur alia tradere ſi prima ante traditionem furto ſint ſublata. An pacto non obſtante, inquilinum ì domo qua ipſe indiget, expellere poſſit. Num molendinum, quod cum fratre commune habet totum acquirat, ſi ille pro parte ſua reficere noluit. Vtrum in oneribus ciuitatis commune commodū concernentibus, contribuere teneatur, &c. An totum miſſæ valorem illi patrono applicare teneatur, ſi tenue ei ſtipendium ſit aſſignatum. Num ſi tutor ſit, pro adminiſtratione bonorum pupilli ad ſeculare forum ſit trahendus. 143

Quæſt. 8. An Capellanus beneficium, & penſionem habens ſatisfaciat paruas B. Mariæ horas recitans. An ſi dubitat nū aliquem pſalmum omiſerit, iterū recitare teneatur. Vtrum obligatus in aliqua capella celebrare, ea interdicta, ad aliam teneatur; & poſſit ipſi præuenire. Vtrum ſi altare in ea poſitum transferendum ſit, ad ſumptus in ea translatione faciendos ſit iure aſtrictus. Et nunquid oblationes in miſſa factæ ei potius quàm Rectori debeantur. Clericus an p. m. perſonatus incedendo; & an carceratus quotidianas diſtributiones lucretur. 146

Quæſt. 9. An Capellanus infirmus horas canonicas & ſeruitium in choro præſtare valens, ſtipendium, & quotidianas diſtributiones lucretur. Num ſoluens ieiunium comeſtione carnis, abſque medici licentia diebus quibus tàm ex voto, quàm eccleſiæ præcepto ieiunare tenetur, plura peccata committat. Nūquid non cōfitens in morbo iuxta Bullā Pij V. peccet mortaliter

Digitized by Google

taliter, &c. An clericus ſub patria poteſtate exiſtēs, cum tribus tantum teſtibus abſque patris venia teſtari valeat, &c. Cap. II. 149

Quæſt. 10. Vtrum ſuſcipiens ordines minores forum ſeculare declinandi cauſa p.m. & an aſſumens Canonicatum animo non retinendi ſed illum dimittendi ſi quid pinguius offeratur p.m. An ſi ordinibus ſacris careat, habeat vocem in capitulo. Num fidei profeſſionem facere omittens p.m. & fructus ſuos faciat. &c. 152

Quæſt. 11. An Canonicus qui ſæpe à cathedrali eccleſia, & choro abeſt, & ob incertā diſtributionē inſeruit, ac intelligibiliter in choro non canit, & officium mortuorum à conſtitutionibus ſuæ eccleſiæ præſcriptum omittit, vel illud exoluit dū manus lauat peccet mortaliter, & reſtituere teneatur. 154

Quæſt. 12. An m.p & fructus beneficij amiſerit Canonicus, qui intra duos menſes coram Epiſcopo, & in capitulo fidei profeſſionem non facit. Et an pariter peccauerit, & beneficij fructibus ab Epiſcopo priuari poſſit, eo quod vltra tres menſes à choro abfuerit, &c. Vtrum lethali culpa ſe obſtringat ſi ſæpius à capitulo ſe ſubtrahat. Quid ſi Epiſcopum ad eccleſiam euntem, & ab ea redeuntem non comitetur. Quid itidem ſi Collegam, & Concanonicum ob ſimultatem cum eo habitam, ipſum non alloquatur, & ſalutantē non reſalutet. An efficiatur irregularis Canonicus rixans cum altero collega cuius cauſa eius conſanguineus homicidium committat; præſertim ſi vulnus lethale non ſit, ſed ex intemperantia & medici imperitia, atque incuria ille moriatur. Et num ſi eſt irregularis, ipſo iure beneficio priuetur. 156

Quæſt. 13. An liceat arma, & inſignia in ſacellis extructis ponere. An renuntiare Canonicatū cum pacto, vt tot miſſæ à reſignatario celebrentur, & prædicta inſignia ab hærede apponantur; & epitaphium ſepulchro inſculpatur ſit Simonia. Nū Clerico liceat famulam de incontinentia ſuſpectā & p concubina habitam domi tenere præſertim mortis tempore. Et an ſit abſolutione dignus. 161

Quæſt. 14. Canonicus factus cæcus etiam ex culpa ſua, an horas Canonicas recitare teneatur & an diſtributiones quotidianas lucretur. Nouitia an æs alienū in ſeculo contractum abſque Epiſcopi conſenſu ſoluere valeat, & monaſterio donare. Num profeſſio in articulo mortis facta valida ſit etiamſi probationis annus non ſit expletus, & an eius bona monaſterio acquirantur. Eccleſia vocata in caſu contrauentionis fideicommiſſi an ſuccedat, & tàm venditor quā emptor in cenſuram Extrauag. Ambitioſæ incidat. Canonicus confeſſiones audiens in defectum Pœnitētiarij an lucretur diſtributiones etiamſi 40. annum non agat. Vtrum ipſe perſonatus incedens incidat in caſum reſeruatū, & à quonam poſſit abſolui. 166

Quæſt. 15. Coadiutor Canonici, quo in loco ſedere debeat, Canonici an ſatisfaciant, ſi altera pars ſuū verſiculum incipiat, antequam altera eum expleuerit; & quid ſi ſub miſſa voce recitēt horas; quid ſi illas interrumpant. Coadiutor numquid quotidianas diſtributiones lucretur quid ſi tam ipſe quàm coadiutus abſit. Legatum factū Capitulo an exigatur Canonicis factum, & coadiutori ſua pars debeatur. 172

Quæſt. 16. Legatum per vxorem marito factum, an cōputetur in dimidiam dotis partem, quam ex forma ſtatuti lucratur maritus vxore præcedente abſque filijs. Et quid ſi matrimonium aſſertione vxoris cōſummatū non ſit. An perpetua onera miſſarū celebrādarū ſine Epi conſenſu ſuſcipi poſſint & num eleemoſyna pro ſacris faciendis accipi queat, etiamſi alijs oneribus non ſit ſatisfactum. Bona in villis poſita an Ciuibus non factā denuntiatione, ruſticis vendi poſſint. Vtrum ſacerdotes qui publicis proceſſionibus nō interſunt ſub m p. teneantur litanias priuatim recitare. An Canonicus poſſit alium in choro ſubſtituere, & diſtributiones capere. Et an capitulum ſine Epiſcopi licentia decernere poſſit, vt abſentes. d. diſtributiones lucrentur. An litteris non expeditis penſio exigi poſſit. Cap. III. 178

Quæſt. 17. Vtrum Canonicus, qui in capitulo cum ſententiam ſuam dicit in rixas, & contumelias prorūpit, & acta in eo reuelat. p m. Et quid de iniuria extra illud Concanonico illata, &c. 182

Quæſt. 18. Vtrum habens Archidiaconatum, & ſimul Canonicatum duas etiam diſtributiones habere debeat. Et an abſente Epiſcopo poſſit cenſuram in aliquem ferre. An alteri referens iniuriam ſibi illatam p.m. & num cum homicida, & adultero diſpenſare queat. 186

Quæſt. 19 An Archipresbyter poſſit à caſibus Epiſcopo reſeruatis ſuo iure abſolui: et litteras à Sacra Romana Pænitentiaria emanantes aperire, & exequi; & in Cathedrali matrimonia celebrare, in votis, ac iuramentis diſpenſare. Et an excommunicatus priuatim tàm diuinum officium quā B. M. V. preces ſeptē pſalmos, & offm̄ pro mortuis recitare teneatur. 189

Quæſt. 20. Primicerius, vel Punctator, qui ob humanas rationes eos qui choro non interſunt, & male recitant haud notat, an charitatis, & iuſtitiæ leges violet, &c. Cap. IV. 191

Quæſt. 21. Pænitentiarius an totas, & integras confeſſiones audire teneatur, & an dum eas excipit, diſtributiones quotidianas lucretur. Vtrū vi Concilij Tridentini per e liceat ſibi ſubditum in aliena diœceſi à caſu Pōtificio abſoluere, & in irregularitate diſpēſare. Et an inualide ei confitens poſſit à prædictis reſeruatis obitis ab inferiori confeſſario abſolui. 194

Quæſt. 22. Vtrum qui in ſacra Theologia non eſt gradu Doctoris inſignitus prabēdam Theologalem obtinere poſſit. Et an iuri Epiſcopique mentis ſatisfaciat, ſi in ſcolaſtica Theologia prælectiones faciat. An in mortali peccato legens m.p. Numquid dum legit, diſtributiones lucretur, & de his diſponere valeat. Et num ob falſum datum Conſilium reſtituere teneatur. &c. 197

Tract. X. Articuli ſuper quos inſtitui poterunt interrogationes ſuper admittendos ad Conciones, & ad Epiſcopatum. Cap. I.

Quæſt. 1. Vtrū Epūs non valens per ſeipſum concionari p.m. ſi viros moribus, & ſcientia idoneos non deputat. Et an concionator horas canonicas, & ieiuniū omittens peccet &c. 202

Quæſt. 2. An concionator p.m. ſi ob vanamgloriam, tēporalem quæſtum & in ſtatu p m. concionem habeat, ac in ea iocos, profanas hiſtorias, &c. admiſceat, & in eccleſiaſticos inuehatur. &c. 205

Cap. II.

Quæſt. 3. Nunquid peccauerit Concionator qui apud ruſticos ſubtiles, & ineptas quæſtiones prædicauit, & falſa miracula retulit, &c. 211

Cap. III.

Quæſt. 4. Vtrum concionator qui admiſſus tantum ad audiendas confeſſiones virorum, etiam fœminas au-

d uit

Digitized by Google

dinit, & eaſdem ſæpe cum ſcandalo domi viſitauit, & quendam vulneratum etiam ſuperuenientem Parocho abſoluit. Populū à decimarum ſolutione diſſuaſit, & contra Epiſcopi edictum ex ſuggeſtu eleemoſynam petijt m. p. & in cenſuram inciderit, &c. 215

Quæſt. 5. Regularis conſonandi munus cum coacta ſui Superioris licentia aſſumens, an mortaliter peccet, Nùm Iubileū pro alijs tàm viuis, quàm defunctis accipi poſſit. An oneri dandi eleemoſynam in Iubileo præſcriptam ſatisfaciat ſi per alium id faciat, &c. An neceſſe ſit, vt in dicta eccleſia vna die viſitetur, & oratio mentalis ſufficiat. Vtrum ieiunium cū lacticinijs quò ad lucrandum Iubileum fieri poſſit. Quænam cibi quātitas in ſerotina refectiuncula ſumēda. An confeſſarius in ſimplici voto caſtitatis ante matrimonium emiſſo diſpenſare valeat, & an generaliter qualibet vota ſine cauſa diſpenſari, vel commutari poſſint. 220

Articuli potiſsimum ad Epiſcopos ſpectātes. Cap. *IV*.

Quæſt. 6. Vtrum qui Epiſcopatum non obſtante iuramento procurauit, & ob id ad eum impetrandum dona Cardinali dedit, & alteri docto viro pariter donauit, vt illum inſtrueret p. m. & ſimoniā cōmiſerit. Et qd ſi digniori cōpetitori donarit, vt deſiſtat. &c. 224

Quæſt. 7. Vtrum Epiſcopatus in irregularitate ſuſceptus valeat. Et an actus tàm ad forum interius, quā exterius pertinentes in ea facti validi ſint, cum etiā in ordinatione ſacerdotali manuū impoſitio ab Epiſcopo ordinante omiſſa ſit. An alienatio bonorum Eccleſiæ ab eo facta valeat. Et an in religioſos cenſuris animaduertere poſſit, qui tēpore Iubilei ſine eius approbatione fratres à caſibus ſibi reſeruatis abſoluunt. Nùm ſine Inquiſitore in cauſa hæreſis procedere. An tempore generalis Iubilei, & Anni Sancti in quo indulta abſoluendi à caſibus Summo Pontifici reſeruatis ſuſpenduntur, poſſit Epiſcopus ab illis occultis abſoluere; & quid de peccantibus in cōfidentiam Iubilei futuri, &c. 230

Quæſt. 8 Cenſura ipſo iure lata per Edictum Epiſcopale contra adeuntes Monaſteria monialium, & cum illis alloquentes an comprehendat regulares etiam ad exempta. &c. Imprimens, vel imprimi faciens librum extra ſtatum eccleſiaſticum ſine licētia Superiorum vrbis in qua degit, in quam pœnam incurrat. Miſſas in fundatione alicuius beneficij requiſitas an ab Epiſcopo ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de ref. c. 4. ad minorem numerum reduci poſſint. Sacerdos aliam Miſſam celebrans quàm ſit à teſtatore præſcriptā an ſatisfaciat. An Epiſcopus licentiam concedere poſſit, vt religioſi in ſua vrbe, & diœceſi monaſteria ædificent. 236

Quæſt. 9 Vtrum poſt religionis votum, & poſt adeptū Epiſcopatum ſimplicia beneficia, & penſiones retinens, & in eccleſia ſua non reſidens ſed in Vicariū onus regiminis transferens, nec familiam ſuam clerumq; corrigens, ſit in conſcientia tutus. Et an dare licentiā poſſit, vt clericus in cauſa ſanguinis contra laicū teſtificari poſſit. An nouam parochialē inuitis Rectorib. erigere. Cap. *V*. 239

Quæſt. 10. Vtrùm Epiſcopus regularis feria 4. contra regulam carnes comedendo p. m. An etiam negotiari potuerit, & de negotiatione acquiſitis teſtari, & eius hæredes ſibi relicta tuta conſcientia tenere valeant. Et nùm nepotes ex beneficijs Eccleſiaſticis augere potuerit; & legatum quod teſtator Eccleſiæ Cathedrali ſuæ ſponſæ relinquere volebat, blādo ſermone efficere vt eiſdē nepotibus relinqueret, &c. 248

Quæſt. 11. An Epiſcopus poſſit legata ad pias cauſas commutare in fideicommiſſis, & in voto caſtitatis diſpenſare, ac ſimul declarare vt qui vouit dare 200 puellæ ſi ingrediatur religionem, det illi etiam ſi ſolum efficiatur Tertiaria. 253

Cap. VI.

Quæſt. 12. An peccauerit Eṗs qui bonorum incertorū reſtitutionem, & leuia quadā crimina reſeruauit. Et an præcipere potuerit, vt audiētes aliquē blaſphemare ſtatim ad eum ſub pœna excōicationis deferre teneātur. Et ne quis nemine excepto ad monialium etiam exemptarum monaſteria ſine eius facultate accederet. At cum ipſe ad eligendā Abbatiſſam cum multo comitatu ingreſſus ad monaſterium, & decreuit, vt quædam monialis incorrigibilis ejceretur, an hoc facere potuerit. Et an item culpabilem ſe reddiderit cum Indulgentiam per modum Iubilei inconſulto capitulo publicari fecit prohibendo ne qs eo tpe, à caſib. ſibi reſeruatis abſoluere valeat. Et nùm interdicere ei licuerit, ne quis Confeſſarius, ſiue ſecularis, ſiue regularis, confeſſionis intuitu, in loco ad expiādas cōfeſſiones deſtinato aliquid à pœnitentibus accipere poſſit. 257

Quæſt. 13. An p. m. Eṗs, q per ſexennium ſuam diœceſim viſitare omiſit, & cum primum viſitauit, ab Hoſpitali ſub cuiuſdam Principis iuriſdictione exiſtente inchoauit; & ipſum Principem viſitationi obſiſtentē excommunicauit, &c. An excōicare poſſit virum q contra pactum in contractu matrimonij appoſitum, in vxoris domicilio habitare non vult. 263

Cap. *VII*.

Quæſt. 13. An p. m. in cenſuram aliquam incidat Eṗs, q raro admodum ſacras ordinationes celebrat, in eis nullo habito delectu, quēlibet fere admittit, ſine cauſa interſtitijs diſpenſat, & nunquā nec per ſe, nec per alium prædicare ſolet. An cum ordinauerit ſacerdotem porrecta tantum vna panis ſpecie ſit rite, & valide ordinatus, &c. 270

Quæſt. 14. Nunquid Eṗs, q per tres annos ſtetit, quod confirmationis ſacramentum in ſua diœceſi non miniſtrauit, & poſtea extraneos ſine patrino confirmauit, m. p. An pariter eidem culpæ obnoxium ſe reddat, cum Prædeceſſorum leges, & Decreta ſua, ſine euidenti cauſa immutat, & noua condit, quæ pecuniarias pœnas continent. 275

Quæſt. 15. Diſpenſatio matrimonialis Eṗo delegata, an ab eo ſuo Vicario ſubdelegari poſſit. An filij ex inualido matrimonio nati ſint legitimi. Nū Eṗs diſpenſare poſſit vt ignoranter ſimoniace prouiſo de beneficio ſimplici, q illud legitime reſignauit, denuo conferatur. Numquid monialem voce actiua, & paſſiua ob largitionem quandam ſuis conſanguineis factam priuare potuerit. Et an ſacerdos, q à moniali pecuniā promiſſis celebrādis ab eo iniunctis accepit, in ſuſpēſionem, & caſum reſeruatum inciderit. Sacerdos excommunicatus, ſed occultus, qui in eccleſia munia ſua obijt, an fructib. beneficij ſit priuatus. Et an penſio de eiſdem fructib. ſit ſoluenda. Eccleſia pauper an ſi eius redditus ad reparationem non ſufficiant, à clerico diuite de patrimonio reſigurari debeat 281

Quæſt. 16. Legatum factum pauperib. concurrentib. ad portam teſtatoris an diſtribui poſſit pauperib. infirmis in hoſpitali. Legatum p capella ædificanda rūm in eccleſiæ reparationem per Eṗm conuerti valeat. Numqd in caſum reſeruatum inciderit, q legatum impe-

Digitized by Google

impediuit,& an reſtituere teneatur, An Epo in impedimentis matrimonium dirimentibus.& in voto de non contrahendo diſpenſare liceat, Num inualida ſit diſpenſatio obtenta ad contrahendum cum conſanguineo, vel affine ſuppreſſo inceſtu iam commiſſo. An Epiſcopus regularem exemptum à cenſura ob procuratum abortum abſoluere valeat. An peccet Epiſcopus qui ne de ſua menſa ſoluere cogatur, in Seminarium pauperum filios non recipit. 284

Quaſt. 17. Epiſcopus *an pro iurium eccleſiaſticorum defenſione mortem ſubire teneatur.* Num *reſignationes ad fauorem ab eo admitti poſſint. An in erigendis regularium monaſterijs ſolius* Epiſcopi *conſenſus ſufficiat. Vtrum virum doctum ac probum, abſque titulo ordinare poſſit. An diſpenſare, ac declarare, vt qui vouit ingredi ſtrictam religionem, laxiorem intrare valeat & vſusfructus ad eam tranſeat, & in ætate quò ad ordines ſuſcipiendos. Et an pariter diſpenſare ei liceat vt illegitimus ad dignitates ibi promoueatur. An religioſos alloquētes moniales punire. & declarare monialem non poſſe teſtamentū ante profeſſionem factum mutare. &c.* 285

Quaſt. 17. Donatio facta pio loco, & iuramento firmata an ſuſceptis à donatore liberis reuocetur. Or*dinandus à proprio Epiſcopo examinatus an ab Ordinatore iterum examinari poſſit. Familiaris Epiſcopi an ſine examine ad penſionis titulum ordinari queat. Index laicus num non obſeruantes feſta cum licentia Epiſcopi punire valeat.* Mater *an monialem filiam morti proximam intra monaſterij ſepta viſitare.* Nunquid *Epiſcopus p.m. ſi ex negligentia inimicitias inter ciues exortas extinguere non curat. Et quid ſi in audientia difficilem ſe reddat. An Prælatus ſucceſſor locationi a prædeceſſore factæ ſtare teneatur.* Nunquid *Epiſcopus ſtatutum ſine capituli conſenſu condere poſſit ne mulieres ſub pœna interdicti non velato capite eccleſiam ingrediantur, & ne Parochi ſub pœna ſuſpenſionis poſt monitionem ingreſſum permittant,* 293

Quæſt. 18. An regularis qui Epiſcopalis conſecrationis munus accepit antequā bona quæ apud ſe habebat reſignaret peccauerit, & in aliquam cenſuram inciderit. An puellas violatas in Deo ſacratas Virgines aſcribere poſſit. An item diſpenſare vt quis ante legitimam ætatem matrimonium contrahat. Nū ſtatuere ei liceat vt abſentes Canonici *quotidianas diſtributiones lucrentur.* Acta *ab eo non baptizato an valeant. Num ſi* Epiſcopatui *ceſſerit, ad ſuum monaſterium redire teneatur. An bona in Epiſcopatu acquiſita, & patrimonialia monaſterio poſt profeſſionem relicta retinere queat. An ex qui olim potuerit diſpēſationem cōceſſam ob anguſtiā loci, ſi mulier in vicino loco parem inuenire potuiſſet.* 297

Quæſt. 18. Epiſcopus *raro admodum celebrans an p.m. An Officialem indiſcuſſa cauſa delatoribus credens remouendo peccet.* In *peccato mortali conſtitutus eucharistiam adminiſtrando an tot pctā m. admittat quot perſonas cōmunicat. Nū diuina gratia expers campanas conſecrādo lethalē culpā contrahat. Vtrū facultatem ſacerdotalia paramenta benedicendi ſimplici ſacerdoti committere poſſit. Nunquid conſummantes matrimonium ante acceptam benedictionē excommunicare valeat. An ſub pœna cenſura prohibere ne domus vicina monaſterijs monialium tollantur. &c.* 302

Quaſ. 19. Si teſtator monaſterium conſtrui mandauit, an virorum potius, quàm mulierum intelligendum ſit. An reductio miſſarum extra diœceſanam ſynodum fieri poſſit. Num cenſuram contra teſtatoris mentem interuenientem Epiſcopus ferre poſſit. Nūquid executorem teſtamenti ad manifeſtandum aliquid à teſtatore cōmiſſum cogere queat. Vtrum non ſubditis benedictionem impertiri poſſit, & eis indulgentias largiri. Epiſcopus *menſam non benedicens, nec in ea ſacram lectionem adhibens an peccet.* 305

Quæſt. 20. An de fructibus collectis in fundo conducto quos poſtea vendit teneatur clericus vectigal ſoluere, ita vt ſi non ſoluat p.m. & Epiſcopus *eum excommunicare poſſit. An fœminam, & monialem à peccato hæreſis abſoluere valeat. Num non ſubditū confirmare. Num ei integrum ſit dare licentiam mulieri vt alteri nubat, ſi fama ſit eius maritum in bello mortuum eſſe.* Vtrum *ei liceat in ſynodo diœceſana ſtatuta condere ſine capituli conſenſu. Vtrum officio* Parochi *regularem priuare poſſit ob ſuſcepta perpetua miſſarum onera, &c.* 309

Cap. *VIII.*

Quæſ. 21. An valida ſit diſpenſatio quando erratur in nomine diœceſis. &c. An hæredes ſine conſenſu Epiſcopi *capellanum eligere, & capellaniam erigere poſſint.* Num *in excommunicationem* Papalem *incidat monialis, quæ per paucos paſſus clauſuræ ianuam egreditur, & ſine vrgenti neceſſitate artificem in monaſterium introducit.* An *licentiam dare poſſit vt excommunicatione* Papali *innodatus diuinis officijs aſſiſtat.* Et *vt moniales ad ſtrictiorem religionem tranſire poſſit. Vtrum* Epiſcopus *libros hæreticorum legens in excōicationem incidat, & an poſſit ſuo confeſſario licentiam cōcedere vt eum abſoluat. Nunquid* Canonico *non Subdiacono concedere valeat vt in* Capitulo *vocem habeat.* An *ab excommunicatione* Papali *regulares exemptos abſoluere valeat, & ſuper eorum inhabilitatibus diſpenſare. Et hæreticalia verba ex ioco proferentem nouitium punire.* 313

Quæſ. 22. An Epiſcopus *eum qui puellam cum qua ſpōſalia contraxit rapuit, declarare poſſit in pœnas raptus incidiſſe.* Num *excommunicare poſſit religioſos ad publicas proceſſiones ire renuentes.* An *punire monachos, qui in ſuis monaſterijs ſacræ ſcripturæ lectionem habere nolunt. Nunquid dare facultatem valeat vt vidua in monialium monaſterium ingrediatur, & ibi vſq. ad mortē permaneat.* An *ei fas ſit clerico religionē ingredienti concedere, vt poſt profeſſionē pēſionē in vſus quos voluerit abſq.* Superioris *licentia expendere poſſit.* An *diſpenſare cum ſacerdote de crimine nefando conuicto, & condemnato, vt celebrare poſſit. Num pariter abſoluere ei liceat ſuſpenſum per* Conſtitutionem Pij 2. Et *confeſſarium ſuſpendere qui pecuniam reſtituēdam ſibi retinuit.* Eum *etiam excomunicatum declarare, eo quod tormentum manuarium, ſeu vt dicunt archibuſettum menſura duorum palmorum breuiorem deferre deprehenſus eſt,* 318

Quæſt. 23. Epiſcopus *an ad profeſſionem vel eius ratificationem nouitium recipere poſſit. Num ſacerdotē, qui litanias alias quàm in æde* Lauretana *decantari ſolent publice in ſua eccleſia recitauit, & in calice non coſecrato celebrauit, officio, & beneficio priuare ei liceat. Vtrum ei integrū ſit ad dirimendum litem, abſq. ſimonia vni applicare beneficium cum onere vt quandiu vixerit penſionem ſoluat.* 325

Qua

Quæſt. 24. Eps an Archiepiſcopatum affectare, & procurare poſſit. An ante pallij receptionem beneficij reſignationem admittere valeat. Num ſtatutū circa Parochorum reſidentiam, quod etiam Suffraganeorum Curatos liget condere ei liceat. Vtrum per ſe, vel per alium collegialiter viuentem à graui clerici percuſſione abſoluere ei integrum ſit. Nunquid ſuper votis à ſubditis Suffraganeorum emiſſis diſpēſare valeat & eos ab excōicationibus ab eiſdem latis abſoluere. An ſi odio, vel amore iuſtitiam vel iudiciū exerceat in aliquam pœnā incidat. Num Heremitas ab urbe expellere, & eos punire poſſit. 321

Quæſt. 25. An Eps m. p. ſi ante ætatem Epiſcopatum aſſumat. An collatio ſibi idonea ſcientia carenti facta valida ſit. Num fructus bona fide perceptos reſtituere teneatur. Nunquid omiſſis ſua eccleſiæ reparatione conſanguineas ſuas matrimonio ex ſuis redditibus collocare poſſit. Vtrum eum qui cum aliqua ſponſalia contraxit, & poſtmodum cum alia eadem ſubſecuta copula iniuit, ad prima ſponſalia præſtanda cogere valeat, & in iuramento diſpenſare, quod mulier emiſit ſup renūtiatione paterna hæreditatis. 333

Quæſt. 25. Eps an edictum pro faciendo concurſu propoſitum prorogare poſſit. An digniorē tam ex charitatis quā ex iuſtitia legibus præferre debeat. Vtrum ſi tpe quo prouiſio per concurſum facienda eſt, ſynodales Examinatores non adfuerint, nouos deputare valeat. An diſpenſare vt Parochus à ſua eccleſia abſit, & in publico gymnaſio Iuri Canonico, vel Sacræ Theologiæ incumbat. An concedere poſſit vt miſſa in priuatis Oratorijs celebretur, & ibi eccleſiæ præcepto ſatisfiat. An etiam licentiam impertiri vt religioſus ſuas conſanguineas moniales viſitare poſſit. 339

Quæſt. 25. An Eps inhibere poſſit ne quis Confeſſarius, vel Parochus tempore Iubilei confeſſiones audiat. An ob peſtilentiales morbos graſſātes, ipſis Parochis præcipere ne ex vrbe, & diæceſi diſcederent. Nū incertorum reſtitutionem ſibi reſeruare. Vtrum m. p. ſi ſingulis triennijs limina Apoſtolorum non viſitet, & in cenſuram incidat, &c. Geſta à vicario Epiſcopi ſuſpenſi an valida ſint, & num in teſtantium diſpoſitionibus diſpenſare valeat. 345

Quæſt. 26. Ingratitudinis vitium an per religionis ingreſſum tollatur ita vt filius exhæredari nequeat. Calix legatus an de meliori intelligatur. Legatum mobilium factum eccleſiæ an intelligatur de acquiſitis poſt teſtamentum. An Eps diſpenſare poſſit vt de relictis ad maritandas puellas dos alicui monaſterium ingreſſuræ conſtituatur. Et nunquid de legatis pijs quartam ſibi debitā detrahere poſſit. Edictum Epi an forēſes cōprehendat, & an pœna pecuniaria illos delinquētes punire poſſit. An Canonicū religionē abſq; eius licentia ingreſſū eius cōſēſū reuocare. 350

Quæſt. 27. Eps an eccleſias diſmēbrare poſſit, & vnius redditus alteri applicare. An eccleſiæ pollutæ reconciliationem alteri demandare. Nunquid præcipere queat, vt Parochiani in propria eccleſia ſacrum, & concionē audire teneantū, & ne Confeſſarij regulares in pœnitentiū ægrotantiū domib. confeſſiones audiāt. Num aliquando beneficium Papæ reſeruatum alteri conferre ei liceat. An qui ſemel hæreticorum conuenticulo interfuit, & concionem audiuit, in excōicationem in Bulla Cœnæ Dñi contentam inciderit, & Eps in eam illum incidiſſe declarare potuerit. 358

Quæſt. 28. An res ſacras extra eccleſiam furans, & rem habens cum Tertiaria votum caſtitatis habente cōmittat ſacrilegium ab Epiſcopo reſeruatam. An legatum 500. aureorum factū fœminæ ſi in religionem ingrediatur, & mille ſi in ſeculo nubat, illa 500. ei debeantur ſi Tertiaria S. Franciſci fiat. Et quid ſi efficiatur poſtmodum monialis, an diſpenſare poſſit, vt illos 500. aureos tāquam annuum redditum retinere poſſit. Vtrum Epiſcopus diſpenſare poſſit vt Parochus non ieiunus ad communicandum infirmum celebret. Acquiſitum à clerico ex ludo literario, & ex artificio conficiendi ſericū ex bombycibus ab ad cameram Apoſtolicam ſpectet. Choreæ in diebus feſtis nunquid ſub pœna interdicti ruſticis ab Epiſcopo prohiberi poſſint. Exigens vectigalia ab eccleſiaſticis vel ſponte dantibus an incurrat excommunicationem, à qua Epiſcopus abſoluere valeat. An cum aromatario diſpenſare, vt ad ordines aſcendere poſſit, qui legitimis, & purgatis pharmacis non eſt vſus; & cum eo qui tempore Sixti V. cum falſis dimiſſorijs ſui Ordinarij fuit ordinatus. 462

Quæſt. 29. Vtrum Epiſcopus facultatem eccleſiam, vel oratorium ædificandi concedere poſſit. Nec non vt in his imago viri cum fama ſanctitatis defuncti, ſed nondum canonizationis, vel beatificationis titulo inſigniti cum radijs, vel laureolis proponi queat, & eius geſta imprimi. An Sanctis reliquias donare. An eo concedente in eccleſia polluta celebrari poſſit. Nū diſpenſare valeat vt qui caſu puerum in lecto ſuffocauit, ad ordines promoueatur. Nunquid abſq; ſynodo miſſas ad minorem numerum reducere ei liceat. Vtrum mutare poſſit pœnitentiam à Papa iniunctā. Eps Conſiliarius Principis an infra Præſidē, et Senatores ſedere debeat. An in religioſū Executorē teſtamēti executionē differentem animaduertere poſſit. 368

Quæſt. 30. An Epiſcopus non conueniendo in choro m. p. m. Et num strictam manum in eleemoſynis erogandis habens, lethaliter delinquat. Quid ſi permittat vt vrbis Magiſtratus contra clericos edicta ſtatuāt. Quid item ſi ex leui cauſa concedat diuortia. Vtrū ſuis cōſtitutionib. ligetur. Et an ſacerdotē à ſuo Epiſcopo nō approbatum, in confeſſarium eligere queat. 373

Cap. IX.

Quæſt. 31. An Eps initio ſui regiminis etiam Parochos nouo examini ſubijcere poſſit. An in regulares excōicationem ferre valeat, vt quia v. g. miſſas anticipatas celebrēt, & feſta ab eo indicta nō ſeruēt, excōicatos publice denunciatos in proprijs eccleſijs ſepeliant, nouitijs abeuntibus ſua non reſtituant, & impediant, ne idem Eps puellarum in monaſterijs degentium voluntas exploretur; & permittunt vt cæteri ſacerdotes non viſis ab ipſo Epiſcopo commendatitijs literis, in propria eccleſia celebrent. An punire poſſit regulares, qui lectionem ſacræ Scripturæ in ſuis monaſterijs habere nolunt. 380

Cap. X.

Quæſt. 32. An Eps abuſus, qui in dieb. feſtis, & in victu, ac veſtitu contingunt, ſuis edictis tollere poſſit, & an à ſuo Epatu ſe abdicare, & illū deſerere valeat. 390

Quæſt. 33. An Capitulū Canonicorū amittat legatū ſi vt ſcripſit Eps teſtator, ei agonizanti, vel Anniuerſario celebrando aliqui eorum non interfuerint, vel miſſas de requiem in Altaribus priuilegiatis non dixerint. An Eps in morbo conſtitutus poſſit vel cauſa mortis, vel inter viuos donatione, aliqua largiri, & beneficium eccleſiaſticum in aliquem famulum conferre. Vtrum puella ſemel fornicata amittat partem legati inter mulieres honeſtas diſtribuēdi. 393

Finis Indicis Tractatuum, Capitum, & Quæſtionum.

DE EXAMINE ECCLESIASTICO,

MORALIS, AC PRACTICÆ THEOLOGIÆ, Chriſtianæ Philoſophiæ, Caſuumque Conſcientiæ Diſquiſitionibus, Reſolutorij Commentarij.

De Articulis, ſuper quos vltra illos, qui ſupra Confeſſarijs aſsignati ſunt, eorum interrogationes, quæſtiones, & caſus formari poterunt circa illos, qui ad Parochiales Eccleſias aſſumendi ſunt.

DE SACRAMENTORVM adminiſtratione. Cap. I.

QVAESTIO I.

Quid hoc nomen Parochus, & Curatus ſignificet, & quomodo varie appelletur.

QVID ſignificat hoc nomen Parochus, & Curatus, & quodnam eſt eius officiũ?

RESPONSIO.

PArochus eſt nomen græcum, latine vero idem ſonat, quod præbens, nam apud Ethnicos, & veteres Romanos, munus Parochi erat, ſalem, ligna, & omnia, quæ ad victum, neceſſaria erant, ſuppeditare, teſte Acrone ad illud Horatij.

Proxima Campano Ponti, quæ villula tectum
Præbuit, & Parochi, quæ debent, ligna, ſalemq.

Vnde horũ inſtar dictos eſſe Parochos in Dei eccleſia multi arbitrãtur, eo quod ſint ſacerdotes, Epiſcoporum authoritate Eccleſijs præfecti, vt populis ſacrum diuini verbi, & ſacrorũ pabulum ad paſcendos animos ſubminiſtrent. *Graſſius l.2. deciſ. aur. c. 39. nu. 7. Azor. p.2. lib.3. c.12. Vgol. de off. Epiſc. p.1. c.15. Barboſ. de Epiſc. par.3. alleg. 53. in 63.* Vbi ẽt ex aliquorũ ſnĩa aiũt, Parochũ dictũ, quaſi Parochũ; incolã, & habitatorẽ loci, quia in loco ſibi aſſignato continuo reſidere dẽt, & in eccleſiæ ſuæ domibus (vt & Epiſcopus in Cathedrali) habitare cogendus eſt, quæ ſi non extant, in propinquioribus intra parochiæ limites, vt etiam per Congr. Card deciſum. *refert Garzias de benef. p.3. c.2. nu.179. & Piaſec. in Praxi Epiſc p.2. c 3. nu. 27. Synodus Camer. c. 6 c 8.* Nam ſicut Sol, & homo in hominis generatione ſe habent, quorum vtrũque cum agens principale ſit: Sol tamen vt vniuerſalis, homo vero vt particularis cauſa cenſetur; Ita S. Pontifici, & Epiſcopis animarum cura tanquam principalibus agentibus cõuenit, ſed Papæ vt vniuerſali capiti, Epiſcopo autem vt particulari cauſæ, quatenus in aliqua diæceſi in partem ſollicitudinis eſt vocatus. Plebanis etiam & Parochis animarum cura tributa eſt, quam tamen non vt agentia principalia gerunt, ſed vt ſecundaria, & tanquã alienum finem adiuuantia. Quandoquidem ſunt Epiſcoporum in animarum cura adiutores tantũ, & cooperatores, atque in ſacramentis aliquib. adminiſtrandis, & populis diuina lege erudiendis auxiliarij, pro ea, quæ eorum vnicuiq. conceſſa eſt poteſtate. *vt per D. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 184. art. 6. & 8. Paleot. de Bonon. eccl. adm. p.1. c.5. Genu. in Man Paſt c.61.* Quò fit, vt etiam Parochi Paſtores dicantur, & in ſua parochia ſicut Papa in toto mũdo, & Epiſcopus in ſua diæceſi miniſteriũ ſortiantur. Non poſsunt tñ cenſuras ferre, ſuper votis diſpen-

Digitized by Google

ſpenſare, & indulgentias cōcedere, &c. Iuriſdictione.n. in foro exteriori, vel mixto carent, ſed tantum in foro conſcientiæ poteſtate potiuntur, & Epiſcoporum auxiliatores ſunt. *DD. in c. omnis. ext. de pœnit. & remiſſ. Ugol. de off. epiſc. p. 2. c. 41. nu. 2. Zerula. l. 1. de Indulg. c. 13. n. 39. Sanch. de praecept. c. 38. n. 25. Oldr. conſ. 225. Tuſch. ver. Parochus. concl. 95*

At licet ſit quis ad Parochialem, eccleſiam approbatus, ante tamen Apoſtolicarū literarum expeditionem in illius adminiſtratione ſe immiſcere non poteſt, ſi illius collatio ad Summum Pontificem ſpectet, niſi neceſſitas aliud expoſceret, & Ordinarij licētia concurreret. *Marc. Ant. l. 1. reſol. c. 112. caſu 27* Quod propriè in foro exteriori intelligitur, nam in foro interno (quidquid ſit de penſionis exactione) poſt ſignatam ſupplicationem, niſi Papa velit per gratię perfectione literas expediri, Rector eſt in conſcientia tutus. &c. *Gigas de penſ. q. 39. num. 7. Cherub. in compend. Bull. in ſchol. ad Bullam Pauli IV. Grilenz. conſ. 33 Sanch. de matrim. l. 8. d. 29. num. 5. Garzias de benef. p. 4. c. 2. nu. 34.*

Hac ratione etiā Parochus dicitur Rector, à regendo, eo quod ipſius officium ſit, ſeipſum prius regere, deinde populum in animarum ſalute in foro conſcientiæ gubernare, & dirigere. Item Curatus nuncupatur, quia prius animam ſuam curare, & à ſordibus, & maculis mundare, ac purgare debeat, & poſtea aliorum aīas expiare. *c. 1. de capell. monach. neceſſe. 1. q. 1.* Iō orationis, ac ſpiritualis lectionis Parochus ſtudioſus eſſe debet, hæc.n. ſunt chriſtianæ perfectionis acquirendæ inſtrumenta. *Caiet. 22. q. 82. ar. 3* Ac ſæpius ſecum deputare, an in virtute proficiat, ſiquidem ſicut mortalis vitę proprium eſt ſenſim ad ſenectutem, & interitū, ſolo temporis curſu tendere, ita in ſpirituali vita tepeſcimus, niſi crebro ſpiritu īnouemur. *D. Greg. l. 25. moral. c. 6. & nos tradidimus in cōmen. de hu. vit. ſtat. p. 1. c. 13 concl. 3*

Inſuper appellatur pater ob ſpiritualem regenerationem ſacramentorum adminiſtratione collatā, & chriſtianam inſtitutionem.

Paſtoris quoq; nomē ei inditū eſt, eo quod parochianos ſubditos doctrina, & bonis iure tùm diuino, tū humano, paſcere eū oporteat; vt proinde ex officio, & lege iuſtitiæ ſuis ouibus in neceſſitatib. conſulere teneatur, ne fame, vel infirmitate aliqua pereant. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 1.*

Paſtoris proprietates.

Hinc cū ſaluator nr̃ tres paſtoris, cuius ſunt oues propriæ deſcribere proprietates, hāc primo poſuit loco, vt ſuas noīatim vocaret oues, cū nulla ſit excuſatio, ſi lupus eo neſciente illas comedat. *Io. c. 10. c. penult. ext. de reg. iur* Huc.n. ſpectat illa Sapientis admonitio, *Prouerb. c. 27.* Diligenter agnoſce vultū pecoris tui, tuoſque greges conſidera; vt propterea Curato accuratum ſtatus animarum ſibi creditarum rationarium inſtar Principis conficiendum ſit, ſiquidem vt ille cecinit,

Principis eſt virtus maxima noſſe ſuos. Unde *Sayr. l. 2. cl. reg. c. 9. n. 31.* Peccat, inquit, mortaliter ille, qui circūſtantias & facti ignorat, quas ſcire tenetur, vt v.g. Epiſcopus ſcire tenetur mores ſuorum ſubditorum, & qualiter ea, quæ ſunt cultus diuini exerceātur. Non ſolum.n. tenentur Prælati ſcire leges ſecundum quas gubernare debēt ſubditos, ſed & an leges illæ à ſuis ſubditis obſeruent, nā tenētur vultū pecoris, & mores ſubditorum ſcire, & delicta corrigere, quæ omnia ſcientiā facti, & actionū earū neceſſario requirunt. Hinc *Apoſt. ad Rom. 12. ait*, eſt qui præeſt in ſolicitudine ſolicitudo.n. circa facta ſingularia verſatur. Vnde ſit, quod licet oēs fideles alicuius parochiæ hoc anno confeſſi ſint, & Euchariſtiam acceperint, hoc tamen an factum ſit nunc, ſi Parochus ignoret, m. p. quia oppoſita ſcientia eſt illi neceſſaria, tenentur.n. Parochi hoc ſcire. Hæc ille.

Atque adeo vt Parochi, vel Curiones noſcant, de quibus ineunda eſt eis cum Deo ratio, rectè inſtitutum eſt, vt nati in propria eccleſiā à ſuo Paſtore, vel Vicario baptizentur. vbi natus, & fidem, & nomen profiteatur: ſicut & olim apud Romanos natorum nominis, & gentis profeſſio fiebat. teſte *Plut. & Parallel & Greg. Thol. in ſynt. iur. p. 2. l. 15. c. 24.* Proficiſcitur in Curato ſuorum ſubditorū ignoratio ex ignauia quadam commiſſorum ſibi cura, & quodam muneris ſui frigore, dum res, nec ſerio tractat, nec zelo in eas fertur, & ſuperficie quadam contentus ad interiora non deſcendit, quaſi ſatis ſit præfuiſſe. Tota fere gregis ſui curationis ſpes, nutuſque à morbi cognitione, aut ignoratione pēdet: nec.n. difficile viro humanarum rerum experto cognita depellere, aut anteuertere, quæ in eo nouit mala. *Scrib. in med. rel. l. 1. c. 3.*

Secunda proprietas eſt eas educere. i. in vtroque hoīe neceſſaria ſubminiſtrare. *Azor. p. 2. l. 3. c. 12. q. 16. vt dixi in comment. de hum. vit. ſtat. q. 1 c. 14.*

Tertia eſt ex charitate, & iuſtitia, ſi neceſſe ſit, vitam exponere, iuxta illud. *Io. c. 10.* Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis, cuius ſcopus eſt, quandam ideam boni Paſtoris effingere, & ſecundum artem perfectæ doctrinæ nobis virtutes oſtendere, quibus inſtructum eum eſſe oportet, & vitia, quibus carere debet, nam his duobus chriſtiana iuſtitia conſtat, diuertere .ſ. à malo, & ſequi bonum Virtutes illis verbis continentur, Bonus Paſtor, &c. nam ſi debet pro ouib. animam ponere, multo magis reſidere, vigilare, pecuniam largiri, & in neceſſitatibus, tam ſpiritualibus, quàm temporalibus prouidere, &c. Vitia vero in illis verbis latent, Mercenarius autem, ſiquidem mercenarij fuga oritur ex prauo quodā male affecti cordis germine, & ex rerum temporalium laqueis, quib. animus irretitur,

com-

Digitized by Google

comprimitur, ac diuina charitate prorſus expoliatur. *Card.Pal.ſerm.4.ad Parochor.* Sacerdotis Parochi officium eſt quadruplex,ait *Tol.l.1.c.4.* Primum officiumdiuinum celebrare, hoc eſt diuinas horas pſoluere, ſepties in die Dominū Deum laudādo. Alterum eſt Deo ſacrificare hoſtiam viuam, & placentem,quod fit miſſam celebrando, atque hæc duo ad contemplationem pertinent.

Tertium eſt ſacramenta adminiſtrare, Euchariſtiam conferendo, confeſſiones audiendo, cæteraque prout ad ipſum ſpectant, exercendo. Quartum eſt populum inſtruere, quod fit per conciones, exhortationes,lectiones,admonitiones, & alia huiuſmodi. Dico autem hæc ad actionem pertinent, nam ſacerdotis officium vtramque complectitur, vitam actiuam.ſ.& contemplatiuam, hæc ille. *ſequitur Zerula in praxi Epiſc.p.1.in v.Parochia* §.3.

QVÆSTIO II.

An Sacerdoti liceat curatum beneficium appetere, & procurare.

LIcet ne Sacerdoti diuino obſequio mancipato curatum beneficium appetere,& procurare?

RESPONSIO.

Simpliciter & abſolutè loquendo male facit, qui illud petit,quia quodammodo præſumptionis redargui poteſt,vt.ſ. ad huiuſmodi munus, artem artium,ſe ipſum idoneum exiſtimet. Siquidem quò præſtantior eſt animarum præfectura, eò etiam difficilior, & tanto maioribus obnoxia periculis, (& ſi vt inquit *Roder.in qq.regul.tom.3.q.34.art.2.* Nemo hanc rem ſibi à natura negatam ſibi agnoſcat, quippe quia vt ait *D.Baſil.hom.10.in Exam.& Perer.in Gen.l.4.c.1.* dominandi libido homini à natura inſita eſt) Cuius ſanè difficultatis ratio in hoc præcipuè poſita eſſe videtur, quod qui eaſdem animas regit,homo eſt adeò infirmus,& imbecillis,& homines regit,tùm voluntate liberos, tùm ingenio varios,ac ipſos proinde, qui circa ſuam ipſius perſonam ſunt;de quibus omnibus exactiſſimam aliqñ rationem eſt redditurus. Vt propterea etiam *D.Thomas in 4.ſent.d.17.q.3.art.3.* dixerit, Rectorum maximum eſſe periculum. Primo quia eis cōuenit ſacramenta miniſtrare,quæ non niſi munde, & pure, tractari debent. Secundo quia tàm de proprijs peccatis,quàm de alienis reddenda eſt ratio. Cur honor cū aſpiratione ſcribitur,niſi q̄a multi ad illum aſpirant,& anhelāt, nec tamen annexū onus conſiderant? Idem docet pro loquium illud, Faſces faſces. Erant.n. faſces Romanorum Magiſtratuum inſignia; ſunt etiam faſces ſarcinæ,& onera.&c. *B.Laur.Iuſtin.de inſtit.& regimine.Prelat.cap.2.D.Vincent.Ferrer.ſerm.7.Domin.2.poſt oct.Paſch.*

Sed quatuor etiam ſunt,quę impoſiti oneris grauitatem,& anguſtias aptius expendendas, Eugenio Papę. *D.Bernardus.l.2.de conſid.* his verbis propoſuerat; Quatuor tibi vt occurrunt conſideranda reor,Te,quæ ſub te,quæ circa te, & quæ ſupra te ſunt,&c. Quæ & ſi ad ſummum oſum Paſtorem Romanum Pontificem diriguntur,cuius dignitatis faſtigio ſicut in terris nihil eminentius eſt; ita nihil difficilius,& perículoſius; attamen & cunctis animarum Curatorib. ſuapte ratione ea ipſa aptiſſime congruere dubitandū non eſt,vt multis et proſequitur. *And.Baſſus de cura anim.p.1.c.2.& ſeq.*

Ad munera ipſa temporalia quò ad fieri poteſt digniores vocandi ſunt,quanto magis ad Eccleſiaſtica,ſine dubio præſtantiora? Eſt autem dignior cæteris paribus,qui in genere illo peritior,qui probior,ac ſapiētior,puta qui ab adminiſtrationis ambitione remotior,nam reuera qui ambit,hoc ipſo ſe parū iudicioſum probat,ignorans quantā molem ſuſtineant,qui pſunt,ſi ſolide ſuas obire partes velint.

Inter caſus iure exceptos ponitur pręſentatio digni à patrono eccleſiæ facta,qui ſcilicet illam fundauit,vel dotauit,nullibi.n ab eo exigitur, vt digniorem præſentet,ſed ſufficere iura volunt, ſi dignum offerat,tum quia hoc modo ſi non optime, bene ſaltem prouidetur eccleſiæ,tùm quia gratiam hanc & prærogatiuam meretur illa eius in eccleſiā beneficētia. *c.quoniam.c.ſignificaſti.ext.de iur.pat. Lābert.de iur.patr.l.2.p.1.q.10 art.3.Farinac.p.2.tom.1.deciſ.36.num.3. Canaſ.de prud.l.2.c.5.Cāpan.in diuer.iur.can.Rub.6.c.3.nu.33.& dixi ſup.tr.2.c.3.q.33.* Nonnulli tamen tenent, quod ſi patronus ad præſentandum liberam habeat facultatem,& duo ſe illi offerant, quorum vnus ſit altero dignior,magis idoneum exhibere teneri,aliàs propriam conſcientiam vulnerare; qui ſi æquales ſint, Ep̄o,vel eius Vicario,gratificādi,ut dicunt,locū dari. *Reginal.tr.3.nu.24.Riec.deciſ.191.& 218. Molfeſ.tr.6.c.5.nu.71.* Porrò digni non ſunt dicendi, q̄ tales futuri ſperantur,quia quod futurum eſt,nondum eſt,& morbi præſentes, qui maxime cuiuſque muneris adminiſtratione ab exordio enaſci ſolent, hominem actu medendi peritum poſtulant, & huiuſmodi futura incertiſſima eſſe ſolent.

Hæc vero,vt DD.loquuntur, idoneitas in præſentando pſumitur, ſed intrinſeca tantū,nam ſi de contrario nō conſtet,q̄libet bonus pſumitur. *l.merito ff.pro ſocio.Tuſch.v.bonus.concl.123.* Extrinſeca autē vt ſcientia non præſumitur,niſi probetur,ideo quilibet præſentatus examini ſubijcit. *Conc.Trid.ſeſſ.24.c.18. Menoch.de præſumpt.l.6.præſ.91.Viuian.in praxi iuriſpatr.p.2.l.6.c.10.Nald.v.præſumere.*

At ſi probabili,ac morali certitudine ſe idoneū, ac ſufficientem eſſe, quis ad animarum curam cognoſcat, poſſet beneficium illud ſine culpa,& temeritatis nota appetere,licet alijs dignior non ſit, quandoquidem ſe examini exponere ei integrum

Digitized by Google

eſt,ſuaq. merita,partes,ingenium,induſtriã,aliaq. ſimilia oſtendere,& Epiſcopi, ac Examinatorum oculis obijcere. Quod non eſſe illicitum argumentum eſt,tùm quod ex *Concil.Trid.ſeſſ.* 14. *cap.* 18. probetur, vt per publicum etiam edictum vocentur volentes examinari ad beneficium vacans obtinendum,tùm quod multi ad virtutis,& literarum ſtudium inde excitentur,atque ſic viri docti, ac boni promoueantur:& Epiſcopis aditus ad ea ob fauorem ſuis familiaribus, ac conſanguineis cõferenda,aditus præcludatur, tùm quod occaſionibus ſimoniacæ labis perperrandæ obuiã eatur,& mali,ac indigni à clero excludã ur. *Ribald de princ.l.2.c.*8. Hinc ait *Decian.tom.*8.*tit.de amb.c.*21.*& Cherub. in ſcholiis ad Bullam* 7.*clem.*8. Virtute ſemper ambire licet,ſed non fauoribus,cum ſat tautorum habeat,qui recte facit *Bonæ.n.*artes honore nutriuntur,'& præmij ſpes homines ad ſtudia, & labores allicit. *Io.Choch.in Polit.lib.*1 *c.*11. *Menoch.de præſump.l.*6.*præſump.* 100. Vt etiam omittam,nunc in vſu,& more poſitum eſſe,vt beneficia non dentur, niſi aliquo modo petantur,nempe nutu,prece, vel verbo:alioue ſigno,aurea, nãq.illa abierunt tempora, in quibus ſolius virtutis, ac meritorum habita ratione,omnib. obſequiis, & fauoribus excluſis,eccleſiaſtica beneficia committebantur, & ſacerdotes illa ſuſcipere compellebantur. Ecõtra vero in ea incidimus,in qub.hæc cõſuetudo viget, vt quiſq.honeſta aliqua via ad eccleſiaſticas Præfecturas aditũ ſibi aperiat, alioqui ſi ſpontanea Prælati volũtas expectanda eſſet,ſemper illis eſſet in otio torpẽdum, & in tenebris deliteſcendum. Imo accidere etiam poſſet, vt apud Epiſcopum pro obtinẽdo beneficio preces porrigere culpa careat,nam qui rogat,cum recta intentione fertur,& indiget,non peccat, nec ambitioſus cenſetur,quia propter neceſſitatem facere præſumitur. Quod ijdem Doctores ad patronum extendunt,qui licet ſeipſũ in beneficijs curatis præſentare non poſſit, ei tamen licet inſtituere valentẽ rogare,vt ſibi exiſtenti idoneo,& egenti beneficium conferat, *Abbas in c per tuas. extra de ſimonia.Archid in c.qui epiſcopatum* 8.*q.*1. *Graffius in Append l.*4.*c.*1.*nu.*36. Eps tamen cauere debet, ne aliquo non recto affectu motus beneficium aliquod perſonæ indignæ det,qui.l.ſciẽtia,probitate careat, qui loco reſidere nequeat,nec per ſeipſũ curam exercere,ne à proprio beneficio ſuſpẽdat, &c. *c.nihil.ext.de elect.Conc.Trid.ſeſſ.*7.*de reform. Reginal.l* 32.*tr.*2.*n.*62. At, vt dixi, culpa caret, ſi qs principaliter beneficium etiam curatum quærat, vt proſit,non vt præſit,licet ſecundario temporalia bona,quæ ex his beneficijs conſequuntur,intẽdat, vt ipſe qui dignus eſt, habeat vnde alatur,vel vnde parẽtes,fratres,ſorores,nepotes, vel neptes pauperes ſuſtentet,& dummodo talia virtutum ornamenta ſibi comparare ſtudeat, vt à ſuo Superiore dignus iudicetur,cui animarum Præfectura dignè demandetur. Omnibus n. eccleſiaſticis non ille D. Caroli ſenſus ineſt,qui dicebat. Quàm libenter bono Epiſcopo deditus, nulloque ſtipendio, certovè hoſpitio nixus,huc,illuc, animarũ cauſa mitterer, nulla cuiuſuis incommodi, vel laboris habita ratione. Propterea illorũ ſacerdotũ conditionem expetere videbatur,qui in agreſtibus, aſperiſque locis pauperrime,ac laborioſe in animarum cura vitam traducebant,quia ibi vera charitas exercetur, vbi nihil humani deſiderij,commodi, vel planè commixtum eſt. Non omnes Ep ſcopi eundem ſanctum Præſulem imitantur, qui callens quidem quæ ſint Epiſcopi in hoc graui negotio partes,in præficiendis Rectoribus ſe vigilantiſſimum præſtabat, qui ſubditorum ſuorum mores, & ingenia,optime cognoſcens,& horum delectum apud ſe habens, iuxta cuiuſq.vires,& merita beneficia ſponte conferebat,inuitoſque intrare cogebat; vltrò vero accurrentes,tanquam ſuſpectos, & mercenarios ab ouili propulſabat. *Carolus à Baſ.Petri in eius vita l.*7.*c.* 23.*&* 35. Atq. hanc noſtram aſſertionem tuẽtur. *Angel.in v.ambitio. Sylueſter. Caiet. & Armil. in v.beneficium. Nauar.in Man c.*23.*n.*101.*in Miſcell.* 42 *de oratione.Reginal l.*30.*tr.* 3.*n.*189. *Molfeſ.tr.* 6.*c.*7.*nu.*87,*Nald. v. beneficium.n.*2.& alii communiter.

Addo etiam quod quoties reſpublica, vel eccleſia idoneorum hominum penuria laborat, etiam minus apti,qui ſunt de loco,petentes in par uis,ac humilibus vills, & in ipſis locis alpeſtribus, aliqñ ab Epiſcopis admouentur, neceſſitas enim multa fieri ſinit,quæ alias non fierent. Vñ & multi referunt Iaſonem Maynum inſignem I.C.ad regimen cuiuſdam pagi à Iudice Mediolani deſtinatũ fuiſſe,quem ægreferentem,& talem iuſſionem admirantem,idem Dux per iocum monuit, vt quandoque minus peritos,& idoneos approbaret, quos hmõi locis Prætores præficere poſſet; Iaſon.n.quò ad Doctoratus laureã, quendã ignarũ, fauore Duci potius,quàm literis,& præceptis iuris ciuilis imbutum,reprobauerat. *Gratian.in diſcept.Forẽſ.cap.* 186.*num.*53. *vide ſupra tr.*1.*c.* 2.*q.*8.

QVÆSTIO III.

Qualis eſſe debeat, qui ad animarum curam promouendus eſt.

QValis debet eſſe, qui ad animarum curam promouendus eſt,& quas conditiones hẽre?

RESPONSIO.

Primo,vt dixi, debet rectum ſibi finem præſtituere,

tuere,& ea mente hoc onus ſuſcipere,vt id totum, quod molitur,& agit,ad Dei honorem,gloriamq. referat,ne ſit tanquam imprudens ſagittarius, qui quoniam ſcopum oculis minimè perluſtrat, operā ludit,ac perdit. Pręter Dei gloriam,eius ſcopus animarum ſalus eſſe debet,ad quam totum ipſius vitæ curriculum ordinandum eſt ; nam etſi animarū ſalutis primus, & ſolus auctor eſt Deus;opera tamē Paſtoris neceſſaria eſt, & cunctæ eius actiones ad hanc ſalutem procurandam dirigendæ ſunt, ſiquidem Dei cooperator conſtituitur,at teſte *D.* Dionyſio,omnium nobiliſſimum eſt, Dei cooperatorē eſſe in redemptione animarum. Propterea Parochus fide,ſine qua Impoſſibile eſt placere Deo,cum ea ſit chriſtianæ vitæ fundamentum,vt alios docere poſſit,& contradicentes arguere,eminere debet. Ideo clericis ad animarum curam aſſumptis præcipitur,ut coram Epiſcopo,uel eius Vicario,& prouiſis de canonicatibus,& dignitatib. in Cathedralibus Eccleſijs, non ſolum corā Ordinario, ſed ēt in Capitulo intra duos menſes à die poſſeſſionis adeptæ, fidei profeſſionem emittāt,atq. iurent ſe in Rom. Eccleſiæ obedientia permanſuros,aliàs fructus ſuos non faciant,nec poſſeſſio illis ſuffragetur. *Cōc.Trid.ſeſſ.24.de ref.c.12Garz. de benef. 3.c.3.*

Charitate etiam,*D*ei amorem,& proximi dilectionem amplectente fulgere debet, quam vitæ probitas,& morum honeſtas comitari ſolet:docuit hoc Chriſtus Ioannis *c.vlt.* vbi volens creare Petrū eccleſiæ ſuæ Paſtorem prius illum de charitate interrogauit, *S*imon Ioannis diligis me plus his? innuens,charitatis expertē paſtorali munere indignū eſſe. *Salō.22.q.63.a.2. Leſ.l.2.c.39.dub.23. Molf. ſ. tr.6.c.6.n,59.* vbi notāt, huius conditionis maximā habendam eſſe rationem,cum ex illius neglectu ſæpe eccleſiæ pernicies manet. *S*ecunda conditio futuro Parocho neceſſaria eſt peritia, ac prudentia; ſiquidem ut loquitur *D Greg. Nazian. Apol.* 1. Scientia ſcientiarum mihi videtur eſſe homines regere, hominem,ſ.omnium maximè variū, & multiplicē. Pauoni, ut eſt in fabulis, appetenti rex eſſe domeſticarum auium dixit pica, O Rex tu quidem pulcher es, ſed quid hæc ſpecies ad ſalutem noſtram eſt. Si Aquila ſtrenue vt ſolet,nos inſequatur,quomodo illam abiges?quo nos pacto ſeruabis? Iuxta quam diffinitionem ait. *Chauaſ. de prudentia l.2.c. 5. E*i qui cauſas ſtatus tractat,& animas regit, neceſſaria in primis eſt prudentia,ſeu rerum agendarum peritia,& reipubl. ad finem ſuum dirigendæ. Quam quia in Quinto fratre ſuo, etiam Cicero deſiderari nō ignorabat,diſſuadere conatus eſt,ne Cōſulatum ambiret, Nouus Arpinas es,inquit,Roma eſt,Conſulatū petis. Vnde & in ueteri lege diſtrictè præcipiebatur,ne in ſacerdotem deformis, uel cæcus aſſumeretur.i.improbus,uel ignarus, & imprudens, *Malach.c.1.Cōcil.Trid.ſeſſ.24.de refor.c.12.* Deberet autē moralis,ac practicæ,theologiæ ſcientiæ præditus eſſe. *Poſſeu. de Cur.c.15.* licet ſimpliciter loquendo, in concurſu Theologi quicunque ſint,alijs gradu Doctoratus inſignitis præferendi ſint. *vt poſt Lambert de iurepatr. Rot. diuerſ. deciſ. 301.p.2.& Nald.v.beneficium n.8.*

Tertio Parochialem curam ſubiturus, ſacerdos eſſe debet, uel ſaltem in ea ætate conſtitutus, in qua infra annum ſacerdotalem ordinem ſuſcipere valeat, tùm quod ſacramenta ab eo adminiſtranda ſunt, & ea ſine ſacerdotali charactere partim omnino efficere non poteſt, partim non ſolemniter,tùm quod ſacrum facere eum opor tet, & alia diuina officia obire, quæ ſacerdotum munera ſunt. Quare ſi ſacerdos non fit, & poſtquā pacificam beneficii poſſeſſionem adeptus eſt, vel per ipſum ſtetit,quo minus adipiſceretur,intra annum presbyteratum non ſuſcepit, ipſo facto ante Iudicis ſententiam,etiam in foro conſcientię,beneficio priuatus eſt. *c.licet canon.& c.commiſſa, & ibi DD. de elect.lib 6. Pariſius l.3.de reſign.q.2. Garzias de benef.tom.1.p.3 c.4 nu.5. Salon.2.2.q.63.ar.2. Leſſius l.2.c.34.dub.26.nu.132. Naldus in v. Parochus.* Addo *ex Feder.de Senis conſ.*103.*& Tuſch.in v. Parochian.conſil.*100. Parochianum inſtare poſſe, ut ſuus Parochus canonicæ inſtitutionis titulum oſtēdat,ut certus ſit illum legitime ligare, & ſoluere poſſe.&c. uide quæ dixi *in Comment. de hum. viſ. ſtat p.1.c.14.*

QVÆSTIO IV.

Quæ ſint ſacramenta, quæ Parochus adminiſtrare poteſt, & quando nam ea adminiſtrare omittens m.p.

QVænam ſunt ſacramenta, quæ Parochus adminiſtrare poteſt,& quando nam ea adminiſtrare omittens mortali peccato ſe obſtringat?

RESPONSIO.

SEptem Catholica Eccleſia colit ſacramenta à Chriſto Domino inſtituta, vt nobis tanquam humanæ imbecillitatis,atque infirmitatis remedia ſint:ſiquidem per ea paſſionis eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti uirtus hominibus applicatur.

Quibus rite adhibitis, ſuppliciorum mortis illius uberrimis fructibus,qui per ipſa in nos permanāt, veluti ſalutari lauati medicina,conualeſcimus, ac roboramur,& cœleſtibus donis, beneficiiſque augemur, & munimur. Quorum uis ac fructus maior, ac uberior eſt, quam uerbis explicari poſſit. Quis enim loquetur potentias Domini?& quo-

rum adminiſtrationis omiſſio, ſi hoc ex negligẽtia accideret, lethali culpa abſque dubio non caret; quamuis enim Parochi ad omnia vtilia, & commoda ſuis ouibus adminiſtranda non teneantur, ſiquidem hoc onus nimis intolerabile foret, ad omnia tamen ordinaria remedia adhibenda aſtringuntur, quæ Chriſtus pro omnium fidelium ſalute inſtituit. Vt ꝓ inde eò ſanctius, omni pietate, & externo cultu, ac veneratione tractanda ſint, & eò religioſius percipienda. Hæc autem ſunt baptiſmus, confirmatio, eucharistia, pœnitentia, extrema vnctio, ordo, & matrimonium. Quorum adminiſtratio, exceptis confirmatione, & ordine, ad Parochi munus pertinet. *Vgol. de off. epiſc. p. 1. c. 15 §. 2. Suarez. tom. 4. d. 34. ſect. 1. & 2. Fernandes p. 4. c. 15. §. 5.* & omnes communiter.

Ad cuius etiam officium ſpectat, non pati vt populus ignoret, aquam quæ in baptiſmi fonte ſeruatur, item olea ſacra, quæ ſuis conduntur loculis ſacramenta non eſſe, ſed ex his ſacramenta confici, baptiſmi, confirmationis, & extremæ vnctionis, eaque tũc demum ſacramenti naturã, & nomen adipiſci, cum ab eodem miniſtro rite alteri applicãtur; ſacramenta n. omnia excepta Euchariſtia, non niſi vſu exiſtũt. Vt verò fideles magis chriſtianæ perfectionis deſiderio exardeſcant, illiſq. frequentius, ac religioſius vtantur, tũ aliàs, tũ maxime in eorũ adminiſtratione, ipſorũ vim, ac vſum explicare debet.

Quod ſi Parochiani ob impedimentum hyemis, vel aliàs in perpetuum, vel ad tempus, ad Eccleſiam Parochialem matricem pro recipiendis ſacramentis accedere nequeunt, poſſunt ab Epiſcopo petere, vt noua Eccleſia etiam inuito Rectore ædificetur. *Conc. Trid ſeſſ. 21. de refor. c. 4. ex c. ad audientiam. ext. de eccleſ. ædific. Lapus alleg. 67. Tuſch. in v. Parochiani, concl. 98 Rot. Rom. in nouiſſ. tit. de reb. eccl. non alien. deciſ. 229. Rodoanus eod. tract. c. 43. q. 2.*

QVAESTIO V.

Num Parochus, qui in adminiſtratione ſacramentorum difficilem ſe præſtat, infirmos non viſitat, feſtis diebus non reſidet, & permittit vt nulla facta delectu ſeruilia opera exerceantur, p. m. &c.

MArcus Parochus ruralis cum à ſuis ſubditis ſacramenta petuntur, difficilem, & aſperũ ſe præbere ſolet, & aliqñ pro ſacramentorum adminiſtratione pecuniã petit, raro infirmos viſitat, & ex leuibus cauſis à gregis ſui præſentia ſe ſubtrahit, ita vt aliquando ob hoc dieb. feſtis populus rẽ ſacram audire nequeat; imo etiam permittit, vt illis dieb. is ruralia paſſi n opera exerceantur. Quæritur an mortaliter peccet, & an Conſules loci ſubditi teneantur pro hoc vitio corrigendo illum Epiſcopo denuntiare?

I. RESOLVTIO.

REſp. Dico peccatum eſſe tale, quale eſt ſacramenta ipſa negare, cum difficultas iſta in naturam formæ veræ negationis tranſeat; ſi tamen opportune dederit, & ſui ſacramenta recipiant, ob effectum exiguæ charitatis, mortalem culpã, niſi ratione ſcandali, eſſe non crediderim. Quippe ſacramentorum dono maxime in humanum genus charitas, & benignitas declaratur, vt proinde eorũ miniſtro id ſpectandum ſit, vt in ſuo munere obeundo, eiuſdem charitatis laudem mereatur, quæ certe illi non tribuetur, qui illa petentibus, aut ægre, ſegniter ve morem gerit, aut aſpere, ſeu cum faſtidio adeuntes excipit. Eſto, dicebat Seneca, *l. 1. de clem.* ſermone affabilis, acceſſuq. facilis, vultu qui maxime populos demeretur, amabilis, æquis deſideriis propenſus, nec iniquis acerbus. *Io. Choch. in Polit. l. 2 c. 8.* Ab hac tàm agreſti, difficiliq. ingenio, & more abeſſe parochi humanitas debet, cuius omnis in officio benignitate, ac diligentia commendatio eſt. Cui cum vna cura incumbat, vt illi ſalui, beatiq. ſint, quibus ꝓpoſitus eſt, nec ad ſalutẽ, beatitudinemque perueniendi, vlla quàm ſacramẽtorum expeditior, ac certior via ſit, ab illorum cultu, ac frequenti vſu non deterrendi, ſed omni proprio commodo poſtpoſito, comiter alliciendi ſunt. Siquidem ex *D. Greg. Nazianz. ſententia in Apolog. 1. ag Pio V. vt apud P. N. Gabut in eius vita lib. 3. capit. 13.* Spiritualis omnis præfecturæ finis eſt, priuata vtilitate neglecta, commodis aliorum inſeruire, adeò vt extremæ, vel grauis neceſſitatis tempore, & cũ propriæ vitæ periculo ea gratis adminiſtrare teneatur. *Suarez. tom. 4. d. 32. ſect. 1. Val. 4. q. 10. d. 7. p 3. Angles. de confeſſione, diffic. 5. concl. 1. Molfeſ. tract. 8. c. 12. nu. 34. Bero onius in ſpeculo epiſcop. & Curat. d. 2. q. 1. Paleot. in Arch. Bonon. p. 7. ſerm. 4. Synod. Antuer. c. 63. Bi ſi ldius tract. de neceſſ. adminiſt. ſacram. p. ſtiriq. 3. Poſſeu de off. Cur. c. 5. num. 11. & 58. Philiarc. tom. 1. l. 4. c. 3. Regin l. 1. nu. 8 &c.*

Nec dubium, Parochum, qui pro ſacramentorũ adminiſtratione pretium petit, grauem culpam, & ſimoniæ labem contrahere, licet ipſa ſacramenta ſic adminiſtrata valeãt. Et eũ qui dat eodem vitio inuolui, niſi ad redimendam vexationem tribuat, puta ſi parochianus Curato nolenti aliquem paruulum in mortis articulo baptizare, vel in eadem extrema neceſſitate renuenti ſacrum oleũ adminiſtrare pecuniã offerat, ſi moribundus ſibi ſuadeat cõtritione carere, nec ſit alius, qui ſciat, ac cõferre valeat, & ſi poſſet. *Henriq. l. 2. de baptiſ. c. 23. inſ. Vgol. de ſimonia. tab. 116. 11. §. 1. Molfeſ. tr. 8. c. 12. nu. 69.*

Cha-

Chapevilla de adminiſtr. ſacr. tempore peſtis. de baptiſmo q. 6. & de pænit. q. 4 Leſſius l. 2. c. 35. dub. 7.

II. RESOLVTIO.

SEcundo dico Parochum lethali ſcelere obſtringi ſi excepto tempore à Tridentinis Patrib. ſibi conceſſo, in eccleſia ſua non reſideat; nam ſecundum communiorem ſententiam, in confeſſo eſt apud omnes, ad reſidentiã de iure diuino teneri *ex Conc. Trid. c. 23. de refor. c. 1.* ſic loquente cum Præcepto diuino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, &c. & infra. Quę nequaquam ab his præſtari, & impleri poſſunt, qui gregi ſuo non inuigilant, neq. aſſiſtunt. Vbi per verbum aſſiſtunt, tollitur omnis quæſtio de ſeruitio pręſtando per mercenarium, niſi neceſſitas cogat, &c. Nec tunc poteſt per hebdomadam abeſſe non petita, vel obtenta licentia, etiam relicto Vicario idoneo ab ipſo Ordinario approbato, Et ſolũ id eis p duos dies conceditur, vt S. Card. Cõgr. declaraſſe fertur. Oculus.n. Domini impinguat equum, & frons occipitio prior, &c. Quibus adagis Domini pręſentiam plurimum conſtat habere momenti ad res ritè, & bene conficiendas, ac augendas, vt venuſte etiam dixerit. *T. Liuius.* Nõ feliciter ſolere procedere, quę oculis agas alienis. Qua ratione S. *Card. Cong.* cenſuit Rectores in loco ipſarum Parochialium domorum reſidere debere, quæ ſi non adſint, ſaltem intra limites, vel in domo vicina eccleſiæ, vt inde promptè, & commodè per ſeipſos deſeruire poſſint. *Zerula in v. Parochus.*

Vñ procul dubio Parochus à lethali nexu nõ excuſatur, ſi diebus feſtis abſit, & ibi miſſam nõ celebret; & ratio euidens eſt, quia dũ ex officio tenetur ſuis ouibus ſacramenta adminiſtrare, vt in diebus, in quibus ex præcepto ſubditi miſſam audire debent, vel per ſe, vel alium, ſi ipſe non poteſt, rem ſacram facere aſtringitur. *Caietan in ver. beneficium, Azor, pra. 2. l. 7. cap. 4. q. 1. Vaſquez. capit. 4. de benef. §. 2. dub. 1 Garzias. p. 3. c. 2. Conar. l. 2. var. reſol. c. 3. Reginal. l. 30. tract. 3. c. 5. nu. 60. Molfeſ. tr. 6. c. 13. Beia. p. 4. reſpon. caſ. conſc. caſu 21. Bonac. de ſac. d. 4. q. vl. p. 7. num. 4. Sanchez. l. 3. de matr. d. 31. nu. 14.*

III. RESOLVTIO.

TErtio dico, quod cum non ſolum ad diuinũ cultum ſpectet rei ſacræ dieb. feſtis intereſſe, ſed etiam à profanis operibus abſtinere, Parochus ius non habet omnino, & ſimpliciter ſoluendi ſubditos lege de die feſto colendo; ſiquidem vbi quis cõmode Ep̃m adire nequit, ipſe Curatus facultatẽ concedere poteſt, ut ob iuſtam cauſam ruralia opera exercere queat. *Azor. p. 2. lib. 1. q. 28. q. 6.* Et teſte *Quar. in v. dies feſtus, ac Piaſecio in praxi Epiſc. p. 2 c. 3, nu. 3.* Congregatio concilii cenſuit, licere diebus feſtis dare operam rebus ad victum neceſſarijs, ac tempore perituris, præſertim tempore vindemiarum, & meſſium, ac recollectionis fructuum, vel vbi neceſſitas vrgeat, aut pietas ſuadeat. Ac vt reſoluit. *Paſſeu. de off. Cur. c. 12. nu. 17.* Parocho integrum eſſet pro conceſſione facultatis aliquando laborandi in die feſto, aliquod pœnale conſulto Ep̃o exigere, quod in opus pium erogetur, quando hoc opportunum remedium iudicetur, ad feſtorũ dierũ cultum ſartum tectum conſeruandum.

IV. RESOLVTIO.

QVarto dicendum videtur, ſubditos eius loci Conſules teneri Epiſcopo, Vicario, vel Viſitatoribus denuntiare, vt huic malo congruum, & opportunum remedium adhibeant; non tamen ad id ſub lethalis culpæ reatu adſtringi cẽſerem, cũ hæc potius ipſi Ep̃o aſcribatur, ſi ſuper Parochos, & aſarum curam non inuigilet, qui ipſos ad reſidentiam, & ea, quæ proprij muneris ſunt, præſtanda, cẽſuris, pœnis, & beneficij priuatione eius arbitrio compellere poteſt. *Pius V. in conſt. incip. Cupientes. Zerula in v. Parochus. Nav. conſ. 3. tit. de Parochijs. Ricc. in Prax. Paroch. decis. 730. Tuſch. in v. reſidentia. concl. 254 Vgol. de off. Epiſc. p. 1. c. 15. §. 4. Greſlan Zenius conſ. 171.*

CONFESSARII PARTES.

EIus Confeſſarij partes erunt, de hac culpa, & officij omiſſione, arguere, & ad ipſius Parochi mentem illam Pij V. ſententiam reuocare, qui medicis, ac familiaribus eum ab aſſiduis laborib. & diuturna auditione auocare conantibus reſpondit, ſe à Deo in eo gradu collocatum, nõ vt ſua, ſed, vt aliena commoda procuraret, ac reipub. Præfectum conſcientiæ magis quàm corpori ſuo ſatisfacere oportere. Et illius Veſpaſiani Imp. pronunciati, qui etſi morbo affectus, haud tamen eo minus Imperatorijs muneribus fungebatur, adeo vt etiã legationes cubans audiret, ac dicebat, Imperatorẽ ſtantem mori oportere. fidemq. dicto fecit, nam dũ conſurgit, ac nititur, inter manus ſubleuantium extinctus eſt. Qua in re ſummam Legatis ciuilitatem, ac humanitatem oſtendit, ſimulq. ſignificauit, quã verum ſit, quod Seneca dixit, Ingratum eſt beneficium, quod diù inter manus dantis hæſit, quo dicta admonemur, haud cunctanter, vel grauatim proximo opitulandum cum opus eſt, ſed vltro, non expectatis precibus officium deferendum.

Itẽ monere vt auaritiã, & peruerſã habẽdi voluntatẽ tanquã funeſtam peſtẽ fugiat, hoc .n. iniungit

Digitized by Google

Apoſt. 1. *ad Timoth.* 3. cum ait, oportet clericum nõ eſſe cupidum, nec turpe lucrum ſectantem. *Ricc. d. deciſ.* 730. *Gisbert. de eccleſ. vita c.* 29.

QVÆSTIO VI.

Parochus chriſtiana doctrina pueros non erudiens, nec cum ſacramenta adminiſtrat, eorum vim, ac vſum aperiens, an p. m. & quaenam ab eo docenda ſunt, &c.

LEander ruralis Curatus probatæ vitæ vir, & ſufficienti peritia ornatus, ac in adminiſtrandis plebi ſuæ ſacramentis aſſiduus, & diligens, exiſtimans ſe partes ſuas explere, ſi Euangelium Dominicis diebus explicet, pueros in chriſtiana doctrina non erudit, neccum ſacramenta adminiſtrat, ipſorũ vim, & vſum aperit, ita vt non pauci ex eius grege, cum ad ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum ſuſcipiendum accedunt, quid in eo contineatur ignorent. Aquam benedictam, qua ſe fideles eccleſiam ingredientes leuiter de more ſe aſpergere conſueuerunt, nunquam fere renouat, & ſæpius vas in qua aſſeruari ſolet ea caret, nec eius virtutem populum docet, &c.

Quæritur, an in his omiſſionib. Parochus lethali ſe culpa obſtringat, & quænam ſint, quæ neceſſario ab eo docenda ſunt. Et cum ſemel aquam luſtralẽ ſuſpenſione innodatus benedixerit, & mulierem quandam poſt partum in eccleſiam introduxerit, quæritur, an irregularitatis labem contraxerit?

I. ASSERTIO.

REſp. Dico non miniſtrare ſolum rite ſacramenta Parochi officij eſſe, ſed vt ſupra innui, populum de illorum virtute, atque dignitate erudire, ad illius maxime munus, atque curam pertinere. Cum enim ſacramenta tãquam inuiſibilis gratiæ viſibiles formæ aliud ſenſibus ingerant, aliud interius efficiant, id eo præſertim tempore præſtare eum conuenit, cùm in eorum adminiſtratione verſatur, quò populus illa cum maiori religione ſuſcipiat, & Deo eorum datori immortales gratias agat cuius ſumma clementia tot nobis tantaq. adiumenta ad beatam vitam conſequendam tributa ſunt. Id igitur vt præſtare rectè poſſit, nec ipſe ignorare dicatur, quod docere alios debet, ſacramentorum doctrinam, ac notionem perſpectam habeat, rerum, quæ ſacramentales dicuntur, virtutem perfectè norit; eam vero cùm ex alijs libris, tùm ex Catechiſmo Romano haurire poterit.

Adeo namq. Parochi officio connexum eſt, chriſtianam doctrianam in eccleſia ſubditos ſuos docere, vt ſi in ea re negligens omnino fuerit, lethalis culpæ reus fiat, quandoquidem eò eccleſia decreuit, vt ipſe Catechiſmus componeretur, quò Parochi facilius poſsẽt Chriſtifideles de his rebus, quas noſſe, profiteri, & ſeruare oportet, edoceri, vt patet ex Pontificio priuilegio, in eius principio inſerto, & *Conc. Trid. ſeß.* 24. *c.* 7. *& ſeſſ.* 5. *c.* 2. Parochis imponitur, vt per ſe, vel per alios idoneos ſi legitime impediti fuerint, diebus ſaltem Dominicis, & feſtis ſolemnibus paſcant ſalutarib. verbis plebes ſibi cõmiſſas, pro ſua, & earum capacitate docẽdo ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem. *Sà in v. Parochus. nu.* 5. *Bonac. de leg. d.* 5. *q.* 1. *p.* 2. *num.* 30. *Ricc. deciſ.* 22. *Poſſeu. de off. cur. c* 4.

Porro quæ docere debet Parochus, & quæ omnibus ſcitu ad ſalutem neceſſaria ſunt, dico hæc eſſe. Primo Symbolum Apoſtolorũ. Secundo orationẽ Dominicã. Tertio decem Decalogi pręcepta. Quarto tria ſaltem ſacramenta, baptiſmum, pœnitentiã, & Euchariſtia.

In quibus edocendis curandum erit, vt quò ad fieri poteſt, verè intelligant quò ad ſubſtantiã, quæ à populo memorię mandantur, ne quod fere, vt plurimum euenire ſolet, ſicut pſitaci recitent. Imo non ſolum Parochus, ſed & quilibet Confeſſarius antequam in ſacramento pœnitentiæ abſoluat, debet patienter ad lucrandam animam pro qua Chriſtus ſanguinem ſuum fudit, de eiſdem neceſſarijs ipſum ignarum erudire, tùm quò ad credenda, ſaltem de myſterijs ſacroſanctæ Trinitatis, & Incarnationis filij Dei, quæ cæterorũ baſes ſunt, tùm de agendis, aut fugiendis, ex Dei pręceptorũ præſcripto, quorũ ſumma, vt dixi, in decalogo continetur. Intimatum eſt. n. *Marc. vlt.* Qui non crediderit, condemnabitur. *& Matth.* 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mãdata. Neque confitentes ſunt à confeſſionis ſacramento reijciendi, ſiquidem ſæpe inuincibili ignorantia huius præcepti laborant, vel ob diſcendi incommodum, vt in ruſticis, animalium cuſtodibus, & huiuſmodi alijs hominibus accidit, vel ob aliam causã; ac proinde partes et Confeſſarij ſunt, eos circa myſteria fidei inſtruere, quæ magis ignorant, & circa quæ interrogati paſſim errare ſolent. Et ſufficit quod ruſtici hæc craſſo modo intelligant cum quibus ipſe Confeſſarius rudiori rõne, non politioribus verbis, vt bene percipiantur, vti debet. *Vgol. de off. epiſc. p.* 1. *c.* 6. §. 2. *Sanch. de præceptis l.* 2. *c.* 3. *Zerula in praxi epiſ. in v. doctrina chriſtiana. Henriq. l.* 3. *de ſacramento pœnit. c.* 28. *Poſſeu. de off. Curat. Baſſus. de cur. anim. p.* 4. *c.* 9. *Beia. p.* 3. *reſpon. caſu* 27. *& p.* 4. *caſu* 1. *Regnald. de prud. confeſſ. c.* 14. *Molfeſ. tr.* 1. *c.* 1. *nu.* 14.

Quantum vero in teneris annis chriſtiana doctrina, & catholicæ fidei rudimenta addiſcantur, hinc patet, quod vt in ſemente ſpes meſſis poſita eſt, ita totius reliquæ vitæ expectatio ab educatio-

ne,

Digitized by Google

ne. & inſtitutione pueritiæ pendet. Vt molli cetę facile ſigillum imprimitur, ſi dureſcat non item, ita puerorum ingenia facile quamlibet diſciplinam recipient. Sicut gypſo madido ſtatim vtendum, quod celerrime ſiccetur, ita moribus rudis ætas fingẽda, priusquam durior fingentis manum nõ admittat. Vide quæ dixi *in commun. de hu. vit. ſtat par. 2. c. 20.* & quæ tradit *Mayolus in diebus canic. tit. de hominum educat. colloq. 3. Sylnius Anton. Card. eod. tr. c. 1.*

II. ASSERTIO.

SEcundo dico, Leandrum à graui culpa non excuſari, ſi aquam benedictã in vaſe ante valuas, ſed intra eccleſiam collocato, ſæpius eam renouando non aſſeruauit, cũ ſacras, & canonicas ſanctiones violauerit, & Apoſtolicas traditiones ſit tranſgreſſus. *c. aquam. de conſ. d. 3. D. Clemens. l. 8. conſtit. Apoſt. c. 35 Baron. tom. 1. anno Domini 57. nu. 109.* Nam & à S. Eccleſia ſtatuitur, vt Parochus, vel ſacerdos diebus Dominicis, & quandocunq; opus fuerit ſuper pelliceo, & violacea ſtola indutus, aquã cõſecret, vt habetur in Sacerdotali, & Rituali Rom. In cuius conſecratione petit primo, vt per diuini nominis inuocationem, eius aſperſio corporis, & animæ ſanitatem præſtet, & rectè per eam veniales culpas ex opere operato, vel ſaltem cum motu reuerentiæ in Deum, vel res diuinas expiari; & p ipſam aquam ex Chriſti latere effuſam ſignificari communior docet DD. ſentẽtia. Hinc Georgius Eps Alexãdrinus in vita s. Io. Griſoſt. narrat, eſt aqua bñdicta, multos à febre, dyſenteria, alijs diuturnis morbis affectos curaſſe. &c. Secundo precatur, vt conſecratæ aquæ viſus peſtilentem aerem morbos, & quidquid inhabitantium incolumitati, vel quieti noxiũ eſt, pellat. Tertio orat, vt Diabolũ, eiuſq; pſtigias, & machinationes fuget. Quarto s. eccleſia Deũ rogat, vt in eo loco, qui aqua ipſa ſacra aſpergitũ adſit Spũs ſanctus, & eum B. Angeli cuſtodiãt. Vt merito frequenter à fidelibus, tùm in ſacris ædibus, tùm in priuatis domibus, de eius virtute edoctis accipi ſoleat; ac debeat.

III. ASSERTIO.

TErtio dico ipſum Curatũ ab irregularitate immunem non eſſe, ſi cum eſſet ſuſpẽſus aquam luſtralem ſolẽniter, cũ ſuppelliceo, & ſtola benedixit, & mulierem illam poſt partum in eccleſiã introduxit, cum hæc aquæ conſecratio, vel benedictio, ad certum ordinem ſactum nempe ad ſacerdotalẽ ſpectetiã quã actione per ſuſpenſionem arcetur. &c. Vt ex communi opinione, reſoluit *Marc. Anton. Marſ. Columãu trac. de aqua benedicta c. 1. ſect. 3. Maiol. l. 3. de irreg. c. 21. n. 3. Vgol. de cenſ. tab. 1. c. 13. §. 1. Nald. v. mulier. nu. 10.*

ARTICVLI SVPER BAPTISMVM. CAP. II.

QVÆSTIO, VII.

Vtrum baptiſmus domi in pede pueri collatus à patre ſit verus baptiſmus. An ſi poſtea in eccleſia cum patrino ſolemniter iterum cum conditione conferatur, ipſe patrinus cum parentibus pueri cognationem ſpiritualem contrahat. Num pater qui eum priuatim in neceſſitate, vt ſupra, baptizauit, poſſit cum ipſa matre pueri concubina, matrimonium contrahere.

VItalis cum filium ſuſcepiſſet ex concubina, in neceſſitate illum ex matris vtero egredientẽ, de eius morte timens, in pedibus ex aqua luſtrali, quam in vaſe ex chriſtiano more prope lectum habebat, baptizauit, quam poſtea ad eccleſiam detulit, & ſolemniter, Vincentio patrino adhibito, ei Parochus baptiſmum ſub conditione adminiſtrauit. Nunc ipſe Vitalis vellet concubinam, & fornicariã illam mulierem in vxorem ducere. Quæritur primo an puer ille in pede ſalutari aqua ablutus ſit vere baptizatus. Secundo an Vincentius Patrinus cum parentibus dicti pueri ſpiritualem cognationem cõtraxerit. Tertio an idem Vitalis cum illa concubina matrimonium inire poſſit?

PRIMVM SVPPOSITVM.

SVppono Primo peccatum originale eſſe illud cũ quo omnis homo per concubitum cõceptus naſcitur, quodq; ex primi parentis ſucceſſione contrahimus; Adam. n. cum p ſe, & pro omnibus à ſe deſcẽdentibus originalem iuſtitiam acceperit per inobidientiã quoque peccatum ſibi, & poſteris amiſit, & æternam mortem aſciuit, iuxta illud *Apoſt. ad Rom. 5.* intrauit per vnum hominem peccatum in hunc mũdum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. *vt in Conc. Trid. ſeſſ. 5. de peccato orig.* Atque hic lo cum habet illud iactatũ, & à nobis ſæpe repetitum

Qui viret in f.lijs venitã radicibus humor,
Sic patrum in natos veniunt cum ſemine mores.

Nam & ſi, vt Iuriſtæ dicunt, pœna ſuos autores, tenere debeat, nec vnus pro alio plectendus ſit, vt per *Conar. l. 2. var. reſol. c. 8. Salas. de legib. d. 5. ſect. 12. Sanct. de hæreſi. capit. 34.*

Excipitur tamẽ in peccato originali, quod ab Adam deſcẽdit. &c. Proinde per baptiſmum propriè peccatum originale tollitur, homo in ſpiritualem vitam renaſcitur, & ſolũ in corpore remanet mors, infirmitas, ſenſuum dolor, & huiuſmodi, qui ſunt

ipſius

ipſius originalis pcti effectus;ſicut etiam in aīa re-manent ignorantia,naturæ debilitas, malitia, & concupiſcentia ad agonem,& meritū augendū reli-cta. *Catechiſ.Rom.de ſacram.baptiſmi.Vaſq.tom.2. d 1.c.6.& ſeq.Reginald.l.27.nu.63.& ſeq. Molfeſ. tr.8.c.1.nu.29 & tr.8.c.6.nu.2.& 16.Azor.p.1.l. 3.c.31.& l.4.c.26.Tuſch.in v.baptiſmus.concluſ.2. Cambrec.de ſtud.perfect. l.1.c.17.vt dixi tr.3.c.3. q.31.*

II. SVPPOSITVM.

Secundo ſuppono ad baptiſmi vſum,atque admi-niſtrationem,tanto maius ſtudium, curamq. à Parocho adhibendam eſſe, quāto res ipſa ſanctior, & magis ad ſalutem neceſſaria exiſtimatur,quippe niſi hac ianua aditus ad Cœlum nemini patet, nā baptiſmus in re,vel in voto,omnibus hominib. ad ſalutem omnium neceſſarius eſt,vt conſtat *Io. c.3.*

Niſi quis renatus fuerit ex aqua,&c. non poteſt introire in regnum Dei.*Conc.Trid.ſeſſ 6.cap.4. de iuſt.& ſeſſ.7 can.5.de baptiſ.* (Et olim ethnicis cre-ditum eſt aqua crimina expiari poſſe.*vt ex Virgi-lio,Ouidio,& Athenęo refert Greg.Tholoſ.in ſyntag. iur.p.1.l.11.c.4.*)

Quamuis aliter de adultis,aliter de paruulis ſen-tiendum ſit,adulti nāmq.cum vſu rationis potiunē, poſſunt per baptiſmū in voto ſaluari,adiūcto flami-nis baptiſmate, in caſu quo baptiſmus aquæ haberi nequit,modo ſuorum peccatorum contritionem ha-beant,cum de attrito cōtritum reddere,præter alia ſacramenta,ſolius martyrij priuilegium ſit. *vt per Suar.tom.3.diſp 27.ſect.2.& diſp.19.ſect. 2. & 3. & Vaſq.tom.2.diſp.158 c.4.* Paruulis autem via or-dinaria baptiſmus aquæ ī re ſimpliciter neceſſarius eſt;vt propterea ſacri Canones doceant,ſumma ce-leritate cum infantibus ad baptiſmum nūc recur-rendum eſſe,cum illis ob ętatis imbecillitatem,infi-nita pene vitæ pericula impendeāt, nec alia ſalutis comparandæ ratio, quàm per baptiſmum relicta ſit.Nā vbi periculū maius intēditur, ibi plenius eſt cōſulendū.*c.3.de elect.l.6.Bonac.tom.1.d.2.q.2.p.2.* Hinc Anaxandridas cuidam ſciſcitāti cur ſeniores apud Lacedæmonios ad cognoſcendum in capita-libus cauſis aſſumerent,tradit & ipſe, quia ubi ma-ius vrget periculum,ibi cautius eſt agendum, cum enim primum erratum fuerit,actum eſt, & factum infectum fieri nequit;ita vt in hoc noſtro caſu illud vulgatum etiam locum habeat,

Tolle moras,ſemper nouit differre paratis.

D.Ant.par.1.tit.20. Vt merito *D.Gregor.Nazian-zenus in orat.de baptiſ.* ampliſſime hoc argumentū proſequatur,& eos acerrime inſectetur,qui in ſalu-tis negotio mora,& dilationibus vti ſolent. *Cagn. in l.1.in condemnationi.§.1.ff de reg.iuris.vt facit etiam Silnius Anton.Card.in tract.de chriſt.educat.* *puer.l.2.c.33.* Baptizandi vero pueri cum ſimplici amictu omni vana pompa abiecta ad eccleſiam de-ferendi ſunt, prout in concilijs ſuis D.Carolus pru-denter ſanxit. Et hoc idem ſextum generale Conc. Conſtantinopolit.in futuris ſanctimonialib. opti-ma ratione decreuerat, vt.ſ.eo die, quo monaſte-riū ingreſſurę erant,ſumptuoſis veſtib.nō induerentur.*Nald.in v.baptiſmus.n.11.*

Item baptiſmus ipſe intra domeſticos parietes citra neceſſitatem adminiſtrandus; puer nihilomi-nus in Eccleſia ſiſtendus eſt,vt ſolemnes ritus ſup-pleantur,niſi ſit filius Regis,vel Principis, quibus valeat in hoc caſu deferri.*clem. 1.de baptiſ.Rico.in praxi for.eccl.reſol.427.vt innui ſup.tr.9.c.24.q.75*

Secūdò baptiſmus adeò vtilis eſt,ac neceſſarius, vt nec aliorum quidem ſacramentorum vis fructui nobis,& commodo eſſe poſſit,niſi baptiſmo initia-tis,cum,vt omnes Theologi concludunt, ianua ſa-cramentorum ſit, & eccleſiæ iuriſdictioni ſubijciat, vt alia ſacramenta recipi poſſint:quò fit,vt per illū character imprimatur,ac proinde ſine ſacrilegij,& irregularitatis labe iterari non poſſit.*c.ij qui.1.q.1. c.quibus.de conſ d.4.Conc.Trid.ſeſſ.7.de ſacr in cō-muni.c 9.* Tertiò omnem culpam, tàm originalis, quàm actualis peccati ipſum præcedentis remittit, & diuinam gratiam,omneſque tàm Theologales, quàm morales virtutes infundit,ac liberrim largi-tur.*c.maiores de baptiſmo clem. 1.de ſumma Trinit. & fid.Cathol.Conc.Trid.ſeſſ.6.de iuſt.c.7.& ſeſſ.5. de pec. orig.can.4. & 5.* Quarto baptiſmo ſenſuum noſtrorum ad peccandum procliuitas,ac fomes mi-tigatur,ſed non omnino extinguitur,cum ad proba-tionē,& agonē,ut dixi,ēt in ſanctis remaneat. Om-nem temporalem pœnam, & irregularitatem præ-ter bigamiam,& defectum corporis tollit, ac abo-let. Dei,ac eccleſiæ præcepta obſeruādi obligatio-nem inducit,ac ad chriſtianum officium obeundū aditum,ac viam præſtat. Vnde à Patribus vocatur Sacramentum fidei, quod illud ſuſcipiētes vniuer-ſam chriſtianæ religionis fidem profiteantur, & à D. Dionyſio principium ſanctiſſimorum manda-torū dī,quod per hunc veluti ianuam catholicæ ec-cleſiæ ſocietatem ingrediamur. *Daur.in Flor.exem pl.tom.3.a.5.tit.6.* Tria quippe homini in naturali vita ſunt neceſſaria,mater, quæ illum pariat, cibus qui illum alat,medicus q eū ægrotantem curet, Sic homo, vt in ſpirituali vita inſtituatur, baptiſmo,eu-chariſtia,& pœnitentia indiget. &c. Et & hoc colli-gitur ex eodem *Conc.ſeſſ.7.de baptiſ.cap.7.& 8.& tradit Bellarm.de cont.fidei.tom.2.l.1.cap.15.& 16. Henriq.l.2.de baptiſmo.c.19.Val.tom.4. d.4.pun.1. Tuſch.in v.baptiſmus.concl.23.*

III. SVPPOSITVM.

Secundo ſupponendum eſt, baptiſmum triplicē eſſe,nempe ſanguinis,quo martyr proprio ſan-

guine

Digitized by Google

guine abluitur; flaminis, qui fit per voluntatẽ inflammatam deſiderio baptiſmum aquæ ſuſcipiendi, dicíturq; flamen quia ab igne charitatis, & contritionis oritur. *c. baptiſmi vicem. de conſec. d.* 4. Et aquæ, ſiue fluminis qui proprie eſt baptiſmus, & ſacramentum, & definitur, vt ſit ablutio corporis exterior, ſub præſcripta verborum forma. Et baptiſmus græce latine ablutionem, quatenus eſt rei ſacræ ſignum, ſignificat: cum. n. ſit ſacramentum, ex tribus conſtat, nempe materia, forma, & miniſtro.

Materia duplex eſt propinqua, & remota. Prima eſt actualis ablutio. Secunda eſt aqua naturalis, & quidquid eius ſpeciem retinet, vt ius ratum, aqua ex luto expreſſa, mellita, & lixiuium, &c. Qui tamẽ ſimplicem aquam habere poſſet, ſiue benedicta, vel ſacrata ſit, ſiue non, alijs vtendo peccaret, licet eſſet verus baptiſmus. Ceterũ nõ eſſet validus, ſi qs aqua artificio confecta vteretur, vt aqua roſacea, vel inſtillata. Cuius naturalis aquæ quãtitas tanta debet eſſe, vt homo ablutus dici poſſit; vnde & ablutio ſucceſſiuus actus eſſe debet, quo. ſ. aqua ſucceſſiue corpus ope miniſtri contingat, ſiue per immerſionem fiat, quæ trina, vel vna, pro loci conſuetudine eſſe debet, ſiue per effuſionem ſuper caput infantis, cum verborum prolatione aquam effundendo, vt noſtris temporibus vſu receptum eſt; ſiue per aſperſionem, vt fieri conſueuit cum multi ſalutari aqua expiari debent. &c.

Et vniuerſalis eccleſiæ cõſuetudo viget, vt ablutio in capite fiat, in quo omnes ſẽſus vigent. *Tuſch. in v. caput. concl.* 78. licet etiam in alia corporis parte fieri poſſit. Vnde ſi mors infantis timeretur, in pede, vel brachio emiſſo baptizari poſſet, cum anima ſit in qualibet corporis parte: attamen ſi tempus permittat, talis infans ex communiore Doctorum voto, iterum baptizãdus eſſet. Cõis eſt ẽt ſententia, baptizatum baptiſmo dubio, ſiue dubium ſit in ſuſcipiente, ſiue in conferente, ſiue in materia, ſiue in forma, & qui ſi ſuperuixiſſet rebaptizandus fuiſſet, non eſſe loci ſacri ſepultura priuandum. *Reginal. l. 28. num 18, & 22. Bonac. d. 3 q. 2. p. 3 nu. 23. Suar. tom. 3. d. 22. ſect. 2. Volfeſ. tr. 4. c. 1. num. 43. Nald. in v. baptiſmus. & colligitur. ex Rituali Rom. tit. de baptiſmo.*

Forma baptiſmi eſt, Ego te baptizo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. *Matth. c. vlt & c. 1. ext. de baptiſmo.* Si tamen alia verba addantur, vt in nomine B. Mariæ Virginis, valet, nec vitiatur forma, modo ſenſus non mutetur, nec illa proferens intendat alienum vſum ab eccleſiæ inſtituto inducere. Proinde Parochus videre experiundo debet, an obſtetrices, & alij, qui ingruente neceſſitate baptizare ſolent, recte baptizando formulam teneãt, ac obſeruent, & ſi neſciant, ipſe in eccleſia accurate doceat, & ad moneat, dummodo ſenſus verborum mutatio non fiat, ſufficere, vt quocunque idiomate forma proferatur. *Tol. l. 2. c. 19 Suarez l. c. d. 21. ſect. 4. Barth. ab Aug dial. 2. de baptiſ.* §. 107. & §. 116.

Cauendum tamen ne duo vnum eodem tempore baptizent, vt ſi vnus aquam infundat, ac alter formam proferat, nec. n. valeret baptiſmus, quia forma falſa eſſet, &c. Idem *Suar. atteſtans de communi in 3 p. d 22. ſect. 3. §. in 2. p. Bonac. de baptiſmo. d. 2. q. 2. p. 4. nu. 23.*

Miniſter baptiſmatis via ordinaria eſt proprius ſacerdos. i. Parochus, adeò vt abſque illius facultate baptizans mortalis peccati reus fiat; & in quocũque caſu, Diaconus, vel Subdiaconus, vel alius, ẽt cum eius licentia, ſolẽniter hoc ſacramentum adminiſtrans, irregularitate afficiatur. Cauere autem debet Parochus ſolemni ritu baptizans, ne cum cõſcientia lethalis culpæ id muneris obeat, grauiter. n. peccat, & æternæ ſalutis ianuam, quam baptizato reſerat, ſibi ipſi ob peccatorum ſordes occludit. In articulo tamen mortis ſic baptizans excuſatur, ſiquidem illud munus non tanquam eccleſiæ miniſter præſtat, ſed tanquam laicus, qui culpæ reus nõ fit, in tali caſu neceſſitatem patienti ſuccurrens.

In caſu nihilominus neceſſitatis quilibet, tã vir, q̃ mulier, & pater, & mater, tã fidelis, quàm infidelis, ſi debitam formam calleat, & intentionem habeat faciendi, quod facit eccleſia, baptizare poteſt; ſiquidem cum hoc ſacramentum ſimpliciter neceſſarium ſit, ſicut ex parte materiæ quæcunque naturalis aqua ſufficit; ita ex parte miniſtri quicunque homo idoneus eſt. Veruntamen ex communi Patrũ conſenſu dignitatis ordo ſeruandus eſt, & ſacerdos Diacono præferẽdus, Diaconus Subdiacono, Subdiaconus clerico in minoribus conſtituto, clericus laico, maſculus fœminę. *Catech. Rom de baptiſ. Rit. Rom. tit. de baptiſ. D. Th. 3 p. q. 67 ar. 1. & ibid. ſcribẽtes Regius caſu 3. Sà v. baptiſmus & v. charitas.*

Pater, aut mater, propriam prolem baptizare non debet, præterquam in mortis articulo, quando alius non repetitur, qui baptizet, neque tunc vllam cognationem ſpiritualem contrahunt, quæ matrimonij vſum impediat, &c. *c. ad limina.* 30. *q.* 1.

Addo in neceſſitatis articulo, puta quando mortis periculũ imminet, & abeſt presbyter, cuius proprium munus eſt baptizare, vel ſi adeſt, id negligit. Polsc imo ẽt teneri eum periculo propriæ vitæ idẽ baptiſmi ſacramentum conferre, ne ſine remedio ſalutari quiſpiam de hoc ſeculo euocetur, q̃nquidẽ vnuſquiſque ordine charitatis, animæ proximi ſalutem plus quàm propriũ corpus diligere tenetur, &, vt dixi, in tali neceſſitate, ſine ſolemnitate baptizans non peccat, etiam ſi peccato lethali, aut excõmunicatione vinculo ſit obſtrictus. An autem cognatio ſpiritualis in baptiſmo collato domi ob neceſſitatem contrahatur, ſi poſtea in eccleſia ſolemniter

niter

nitet ritus ſuppleantur, videatur. *Sanch de matr. l. 7 diſp 62. nu. 4. & Riccius p. 3. deciſ. Cur Neap deciſ. 216. Gutierez de matrim. c 100. nu. 9. Bonac. eodem tr. q. 3 pun. 5. §. 2. nu. 9. & ſeqq.* qui in negatiuam partem deſcendunt.

IV. SVPPOSITVM.

QVarto ſupponendum quod licet ex ſupra dictis multa colligi poſſint, quæ ad eſſentiam baptiſmi pertinent, quæ ſi non adſint, actus nullus reddatur, vt expreſſio formæ vocalis, ablutio per elementum aquæ naturalis eodem tempore, quo ipſa forma profertur, intentio miniſtri, fides baptizandi in adultis propria, & in paruulis aliena. Multa tamen à SS. Patribus, & ab Eccleſia ad eius decorem fuerunt ſolemniter inſtituta, ut patrinus, cognatio ſpiritualis, quæ tàm in baptiſmo, quàm in confirmatione per procuratorem contrahitur, aquæ conſecratio, trina immerſio, vel aſperſio, exorciſmus, inſufflatio, ſalis exhibitio, ſaliuæ contactus, & inunctio; quæ ſi ſcienter omittat Parochus, graue piaculum admittit. Nec ſi domi in neceſſitate ſacramentum ab obſtetrice, vel alio rite adminiſtratum ſit, ſacra debet repeti ablutio, ne illa quidem ſuperiori adhibita conditione, quod ſine ſacrilegio fieri nequit; nec, vt multi volunt, vt dixi, ſine irregularitatis labe, ſed tantum ſolemnes, quæ omiſſæ erant cæremoniæ, adhibendæ ſunt, hoc eſt exorciſmus, catechiſmus, &c. Quas ſi Parochus contemnat, ex *Conc. Trid præſcripto. ſeſſ. 7. can. 13.* anathemate percuti debet. *Gemin. conſ. 33. Graff. arbit. Conſeſſ l. 1. c. 2.* Horum vero rituum myſteria à chriſtianis ignorari non debere, quò ijs ad artem bene viuendi, & feliciter moriendi addiſcendam adiuuentur. tradit *Bellarm. in libello de arte bene mor l. 1. c. 10.*

RESOLVTIO.

HIs ita generaliter, vt ſolidis fundamentis, & neceſſarijs præcognitionibus notatis, Ad primam quæſtionem dico, vt aliàs memini, extare Decretum Clementis VIII Marco Cornelio Patauino Epiſcopo, nonnullis ab hinc annis tranſmiſſum, docens Puerum ex vtero matris egredientem, in manu, vel pede emiſſo baptizatum, ſub cōditionali forma ab Alexandro III. *in c. 2. de baptiſmo.* præſcripta, ſi naſcatur, iterum baptizandum eſſe. Quam etiam communiorem, & veriorem eſſe ſententiam ſupra in 2. ſuppoſito firmauimus. prout teſtatur *Vict. in notis ad Toletum l. 2. cap. 18. & ad Poſſen. de off. Cur. c. 6.* Et alij iuniores vnanimi conſenſu eam amplectuntur. Quod etiam nunc ſancitur in *Rit. Rom. ſub Paulo V. tit. de ſacr. baptiſmi.*

II. RESOLVTIO.

AD ſecundā q. dico, quod cum baptiſmus domi collatus dubius ſit, & in dubio vt ſecurior pars accipiatur, iterum conditionaliter ſolemni ritu in eccleſia puer ſit baptizandus, Vincentium patrinum cum parentibus pueri ſpiritualē cognationem contraxiſſe, & cum hic ſecundus baptiſmus verus dici debeat, ipſam cognationem oriri, quæ matrimonium impediat, & contractum dirimat. *vt per Nau conſ. 1. de baptiſ. & Nald. l. c. n. 9. & per Sanch. l. 7. de matrim. d. 62. nu. 5. & 6.*

III. Q. RESOLVTIO.

AQuo nu. 11. deduco reſolutionē ad 3. quæſt. propoſiti caſus, nempe Vitalem cum ſua illa concubina coniugium inire poſſe, cum ex allatis, cognatio ipſa ſpiritualis obſtare non videatur, quā alias ex vero baptiſmate valide in neceſſitate collato oriri, conſtans eſt Doctorum ſententia (ſicut etiā omnes fatentur, tenentem filium concubinæ ea intentione, ne deinceps de tali crimine tentetur, nēpe prudenter ſecum cogitantē, cum commatre iam ſibi facta turpiter commiſceri, grauiſſimum inceſtus admitti ſcelus, non peccare, imo laudabiliter facere, &c.) *Cand. aureum de baptiſmo. nu. 42. & de matrim. nu. 155. Henriq lib. 11. de matrim. cap. 12. Gutierez. de matrim. 100 num. 12. Bonac q 3. p. 5. §. 2. num. 11. Lopez. 1. p. Inſtruct. Conf. c. 22. Nald. v. baptiſmus, & aly ſup.*

QVÆSTIO VIII.

An Parochus baptizans ethnicorum nomina imponens, nec patrinos de contracta cognatione ſpirituali admonens, neque interrogans an chriſtianā doctrinam calleant, nec infantis parentes monēs ne eum in lecto anno nō expleto teneāt, & tandem pro editione libri ætatem alicuius continentis, aliquid pretij accipiens m p Et an ruſticos diebus feſtis choreas ducentes excommunicare potuerit.

NAzarius Parochus dum pueros baptizat. Primo illa nomina imponere ſolet, quæ gentilium, & impiorum hominum memoriam referunt, non eorum, quos in ſanctorum numerum adſcriptos eſſe conſtat.

Secundo ſponſores, vel patrinos quoſcūque admittit, nec de contracta ab eis obligatione, & onere, quod circa infantem baptizatum ſuſcipiunt, admonet; nec eos interrogat, an doctrinam chriſtianam calleant, cum tamen ſynodalibus conſtitutionibus præcipiatur, vt nullus ad matrimonium contrahēdum ab eo admittatur, qui illam ignoret, nec

quem-

Digitized by Google

quemquam ad puerum in baptiſmo tenendum recipiat, qui Orationem Dominicam, Angelicam Salutationem, Symbolum Apoſtolicum, & Decem legis præcepta, memoriter prius genuflexus non recitauerit. Tertio non admonet infantis parentes, vel nutrices, ne anno ætatis non expleto, ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ, dictum puerum ſecū iacentē teneāt, obſtetrices baptiſmi formā docere negligit, imo tales in ſacramentali iudicio abſoluit. Non monet puerperas, vt cum primum domo exierint, ad eccleſiam, à Parocho purificationē accipiant.

Quarto, etſi habeat librum, in quo baptizati, & parentum, compatrum, ſiue commatrum nomen, cognomen, diemq. natalis, ac baptiſmi, & an ex legitimo matrimonio natus ſit deſcripta tenet; cum tamen quis ætatem, vel aliquid horum ſcire cupit, aliquid pretij, vel mercedis ſibi dari petit.

Quinto propria authoritate in ruſticos ſuos Parochianos, diebus feſtis choreas ducere ſolitos, excommunicationis ſententiam tulit.

Quæritur an in prædictorum omiſſione, vel commiſſione, Curatus mortaliter peccet, & in aliquam cenſuram incurrat, & nùm ſuos ſubditos excommunicare potuerit, & quomodo eius Confeſſarius cum eo ſe gerere debeat.

I. Q. RESOLVTIO.

QVò ad primam quæſtionem dico, Nazarium non admonendo, vt baptizati parentes alicuius ſancti nomen ei imponant, nō lethalem, ſed venialem culpam admittere, cum non præceptum, ſed tantum ſalutare conſilium violet: hortantur. n. tantum Tridentini Patres, ut ſicut chriſtiani à Chriſto dicuntur, ita & ipſi à Chriſti militibus nomen mutuentur, qui propter excellentem animi pietatem, & religionem, in ſanctorum numerum relati ſunt. Siquidem hoc duplicem vtilitatem habet, nā primo baptizatus propter nominis ſimilitudinem facilius ad illius ſanctitatis, ac virtutis imitationē excitabitur. Secundo libentiùs illum inuocabit, & ad defendendam tùm animi, tùm corporis ſalutem faciliorem patronum, & aduocatum apud Deum ſperabit. *Catechiſ. Rom. de baptiſmo. ſect. 75. Hėriq. de baptiſmo. cap. 13. nu. 4. Surius tom. 2. die 5. April. in uit. S. Vincentij Ferrer.* Vñ *Zechius in tr. de Epiſcop. c. 6.* admonet Epiſcopum, vt dum uiſitat, in particulari circa baptiſmum videat, an aqua baptiſmalis in vigilia Paſchatis, & Pētecoſtes renouetur, priori in ſacrarium effuſa. An infantes intra octo dies baptizentur? An eis nomina Sanctorum imponantur, &c. Vt ēt illud in re ſimili omittā, ex bono, & pulchro nomine bonam à iure præſumptionem fieri, ſicut è contra turpe nomen prauam etiā & peruerſam ſuſpicionem gignere, præſertim ſi cū eo mala etiam fama concurrat; vt proinde imputandum ſit illi, qui cum deforme nomen habenti contrahit, ſi ab eo decipiaẽ. &c. *DD. in c. 1. ext. de depoſito. Maſcard. de probat. vol. 2. in v. furtū concl. 1331. Germon. de indult. Card. in D. Hieronymo. & in Act. Eccleſ. Tarant. l. 3. c. 2. Caſſan. in cat. gl. mun. p. 11. conſid. 23. & dixi ſup. tr. 2. c. 3. q. 27.*

II. Q. ASSERTIO.

AD 2. quæſt. dico, non excuſari Parochum à mortali culpa, ſi indiſcriminatim quoſcunque ad patrini munus admittat, nec approbatos, & admiſſos, de eorum contracta obligatione certiores facit, neque circa eos adimplet, quæ ſui Epiſcopi edictis iubentur. Vocantur. n. ſponſores, & fideiuſſores, non tāquam ob nudum titulum honoris, aut cœremoniæ gratia, vt plerique noſtris temporibus nimis inepte exiſtimant, ſed propter officium, & onus, quod circa infantem ſuſcipiunt. Sicut enim poſtquam paruulus natus eſt, nutrice, ac pedagogo indiget, à quibus educetur, & erudiatur; ita qui per baptiſmum vitam ſpiritualem viuere incipiūt; neceſſe habent, aliquibus committi, à quibus chriſtianæ religionis præcepta haurire debeant. Vnde tanquam ſponſores promiſſione Deo facta ſe obligant, quantum in ipſis eſt, effecturos, vt infantulus in Chriſto adoleſcat, atque ei in ſanctitate, & iuſtitia, omnibus diebus vitæ ſuæ ſeruiat.

Quam utique ſponſionem etiam tempore Apoſtolorum inter Chriſtianos obſeruatam fuiſſe prodidit. *Dionyſ. Areopag. in l. de eccleſ. Hierarch. vt refertum. Menoch. de præſumpt. l. 2. præſump. 51. n. 54. & Hering. de fideiuſſ. c. 18. nu. 62.* Quem ſane ſponſorem chriſtianum eſſe oportet, qui. n. fidei articulos ipſe non tenet, nec illis credit, quomodo is ſponſor pro alio eſſe poteſt? *c. in baptiſmate. c. vos ante omnia. de conſ. diſt. 4.*

Non tamen baptizatus neceſſario debet eſſe ætate minor, quā ſit eius patrinus, ſufficit enim ut vſum rationis habeat, & infantiam exceſſerit, quāuis aliter quidam ſenſerint, requirentes ætatem ſaltem 14. annorum in eo, qui tale munus ſuſcepturus ſit, ut inter alios tenet *Nauar. conſ. 4. de cognat. ſpirituali.* Sed in rigore cōtraria ſententia verior, & communior eſt. *Sanchez. l. 7. de matr. d. 61. Reginal. l. 31. nu. 157.* & alij iuniores.

Porro hanc obligationem nonnulli ad corporalia alimenta pręſtanda extendunt, vt. ſ. patrinus filium ſpiritualem egentem alere teneatur. Quod licet parum in more hominum ſit naturali tamen iuri conſentaneum uidetur. *D. Dionyſ. de celeſt. Hier. c. 6. D. Aug. relatus in d. c. vos. ante oīa. vbi Turrecrem. & Archid. de conſec. d. 4. Catechiſ. Rom. de baptiſmo.*

ptiſmo.c.6 Sardus.de alimentis.tit.1.q.1 t. Megal. 3.p.Iuſtit. Conf ſſ.l.2.c.26 q. 1. Sà.in v. alimenta. Moſ ſ.tr.4.c.2.nu.46.& alij.

Cuiusquidem ſpiritualis muneris vt ij magis memores ſint, S.mater eccleſia pronuntiauit, inter patrinũ, & baptizatum, ciuſque parentes, ſpiritualem etiam cognationem contrahi, tùm vt eos uementius ament, tùm ut illis tanquam filijs omne animæ bonum theſaurizent. *Conc.Trid.ſeſſ. 24. de reform.c.2.*

Patrini, qui eſſe nequeant.

HAc de cauſa excommunicati, facinoroſi, infideles, Iudæi, hæretici, patrini eſſe prohibentur, quia ut Tridẽtini Patres animaduerterũt, nec ueram in fide educationem, nec in moribus inſtructionem baptizatis præbere poſſunt. *Barboſ de Epiſcopo.p.3.alleg.30.nu.24.* Religioſi tamen, & regulares, cum humanis commercijs ſe immiſcere non debeant, ab huiuſmodi munere arcentur. Vnde & D.Franciſcus de Aſſiſio ſuis fratribus, & alumnis dicebat, ut pro animæ puritate, & caſtitate ſeruanda, tria potiſſimum uitarent. Primo ſuſpecta mulierum conſortia. Secundo ad monialium monaſteria acceſſum. Tertio ne patrini fierent. Vt in eius regula.c.9. Si tamen de facto ſine ſuperioris licentia illud obirent, ueri ſuſceptores erunt, & ſubinde ſpiritualem cognationem contrahent, cũ multa facta teneant, quæ fieri prohibentur, *c. ad Apoſtolicam. de regul.taris. Rit. Rom. Pauli V. tit.de patrinis. Sanch. l.7.de matrim.d.60.nu.21. Regnal l.31.num. 157. Barth.ab Ang.dialog.2.de bapt.§.73. Bonac.de mat. q.3.p.5.§.2.nu.23. Molfeſ.tr 4.c.1.nu.64.arg.idem Sanch.l.6.de precept.c.11.nu.43.& Tuſch.v.facta. concl.12.nu.63.*

Cum ergo hodie nudum tantum huius functionis nomen relictum uideatur, & iſti patrini non ſolum ea, quæ ſolemnibus uerbis polliciti ſunt, re ipſa non præſtent, ſed nec ullo ſe uinculo obſtrictos recordẽtur, officium Curati eſt, ſæpe illis hoc in memoriam reuocare, ac eorum incuriam, & negligentiam corrigere, nec ullatenus prætermittere, quin ſaltem ſermonibus ad populum, tùm cõmunibus, tùm peculiaribus, ubi ſe occaſio offert, & ſacris etiã confeſſionibus, tàm graue, ac neceſſarium eorũ munus in uſum inducere ſtudeat.

Aſſertionis limitatio.

MVlti tamen Doctores, eos ab hac obligatione eximunt, quia inter chriſtianos nati cõmuniter à parentibus, vel præceptoribus, uel publicis catechiſtis inſtruuntur; ſuſcipientem nihilominus aliquem inter infideles natum, omnino ad eius inſtructionem obligari, niſi aliunde ei proſpectum eſſet. *Coninch.de baptiſmo q.67.art. 8. Barboſa. in remiſſ.ad Conc.Trid.ſeſſ.24.c.2.*

Eadem ratione dicendum eſt, Parochum baptizantem, excuſari poſſe ab obligatione interrogandi patrinum, an doctrinam chriſtianam ſciat, quoties cunque perſonæ qualitas hoc diſſuadere poteſt. Quandoquidem rogare eos rene bitur, qui ad ſuſcipiendum in ſacro baptiſmate accedunt, an articulos fidei calleant, quoties probabiliter iudicauerit, aut dubitauerit, illos ignorare, quales ſunt multi ruſtici, vulgares, homines, rudes, & imperiti.

Non tamen cogitur ad interrogandũ eos, quos probabiliter ſcire crediderit, ut sũt nobiles uiri, aut alii à pueritia bene educati. &c. *Tol.l.3.c.19. Azor. p.1. Iuſtit.moral.l.8.c.8.q.5 Beta p.4.reſpon.caſu.1.*

An autem poſſit quis à ſuſceptoris munere ſuſcipiẽdo arceri, ſi chriſtianam doctrinam ignoret, ab aliquibus doctis uiris dubitari uidi; uerius tamen in praxi dicẽdum uſ, poſſe quidẽ Prælatos, ignaros compellere, ut illam addiſcant, & Parochos, ut eã interrogent, ualde, n. expedit, ut memoria retineãt quò myſteriorum fidei rationem reddere ualeant, non poſſe tamen in rigore à patrini officio obeũdo prohiberi præſertim ſi præ ſenio, aut ingenii tarditate, incapaces ſint, & quò ad ſubſtantiã illã ſciant, *arg.quod tradit Sanch l 3.de matr.d.15.nu.19. Farin.de hæreſ q.179.§.5.n.30. Naldus v.chriſtianus. nu.2, Campanilius.in diuerſ.Iur.can.rub.11.c.14. nu.7. Barboſa.de Epiſc.p.3.alleg.76.nu.41.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD tertiam quæſtionem dico Parochum lethalis culpæ reum fieri, ſi conſultò ſciens Epiſcopi ſui ſanctiones, parentes non admonet, ne anno nondum expleto, puerum in lecto teneant, nam mater, aut nutrix, excommunicationem ab Epiſcopo latam non effugiet, ſi vel unius quadrantis ſpatio, ſine debita cautione, puerum, ſeu infantẽ in lecto detinuerit. *ex Bonac.de leg.d.1.q.1.p.7.§.4.nu. 19.* (Addo patrem qui anniculum puerum in lecto retinuit, ſi culpabiliter ſuffocatus reperiatur, tanquam irregularem ad ſacros ordines aſcendere non poſſe. *Riccius in praxi var reſol.reſol. 40.* Niſi ob paupertatem, & diligentiam, quàm in hac re adhibere ſolent, excuſari probabiliter credatur, per ea quæ ſuprà diximus *p.1.tr.7.c.20.q.96.*)

Aliàs ſi eos ſcienter à caſu reſeruato, uel cenſura abſoluere auſus fuerit, ultra peccatum, in excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam incidiſſet, ex Decreto Clementis VIII. à Paulo V. confirmato, ut tradidi in *Comment.de caſ.reſer.p.1.c.8.* & *ſup.p.1.tr.5.c.4.q.21.*

Difficile à lethali culpa excuſatur, ſi obſtetrices

baptiſ

baptiſmi formam docere negligit, quia.n. obſtetrices ad adiuuandum partum mulieribus adeſſe debent, & opem ipſi patienti ferre, in neceſſitate, ob pericula frequenter in partu contingentia, quoſcũque paruulos de uita periclitantes, ex debito iuſtitiæ baptizare tenentur, ut probant *Palud. in 4. d. 3. q. 2. D. Ant. in 3. p. tit.* 14. *c.* 13. §. 4. *Reginal. l. 27. nu. nu.* 45. *Chapeuilla. de ſacr. in neceſ. miniſt. de baptiſmo. q.* 2. dicentes, Non omnes tenentur ad ſciendũ formam baptiſmi, niſi quibus ex officio incumbit, vt Curatus, & obſtetrix, non. n. alia de cauſa formã callere debent, niſi vt exigente tempore, illa vtantur, qua quidem vti non ſciẽt, niſi probe à Parochis inſtruantur. Vnde & *Vlpianus in l. 1. ff. de vent. inſpiciendo*, vult obſtetrices eſſe probatiſſimæ & artis, fidei, vt etiam per *Menoch conſ.* 284. Ideo nulla earum hoc officium præſtare deberet, niſi approbata eſſet idonea, legitimo apparente ſcripto, in vrbem per deputandum ab Ordinario, in Diœceſi per Vicarium Foraneum ſubſignato, &c.

Non vero peccauit Parochus ſi puerperas non monuit, vt poſt partum, purificationis legem adimplerent: nam vt ait *Innocentius 3. in c. 1. tit. de purificat. poſt partum.* Poſtquam vmbra legis euanuit, & Euangelij veritas illuxit, ſi mulieres poſt prolem emiſſam acturæ gratias eccleſiam intrare voluerint nulla proinde peccati mole grauantur; nec eſt eccleſiarum is aditus denegandus, ne pœna illis conuerti videatur in culpã; ſi tamen ex pietate, & veneratione, voluerint aliquandiu abſtinere, deuotionem earum non credimus improbandam. Grauiſſimum Pontificis Decretum explicat. *Salmeron. tom. 3. tr.* 43. §. *& ſi igitur. &* Sur. *tom 2. diſp. 16. ſect. 2. Azor. tom. 2. l. 1. c. 18. Morales in Matthæũ l. 5. tr. 5. n. 30. Caniſ de B. V. l. 4. c. 12. Henriq. in ſumma l. 9. c. 25. num.* 12. vbi ob purificationis tempus fœminam à miſſa nõ excuſat. quamuis *Suar. tom. 2. d.* 88 *ſect. 6.* ob vſum eam à culpa eximat.

Et ſane christiana mulier hoc religionis officiũ prætermittere non deberet, cum fidelem hominẽ deceat multa in Dei cultu, vel obſequio, ex voluntaria pietate, & ſpontanea deuotione offerre, nec n. ea duntaxat, quæ Deo ex præcepto debentur, exequenda ſunt, ſed etiam pleraque vltrò facienda, ad quæ aliàs iure non cogimur, nã ſicutq. in cibis, quib. paſcimur, in veſtitu, quo operimur, non ſolum neceſſitatem, ſed etiam honeſtatem, ornatum, & vrbanitatem ſpectamus, ita etiam in Dei famulatu, non ſolum ijs, quæ neceſſariæ obligationes ſunt, cõtenti eſſe debemus; ſed multa ex voluntaria pietate addenda ſunt. *Benz. de Iub. l. 5. c.* 12.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. dubitationem dico, quod etſi Parochus edendo librum, in quo baptizatorum ætas cõtineatur, peccet ſaltem venialiter, & forte etiam mortaliter ſi ſcandalum adſit. *Ricc. in deciſ. cur. Neap. par. 2. deciſ.* 55. & ſic pretium, vel mercedem petendo, ſordidum animum prodat, cum libenter id gratis facere deberet, non tamen ſimoniam committit, cum pretij nomine res ſpiritualis nõ vendatur; Eſt enim ſimonia ſtudioſa voluntas emẽdi, vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum, vt in articulis de ſimonia annotauimus ſuperius. *p. 2. tr. 9. c. 5. q. 9.* Hinc *Io. Mauritius in tr. de reſtitut. in integr. c.* 321. his verbis ſic loquitur, Eſt etiam efficax modus probandæ ætatis liber Plebani, in quo paſſim deſcribit nomina, & cognomina eorum, qui ab eo baptiſma ſuſcipiunt, & illud eſt certiſſimum ætatis teſtimonium. Imo memini ſic ætatem probatam, vbi de reſtitutione in integrum ageretur, ex quo modo probationis nulla fraus reſultat, cũ hac præcipua intentione id agant Curati, vt ſciãt quosnam parochianos habeant, & vt incidenter de ætate eorum pateat, qui cum nihil vtilitatis, ac commodi pecuniarij ſint ex eo aſſecuturi, præſumuntur vere ætatem deſcripſiſſe. hæc ille. Quam poſt alios refert, ac ſequitur *Maſcard. de probat. volum. 2. concluſ* 672. *& Nicolaus de Genua. in tract. de ſcrip. priuata. l. 5. q. 1. & Ioſeph. Ludou. deciſ.* 55.

Porro baptizatum quem eſſe probari per vnum teſtem fidelem, nec tantum per Parochi librũ, modo de tertij, vel alterius præiudicio non agatur, tradit idem *Maſcard. volum. 1. concl.* 163. *& Tuſch. v. baptiZatus. concl.* 24.

V. Q. RESOLVTIO.

QVintæ dubitationi ſatisfaciens dico, Nazarium Curatum iure non potuiſſe excommunicare ſuos Parochianos diebus feſtis choreas ducentes, quãdoquidem Parochus iure communi cenſuras ferendi poteſtatem non habet, cum fori exterioris iuriſdictione careat. Qua ratione in votis & diſpenſare ei integrum non eſt, quia etſi ex uſu in feſtis, & in ieiunijs, vbi ad Epiſcopum aditus non adeſt, diſpenſare ſoleat; at hæc conſuetudo ad vota, vel cenſuras non eſt extendenda. Et quamuis nonnulli, *vt Sylueſt in v. excom. 1. nu.* 5. & alij exiſtiment, gaudere facultate ferendæ excommunicationis in furto, rapina & ſimilibus caſibus, hoc tamen incertum eſt, & contra communem praxim. vt ait *SuareZ. tom. 5. d. 18. ſect. 1. nu. 3. & Sayr. de cenſ. l. 1. c. 6. nu.* 32 *Bonac. q. 1 p. 2. num. 5. Filliuc. tr. 12. c. 1. nu. 11. tom. 1. qq. mor.* Diximus iure communi, qa ex priuilegio, vel cõſuetudine alicubi locũ habere poteſt. Dictum eſt etiam Parochus, quia Plebani hoc eſt eccleſiæ collegialis Præfecti, facilius eam iuriſdictionem ex vſu, priuilegio, vel ex delegatione in ſynodo facta acquirere poſſunt. Addo ruſticos

Digitized by Google

ex nonnullorum ſententia in diebus feſtis non eſſe à choreis arcendos ſaltem ſub graui pœna, modo fiant poſt auditum ſacrum,& poſt veſperas à Parocho recitatas,tùm quia otio vacatent,vel furtis,& malis machinationibus incumberet, tùm quia pro more regionis,& coram aliis publice exercentur, ideoque magna ex patte libidinis,& aliorum criminum occaſio amputatur; tùm denique quia inter adoleſcentes,& puellas ſunt beneuolentiæ cõciliatrices. vnde matrimonia inter eos contrahuntur. Tollendi tamen ſunt abuſus,ſi qui miſceantur, & chriſtiana modeſtia procuranda. *Caiet. in v. chorea. Azor. p 3. lib. 3 c. 26. Filliuc. tom. 2. tr. 30. c. 10. nu. 224. Idem Bonac. de matr. q. 4. p. 9. nu. 24.*

QVAESTIO. IX.

Baptiſmus domi collatus cũ hac forma, Ego te baptizo in nomine Patria, & Filia, & Spiritu ſancto, & B. Maria Virginem ſit ualidus. Vtrum Parochus in eccleſia rebaptizando peccauerit, & irregularitem contraxerit. Num coniugium contractum cum matre puellæ, quam quis nomine alterius abſentis tenuit, valeat, &c. An conductori molendini vi fluminis deſtructi penſionis remiſſio detur, & an matrimoniũ celebrari poſſit ad ſopiendam litem, &c.

LVcius cupiens ex prole breui ab vxore ſua naſcitura,ſpiritualem cognationem contrahere cum Hortenſio abſente,ad eum ſcribens,dictæ proli patrinum fieri poſtulauit, ſobole fœmina iam nata,ipſe Hortenſius Claudium mittit, qui infantem ad baptiſmum eius noĩe teneat. Cum autẽ puella ob imminens mortis periculũ domi ab obſtetrice baptizata fuiſſet, partim ſub hac forma,materna lingua prolata, Ego te baptizo in nomine Patria,& Filia,& Spiritu ſancto,& Beatæ Mariam Virginem,eam poſtmodum ad eccleſiam delatã, Parochus re cognita,nullum vitæ diſcrimẽ ſubeſſe videns,Claudio tenente,ſub conditione,aqua non benedicta,qua multoties vſus fuit,baptizauit, dicens, Si es baptizata, ego non te baptizo,ſed ſi nondum es baptizata,ego te baptizo, &c. Mortua poſt octo dies puella,ipſe Claudius vellet cum eius matre Helena,filiæ hærede,matrimonium cõtrahere ea præſertim mente,& intentione,vt litem quandam dirimeret,quam cum Dionyſio eius marito iam defuncto,diù agitauit, nondum tamen eã diremit. Cum enim ab ipſo Claudio molendinum conduxiſſet, quod poſtmodum aquarum impetu deſtructum fuit,remiſſionem penſionis prætendebat,etiamſi omni legum auxilio, cum iuramento renuntiaſſet. Quæritur Primo an primus baptiſmus ſic domi collatus validus ſit. Secundo an Parochus ſic in eccleſia rebaptizando peccauerit,& in irregularitatem inciderit. Tertio an cõiugium inter Claudium,& matrem defunctæ puellæ,quam ad baptiſmum tenuit,iniri poſſit. Quarto, An ad dirimendam litem diù agitatam liceat Claudio cum ipſa Helena matrimonium contrahere. Reſponſ. Cum hic caſus multa affinia præcedenti caſui contineat, & ibi nonnulla ſuppoſita hic conferentia, adduximus,illud nunc tantum præmittere ſufficiat.

I. SVPPOSITVM.

CVm perfecta cognitio baptiſmi (quo tanquã ianua,& omnium ſacramẽtorum fundamento, Deo renaſcimur,vitam nouam ſubimus,& ſine quo,nec æternam vitam adipiſci poſſumus,nec Cælum ingredi) eaque religioſa tractatio magnopere in paſtorali cura requiratur,nunquam Paſtores, & Parochi ſe ſatis multam operam,& ſtudium in huius ſacramenti tractatione collocaſſe arbitrẽtur, vt aiunt Tridẽtini Patres in *Catechiſ. Rom. de ſacr. baptiſmi.*

Pueri. n. cum peccato originali decedentes, pœna damni puniuntur, & beatifica Dei viſione priuantur,iuxta illud Io. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritu ſancto,non poteſt intrare in regnũ Dei. Et hæc pœna in æternum affici ẽtur, ſiquidem, vbi ceciderit lignum,ſiue ad Auſtrũ,ſiue ad Aquilonẽ,ibi erit. *Apoc. c. 11.* Quo loco Patres vti ſolent, vt perpetuum ſtatum oſtendant, in quo homines poſt hanc vitam permanſuri ſunt.

Hinc colligi poteſt, quàm grauiter peccent parentes,aut alij,qui pueros ſine baptiſmo decedere permittunt,& qui abortum fœtus præſertim anima rationali præditi procurant,vt iure merito contra huiuſmodi delinquentes à Summis Pontificibus, excommunicationis pœna conſtituta ſit. *Sayrus. l. 3. de cenſ. c. 35. n. 27. Graff. l. 2. c. 63. Quar. & Nald. v abortus. Filliuc. tom. 2. tr. 10. c. 1. q. 8. Bonac. tom. 2. diſp. 2. q 1. pun. 4. vt etiam ſup. tradidimus. p. 1. tr. 7. c. 19. q. 87. & ſeq.*

Quę cenſura hodie ijs reſeruata,qui per loci Ordinarium ad hoc ſpeciatim ſunt deputati, non tantum alios procurantes afficit,ſed etiam ipſas fœminas vterum geſtantes, & ipſum abortum efficientes,& ſic in praxi ſeruatur,quidquid. *Nald.* & nonnulli alij dixerint.

Et ideo vt ad rem noſtram redeamus,quia ſæpe neceſſitas incidit ob imminens vitæ periculum, vt infantes ſimul ac editi in lucem ſunt,ne ſine ſalutis ſacramento pereant,ſacerdote non expectato baptizandi ſint, idcirco vt ſupra aduertimus,ne quid in re tanti ponderis erretur, Parochis curæ eſſe debet præter materiam,baptiſmi formam,omnes quidem docere,ne quis eã ignoret, ſed præcipua diligentia obſte-

obſtetrices ſuæ parochiæ inſtruere, vt verba quibus ſacramentum efficitur, memoria probe teneant. Cum vero imminente neceſſitate baptizabunt ipſæ, curent vt duæ ſaltem mulieres adſint, quò facilius intelligi poſſit, an rite baptizandi forma adhibita ſit, nec vnquam præſente viro eius formulæ perito, hoc munus ipſæ exequantur. *Suar. par.3.diſp.31.ſect.6.Reginal.tr.27.nu.54.post D. Thom p.3.q.67.ar.4.*

II. SVPPOSITVM.

SEcundo ſuppono, q ad contrahendã in baptiſmo, vel confirmatione ſpiritualem cognationem, ob quam inter fideles matrimonium impediatur, & dirimatur, plura requiruntur. Primo vt ſuſcipiens ſit baptizatus, ſiquidẽ hæc ſpiritualis cognatio ex Eccleſiæ inſtituto deſcendit, infidelis autem eccleſiaſticis legibus ſubiectus non eſt; & vſu rationis potiatur, vt illam ſuſceptionem cum legitima intentione exercere queat. Secundo vt infans teneatur in baptiſmo, nam quando puer eſt domi baptizatus, & in eccleſia ritus, & ſolemnitates ſupplentur, cognatio ab eo non contrahitur, qui illum in eccleſia ſuſcipit. In huiuſmodi tũ caſu Parochus debet in libro in quo patrinorũ nomina referuntur, ſcribere hunc non fuiſſe patrinũ in baptiſmo, ſed in catechiſmo. i. in inſtructione fidei, quæ ante templi valuas ſolemniter ſuper baptizando fieri ſolet, ex qua infantem tenens imperfectam ſpiritualem cognationem ſubit, quæ non dirimit, ſed tantum matrimonium impedit, quam cognationem cõlor, & receptior eſt opinio, eſſe ſublatam per *Conc.Tr.d ſeſſ.24.c.2. vt per Sãch. l.7.d.8.nu.12.Reginal.l.31.nu 190.Ribel.p.2.l.3.q.18.num.20.Gutierez.de matrim.c.84.nu.6.Molfeſ. tr.4.c 10.num.12.Bonac.q.3.p.14.nu.6.& alios.*

Tertio exigitur contactus, qui.n. tantummodo baptizato aſſiſtit, ipſumq. non tangit, cognationẽ ſibi non comparat, cum tenere, vel ſuſcipere non dicatur. Item vt puer de manibus baptizantis ſuſcipiatur, quando primo baptizatur, ob id ſi infans iterum ſalutari aqua abluatur, hæc ſpiritualis cognationem non conflatur; nam ſecundus baptiſmus non eſt verus baptiſmus, ac ideo impedimentum non præſtat. Secus ſi de priori baptiſmo ambigatur, & infans ſub conditione denuo abluatur: præſumendum eſt.n. illud inde naſci, & matrimoniũ contrahendũ impedire, & contractũ dirimere.

Non eſt tamen neceſſe, vt dum catechiſmus fit, patrinus reſpondeat, cum nullo iure id caueatur. Quarto opus eſt, vt expreſſa, vel tacita intentio munus patrini pręſtandi adſit ne error perſonæ interueniat, ſiquidem qui puerum tenet non intentione hoc munere fungendi; ſed ne puer humi iaceat, vel vt rem gratam parentibus faciat, fingens ſe vt ſponſorem ſuſcipere, cognationem non contraheret, ſicuti nec illam conciliat, qui per errorẽ filium Petri tenet, credens eſſe filium Andreæ, cum errantis nulla ſit voluntas, & nihil magis contrariũ ſit conſenſui, quàm error. *Decius, & Cagnol. in l. nõ videntur. ff. de reg. iur. Tuſch. v. error. concl. 315.*

III. SVPPOSITVM.

TErtio illud quoque ſupponendum occurrit, matrimonium inter abſentes, per literas, vel procuratorem, ſiue maſculum, ſiue fœminam, valide contrahi poſſe, tùm quia iura id paſſim admittunt, dummodo præſcriptæ conditiones obſeruentur. *c. fin. de procurat. l. 6.* Nam Chriſtus matrimonium in ſacramentum eleuans, contractus naturã non mutauit, qui per procuratorem inter abſentes celebrari poteſt. Vt autẽ matrimonium celebratũ per literas, vel procuratorem ſit validum, tria ſaltẽ requiri communiter omnes fatentur. Primo præſẽtiam Parochi, & teſtium, vt ſcilicet procurator celebret matrimonium corã Parocho, & teſtibus, iuxta Tridẽtinas ſanctiones. *ſeſſ.24. de refor. mat c.1.* Secundo vt tempore celebrati coniugij mandatũ reuocatum non ſit, ſiquidem, quidquid ſit de reuocatione mandati in aliis materijs, illud irritũ eſſet, quãuis mandati reuocatio ad procuratoris notitiã nõ perueniſſet. Tertio vt procurator ad contrahendũ cũ certa perſona ſpeciale mandatum habeat, & per ſe ipſum agat. non .n. alium ſubſtituere poteſt, niſi de cõſtituentis expreſſa mẽte conſtet. 4. requiritur vt ſic contrahentes iuxta præceptum, & ritus eccleſiæ, coniugium ineant, nempe, vt canonicis impedimentis careant, publicæ denuntiationes præmittantur, & in ſtatu gratiæ hoc matrimonium contrahatur, nam quidquid ſit de procuratore, qui ad hoc munus ex officio conſecratus nõ eſt, ipſi cõtrahentes lethali culpa contaminari, grauiter animas proprias fauciant, cum illud ſacramentum indigne recipiant, ad gratiam obicem ponentes, vt late proſequitur *Sanchez. l. 2. de matrim. d. 11. Coninch d. 24. de matrim. n. 67. Tuſch. v. matrimoniũ. concl. 124. Bonac. q. 2. p. 5. Molfeſ. tr. 4. c. 7.*

Caſus, & annexarum difficultatum reſolutio.

HIs ſic ſuppoſitis ad propoſitas quæſtiones reſpondendo dico.

I. Q. RESOLVTIO.

QVod ad primam quæſtionẽ attinet, cũ error in grammaticali elocutione verborũ ſenſũ non mutet, collatum domi ab obſtetrice, baptiſmũ validum eſſe, cum hanc formam adhibuit, Ego

te baptizo in nomine Patria, & Filia, & Spiritu ſanĉta, vt expreſſe conſtat ex reſponſo Zachariæ Papæ de hoc conſulti, vt habetur in *cap. retulerunt. de conſecr. d.* 4. & pteralios DD. refert. *Baronius tom. 9. anno* 744. *nu.* 1. Quod autem hac complera forma, hæc etiam pariter corrupta verba adiunxerit, & B. Mariæ Virginum, mihi dicendum videtur, Si hæc mulier putaſſet hoc eſſe neceſſarium, vt B. Virgo Maria ad baptiſmum, prout facit ſacroſanĉta Trinitas concurreret, eſſet error in forma, & ſubſtãtiali laboraret defeĉtu, nec baptiſmus valeret. Secùs ſi pietatis, vel deuotionis cauſa, qua erga Deiparam afficitur, illa verba abundantius protuliſſet. *vt per Suar. tom. 4. diſp.* 21. *ſect.* 4. *Molfeſ. tr.* 4. *c.* 1. *n.* 47. *& alios cõter.* Neq. validitati baptiſmi officier, quod materna lingua, in proferenda forma, obſtetrix vſa fuerit, cum baptiſmus vulgari idiomate conferri poſſit, imo conſultius hoc ſit agere, quãdo miniſter bene latine proferre neſcit. Sicuti etiam ex communi ſententia, præcepto quò ad ſubſtantiam ſatisfacere dicitur, qui diuinum officiũ, lingua Hebraica, Greca, vel Italica recitat, vt proinde ad fruĉtuum reſtitutionem non teneatur. Et ſuam obligationem implet, qui ex voto, vel ex pœnitentia, pſalmos recitaret, ſi illos vulgari idiomate perſoluit, præſertim ſi hoc maioris deuotionis cauſa faciat. Imo in tali euentu, non ſolum præcepto ſatisfaciet, verumetiam ab omni culpa excuſabitur, niſi alia adſit circunſtantia, talem recitationem in ea lingua factam peccaminoſam reddens, vt talis nũc redditur, cum in nouo librorum prohibitorum Indice, omnia opera ſacræ Scripturæ in vulgarem ſermonem conuerſa, vel tranſlata, prohibeantur.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico Parochum, qui nulla adhibita diligentia, & nil experiundo, an obſtetrix, q̃ ngruente veriſimili neceſſitate, domi baptizauit, reĉtam baptizandi formam obſeruauerit, iterum puellam ſub conditione baptizauit, graui ſe piaculo obſtrinxiſſe, & ſecundum aliquorum ſentẽtiam, irregularitatis labem contraxiſſe. vt per *Sayr. lib.* 7. *de irregular. c.* 8. *n.* 23. (Quãuis huic opinioni quò ad irregularitatem nõn adhæſerim *ſup. tr.* 12. *c.* 3. *q* 8.) Nã vt diximus, ſi quando ob periculum baptizatus quis domi fuerit, cauere debet Parochus ne ad ſe delatum inde infantem temere baptiſmo admoueat, antequam diligenter à quò, & quõ baptizatus ſit, percunĉtatus fuerit, & ſi adhibito deleĉtu dubium eſſe probabile compererit, an rite collatus ſit, tùm demum iterum ſalutarem aquam perfundere debet, cum conditione, ſi es baptizatus, &c. *Comitulus l.* 1. *q.* 1. *Graff. conſ.* 1. *de baptiſmo.*

Si autem recte omnia peracta cognouerit, tùm tantum ſolemnes ritus, precationeſq. adhibere debet. Idemq. dicendum eſt, cum dubium verſatur circa materiam, vt eſt aqua alio liquore mixta, vel circa modum corporis baptizandi. *vt per Vict. in notis ad Poſſev. d. c.* 6. *de baptiſmo. & ad Tol. l.* 8. *c.* 18. & patet ex Rituali iuſſu Pauli V. nuper edito.

Nec ab alio graui peccato excuſandus videt̃ Curatus iſte, cum aqua non benediĉta, in rebaptizando vſus eſt, nam vt ait *Sylu. in v. baptiſmus.* 2. *q.* 3. *& Tol. l.* 2. *c.* 18. *Poſſev. de off. cur. c.* 6. & alij. A qua nãlis, q̃ eſt materia remota baptiſmi, ſicut proxima eſt aĉtualis ablutio, tempore neceſſitatis, non eſt opus vt ſit benediĉta, extra caſum neceſſitatis p. m. qui in non benediĉta baptizat. Imo debet eſſe in ea admixtum chriſma nouum illius anni, niſi aliud neceſſitas cogat. *c. ſi quis. de alio. de conſecr. d.* 4.

III. Q. RESOLVTIO.

QVò ad 3. quæſt. aſſertionem iſtã affero, Claudium non impediri quo minus matrem prędefunĉtæ puellæ, quam alieno nomine ad baptiſmum tenuit, ducere poſſit; probabilior enim verior, ac cõior videtur illa ſentẽtia, ſpiritualem cognationem à mittente, non vero à procuratore contrahi, tùm quia quæ procurator agit, non proprio, ſed mittentis nomine agit, nam qui per aliũ facit, per ſe ipſum facere cenſetur; tùm quia ſacram Cardinalium Congregationem ſic declaraſſe multi referunt, vt per *Vgol. de off. Epiſc. p.* 1. *c.* 15. §. 6. *Rebell. l.* 4. *ſect.* 4. *c.* 2. *Coninch. d.* 32. *dub.* 2. *nu.* 40. *Nald. v. cognatio. n.* 3. *Bonac. q.* 3. *p.* 5. §. 2. *num.* 34. *Rotam in nouiſſ. deciſ.* 669. *Sà. in v. matrimonium. v. impedim. dirimens. nu.* 5. *& alios.*

Nec opus eſt vt ad illam litem dirimendam, ac terminandam hanc matrimonij contrahendi cauſam adducat: nam licet inter cauſas, quæ hodie in praxi in Romana Curia verſantur, pro quibus diſpenſationes ad coniugia ineunda concedi ſolent, extinĉtio magnæ litis numeretur, ad quam conſanguineorum, vel affinium pax reducitur, q̃ nõ niſi eo matrimonio ſecuto comparabitur. *Sanch. de matr. l.* 8. *d.* 19. *nu.* 8. *Coninch. de matr. d.* 33. *nu.* 45. Cum tamen in noſtro caſu hæc cauſa non concurrat, nec diſpenſatio neceſſaria ſit, libere Claudius cum Helena matrimonium cõtrahere poterit, & ab eo abſtinere: & litem ſolutione eius, quod Dionyſio debebat, dirimere, cum explorati iuris ſit, ipſi molendini conduĉtori vi fluminis deſtruĉti, penſionis remiſſionem dandam eſſe, etiam ſi omni legum auxilio ſit renuntiatum, & contraĉtus iuramenti religione roboratus, ſiquidem per eam clauſulam ſolum remiſſio excluditur, quò ad damnum in fruĉtibus illatum, videlicet quando re conduĉta vti impediretur, non autem quò ad iaĉturam in ſubſtantia

tia rei non extantis, & deſtructæ, contingentem, ad quam illa clauſula non extenditur. Et verior cõmmuniorq. eſt magisque à praxi recepta ſententia, huiuſmodi caſuum fortuitorũ gñalẽ renuntiationẽ de caſibus inſolitis, & raro contingentibus, intelligendam non eſſe, etiamſi iuramentum a contrahentib. ſit appoſitũ. *Rolandus a Valle l. 1. conſ. 13. nu. 8. Surd. l. 2. conſ. 197. nu. 18. Menoch. l. 1. cõſ. 27. n. 18. Saraph. de priuileg. Iur. Priuileg.* 106. *Mancin. de iuram. p. 4. effectu.* 128. *Burſat l. 1. conſ. 81. nu. 11. Gratianus in Forens. Diſcep. par. 1. c. 195. vt etiam tetigi ſupra par. 2. tract. 1x. c. 20. q* 63. Et ſicut iſte inſolitus caſus conductori obeſſe non cenſetur, quaſi de illo cogitarum non ſit; ita è contra caſus inopinatus locatori præiudicium afferre non dẽt, vt à ratione conuerſiua penſionis augmentum petere non valeat. Vnde ſi quis molendinum cõduxit, promiſſum pretium augere tenebitur, ſi alia vicina molendina aquarum ui euerſa, & diruta fuerint: ita vt his remotis, multo magis lucretur, cum etiam hic inſolitus caſus per locatorẽ præuiſus non ſit, ut æqualitas in contrahẽtes ſeruetur. *l pen. C. communia diuid.* & contractũ in humanis commerciis claudicare non cõtingat. *Euerard. in top. leg. in loco à ratione caſus conuerſiua.* Et ex communi comprobat. idem *Grat. l. c. arg. Tuſc. in v. æqualitas concl.* 304. vbi ait adeo æqualitatem eſſe fauorabilẽ, & amplectendam, vbi naturalis ratio ſuadet, vt contrarium faciens legib. inimicus dicatur; ita ut ab eccleſia quoq. admitti debeat, vt q pro ſe vult, ratione æqualitatis ſeruãde contra ſe in contractibus velit. *ex Caſtrenſ. l. 2. conſ.* 142. Quis autem caſus inſolitus cẽſendus ſit, ad hoc vt penſionis remiſſio concedatur, vel denegetur, cõmunior, & verior ſententia eſt, vt iudicis arbitrio committatur, *vt per Menoch. l. 2. de arb. Iud. cent.* 1. *caſu* 89. *& Manc. l. c.*

Parochi Partes.

PRoinde partes Parochi erunt, Claudium, & Helenam admonere, nullum huic matrimonio impedimentum ſubeſſe quominus inter eos contrahatur, & lis illa de molẽdino, ex bono, & æquo dirimatur, Si enim præcipiẽte Domino, ut ſentit. D. *Auguſt. in Enchirid. c.* 78. tenetur quis cum proprio rerum diſpendio lites, quæ nõ niſi iactura charitatis, & pacis fiunt, euitare, quanto magis ſi cum alieno diſpendio ſerantur? *Barb. part. 3. de Epiſc. Alleg.* 79. Præſertim, qđ in foro Poli nullus eſt tam clarus iuris articulus, qui in forenſibus iudicijs dubius ab aduocatis, & cauſidicis non reddatur. *Lapus Alleg. 55. Cagnol. in leg. 2. nu. 212. ff. de orig. iu.*

Et licet multa q̃ ad ſpirituale Parochi tribunal deferuntur, eius intelligentiam ſuperẽt, vt pote quæ ius poſitiuum, vt aiunt, & legalem ſcientiam concernunt, & ad eas dijudicandas peculiarem quandam exercitationẽ exigunt, vt propterea quæ eius cognitionem effugiunt, ex prudentiæ præſcripto, ad peritos referre dẽat. ut de Cardinali ait Paleot. *de ſac. Conſiſt. cõſul p. 4. q. 6.* cũ dici ſoleat, peritis in arte ſtãdũ eſſe. *Val. Max. l. 8. c. 12. Oinot. in §. præterea de rerum diuiſ. Tuſch. v. peritis concl.* 86. Hi tamen periti ſcientiam cum conſcientia coniunctam habere debent, & qui media ſeligere norint, quę ad vitturis viam peragendam ſunt apta. *Cum vt ait D. Ambroſ. ſer. 10. in pſal.* 118. Intelligentiæ finis ſit recta operatio, iuxta illud regii vatis Intellectus bonus omnibus facientibus eum *Pſal.* 110.

ARTICVLI PRO SACRAMENTO Pœnitentiæ, Cap. III.

QVÆSTIO IX.

An Parochus tẽpore Iubilei potuerit abſoluere pœnitentem ab excommunicatione, & à caſibus reſeruatis, ubi contritione, uel attritione carebat. An extra illud abſoluere licuerit ab inceſtu ante pubertatem commiſſo. Et an Parochus vnius Epiſcopatus, vbi ade ſt caſus reſeruatus, poſſit in alio Epiſcopatu vbi reſeruatus non eſt abſolui; & vtrum Parochiani vnius diœceſis alteri Parocho alienæ diœceſis confiteri valeant.

NAzarius Parochus tempore Iubilei abſoluit Gregorium ſuum parochianum, qui frumentum, & boues ex eccleſiaſtico ſtatu extraxerat, quãuis in futurum ab illo peccato abſtinendi propoſito careret. Itẽ extra tempus Iubilei eũdem Gregorium, & ſi facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis non haberet, à quodam peccato inceſtus, quod ante pubertatem cõmiſerat, abſoluit. Inſuper cũ in ſua diœceſi ſit caſus Epiſcopo reſeruatus, ſi Sacerdos etiam extra confeſſionem, filiam ſuam ſpiritualem ad turpia ſollicitauerit, vel copulam attentauerit, cum habitet in confinio propę diœceſim alterius Epiſcopatus, & in hunc caſum inciderit, accedit ad Blaſium Curatũ vicinum, ab Ordinario ipſius Nazarij non approbatum, vt ei confiteatur, & à ſuis peccatis abſoluatur. Qui pariter permittit, vt aliqui ſui ſubditi tempore Quadrageſimę ob vicinitatis commodum, ab eodem Blaſio ſacramentum pœnitentiæ percipiant. Quęritur an hęc tuta cõſcientia fieri poſſint. &c.

I. SVPPOSITVM.

SVpponendum Primo, vt etiam ſuperius quo ad cõfeſſariorũ articulos animaduerti, quanto maior eſt humanæ naturæ fragilitas, tanto magis neceſſa-

ceſſa-

Digitized by Google

ceſſarium,eoq. vtilius haberi pœnitentiæ ſacramẽtum; nec ſecus poſt amiſſam baptiſmi innocẽtiam, ad ſalutem eo opus eſſe,ac nondum regeneratis ſacri fontis ablutione. Et cum in hac re religioſa tractatio magnopere in paſtorali cura requiratur, nunquam Parochi ſe ſatis multam operam, & ſufficiẽs ſtudium in huius ſacramenti actione collocaſſe arbitrari debeant; ſiquidem baptiſmus ſemel tantum adminiſtratur, nec iterari poteſt, pœnitentię vero toties locus datur, eiuſq. repetendæ toties neceſsitas impoſita eſt, quoties poſt baptiſmũ peccare contingit. *Catech. Rom. de Sacram. pœnit. Conciliũ Trid. ſeſſ. 6. de inſtit can.* 14 *& ſeſſ* 14. *de pœnit. can.* 2. *c. pœnitẽtia. & c. multiplex. de pœnit. d.* 1. Porro cũ ex cõi DD. ſnĩa, duplex ſit ſacramenti pœnitentiæ finis, nẽpe Pº peccatorũ remiſsio per applicationẽ meritorum paſsionis Chriſti lapſis poſt baptiſmũ. Secundo, vitę in melius commutatio, iuxta illud, Pœnitentia eſt, prętetita mala plangere, & plangenda iterum non committere. Deploranda eſt tamen multorum miſerrima conditio, qui in omni peccatorum gñe delinquere pręſumunt nimia fiducia diuinę miſericordię, quam in Confeſsionis Sacramento experiri ſperant: ac impudenter illum timorem à Spiritu ſancto donatum abiiciunt, quo homines à peccatis perpetrandis coerceri ſolent, & ideo ad memoratas culpas hanc etiam temerariam præſumptionẽ in Spiritu. S. adiungunt. *D. Th.* 22 *q.* 14 *ar.* 2. *Nau. c.* 23 *nu.* 126. *Ala. de aduoc. p.* 1. *cap* 73. Vnde neceſſe eſt, vt Parochi in maioribus anni ſolemnitatibus, plebem ſibi commiſſam fructus huius ſacramẽti doceãt, quod nos inter alios, per peccatorum remiſsionem in Dei gratiam reſtituit, ex qua ſequitur admirabilis quædam trãquillitas, & perturbatæ conſcientiæ pax, ita vt pœnitẽtes, qui piè, ac deuote, ad hoc Sacramentum accedunt, incredibili ſępe ne omnes ſenſus exuperante voluptate perfundantur; vereq. de pœnitentia illud dici poſsit, quod illius radices amaræ sũt fructus vero dulciſsimi, & quod bona conſcientia Paradiſus eſt. Quis non videat, ſum nę conſolationis eſſe corporis auribus ſententiam illam percipere? Ego te abſoluo, quę reuera id efficit; quod ſignificat, & ſæpe, ſicut ait regius vates, *Pſal.* 50. Tantũ gaudium, & lætitiam auditui pœnitentis ſenſibiliter affert, vt confortentur, & exultent oſſa ob culpam humiliata. Qua ratione ſacra Scriptura. *Prou. c.* 15. piæ animæ, nulliuſq. ſceleris ſibi conſciæ tranquillitatem iugi conuiuio comparat; vt propterea in perpetua libertate, lętitia, ac ſpe verſetur, atq. vt cum Horatio loquar, murus æheneus inſtar ſit; vt proinde vere, ac iure DD. dixerint, peccatorũ poſt peractam pænitentiam, & à ſacerdote obtentã peccatorum abſolutionem, haberi, ac ſi non deliquiſſet. *Vt Bar. & Bald. annotarũt in l. Imperialis C. de nupt. Afflictus deciſ.* 36. *nu.* 4. *& Monach. de præſumpt. præſump* 32. *nu.* 34. *ex c. ferrum diſt.* 50. Addo longam in peccatis moram, & diu prorogatam peccatorum confeſsionem, maximam hominibus perniciem afferre ſolere, abyſſus enim abyſſum inuocat, & peccatum per pœnitentiam non deletũ ſuo pondere ad aliud trahit. E contra nulli mortalium ſunt, qui ex ſumma Dei benignitate, cum paruuli eſſent, p baptiſmi ſacramentũ non fuerent filii *Dei* effecti, & ad hæreditatem regni Cœleſti vocati, abrenuntiantes Satanæ, & omnib pompis eius. Quicum deinde ad illos annos perducti fuerint, quibus rationis vſum adepti, fidelius, ac feruentius Chřo ſeruire debuerant, ac promiſsionẽ in baptiſmo factam, vitæ exemplis comprobare, (ò ſummã miſeriam, & deplorandam calamitatem,) in grauiores quotidie illius offenſiones prolapſi ſunt, ita vt poſt ſacramentalem illam regenerationem rurſus ſpirituali alia renouatione indigeant, non ſolum laici, & ſeculares, ſed aliquando, & clerici, in ſortem Domini vocati, & aliorum duces conſtituti, vt vitæ in primis innocentia, & doctrina, Chři ſti gregem in cęleſtem patriam perducerent. *De* quibus *D. Greg. hom.* 17. *in Lucam.* ait, Nullũ puto fratres ab aliis maius pręiudicium quam à ſacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorũ correctionem poſuit; darẽ de ſe exempla prauitatis cernit, qñ ipſi peccamus, qui compeſcere pcã debuimus. &c. Et *D. Ambr. l. v. de dignit. ſacerd.* ait, Sicut in corporalib. morbis, capite uitiato neceſſe eſt reliquũ corpus innundatione ſuperioris morbi lethaliter irrigari; ita & ij, qui caput videntur eſſe eccleſiæ morbo ſuo fraternũ vitiãt corpus. &c. Nec abludit illud D. *Bernar. in ſerm. in conuerſ. S. Pau.* Miſera ſacerdotum conuerſatio plebis Dñicę miſerabilis ſubuerſio eſt. *Mol. de Sacer. tract.* 2. *c.* 21. *Dion. Cart. de reg. Archid. art.* 20.

II. SVPPOSITVM.

SEcũdo ſuppono, pnĩam, prout eſt nouę legis ſacramentum, per quod, vt diximus, peccatum poſt baptiſmum commiſſum deletur, habere ſuam materiam, formam, & miniſtrum. Eius vero materia duplex eſt, ſcilicet remota, & proxima, remota ſunt ipſa peccata actualia poſt baptiſmum commiſſa. De quibus etiam peccatis aliud eſt materia huius ſacramenti neceſſaria, aliud ſufficiens. Prima eſt peccatum mortale nondum rite confeſſum, ſiquidem tolli non poteſt niſi per hoc ſacramentum, cum illud opportune ſuſcipiendi copia datur. Secunda eſt peccatum veniale, & quodlibet etiam mortale aliàs legitime confeſſum; à quibus tamen quilibet ſacerdos etiam non approbatus abſoluere poteſt. Et ita communis eſt ſenſus omnium

Catho-

Catholicorum,& eccleſiæ vſus comprobat *Bened. XI,extrauag.1 de priuil.& Conc.Trid.ſeſſ.14.c.5. & can.7.Comit.in reſp.mor.l.1. q.31.Griff.conſ.1. de pœniten.& remiſſ.*Henriq.*l.3.de pœn.c.8.*

Hinc qui tempore Paſchatis venialibus tantum culpis ſe aſperſum nouit, ſacram ſynaxim ſumere poterit,& Parochus eam illi denegare nequit. *Bcia.p.4.caſu.39.Suarez.tom.4.d.22.ſect.7.Bonac. de pænit.d.5.ſect.2.pun.4.*

Proxima materia.

MAteria proxima huius ſacramenti ſunt actus pœnitentis,nimirum cordis contritio,oris confeſſio,& operis ſatisfactio. Prima, & ſecunda ad eſſentiam,vt DD.dicunt,ſacramenti requiruntur. Tertia vero ad integritatem opus eſt, quod inde patet,quod abſolutione ſuper veram materiam impenſa,ante impletam à Confeſſario iniunctam ſatisfactionem,verum ſacramentum conficitur.

Apud omnes tamen conſtitutum eſt,cum confitendi tempus deeſt, ſolam voluntatem,& cõtritionem,ad ſalutem conſequendam ſufficere;ſiquidem voluntas pro opere reputatur. *cap. magna.vbi gloſ. & Turrecrem.de pænit.d.1.Nald.in v.meritum.nu. 4.& v.velle.nu.5.* Sicut etiam ſola contritio, vel attritio cum confeſſione ſine ſatisfactione,in diuino tribunali recipitur,vbi neceſſitas factum excludit;cum.ſ.pœnitẽs nullam omnino implere poteſt, vt in mortis articulo contingit;impotentia namq. tunc excuſat,ita ut nec ſacramenti pœnitentiæ adminiſtrationem,nec eius effectum impediat. *Reginald.lib.11.& omnes DD.cõiter.* Et pariter licitè abſoluitur moriens,qui nihil confiteri poteſt, ſed tantum ſigna contritionis oſtendit, ut ſi confeſſarium petijt,vel pectus ſuum percutit, ſeu ipſius Cõfeſſarij manum ſtringit,cum ex communiori DD. ſententia,per illa ſigna,actus pœnitentis, & proxima materia exprimatur,& eccleſiæ clauibus ſubijciatur. Imo ſecundum aliquos,etiamſi nulla indicia exhibuerit,ſed tantum vir fidelis, & bonus habebatur,& ſubito in mortis articulũ incidit, adhuc tamen abſolutio ei ſaltem ſub condõne ſi indiget, deneganda non eſt, *Molf.tr.7.c.5.n.48.& etiam diximus ſup.tr.7.c.19.q.84.* Hi etiam tres actus à *D.Th.3.p q.90.ar.1.Conc.Flor.&* Catechiſ. *Rom. de ſacramento pænitentia*,quaſi materia uocantur, non quia veræ materiæ rationem non habeant,ſed quia eius generis materia non ſunt, quæ extrinſecus adhibeatur,ut aqua in baptiſmo, chriſma in cõfirmatione,& panis cum vino in Euchariſtia; in q. bus materia eſt res aliqua naturalis, vel arte confecta. D*uard.in Bulla Cœna Domini.l.1.c.1.q.3.num. 67.Suar.tom.4.diſp.18.ſr.2.nu.4.*

Forma Sacramenti pænitentia.

FOrma eſſentialis huius ſacramẽti ſunt illa uerba, Ego te abſoluo à peccatis tuis. Imo ad eius ualorem ſufficiunt hæc duo verba,explicite plata, Abſoluo te. Quibus uerbis ad abſoluendum ſimul à peccatis,& à cenſuris quatenus opus eſt vti aliquando, vt in mortis periculo,Parocho, & Confeſſario integrũ eſt,modo eiſdẽ verbis à cenſuris,& à peccatis abſoluere intendat,in quo caſu abſolutio à cẽſuris abſolutione à peccatis natura prior cenſet. *Bcia.p.3.reſpon.caſu.4.Henriq.l.1.de ſacr. pænit. c.11.nu.3.Duard l.3 §.2.q 2.& 3 nu.19.Nald. in v. abſolutio nu.23.Vgol.in Bulla Cœnę Domini.p.3. §. 4 nu.3.vide ſup.tr.5.c.5.q.25.Bonac.de ſacr.d.5.q. 4.d.1.nu.10* vbi de cõi teſtatur, In qua forma verbo indicatiuo,non autem deprecatiuo utitur, quia ipſe tanquam Iudex, & Dei miniſter,eius uice peccata remittit. Et de more S.Eccleſiæ aliæ preces, vel deprecatiua uerba interueniunt,vt nihilominus indicetur,Dei authoritate,non propria uirtute abſoluere, Quarum deprecationum omiſſio, ſecluſo contemptu,mortalis culpa non eſt,imo nec uenialis,præſertim ſi ex iuſta cauſa hoc fiat, ut in mortis articulo,& ut dixi,in breuib. reconciliationib. dum magnus pœnitentium numerus adeſt, & dum pœnitens poſt abſolutionem impẽſam,alia oblita peccata refert.&c. *Vinald.in Cand,aur. de abſolutione. Sà.in v.abſolutio.idem* Molfeſ.*trac.7.c.5.num.25. Bonac.d.5.q.7.p.vlt.* In eadem vero confeſſione ſuper eadem peccata abſolutionem iterare non licet, ſed ſi Confeſſarius non meminerit, an beneficium abſolutionis dederit poterit ſub conditione abſoluere. Sicut etiam ſub eadem conditione de præſenti,in duobus caſibus abſolutio impendi poteſt.

Primo ſi puer audiatur, & dubitetur an uſum rationis habeat. Secundo ſi ea excipiat à probo homine,quæ neſcit,an ſaltẽ peccata venialia ſint. *Reginal.l.18.nu.9.& alii cõiter.* At ſicut ex unanimi omnium placito,poteſt quis ſua peccata etiã prius confeſſa frequenter,& pluribus,cum ſpe ueniæ confiteri,ut patet ex *c.quem pænitet.de pænit.d.3.* ita ẽt dubium non eſt abſolutionem ab eiſdem peccatis iterari poſſe,ita ut ſacramenti pœnitentiæ forma, quò ad peccatorum reliquias, & pœnæ remiſſionẽ in contrito,& aliàs confeſſo, & indulgentiam conſecuto,ut Doctores loquuntur,verificetur. Io.M*edina.C.de confeſſ.q.25.Phil.de off.ſacerd.tom.1.l.2.de pænit.c.23.*

Nunquam tamen licet per literas,ſeu internuntium,abſenti Confeſſario confiteri, & ab eodem à peccatis abſolui,hanc.n.poſitionem doceri,aut ad praxim deduci,ſub pęna excõicationis latæ ſententiæ prohibuit Clemẽs VIII.vt per *Cherub. in ſum. Bull.conſtit.87.* vt aliàs ſæpe aduertimus.

Digitized by Google

III. SVPPOSITVM.

TErtium Supopſitum, Miniſtrum huius Sacramēti eſſe Sacerdotem ordinaria, vel delegata poteſtate fungentem, apud omnes conſtat, Ordinariam habet ipſe Parochus, delegatā alij, qui ſubditis carent. &c. Cum de neceſſitate huius ſacramenti ſit, non ſolum vt miniſter ſacerdotali ordine ſit inſignitus, vt in cæteris ſacramentis verum, & iurisdictione ſit munitus qua vt abſoluere, ita & ligare poſſit. Qua ratione palam fit cur ad reliqua ſacramenta, quò ad eſſentiam iuriſdictio neceſſaria non ſit, quicumq. n. ſacerdos ſacrementum conficere poteſt, & quamuis excommunicatus, & degradatus ſit, peccauit quidem, ſacramentum tñ validum erit. Et quāuis ſolemni ritu baptiſmum, aut extremam vnctionem contra iuſtitiæ legem, in aliena Parochia, alienam iurisdictionem vſurpando, adminiſtret; nihilominus ſacramenta firmitate ſua nō carebunt; At ſi quempiam ſine lurisdictione abſoluat; non ſolum noxa letheli ſe obſtringet, & ſacrā nullū erit, ſed etiam in excōicationem ab Epō eius loci latam incidit, & ſi caſus à quò abſoluere pręſumpſit, reſeruatus erat, Pontificiam quoq. excōmunicationis cenſuram non effugit. Tantum autē erat ordinariorum ſacerdotum olim in eccleſia ius, vt ueterum Patrum decretis cautum fuerit, nequis Epiſcopus, aut Parochus, in alterius ditione, vel parochia, aliquid agere auderet ſine illius facultate, qui illi præeſſet, aut niſi magna neceſſitas cogeret. &c.

Supponendo ēt hic materiā prohibitionis extrahēdi frumentū, & alia extra ſtatū eccleſiaſticū eſſe annonę caritatem, cui vt occurratur, hæ præcipue actiones prohibentur, nempe aſportare, ſeu conducere, ſeu aſportari facere, ſeu conduci frumenta, blada, legumina, & oleum. Adduntur etiam animalia in Bulla Greg. 13. ſed pœna excōmunicationis ſublata eſt à Paulo V. remanentibus tantum aliis temporalibus pœnis, quam confirmauit, & auxit. Greg. 15. in conſtitut. Incip. *Romani Pontificis*, hoc inquam ſuppoſito dico.

I. ASSERTIO.

PRimo quod & ſi cenſura innodatus, etiam ſi cōtritione, vel attritione careat, abſolui poſſit, ſiqdem cenſura non eſt peccatum, quod in libera auerſione voluntatis à Deo conſiſtit, ſed eſt pæna, quæ ordinarie inuoluntaria eſt, à qua ēt inuitus liberari poteſt (quamuis de iure hoc regulariter fieri non debeat, cum impęnitens abſolutionem non mereatur) cum tamen pręſupponatur, ipſum Nazarium Parochum tempore Iubilei in foro pęnitentiali abſoluiſſe Gregorium ab excommunicatione, inquam ob extractionem frumēti incidit, & à peccato, quod contraxit ob abductionem bouū, & ſi abſtinendi in futurum propoſito careret, dicēdum eſt inualide, & ſacrilege abſoluiſſe, iuxta tradita per *Sotum in 4. d. 18 q. 2. art. 5. Nau. c. 10. nu. 5. Chap. de caſib reſ. c. 8. Flor. p. 1. c. 6* §. 2. De qua extractionis materia diximus etiam *ſup tr.* 10. *c.* 1. q. 1. Vbi etiam notandū, quod licet à reſeruatis etiam inefficaciter quò ad animæ ſalutem abſolutus, ſi denuo eadem confiteatur, à Parocho, & à quolibet Cōfeſſario cum ea reſeruationem exuerint, abſolui poſſit. Excipitur tñ vbi defectus circa peccatum reſeruatum cōtigiſſet, vt quia non habet propoſitum de cætero ab illo cauendi, nam ſuperioris intentioni ſatisfactum non cenſetur. Secundo Doctores excipiunt, vbi abſolutio virtute Iubilei eſſet impenſa, vel per modū indulgentiæ data, quia de concedentis intentione confeſſionem validam eſſe requiritur. *Suar. tom 4. d. 31 ſect. 4. Riginal. l 8. nu. 63. Flor. d. §. 2. vt tetigi etiam in comment. de caſib. reſer. p. 1. c. 2.*

II. ASSERTIO.

SEcundo dico Nazarium bene Gregoriū Parochianū ab inceſtus peccato abſoluere potuiſſe, ſi illud in pueritia ante rationis vſum commiſit, cū reſeruatione non afficiatur, ſiquidem per huiuſmodi inceſtum, nec tollitur virginitas, nec affinitas oritur; vnde furioſi, ebrii, ſemidormientes, & pueri nō dolicapaces, ſi aliquod delictum reſeruatum perpetrent, & poſtea illud confiteantur, poſt quam rationis vſum adepti ſunt, & ſic poſt pubertatem abſolutionem petant, à quolibet Cōfeſſario illam obtinere poterunt. *Graff. l. 1. deciſ. c. 13. nu. 72. Henriq. l. 6. de ſacr. pœnit. c. 14 n. 5* Hinc pueri ante rationis vſū nulla lege diuina naturali, vel humana obligari poſſunt, nam cum quid agant non intelligant, conſequenter cuiuſcūque legalis vinculi incapaces ſunt. *l. 1. C. de falſa moneta.* Propterea in ieiuniorum diebus carnibus veſci poſſunt, nec cenſuræ capaces ſunt. *Molfeſ tr. 1. c. 4. nu. 23. Vgol de off. Epiſ. p. 1. c. 21.* §. 3 *Fillinc tr. 11. c. 5. nu.* 130. Ob id monialium ſepta ingredientes excommunicatione non ligantur. At ſac. Cōg. Card. declaratione, moniales ipſæ eos recipientes, illam non euadunt, teſte *Comit. l. 6. reſpon. q* 19. & 22. *contra Sanch lib. 6. de præcep. c. 16 & Bonac. de legib d. 1. q. 1. pūcto. 6. nu. 6.* Pueros tamen dum ad rationis vſum perueneriunt, quod cōmuniter completo ſeptennio accidere ſolet, omnibus eccleſię legibus teneri, præter ieiunii, & eucharistiæ legem, verior videtur eſſe reſolutio, licet etiā fatendum ſit, eos qui 12. annum nacti non ſunt, annuam confeſsionem omittētes, nō eſſe plectendos pœnis ſtatutis. in *c. omnis vtriuſque ſexus. de pænit. remiſſ.* nempe non eſſe excōicatione feriendos, nec ab ingreſſu eccleſiæ arcēdos, nec eccleſiaſtica ſepultura priuandos, quia cum alii tardius, alii citius ſa-

pere

pere incipiant, S.M.E. vſq. ad eam ætatem ad ſua præcepta ſeruāda cenſuris cogere noluit. *c. 1. ext. de delict. puer.* Nihilominus id in vniuerſum locum nō habet ſi enim puer doli capax clericum percutiat in excommunicationem à iure latam incurrit, ſi alium occidit, irregularis erit, ſi populo ſacris interdictū ſit, pueri, etiam doli capaces comprehenduntur. *Sanchez l. 1. de præcep.* 12. Cæterum Bononiæ, pueri, qui. 12. annum non expleuerunt, etiam ſi lethalem culpam commiſerint, à caſuum reſeruatione eximuntur, vt proinde à Parochis, & aliis Cōfeſſarijs, abſq aliqua alia facultate abſolui queant.

III. ASSERTIO.

TErtio dico Nazariū nō potuiſſe abſolui à caſu reſeruato ſuo Ordinario, à Parocho alterius epiſcopatus, etiā ſi in cōfiniis habitent, & caſus ille vbi confitetur, reſeruatus non ſit, cum natura, & ratio iudicij illud expoſcat, vt ſententia in ſubditos tantum feratur, & abſolutio illa nullius momenti ſit, quam ſacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut delegatam, vt diximus, iuriſdictioem nō habet. Ex *Cōc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. Barb. de Epiſc. Alleg. 52. par.* 3. Nam & ſi ratione itineris, vel peregrinationis bona fide ſuſceptæ, in aliena ditione à peccatis ſuo Epiſcopo reſeruatis, ſimul cum non reſeruatis abſolui ei liceret, hoc tamen, vt alibi diximus, non procedit, cum mala intercedit fides, cum iter agit, vel ex induſtria aliò ſe confert, vt alteri quàm proprio Paſtori confiteatur, & eius cenſuram ſubterfugiat, hoc n. nō eſſet neceſſitas, ſed voluntas, nec iuxta Paſtorum intentionem neq. eccleſiæ conſuetudinem, & ideo confeſſio valida non foret. Licet vſu receptum ſit, ſic ab epiſcopis cognito, ac tolerato, ac proinde licite fiat, vt Curati diuerſorum Epiſcopatuum vicinorum poſſint inuicem in confeſſione peccatorum, quæ reſeruata non ſunt, ſe audire. *Azor. cap. 1. l. v. c. 19. Suar. tom. 4. d. 30. ſect. 1. & Lop. p. 1. Inſtr. c. 26. Henriq. l. 3. de ſacr. pœnit. c. 8. Paſs. c. 7. nu. 18. Medina tract. 2. de confeſſ. q. 31. Anton. in Catech. Neap. c. 21. Vinald. de confeſſ. nu.* 28.

Quibus addo quod ſi Parochus ab Epiſcopo facultatem peteret, vt ſacerdotem ſibi ſubiectum abſolueret, ex mente Prælati, qui delictis, & fraudib. fauere velle non præſumitur, erga ſe ipſum illa authoritate vti non poteſt, rō eſt, quia Prelatus hanc licentiam illi concedendo eum ſuper vno tantum articulo delegauit, qui alteri ſubdelegare nequit, quod accideret, ſi ſe alii quò ad confeſſionem ſubmitteret. *Graffius in append. l. 3. c. 8. n. 25. & 27. contra Flor. de caſib. reſer. p. 1. c. 3. §. 1.*

Qnò vero ad eius ſubditos, q tpe Paſchatis eidē vicino Parocho alterius ep̄atus, confitētur, dico id licere ſi ſciēte ep̄o, & ꝓprio Parocho id fiat, ratio eſt, quia ad actualē iuriſdictionem in presbytero nō requiritur niſi ordinaria, vel delegata poteſtas ab epiſcopo cōceſſa, ſed hęc per eiuſdē Epiſcopi expreſſam, vel tacitam approbationem, conceditur, ſciens autem, & conſentiens, approbare videtur, *Azor. l. c. Beia. p. 1. caſu 16. Zerula in praxi. pœnit. c. 15. & in praxi Epiſcopali in verbo Cōfeſſio p. 1. Molfeſius tract. 7. c. 10. nu. 24. & c. 14. nu.* 75. & alij.

Conſectarium.

EX qua aſſertione illa etiam infertur reſolutio, vt quamuis ſecluſa proprii Ordinarii prohibitione, integrum ſit Parocho, licentiam dare ſuo parochiano, vt Rectori alterius diæceſis confiteatur, non tamen illi concedere valet, vt ouium ſuarū confeſſiones audiat, vel reconciliationes excipiat, & valide in ſua Parochiali eccleſia, etiam tempore Paſchatis abſoluat. Sicuti etiam facultatē ſimplici ſacerdoti ſuæ diœceſis pro audiēdis ſui gregis cōfeſſionib. impertire nequit, niſi à ſuo Ep̄o approbatus fuerit. &c. *arg. Cōc. Tri. ſeſſ. 23. de ref. c. 15. idē Graf. in d. Append. l. 1. c. 11. n. 20. Regius. caſ. 61. & Flor. de caſib. reſer. p. 1. c. 14. n. 4. Barboſa de Epiſc. p. 2. Alleg. 25. nu.* 14. Quam ſententiam, licet contraria ſua ꝓbabilitate non careat, in praxi tanquam tutiorē, & communiorem, amplecti debemus.

Partes Confeſſarij.

PArtes ꝓprii confeſſarii huius ſacrilegi Parochi potiſſimū erunt, primi delicti grauitatē oſtēdere, quandoquidem ſacramentū pœnitentiæ, quod ad animarum medelam piiſſimus Saluator noſter inſtituit, venenum ad ęternam animæ mortem efficere, immane, ac execrandum facinus eſt; & ab eo miniſtrando illi prorſus repellendi ſunt, qui ſe ipſos, ac cæteros, perdendi, inde occaſionē arripiūt, vnde ſalus quęrenda eſt. Ac merito in tanti criminis deteſtationem, contra eos ſacerdotes, qui in ſactis confeſsionibus, vel prope, ſeu etiam in loco ad id deſtinato, pœnitentes, ſeu fœminas, ſeu mares, ad turpia ſollicitauerint, vel ibi obſcœnos ſermones habuerint, cum male de Sāctiſsimo pœnitētiæ Sacramento, eo abutentes, ſentire videantur, vti de hæreſi ſuſpectos hęretica prauitatis Inquiſitores procedūt. *Greg. 15. in conſt. incip. vniuerſi Dn̄ici gregis. Pegna. 2. p. Direct. Inquiſ. q. 56. Diaz. in praxi crim. can. c. 84. Quaran. in ſumma. Bullarij. in v. confeſſor. Molf. d. tract. 7. c. 24.* & alii, & dixi ſuperius *par. 1. tr. v. c. 4. q. 20. & tr. 7. c. 26. q. 109. & par. 2. tr. 8. c. 2. q.* 7. Quare impius iſte ſacerdos ad veram ſui criminis deteſtationem, ſi non ſatis pœnitere videatur, i Cōfeſſario inducendus eſt, quod facile aſ-

ſeque-

Digitized by Google

ſequetur, ſi ipſe ſacerdos reus, cor ſuum intrauerit, propriæq. conſcientię parietem. vt *Dñs. Ezech. c.8.* pręcepit, conſideratione fodiens, diligenter animaduerterit, quàm de forme ſit perpetrati flagitii monſtrum. Fodit hunc parietem Dauid, quare peccati turpitudinem conſpicatus, Lauabo, inquit, per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Fodit D. Petrus, ac ſubinde pauore correptus, exiuit foras, & fleuit amare. Fodit Publicanus, vnde non audebat oculos ad Cœlum leuare, ſed manum pectori admouens, quod cor de intrinſecus doleret (nam vbi dolemus, ibi manus admouere ſolemus:) percutiebat pectus ſuum dicens, *Deus* propitius eſto mihi peccatori. Tandē parietē hunc fodit Potauius ille Eps, de quo in Toletano Concilio legitur, cum ſemel fœmineo tactu inſorduiſſet, ſe ſponte in ergaſtulo quodam concluſiſſe, atque ibi nouem menſes pœnituiſſe, per literas etiam peccatum ſuum prodidiſſe, & perpetuam ſe in vilibus miniſterijs exercendi, ab eodem Concilio iniunctam pœnitentiam libentiſſime ſubijſſe. *Iuſt. in Tob. c.13. verſ.12. Docum. 1.*

QVAESTIO. X.

Parochus ſciens in confeſſione ſuum Parochianum in proxima delinquendi occaſione verſari, an in Paſchate eum abſoluere, & ad communionem admittere debeat, vel potius ſi in concubinatu ſpecie matrimonii iacere deprehendat, teneatur ad Ordinarium deferre. Et an abſoluens à caſu in Bulla Cœna Domini contento, de propria authoritate dubitans, m. p. & in cenſuram aliquam inciderit.

SEbaſtianus Parochus, degens in quodam epiſcopatu, vbi viget obſeruantia. *cap oīs vtriuſque ſexus. ext. de pęnit. & remiſſ.* vt quilibet ſemel in anno proprio Parocho confiteatur, & in propria parochia ſacram ſynaxim ſuſcipiat, excipit confeſſionem Valerij, qui nuper ad ibi habitandum ſe tranſtulit, quem in ſacramentali iudicio deprehendit, in concubinatus crimine inuolui, licet vicinia fęminam, quam domi tenet, credat ſuam vxorem eſſe, & legitimo thori fœdere iungi. Quæritur, an cum hebdomada ſancta ambo pro ſacramentali confeſſione ad eum acceſſerint, & per decem annos in eo miſero ſtatu permanentes, ſic ſemper in Paſchate confeſſi fuerint, debeat eos abſoluere, & ad communionem admittere, & caſu quod nō poſſit, an teneatur eos non ſe inuicem ſeparantes, ad Epiſcopi Vicarium deferre, cum ſynodalibus conſtitutionibus ſub pęna ſuſpenſionis in illa diœceſi Parochis præcipiatur, vt non confitentes, vel non cōmunicantes in Paſchate Ordinario denuntient.

Item cum Gregorio qui deliberate de veritate ſanctiſſimi ſacramenti dubitauit, & exteriori actu oſtendit, dubius & ipſe de abſoluendi authoritate abſolutionis beneficium impenderit, quæritur an mortaliter peccauerit, & in cenſuram aliquam inciderit, & quid in praxi obſeruare debeat. &c.

I. SVPPOSITVM.

REſp. Suppono primo quod & ſi ad Parochi munus ſpectet, ſuis ſubditis pęnitentiæ ſacramentum adminiſtrare, quando quidem eius partes ſint oues ſuas cognoſcere, id quod præſertim ſacra confeſſione aſſequitur; ſi tamen ei confiteri nolint, facilis eſſe debet ad concedendam eis licentiā, quò poſſint apud alterum animas proprias expiare, quid enim ſi timore, aut verecundia inductus pœnitens nequeat, vt aliqua peccata proprio Paſtori aperiat, aut ſi cum eo aliquam ſimultatem habeat, aut eius conſanguineos, aut affines, in corpore, in fama, vel in facultatibus læſiſſet: ob quæ, famæ, vel vitæ periculum immineat, & ſacrilegam confeſſionem faciendi diſcrimini exponatur? Hinc D. *Tho. opuſcul. 19. contra impug. relig. capit. 4.* ait, quod quidam ſunt, vt experimento repertum eſt, qui à confeſſione deſiſtunt, niſi poſsint alijs quàm ſuis Superioribus confiteri, quādoq. ob verecundiā, vt qui erubeſcunt illis ſua peccata pandere, cum quibus quotidie verſantur; qñq. vero, quia eos Parochos, & paſtores ſibi infeſtes eſſe ſuſpicantur, & ob multa alia. Ob id etiam DD. cōmuniter dicunt, Prælatos maxime regulares in cōcedenda facultate à caſibus reſeruatis abſoluendi, difficiles ſe præſtare non oportere, cum Superior b. eos confiteri valde renuant. &c. *Miranda tom. 2. q. 34. art. 9. Molfeſ. tr. 7. c. 21. nu. 44. Arg. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 10.* vbi Epiſcopus extraordinarium Confeſſarium monialibus dare debet. &c. *Barb. de Epiſcopo. par. 2. alleg. 25. nu.* 48. Ob has igitur, & ſimiles rationes, vt animarum ſaluti conſulatur, ad hanc facultatem impertiendam, ſi petierint, facilem ſe præbere debebit. modo alii qui horum confeſſiones audituri ſunt, ſint tales, quales eſſe debent, id eſt non niſi dignos abſoluant, & indignos dimittant, ita vt ſcientia, & conſcientia prædíti ſint. *Vgol. de off. Epiſcopi p. 1. c. 15. §. 8. Graſſius l. 1. deciſ. aur. c. 13. num. 72.*

Secundum Suppoſitum, fundamentum, & præcognitum.

SEcundo ſupponendum, tres eſſe ſacramenti pœnitentiæ partes, nempe contritionem, cōfeſſionem, & ſatisfactionem. Cōtritio vero, vt alibi oſtendimus, eſt dolor animæ, peccata ſua propter Deum offenſum deteſtantis, & ad meliorem vitam aſpirantis. Et ſecundum catholicam fidem, perfecta

contri-

contritio duo includit, nempè deteſtationem peccatorum propter Deum ſumme dilectum, & firmũ propoſitum emendationis vitæ &c. Ex qua deſcriptione deducitur, in deplorando ſtatu eos iacere, qui ad ſactamenta accedunt non deſerentes proximas, & morales peccatorũ occaſiones, vt ſunt propriè concubinarii, qui concubinas domi, vel alibi alunt, ac retinent, ac quotānis in paſchate ſine ſcrupulo confitentur, ac ſacroſanctam Euchariſtiam ſumunt, ut quotidiana oſtendit praxis.

Datur etiam quędam ſalutaris attritio ex ſupnaturali motiuo, vt DD. loquuntur, procedens, cuius virtute accedente ſacramento, homo ex attrito contritus efficitur, & deſcribitur vt ſit dolor minus perfectus, ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ, & pęnarum metu, communiter cōceptus, voluntatem excludens peccandi, cum ſpe veniæ, & ad obtinendam abſolutionem ſufficit. *Ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. de ſacr. pœnit. c. 4. Molfeſ. trac. 7. c. 7. & 8. Reginal. de inſtr quò ad vsū pœnit. c. 3. ſect. 1.*

Quòad tamen fieri poteſt, pœnitens ad dolorem propter Deum offenſum à Confeſſario inducendus eſt, cor enim contritum certiſsimum, ac ſaluberrimum eſt animę medicamētum, tantęq. virtutis eſt, vt valeat ſtatim omnem ab anima languorem tollere; quod Dauid ſuo exemplo nos docuit, qui cum primum ex Dei amore, eum culpæ pœnitere cæpit, poſt illam pœnitentiæ vocē, peccaui, ſtatim a Dei vate audire meruit, Dominus tranſtulit peccatum tuum. En, ait. *D. Amb. l. 2. de Pœnit.* Quantum tres ſyllabę valeant. &c. O magnum Dei donum, quod in pœnam homini datum eſt, in dolore paries, *Gen. 2.* in ſalutem eſt deinde conuerſum, peccatum dolorem peperit, dolor peccatum contriuit, ſicut vermis in ligno natus idipſum conſumens.

Confeſſio eſt legitima, & ſacramentalis accuſatio de propriis peccatis facta ſacerdoti, ad obtinēdam per abſolutionem peccatorum remiſſionem. *Ita D. Thom. in 4. ſent. d. 17. p. 3. art. 2. Suar. tom. 4. d. 21. Sect. 1. Reginal. l. 6 nu. 5. Val. tom. 4. d. 7 q. 9. p. 1. Nau. c. 2. nu. 1. Tol. l. 3. c. 6. & l. 6. c. xi. Graff. in App. lib. 1. cap. v. Bonac. d. v. ſect. 2. p. 1. Molf l c c. 9. & alii.* Cuius ſubinde tres potiſſimũ ſunt vtilitates. Prima ꝙ de remiſſione pctõrũ certiores ſumus, nā ſæpe difficillimũ eſt, contritionē hr̄e, & facilius attritionē obtinemus, & de attritis cōtriti efficimur. Scd̄a q[illegible] per eā datur nobis medicina contra pctā, et conſuetudine obducta. Tertia quod ratione verecūdiæ qua hōi etiam occulta delicta noſtra aperimus, humanę vitæ ſocietas cōſeruatur. Nam ex triplici cauſa homini lingua à Deo data eſt. Primo ob ipſum Deū laudandum. Secundo ob proximum, vt eum erudiat, & ędificet. Tertio propter ſeipsū vt ſua peccata uiro Dei locum gerenti integre confiteatur.

Et quoniam hæc tota res in eo ſita eſt, vt confeſſio à pœnitentibus recte fiat, nam bonum eſt ex integra cauſa, malum autem ex ſingulis defectibus, & non in facto laus eſt, ſed in eo, quemadmodum fiat: merito enim, vel ætàte ſua D. Ambroſiu conquerebatur, vix ullos eſſe, qui confeſſionem rite inſtituerēt, atq. in eū vſum editis libellis Chriſticolas inſtruebat, quo pacto in hoc ſerio negotio verſari deberēt: Hinc ad hoc vt pœnitens peccatorum ſuorum veniam à Chriſto percipere mereatur, & Parochus recte partes ſuas expleat, hæ confeſſionis ſacramentalis conditiones conſiderandę ſunt.

Conditiones bonæ confeſſionis.

Sit ſimplex, humilis, confeſſio pura, fidelis,
Atq frequens, nuda, diſcreta, libens, verecūda,
Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Non tamen omnes ſunt ſimpliciter neceſſariæ, ſed aliquæ ſolum, quæ ad tres reducuntur, nempe vt ſit integra, ideſt vt omnia peccata, circunſtantiæ quæ mutant ſpeciem, vel etiam notabiliter aggrauant, & numerus poſt ſufficiens cōſcientiæ examen præmiſſum, exprimantē. Secunda vt ſit lachrymabilis, ideſt ſaltem cum attritione, vel imperfecto de peccato dolore, cum propoſito cauendi in futurū, etiam ſi ob pœnę timorem, aut peccati turpitudidem diſpliceat, modo adſit ſpes veniæ. *ex Conc. Trid. de pœnit. ſeſſ. 14. c. 4. Catechiſ. & Rituali Rom. eodem tit.* Tertia vt ſit parere parata, ideſt vt pœnitens emendationis propoſitum habeat, ſitq. promptus Deo, & hominibus, ſi quæ debet, ſatisfacere, & proximas peccandi cauſas amputare. Quia tamen omnes valde vtiles ſunt, & ad conſequendum confeſſionis effectum conducunt, tàm à Parocho, & Confeſſario, quàm à pœnitente ſciendæ ſunt.

Prima confeſſionis conditio.

PRimo debet eſſe ſimplex. i. taliter facta, vt ſuperfluis careat, & impertinentis hiſtoriæ narratione. Nō tamen redditur nulla confeſſio, dummodo Parochus, & confeſſarius peccata ſecundum ſuam ſpeciem intelligere poſſit. Quāquam ea ſupflua ab idiotis, & ſcrupuloſis reſecanda ſunt, & ſi aliqua proponantur, quę conſilio, vel conſolatione indigeant, poſt impēſam abſolutionem differenda ſunt. *Sil. v. confeſſio, 1. q. 5.*

Secunda Conditio.

SEcundo humilis eſſe debet, tàm quo ad intellectum, & affectum, quàm quò ad externam corporis diſpoſitionem. Ad hāc conditionem ſpectat, vt homo in peccatis non ſe iactet, nec exultet in rebus peſſimis, tunc enim tùm ratione defectus doloris, tùm etiam integritatis nulla eſſet confeſſio. Nec ex hypocriſi vni grauia crimina aperiat, alteri

vero leuia fateatur, à quo bonus haberi exoptat, hac nāq. via Chriſti Vicarium decipit, niſi tamen ſemel, aut iterum pre rubore confeſſarium mutet, dum caſu ſemel lapſus eſt, ne forte apud iſtum bonum nomen amittat. *Nau.c. 21.nu.40. Vual. de conf.ſſ.nu.63. Henriq. de ſacr. pœnit.l.2.c.3.*

Tertia Conditio.

TErtio debet eſſe pura, quò ad intentionem, ita vt non ob prauum finem, ſed ad Deum ſibi conciliandum confeſſio fiat. aliàs ſubinde uitiaretur. Secundario uero confitens aliquid aliud licitum ſpectare poteſt, ut euaſionē alicuius infortuni, &c. ſiquidem ſecundaria intentio principalem finem nō excludit. Item pura debet eſſe à detractione, & à complicis reuelatione, niſi bono animo, & in bonum ipſiusmet pœnitentis, & eius qui reuelatur, hoc fiat, ut .ſ. utriq. quò ad animæ ſalutem conſulatur. *Coriol. de caſ. reſ. p.1. ſect. 3. ar. 9. Regias in caſu 36. Comitulus, l.1. q. 18.*

Quarta Conditio.

QVarta Confeſſionis conditio eſt ut ſit fidelis ideſt ſine mendacio, alioqui circa materiam neceſsariam mentiri reum peccati mortalis conſtituit, in ueniali uerò, uenialem etiam culpam inuoluit. *Beia. p.1 reſponſ. caſu* 42. niſi tamen illud ſolū veniale materiā ſacramenti faceret. &c. Et ſi in re graui euidens ſit, pœnitentem mentiri, idq. confeſſarius extra confeſſionem ſciat, illa notitia ad eum conuincendum uti poteſt. Si aūt id uia confeſſionis ſciat, poſt prudentē interrogationē, ſiū allegata, & probata in illo foro iudicare debebit. Ataque huc ſpectat, ut peccata certa pro certis, & dubia pro dubiis exprimantur, ea ueritate illa aperiendo, ac ſi tunc eſſet ex hac uitæ migraturus.

Quinta Conditio.

QVinto debet eſſe frequens, non quia neceſſitate medii, uel præcepti ſæpius in anno, & extra mortis articulum. uel tempus eucharistiæ ſuſcipiendæ, confiteri neceſſe ſit, ſed quia hoc ſacramentum frequentare ſalubre opus conſilii ſit, ob uberes fructus, qui ex ea percipiuntur, qui.n. ſemel in anno animam ſuam expiant, uix tertiam partem peccatorum ſuorum confitentur, ita ut eorum confeſſio coacta quodammodo dicatur; ſiquidem parum, uel nihil ſuæ ſalutis memores, ad eam ſpiritu quodam ſeruili accedunt, timore ſcilicet infamiæ, aut cenſuræ ſubeūdæ, qui nihil aliud querunt, quā ut eccleſiæ precepto externa illa actione ſatisfaciāt. Sicut etiam in eadem naui uerſantur, qui animam expiare nolunt, niſi graui morbo afflicti, uel uiribus fracti, dum peccata illos dimittunt, & non illi peccata, ſimiles furibus, qui ad patibulum ducti, culpas ſuas, & ſceleta confitentur. Quinimo huius ſacramenti uſus ſæpe ex circunſtantia, & ſine extrinſeco ſub obligatione cadere pōt, & patet in eo qui tentatione aliqua urgenti, ad illam ſuperandam confiteri tenetur. *Nald. v. ſacramentū. nu. 8. Nau. conſ. 3. de pœnit. & remiſſ.* Porro notum ac certum eſt, primo quoq. momento à peccatis eſſe reſiliendū, qā ſi de aliqua re merito dici pōt, piculū eſt in mora, maxime id de pctī mora dici dēt. *Dauid verid. Chriſt. c.* 98. Extat adagium, ſerpentis oculi: quorum debilitatē eſu rutæ reparare nouit; ſic & nos morbis noſtris oppotuna remedia cito adhibere debemus, vt multorum animalium exemplo docet. *Tertul. de pœnit. c.* 12. Vnde & illi, qui ante Dominicam palmarum non confeſsi fuerint, ex Doctorum ſententia ad pænitentiæ ſacramento, nō niſi poſt octauam Reſurrectionis à Parocho admitti deberent. *Acta eccleſ. Mediol. tit. de confeſſ.*

Sexta Conditio.

SExta nuda, i. aperta non tecta, nec uerbotum obſcuritate uelata, quoniam ſi Parochus, uel Cōfeſſarius peccatum non intelligeret, confeſſio integra non eſſet, & ſic cum prima conditione hæc coincidere uidetur. Ad hanc conditionem ſpectat, ut à pœnitente certa materia Eccleſiæ clauibus ſubijciatur. Si tamen Confeſſarius dijudicare non poſſet, an ipſe pœnitens ſufficientem materiam ſacramentali abſolutioni præbeat, ut contingere ſolet in hominibus timidioris, ac delicatioris conſcientiæ, ſub condirione etiam ſolum in mente retenta, abſoluere ſufficeret. *ut ex communi tradit Bonac. de pœnit. d. v. q. 4. p. 3.* Nald. *v. confeſſio. nu.* 32. *Molfeſſ. tr. 7. c. 5. nu.* 44.

Septima Conditio.

SEptima eſt diſcreta, vt Primo pœnitēs cōfeſſariū eruditum, & probum eligat, qui ſciat diſcernere inter lepram, & lepram, & vinum, & oleum vulneribus fauciati infundere, non enim Confeſſarij officium peccatorum abſolutione finitur, ſed debet eſſe magiſter, ac animæ Dux, & internorum morbotum medicus, &c. Qua diſcretione carere nō debet pœnitens, etiamſi doctus, & ſpiritualis ſit, exemplo D. Caroli Borromæi, qui licet tanta doctrina, & ſanctitate conſpicuus eſſet, nihilominus pium, & eruditum confeſſarium ſuæ conſcientiæ directorem habere voluit. Hinc eſt illa ſalubris D. Ludouici Regis Galliæ filio ſuo Philippo data admonitio, Crebro confitearis peccata tua, deli-

gaſque

gaſq. tibi ſapientes confeſſarios, qui te poſſint inſtituere, & docere, quid agere, quid vitare te oporteat, & coram illis re ita compares, vt audeant ſincere te reprehendere, & vitia tua tibi indicare. *Chamas. de prud. l. 1. c. 12.* Secundo diſcretam conuenit eſſe confeſſionem, vt turpia peccata verbis honeſtis, ac decentibus, cum neceſſarijs tantum circunſtantiis, omiſſis minutis peccandi modis, exprimãtur, ita ut quæ ſimul explicari poſſunt, diuiſim nõ explicentur, vt multi cum multa temporis iactura, & graui confeſſarii moleſtia faciunt.

Octaua Conditio.

OCtaua conditio eſt, vt ſit libens, ideſt vt confeſſio propter Deum principaliter fiat, vt in tertia conditione dictum eſt. Item ſine coactione non modo abſoluta, ſeu per vim, ſed neque conditionata, ſeu per metum, aut ob incuſſum pudorem, vt nonnulli faciunt, qui non confiterentur, niſi herus ſcire vellet, ſi tota familia in die Natalis Domini, vel Paſcharis ſacram euchariſtiã ſumat. &c. Siquidẽ Dño voluntarie ſacrificandũ eſt. &c. Valde tamen confitentur, modo omnia peccata ſua cum ſufficienti dolore aperiant. Culpãdus nihilominus eſt indiſcretus ille quarundam matronarum zelus, quæ varijs artibus procurant, vt earum filii, vel famulæ, eidem proprio confeſſario peccata ſua fateantur, quod ſine grauis ſacrilegij periculo aliquando non fit; nec enim à vero aberrat illud ſapientum dictum. Nihil magis ægris prodeſt, quàm ab eo curari, à quo volunt. *Seneca l. 4. cont. v.* Hinc Agapitus Iuſtiniano Cæſari ſcribẽs ait, exiſtima te tuto regnare, cum volentibus imperas. Vnde & S. Philipus Nerius dicere ſolebat, expedite, vt ob mutuã pacem, & familiæ quietem, cõiuges, vni & eidem ſacerdoti confiterentur, ſi tamen ſua voluntate, ac ſponte id agerent. vt in eius vita *l. 3. c. 6.*

Nona Conditio.

NOna dẽt eſſe verecũda, ſiquidẽ vt etiam cognouit. *Plut. l. de diſcr. adul. & amic.* Eſt malũ immedicabile, quando vitia laudantur virtutũ nominibus, vt iam peccet non modo non dolens, ſed gaudens etiam, & detrahitur peccatis pudor; aliqui enim ita impudenter confitentur, vt nullo modo peccatorum eos pudeat, ac ſi fabulam aliquã canerent: ſed tamen, vt dicimus, pudor tantus eſſe nõ debet, vt eo prædominãte, pœnitẽs aliquod peccatum celet: tunc enim ſacrilega eſſet cõfeſſio.

Decima Conditio.

DEcima integra, vt õia peccata mortalia cum neceſſariis circũſtantiis, aperiãtur. Ex cauſa tamen, ſeu per accidens, confeſſionẽ aliquando mutilare licet, vt ſi taceatur aliquod peccatum, ne confeſſori labendi in peccatum cauſa detur, vel ſi alterius mors, vel infamia timeatur. *Angles. q. de Confeſſ. diff. 7. Regnus in reſp. caſ. conſ. caſu.* 33. Vel & ſi pœnitens aliquo caſu reſeruato ſit affectus, qũ quidem à Parocho, vel confeſſario à quibus poteſt abſoluitur, pro reſeruato vero ad Superiorẽ mittitur, modo caſus ille annexam excommunicationem non habeat, ut eſt communis praxis.

Vndecima Conditio.

VNdecima ſecreta, licet. n. ex diuino pcepto ſecrete cõfitẽdi obligatio nõ extet, naturali tñ ac diuino iuri conſentaneũ eſt, vt tali mõ fiat. *ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. v.* Per quam conditionem, vt ſupra in ſecundo ſuppoſito dixi, excluditur internuntium, epiſtola. &c Quod etiã ſpeciali Clementis VIII. Decreto prohibitum eſt, vt apud *Naldũ in v. confeſſio. in fine.* In articulo tamen mortis conſtitutus ſi aduertat ſe de mortalibus non eſſe contritum, vt in praxi hoc valde difficile eſt, etiam cæteris audientibus, ſi amoueri nequeunt, confiteri tenetur, quia quamcumq. aliam iacturam æternæ ſalutis detrimento poſtponere debet. Ad Cõfeſſorem quoq. hæc conditio refertur, qui cõfeſſionis ſigillum etiamſi mors immineat ſeruare tenetur, vt alibi à nobis traditũ eſt. *p. 1. tr. 5. c. 19. q. 107.*

XII. Conditio.

DVodecima lachrymabilis, ideſt cũ debita cõtritione, vel ſaltem attritione; non enim ad eã exteriores lachrymæ requirũtur, nec in noſtra sũt poteſtate, quamuis ſi adſint, efficax ſint contritionis ſignum; nam ſicut vitis viua iudicatur, quando præciſa humorem, & lachrymas emittit: ſic pœnitens ſpiritualem vitam per contritionem inchoaſſe cenſetur, cum ex cordis dolore lacchrymas effundit. Pœnitentes recipio, ait Gregorius Nazianzenus, ſi lachrymis rigatos videro. Neque opus eſt, vt dolor iſte ſit ſenſibilis, vel ſenſum afficiat, ſed ſatis eſt, ſi dolor ſit in intellectu, vt homo intelligat, quàm malum ſit Deum offendiſſe. &c.

XIII. Conditio.

DEcimatertia Accelerata, vt ſcilicet peccator ſua crimina, quàm primum confiteatur, tùm ne in ſtatu damnationis maneat, tùm etiam vt bona opera, quæ agit, tàm quò ad meritũ, q̃ quò ad ſatisfactionem proſint. Vbi enim vulneratus ſtatim medicinam non adhibet, vulnus intumeſcit, caro putreſcit, & alij morbi ad interitum ſuccreſcunt. vt merito *Cæſar. Arelat. hom. 7.* peccati ſæuitiam conſiderans, peccatorem hortetur, vt quàm primũ

Digitized by Google

à tàm dura ſeruitute ſecedat, ne conſuetudine peccati, in ipſis ſe ruinis ſepeliat. *D. Anton. par. 1. tit. 2.* ſuper illam reg. Mora ſua cuilibet eſt nociua. *Inſt. in 4. ob. c. 4. verſ. 6. deciſ. Molina in Inſtr. Sacerd. tr. 4. c. 1. §. 1.* Procraſtinatio eſt filia negligentię, quę in rebus humanis, ſed magis in his quæ ad Deum, & propriam animã ſpectant, damnatur à *D. Thom. 22. q. 54. ar. 2.* Facit illud *Columella de re, ruſtica. c. 12.* Fauonium operiri lenti eſt agricolæ. Vnde & *Delrius tom. 2. Adag. n. 336.* ait, Nimis in teſoluen do lentis, qui ſemper cum Thalete dicũt, nondũ eſt tempus, tandẽ elapſa omni commoditate, accidere, ut ſero cum dolore dicere cogantur, Nõ eſt amplius tempus. De iuris tamen rigore neceſſe nõ eſt ut peccator ſtatim poſt peccatum confiteatur, cum excepto mortis articulo, & ſacræ euchariſtiæ ſuſceptione, per contritionẽ, quæ nihilominus difficilis eſt, poſſit ſe in Dei gratia conſtituere, vt communis eſt DD. ſententia.

Decimaquarta Conditio.

DEcimoquarto, debet eſſe fortis, ideſt ut pœnitens ad negligendam confeſſionem ſe à Dæmone ſuperari non permittat; uel ad aliquid præ pudore, uel timore, in ſacra confeſſione omittendum, &c. Proinde ad confeſſarium ſpectat, uerbis duris, & aſperis non deterrere, imo potius ſe adeun tem comiter excipere, & quantum poteſt, ſe paruſ faciendi fiduciam addere, & cunctantem admonere, ne ſe cum homine loqui, ne ue hominis iudicium ſubire exiſtimet, ſed Dei, qui nec falli poteſt, nec ſibi fidentem fallet. Moleſtiſſimè fert humani generis hoſtis, quod homo ſua conſilia pandat, & quantum poteſt impedit, timorem, ac pudo rem objicit, ſed ſequẽdum eſt ſapientis conſilium, *Eccl. 4.* Pro anima tua ne confundaris uerum dicere, eſt. n. confuſio adducens gratiam. *Chanaſ. de prud. l. 1. c. 9. pag. 223.*

XV. *Conditio.*

DEcimoquinto néceſſe eſt vt confeſſo ſit accuſans, quandoquidem vnum de præcipuis à pœnitente ſeruandis eſt, vt ipſe peccata ſua accuſet, non excuſet, non Diabolo, non mundo, non carni aſcribat. *c. non eſt. 15. q. 1.* Vſitatum quippe eſt humani generis vitium, abiecto pudoris fræno peccatum committere, & commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo excuſare.

Sane vt ait *D. Gregor. hom. 9. in Ezech.* cadunt impij, cadũt & pij, ſed magno diſcrimine, iuſti antrorſum, impij retrorſum labuntur. Iuſti in ea concidunt, quæ oculis cernunt, proinde peccata ſua agnoſcunt, fatentur, & corrigunt. Iniuſti quorum via, vt ait Sapiens *Prouer. 8.* tenebroſa eſt, culpas ſuas non vident, diſſimulant excuſant. &c.

XVI. *Conditio.*

DEcimaſexta confeſſionis conditio eſt vt ſit parere parata, ut ſcilicet pœnitens promptus ſit Confeſſario, & ſuo Paſtori morem in his gerere, in quib. obedientiam præſtare tenetur, ut in admittenda pœnitentia, & ſatisfactione, in uitandis proximis delinquendi occaſionibus, ſibi perſuaden do, quidquid ei iniũctum fuerit, ita caute ab eo obſeruandum, tanquam ab ipſo Dei ore prolatum eſſet. Item ut correptionem libenter ſuſcipiat, ſic enĩ coram Deo, eiuſque Angelis, ac iuſtis hominibus gratiam, & honorem pœnitens ipſe obtinebit. O quam bonum eſt, ait Sapiens *Eccl. 20.* correptum manifeſtare pœnitentiam, ſic enim effugies uolun tarium peccatum. Atque ideo ſponſa poſt obiurgationem dixit. *Cant. 1.* Nardus mea dedit odorẽ ſuum; ſiquidem nardus teſte. *D. Bern. ſerm. 44. in Cant. & ſerm. 4. Aſſump.* Eſt herba quædã humilis, & calida, uirtutem habens corporis frigiditate ſ euacuandi, eſtque heroicæ humilitatis ſymbolum, quæ dum correptionem audit, conſuetum odorem emittit, quia correptus ea audita ſeſe ſubmittens, tùm ipſe à culpa per confeſſionem purgatur, tùm tota Eccleſia odore ab ea manante ædificatur. *Lu dou. de P. p. 1 de perfect hom. tract. c. 9. Scalabon. in moral. Paſſ. Chriſti. Moral. 4. Pierius in Hieroglip. l. 34. de pœnit. Holcbot. ſuper eccleſ. c. 4. lect. 46.*

Quare feruẽti animo ei dicet, quod Saulus Deo, in ſua protulit conuerſione, Domine quid uis me facere? Non debes ait *D. Bern. ſerm. de conuerſ. S. Pauli.* eſſe ſicut aliqui, qui uoluntati ſuæ nimis adhærentes, à Confeſſario audire cupiunt, quod Chriſtus illi Euangelico cæco dixit, quid uis ut faciam tibi? ut. ſ. ipſe Confeſſarius pœnitentis pa lato ſe accommodet. Neceſſe eſt diſcipulos, & ſpirituales filios magiſtro humiliter eſſe ſubditos; quia niſi qs medico obtemperauerit, nõ poterit ab infirmitate ſanari, ait D. *Bonau. de ſex alis c. 1.*

Quippe quando pœnitentia moderata tùm pro peccatis præteritis, in ſatisfactionem, tù m pro cauendis in futurum à Confeſſario imponitur, eã pœnitens, cũ huius iudicij ratio id expoſcat, acceptare tenetur. *Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 8. & cap. omnis. ext. de pænit. & remiſſ.* Satisfactio namque prout eſt ſacramenti pœnitentiæ integralis pars, eſt quædam recompenſatio pro iniuria Deo facta, cum propoſito eum amplius non offendendi, & peccandi occaſiones uitandi, ut proinde. *D. Aug. de dog. eccleſ. c. 54. & Catech. Rom. p. 2. de ſatisfact.* dixerint.

Satisfactionẽ eſſe peccatorum cauſas excidere, & earum ſuggeſtionibus aditum non indulgere.

Quod

Quod ſi aliquando imbecillitatis, & ſpiritualis infirmitatis pœnitentis rationem habendam eſſe iudicet, ideoq. ſuo arbitrio ſe adaptet, ac dicat, quid vis ut faciã tibi, qua via vis deduci? debet pęnitẽs ſe dimittere, ac humilitatis ſpiritu ſe abijcere, & de ſua miſeria erubeſcere. Nam & confeſſarius in re quæ in ipſius arbitrio poſita eſt condeſcendere debet, & non niſi leuem pœnitentiam admittere volens, reijcendus non eſt. Cum enim Parochus, & Cõfeſſarius non tantum gerat officium Iudicis ad vindictam peccati, ſed etiam pij medici, ac patris ſpiritualis munere fungatur, ad animæ curationem tenetur ea prudentia vti, qua corporis ſolet medicus, q non ſemper rigore medicaminũ vtitur, quæ morbus exigit, ſed ægri debilitatem attendens, remiſſius cum eo agit. Imo ſi aliàs ſit bene diſpoſitus, & nolit hic, ſed in Purgatorio ſatisfacere, & per indulgentias æs ſuum perſoluere, non eſt ei deneganda abſolutio, modo aliquam leuem pnĩam pro ſeſi p. ſ.ctione admittat. Verum, vt ait optime *Iob. v. 6.* Qui timet pruinam, itruet ſuper eos nix. Qui mites, ac breues pœnitentias hic reformidant, atrociſſimas, ac longiſſimas ignis vltrices pœnas dolenter ſine dubio patientur &c. *Sot. in 4. d. 20. q. 2. art. 3. Reg. l. 7. c. 37. Molfeſ. tract. 7. c. 25. nu. 56.* & omnes communiter.

RESOLVTIO CASVS.

His neceſſarijs prœcognitionib. licet prolixioribus pro fundamentis iactis, ad primam propoſitam quæſtionem reſpondẽdo dico. Parochum

I. ASSERTIO.

Ex doctrina ſupra in ſecundo ſuppoſito à nobis tradita, non poſſe, nec debere illos concubinarios abſoluere, cum ſemper in proxima peccandi occaſione maneant, & in ſtatu damnationis verſentur, ita ut eorũ conditio perpetuis ſit deploranda lacrymis, præſertim ſi, vt ille apud Terentiũ loquitur, fœmina illa valens ſit, & ſucci plena. Hinc ad extirpandam hanc incontinentiæ maculam, quæ fœdiſſimi exempli res eſt, & inter cætera vitia diuinam prouocat Maieſtatem, & eccleſiaſtici ſtatus dignitatem deturpat, & ſancti matrimonij iura nefarie polluit, plura ſunt à ſacris Canonibus, & nouiſſime à ſacr. *Cõc. Tri. de ref. ſeſ. 24. c. 8. & ſeſſ. 25. c. 14* pie, ac ſalubriter decreta. Videre ſẽper debet Curatus, cui manum imponat, cum pertinacia peccatorum ex facilitate, & aſſentatione Parochorum, & Confeſſariorum prouenire ſoleat: paſſim. n. videmus homines Diabolica fraude deceptos, in huiuſmodi delicto vſq. ad fenium ſordeſcere, & licet præcepto de S. confeſſione, & communione, quoad externum actum ſatisfaciant, in eodem tamen cœno ſemper inuoluũtur proinde eorum muneris ſit, huic deplorando malo mederi, nè præter propria peccata, etiam alienorum pondere grauentur. Imo in eadem naui illi omnes nauigant, qui ſæpius in grauia peccata incidentes, aut ſemper diuerſum, aut indoctum aliquem, ſeu negligentem confeſſariũ quẽrũt, vt merito timere poſſint, ne ob cõtritionis defectum, & emendationis propoſiti, nunquam iuſte abſoluantur. *Biſfeld in enchir. theolog. Paſt. c. 9. Coninch. d. 6. dub. 4. nu. 14.*

Vnde vt tàm in clero, quam in populo omni libidinis fœditate depulſa, pulcherrimæ honeſtatis puritas fulgeat, locorũ Ordinarij in ſynodalibus cõſtitutionibus Parochis præcipere ſolent, ut quoſcũque ſiue coniugatos, ſiue ſolutos, huius turpitudinis crimine contaminatos ſenſ. rint, eorum nomina continuò ad eos deferant, à quibus ſi admoniti cõcubinas eijcere, & penitus ſe ab earum conſuetudine, aut abnuerint, aut contumaciter diſtulerint, ex Tridentini Concilij authoritate, ſeuerè cũ alijs pœnis, tùm ipſa quoq. excommunicatione puniri ſolent. Imo concubinatus crimen eſſe mixti fori, ita ut per ſæculares Iudices plecti poſſit, multi affirment. Vide *Clarum in praxi crim. q. 37. & Farinac. pariter in praxi crim q. 8. nu. 131. Azor. p. 2. l. 5. 3. q. 2. Menoch. l. 2 de arbit. Iud. caſu 418. Bonac. de matrim. q. 4. p. 14.*

Et quamuis Curatus non excuſet, ut aliq volũt, & cum periculo vitæ à delatione concubinatus ſuorũ ſubditorũ, ut eos à ſpirituali morte liberet, vt ait *Ric. in praxi. var. reſol reſol. 23. Tol. l. 5. c. 5. Vmber. ſuper Reg. D. Aug. c. 164.* attamen in noſtro caſu Sebaſtianus habet ligatas manus, cum hoc ſuorum Parochianorum delictum ex ſacramentali confeſſione cognouerit; cuius notitia Confeſſarium vti non poſſe, ob ſacri ſigilli religionem, apud omnes conſtitutum eſt. Nec Paſtor, qui vultum pecoris ſui ex confeſſione cognouit, poteſt illa cognitione vllo modo extra ſacramentum pęnitentiæ vti. *Coninch. d. 7. dub. 9. num. 82.* & alii communiter.

II. Q. RESOLVTIO.

Ad 2. q. Dico, Sebaſtianum Parochũ, qui de ꝓpria authoritate ambigens, an ſ. abſoluere poſſet Gregorium Parochianum ſuum, qui ſciens dubitauit, & dubitationem prodidit, an reuera Chriſtus Dominus noſter in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento contineretur, & lethalis culpæ reum factum eſſe, in excommunicationem Papæ reſeruatã per Decretum Clementis VIII. incidiſſe, abſolutionem impenſam inualidam eſſe, ipſo facto beneficiis, officijs, & dignitatibus, ſi quas habet, priuatum eſſe, & ad quæcũq. alia bñficia, officia, munera, &

in poſterum obtinenda inhabilē. Quæ quidē pęnæ etiam locum habent vbi, quis dubitans abſoluit,& dubitatio circa caſus in Bulla Cœna Domini reſeruatos verſatur:nam vel abſoluat, vbi caſus clarus eſt, uel dubius, in has pœnas incidit, cum abſoluēdi facultatem non habet, vt patet in Decreto,& tradit. *V gol. de off. Epiſcopi p. 2. c. 37* § 2. *Duar. in bulla Cœna domini l. 3. §. 2. q. 1. Lazar. de blaſphemia. q.* 10. Reſoluti vero iuris eſt, dubium in fide, ideſt qui non ex ſcrupulo conſcientiæ, nec ex primis animi motibus conſurgit,ſed qui pertinaciter, & deliberate in his, quæ ſunt de fide dubitat, ut v.g. an ſit vita æterna, an in hoſtia conſecrata adſit corpus Chriſti, & huiuſmodi, infidelē, ac hæreticū eſſe,& excommunicationem contra hæreticos latam ſubire, ſi hæreſim actu externo patefecerit. *Nam in c. cogitationis. de pœnit. d. ſi. t. Azor. p. 1. l 8. c. 1 x. q. v. Pegna in Coment. ad 2. p. Direct. Inquiſ. ſuper c. dubius ext. de hær. Farin. de hæreſi q. 188. Duar. l c. l. 2. can. 1. q. 23. vt dixi tr. 1 1. c. 5. q. 7. & tr. 1 2. c. 4 q* 16.

Partes autem ipſius Sebaſtiani erunt, hunc ſuum Parochianum ſaluo confeſſionis ſigillo, de admiſſo errore in eo abſoluendo admonere, & facultatem qua eum abſoluere poſſit procurare, & in poſterum cauere, ne de facultate anceps abſolutionis beneficium cuipiam impendat. Et vt aliàs me dixiſſe memini, Parochus, vel Confeſſarius qui doloſe, vel ex craſſa negligentia, à caſibus contra Decretum Clementis VIII. abſoluit, ab excommunicatione, quam contraxit, ſi caſus eſt occultus vi cap. *liceat* ab Epiſcopo liberari poterit. *Finel. de caſ. reſ c. 7. Gambar. p. c. 3. nu. 33. contra Lazar. de blaſph. q.* 10. *nu.* 50.

CAP. III.

QÆSTIO. XI.

Vtrum Parochus contra Epiſcopi conſtitutiones, confeſſiones ſine ſuperpelliceo, & biretro in eccleſia audiens, in cenſuram incidat. An ruſticus ante auditam miſſam comedens, & hoc pudore confiteri omittens pec. mort. & confeſſiones iam factas iterare teneatur. An à pœnitētijs præſeruatiuis ui Iubilei liberari poſſit Item an per pœnitentiam vindicatiuam in peccato mortali factā, Deo, & eccleſiæ ſatisfaciat. An abſolutio impenſa à Curato ſuper caſus reſeruatos conſcio conceſſionis facta non per nuntium deſtinatum valeat.

Hilarius animarum ruri Curator, ſine ſuperpelliceo,& ſtola, publicè die feſto in eccleſia, Bernardi ruſtici confeſſionem excepit, qui quidem ruſticorum more, in ea ſe accuſauit, quod multoties antequam rem ſacram audiret, ientaculū ſūpſit, dubitans, an per hoc lethalē culpam committeret, quam tñ culpam improbo pudore ſemper victus, in multis confeſſionibus ſubticuit. Item cū tem turpem cum ſorore vxoris ſuæ ſæpius habuiſſet, præter ieiunium, & peregrinationem, ei pro ſatiſfactione impoſitam pro recidiuo cauendo, hanc præſeruatiuam pænitentiam ei iniunxit, vt ſi amplius in hoc flagitium laberetur, ſtatim poſtero die duos Iulios in capſa ſanctiſſimi Sacramenti pro eleemoſyna dimitteret. Cum autem ſæpius etiam relapſus fuerit, & præſcriptam pænam & ſi potuiſſet, non ſoluerit, nunc vigore Iubilei cupit ab altero confeſſario ab hoc onere, & ab hac pænitentia liberari. Tandem ipſe Hilarius cum aliàs extra tempus Iubilei per certum nuntium, vel Procuratorē facultatem à ſuo Epiſcopo petierit, vt per totam Quadrageſimam à caſibus ſibi reſeruatis ſuos ſubditos abſoluere poſſet, conceſſionis ſibi factæ conſcius, per aliū in caſu, nec fide dignū, non per literas procuratoris, vel per nuntiū ad hoc deſtinatū, multos ſubditos abſoluit. Quæritur Primo an Hilarius in ſuſpenſionem inciderit, cum ſynodalibus conſtitutionibus cautū ſit, ut Sacerdotes ſine ſtola, & ſuperpelliceo Confeſſiones publice in eccleſia audientes, eadem cenſura ligentur. Secundo an Bernardus peccauerit mortaliter, ante auditā miſſam comedens, & an confeſſiones præteritas iterare teneatur. Tertio an ab illis præſeruantib. pænitentiis, ui Iubilei abſolui, ac liberari valeat. Quarto an per pænitentiam ieiunij, & peregrinationis, in ſtatu peccati mortalis peractā Deo, & eccleſiæ ſatisfecerit. Quinto an abſolutio data ab Hilario ſuper caſus reſeruatos valida ſit.

I. SVPPOSITVM.

Reſp. Suppono primo pro Sacramenti pænitentiæ veneratione, & dignitate, maxime decere, vt ſacerdos in illius adminiſtratione veſte lōga ſuppelliceo indutus, ſtolaq. à collo pendente, & caput biretro, non pileo tectus, cōſideat. Veſtis enim longa vſq. ad talos, vel prope extenſa, ſignificat maiorem vitæ perfectionem, qua ſacerdotes, & Parochi ſuperueſtiri dſit, ut honeſtatē, ac grauitatē præſeferentes, vitæ exemplo laicos ad Deum trahant. Biretrum Chriſti crucem indicat, ac carnis mortificationem, quam in proprio corpore geſtare debent, ſuperpelliceum vitæ puritatem innuit, quam etiam exterius per bonorum operum exempla alijs dare tenentur, boni operis odorem in omni loco diffundentes, vt monet. *Apoſt. ad Tit. c. 2. Quar. in ſūma Bull. v. habitus. Molfeſ. tract. 2. c. 3. & obſeruans ſuper tract. 3. c. 1. q. 7.* Regulares vero in tam ſancto miniſterio eum cultum, habitūq. adhibere oportet, quo ex diſciplinæ, ac regulæ ſuę preſcripto, in choro

diuina

diuina officia celebrantes vti conſueuerunt, cũ vnuſquiſq. habitum ſuo ſtatui cõuenientem gerere debeat; ſiquidem vt ait. *Gloſſ. in l. 1. C. nulli licere in frænis l. 11.* chlamis militem, ſtola ſacerdotẽ, toga aduocatum, cuculla monachum demonſtrat. Et corporis habitus legalem præſumptionem inducit, itam quis talis cenſetur, qualis eſt habitus, quem defert. *c. ſi vero il 2. extra de ſent. excomm.* vt propterea clerici in ſeculari habitu incedẽtes laici præſumantur, & in eos manus neſcius iniiciens, excõmunicationis laqueum effugiat. *Tuſch. in v. habitus. concl. 12. Sayrus multos allegãs l. 3. de cẽſ. c. 27.* Proinde iure merito, Epiſcopi quò in hoc officio clerici contineantur ſuſpenſionis pæna in eos animaduertere ſolent, vt quos honeſti amor, & diuinus timor à malo cohibere non valet, temporalis pæna à peccato coerceat. *Sixtus v. in conſtit. Incip. cum ſacroſanctam.*

II. SVPPOSITVM.

SEcundo ſupponendum eſt, ſacramentalem cõfeſſionem ſex præcipue modis inualidã reddi, Primo ex defectu ſufficiẽtis doloris, ut ſi pænitens attritionem ſaltem de ſuis peccatis non hẽat; & idẽ procedit, dum quis eodem modo venialia confitetur; nam licet ad ea in confeſſione aperienda non teneatur, ex quo etiã per ſacramentalia media tolluntur, nihilominus dum ea eccleſię clauibus ſubiicit, illa deteſtari debet, & habere propoſitum, adminus aliqua, vel aliquod in futurum præcauẽdi. *Viual. in cand. aur. de contrit. q. 1x. & de confeſſ. q. 58. Roderiq. in ſumma par. 1 c. 54 Henriq. de ſacramento pœnit. l. 3. c. 8.* Ad hunc defectum inualiditas confeſſionis illorum reducitur, qui nõ habent propoſitum exequendi ea, quæ confeſſarius neceſſario iniunxerit, nec pęnitentiam præſeruariuam, quò ad amouendas proximas peccati occaſiones, ſuſcipiẽdi. Eorum itidem ſtatus, qui de inimicis vindictam ſumere intendant, vel qui contra iuſtitiam alienũ retinent, ne minimum quidem de reſtitutione cogitantes. Secundo ex defectu materiæ, ſi videlicet pænitentis culpa confeſsio non integra fiat, vt ſi ex induſtria, vel craſſa ignorantia, uel defectu examinis, uel ex conſcientia erronea, aliquod mortale peccatum, ſiue neceſſariam circunſtantiam omittat. &c. Tertio omiſſione debitę formę, uel attẽtionis, ut quia ſacerdos abſolutionis uerba non protulerit, uel ad peccata, quæ panduntur, non aduerterit. Quarto ex defectu iuriſdictionis miniſtri, qui debet eſſe ſacerdos ab Ordinatio approbatus, nec ab ea ſuſpenſus, vel impeditus; & ut habeat poteſtatẽ ab illis peccatis abſoluendi, quę pęnitens cõfitetur; ne ſcilicet Superiori ſint reſeruata; quod procedit etiam ſi facultas ſit ei abſenti per ſuperiorem impẽſa, ſed necdum abſoluens certo ſcit licentiam eſſe ei cõceſſam, ut quia nuntius, uel epiſtola nõdũ peruenit. *vt per Vgol. p. 2. de off. epiſ. c. 36. §. 2.* Quinto intẽtionis tã ipſius ſacerdotis, q̃ pænitẽtis, vt ſi ille abſoluendi intentionẽ, uel iſte abſolutionẽ recipiendi non habeat. Sexto ex defectu ſcientiæ, ut ſi confeſſarius tanta laboraret ignorantia, ut eſſentialem formam neſciret, ut ille, qui teſte *Tolet. l. 3. c. 10.* loco abſolutionis dominicam orationem recitabat. Vel ſi lepram à lepra diſcernere nequeat, & cõia peccata neſciar &c. Cũ ex ſapientum pronuntiatis, ut humanæ actiones à nobis feliciter perficiantur, tria requirãtur, quorum primum eſt, ſcire, 2ùm uelle, 3ùm poſſe. *Plato in Gorg. Ariſtot. l. v. Polit. c. 9. Boetius de cõſolat. philoſoph. l. 4. Proſa. 2. DD. inc. ſuper eo ext. de off. deleg. &* *Molfeſ. tract. 7. c. 13 nu. 23. & Bonac. de ſacr. d. 5. q. 5. ſect. 2. pun. 3.*

III. SVPPOSITVM.

TErtio ſupponendum ex communi ſentẽtia, pænitentias duplici modo poſſe à cõfeſſario iniũgi. Primo in ſatisfactionem peccatorum, ideſt pro pæna illis debita, quæ diſcrete imponenda eſt, prout perſonarum ratio exigit; imprudens enim illa cẽſetur, cũ ſeni, vel ruſtico laboranti, vel mulieri lac pręebenti, longa peregrinatio, ac ieiunium iniungetẽtur. *Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 8 D. Anton. 3 p. tit. 17. c. 20. §. 1. Reginald de prudentia confeſſ. cap. 17. Molfeſ. tract. 7 cap. 25. num. 43. & 81. Menoch. de arbit. Iud. caſu. 391.* Secunda eſt præſeruatiua, vt ne in tali domo, vel cum huiuſmodi perſona quis verſetur, proterenda carnis ſuperbia, homo otioſus, ac delicate viuẽs, ieiunium adhibeat, & ſe maceratione caſtiget, & ſi in poſterum in idẽ crimen relabatur, ſubinde talem, & tantam eleemoſinam ſoluat, vt ſæpius in die coram Chriſti crucifixi imagine procumbens, proponat ſedulo, & efficaci volũtate, ſe tale crimẽ uitaturum, & ſemper eidem confeſſario pctã detecturum. &c. (Proinde huc neruos pænitentiæ miniſter conuertere debet, vt peccatorem à praua via auertat, & ad Deum trahat, quod vt SS. Patres conſiderant, eſt quoddam ſpirituale miraculum. Hinc *D. Greg. l. 3. dialog. c. 17.* ait, maius eſſe Paulum in anima ſuſcitare, quàm Lazarum in ſepulchro quatriduanum. *Et Greg. Nazian. in oratione in laudem D. Baſilij* miraculo aſcribit, quod Baſilius prædicatione ſua à ditioribus auaris extorquere potuit, vt eorum horrea aperirẽtur, & pauperes reficerẽtur.) Hic namq. debet eſſe ſcopus, & fructus confeſſarii, vt iuxta *Danielem. c. ix.* Auferatur peccatum præteritum, & impediatur futurũ; quod vt re ipſa aſſequatur, curare debet vt cum pænitentia medicinali, & præſeruatiua pro varia morborũ, & perſonarum qualitate, hydræ capita pręcidantur,

Digitized by Google

tur, & principalium vitiorum radices amputentur, & ſi in illud delictum iterum labi cotingerit, pænitens, vt dixi, tantum pro pæna ſoluat, quæ nõ ſibi applicet, quò turpis lucri, auaritiæ, ac ſimoniæ ſuſpicio euitetur, ſed piis locis, vel Chriſti pauperibus erogetur, cum non ſolũ à malo, ſed ẽt à ſpecie mali cauendũ ſit. &c. *D D. in c. cũ ab oĩ. ex. de vit. & hon. cler.* Qui aũt dñr pauperes, inter quos pecuniaria pœna diſtribuenda eſt boni viri arbitrio reliquẽdum erit, vt per *Deciũ. l. 1. conſ.* 120. *Bellon. cõſ.* 21. *Menoch. de arbit. iud. caſu* 65. *Tuſch. v pauperes. concl.* 160. Et poſſunt eſſe tàm qui in publicis carceribus, vel zenodochiis poſiti ſunt, quàm qui in propria Parochia degunt; & illi, qui propter Deum omnibus renuntiarũt, quales ſunt omnes religioſi, in quibus duplex ratio paupertatis ſcilicet, & religionis concurrit. *c. vlt.* 16. *q.* 1. Et ſecundum aliquos multo magis fœminę ſanctimoniales, & virgines Deo dicatæ, pauperum nomine cõprehenduntur, Nã ex Præpoſito *in c. curã. de cõdit. appoſit. & Dec. in c. præſentia de probat. & Molli. reſponſo.* 3. *dub.* 3. *nu.* 5. In dubio quando religioſis eſt aliquid à teſtatore relictum, potius pro religioſis fæminis, quã pro maribus iudicandum eſt, quarum, vt dicũt ipſi, propter ſexus fragilitatem, quodammodo eſt magis miſerendũ. *arg. Fed. de ſen. conſ.* 282. *& Tuſch. v. moniales. concl* 335. vbi aiunt magis periculoſam in monialibus indigentiam, quàm in aliis pauperibus cenſeri, ideo illis eleemoſynis ſubueniendum eſſe. Nec dubium eſt quin pauperum cauſa pia dicatur, ſiquidem pia cauſa dicitur cum pauperibus in genere eccleſiis, monaſteriis, hoſpitalibus domibus. &c. aliquid relinquitur. *vt per Abb. in rubr. de teſtam. Iaſ in l.* 1. *C. de ſacroſanct. eccleſ. Euerard. in loco à libert. ad piam cauſam Tiraq. de priuileg. pia cauſ. in Præf. Idẽ Tuſch. v. pia cauſa. conc.* 332.

I. Q. RESOLVTIO.

His ſic pro caſus reſolutione præmiſſis, dico, Hilarium, qui ſacramentum pęnitentiæ publice in eccleſia ſine ſuperpelliceo, & ſtola adminiſtrauit, in ſuſpenſionem ab Epiſcopo latam incidiſſe, niſi ex obliuione naturali, vel in conſideratione excuſetur; vel niſi eſſet breuis reconciliatio, vel aliter neceſſitas ſuaderet, &c. per ea, quæ de cenſuris ſupra ſæpius animaduertimus.

II. Q. RESOLVTIO.

Secundo Bernardum ruſticũ non excuſari à mortali culpa, ſi probabiliter dubitabat, comedere ante auditam miſſam, mortalis peccati reum conſtituere. Dubius. n. animus ſi quippiam agat, peccandi periculo ſe exponit, ac proinde certum eſt, cũ qui dubitat lethaliter peccare, teneri peccatũ illud tanquã dubium confiteri, eo modo quo ſe peccaſſe ambigit, vt ſuperius de conſcientia dubia à nobis traditum eſt. *p.* 1. *tr.* 5. *c.* 10. *q.* 64.

Atque hinc ſequitur, vt præteritas confeſſiones iterare teneatur; qui ſi eidem Parocho, & ſacerdoti confiteatur, qui ſaltem in confuſo peccatorum, vel ſtatus pęnitentis meminit, ſatis eſt eidem, omiſſa peccata aperire, ſecus ſi neutrum recordaretur, vel alteri confiteretur. *Nau. c.* 9. *circa fin. Reginal. lib.* 6. *nu.* 164. *Suarez. tom.* 4. *d.* 22. *ſect.* 6. *Vaſquez. tom.* 4. *in* 3. *p. q.* 92. *ar.* 3. *dub.* 3. *Coninch. d.* 7. *dub.* 11. *n.* 109. *& d.* 10. *dub.* 12. *nu.* 102. *Bonac. d.* 5. *ſect.* 2. *p.* 3. *Molfeſ. tr.* 7. *c.* 13. *nu.* 7.

III. RESOLVTIO.

Tertio dico per Iubileum pęnitentiæ, vt dicũt, ſatisfacienti, ſeu vindicanti, ſatisfacere poſſe, cum per illud, ſi recte acquiratur, omnis pęna peccatis debita tollatur. *c. quod autem. vbi Doctores. ext. de pænit. & remiſſ.* non vero à pęnitentiis illis abſolui, vel liberari, quæ in remedium, & præſeruationẽ à peccatis in futurum committendis, iniunguntur, ſicut etiam quò ad has pęnitentias, vnus pro altero ſatisfacere nequit. Neque electo Confeſſario integrum eſſe conſtat incurſas pęnas condonare, vel relaxare, quando pęnitẽs eas acceptauit, quidquid ſit, quando eas recuſauit. *Nauar. conſ.* 32. *de voto. Graffius l.* 2. *deciſ c.* 28. *num.* 5. *Bonac. d.* 5. *q.* 5. *ſect.* 3. *p.* 4. *nu.* 2. *Molfeſ. tr.* 7. *c.* 23. *num.* 74 *& alĳ cõter ibi relati. Item Sanchez l.* 3. *de præcept. c.* 5 *nu.* 17. *Leonard Nouel. in inſtruct. ad Parochos de ſacramento pænit. §. Nam imponere.* vide ſupra *par.* 1. *tract.* 5. *c.* 15. *q.* 95.

IV. RESOLVTIO.

Qvarto dico, parum prudenter præſcriptas eſſe Bernardo pęnitentias; nam etſi contraria contrariis curari debeant, & carnis vitium corporis maceratione profligandum regulariter videatur, nihilominus ruſtico homini die, noctuque ſe laboribus frangenti, & agriculturæ aſſiduam operam nauanti, ineptè ieiunia, & longæ peregrinationes pro pęnitentia imponuntur; cui potius, & præcipuè proprius labor, ærumnæ, & afflictiones, in vim ſatisfactionis, & pęnitentiæ iniungendæ erant, iuxta illam formulam, Quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, &c. Vtcunque ſit, ſi opera illa pęnalia in ſtatu peccati mortalis, & à Dei gratia alienus perfecit, & ſi apud Deum non meruerit, nec ſatisfecerit, imo eam in tali ſtatu peragendo, ſaltem venialiter peccauerit, Confeſſarii tamen præceptum adimpleuit. Hæc nihilominus ſacramentalis ſatisfactio, ſi in peccato mortali perficiatur, reuiuiſcit, & ſuum

effectum

effectum ſtatim, ac obex, & fictio remota fuerit, cõſequitur; quod nequaquam competit illi, quæ in ſacramento non imponitur, ſed à pęnitente ad dignos pęnitentiæ fructus faciendos voluntarie aſſumitur. Quam poſitionẽ celebres Doctores contra aliquorum Theologorum ſententiam firmarunt. *Caietan. tom. 1. opuſc. tract. 6. q. vlt. Nau. in c. 1. num. 48. de pę nit. diſt. 6. Pet. Sot. de ſatisfact. lect. 2. Suarez. d. 38. sect. 8. Coninch. d. 10. n. 96. Reginal. l. 7. nu. 7. nu. 10. & nu. 84. Zerula in praxi pœnit. c. 25. q. 18. Molfeſ. tr. 7. c. 23. nu. 79. Bonac. l. c. nu. 15.*

V. RESOLVTIO.

AD 5 q. reſolutorie dico, Hilarium inualide à caſibus reſeruatis abſoluiſſe, antequam conceſſio ab Epiſcopo facta per certum nuntium miſſum innotuerit. *arg. c. ſi tibi abſenti. de prabend. in 6.* Hæc. n. priuilegij conceſſio eſt quædam donatio, quæ quidem vt efficax ſit, & omnino valida, ac irreuocabilis, neceſſe eſt vt per deſtinatum nuntium, non autem per alium non fide dignum denuntietur, vel (vt aiunt) intimetur. Secus tamen dicendũ quando Hilarius priuilegiarius cognita à viro integræ fidei, priuilegii, vel facultatis conceſſione, nuntio, vel procuratori, etiam verbotenus data, ea vſus fuiſſet, quamuis hoc cognouerit ab alio quàm ab ipſo nuntio obtinentis, vel concedentis priuilegiũ, nam validum fuit priuilegij indultum, cum à procuratore, vt ſupponimus, ſit acceptatum. ita *Sãch. l. 3. de matrim. d. 36. nu. 7. & in ſumma. de precept. l. 4. c. 48. nu. 3. Reginald. l. 1. nu. 104. Bonac. de legib. d. 1. q. 3. pun. 3. nu. 5. & ſeq.*

QVAESTIO. XII.

Vtrũ Parochus nõ prędicãs, & totũ fere paſtoralis curę põdus in coadiutorẽ conijciens, in cõſcientia tutus ſit. An caſus reſeruatos ſibi ab Epõ conceſſos eidẽ delegare valeat. An ambo in voto etiam in articulo mortis diſpenſare poſſint. Et nùm facta ab ægro confeſſionis teſtimonium ſcriptum, ſub pœna peccati mortalis, & cenſura, relinquere apud eum teneantur. Salarium non conuentum vtrum debeatur.

LAzarus animarum curæ præfectus, vir & iuriſprudentia, & Theologica cognitione praeditus, cum multum gregem ſub ſe habeat, & propterea Euſebij Capellani opę in parochialibus functionibus obeundis indigeat, nunquam in ſua parochia concionari ſolet, eo prętextu quod in vrbę concionatores non deſint, qui ad populum concionem, & ſermonem affatim habere conſueuerunt. totum pęne paſtoralis curiæ onus ei committere ſolitus eſt. Vnde cum ad excipiẽdam cuiuſdam infirmi cõfeſſionem eſſet noctu vocatus, ad eum accedere recuſauit, cęli inclementiam, & quandã cuiuſdam ſubditi inimicitiam cauſans, ſed ſuo coadiutori hoc munus demandauit, eique facultatẽ, quam ab Epiſcopo habet, à caſibus reſeruatis abſoluendi delegauit; Capellanus vero non ſolum infirmum (non tamen in mortis periculo. conſtitutum) à quibuſdam caſibus, qui Epiſcopo reſeruantur, abſoluit, ſed etiam ſuper quodam voto diſpẽſauit, & eiuſdem generalem confeſſionem per partes abſoluit. Item cum Hieronymi patrui ſui, & Parochi prædeceſſoris ſit hæres, Margaritæ eiuſdem ancillę, quæ annos decem cum dimidio, non conuenta mercede, eidem ſuo patruo inſeruiuit, eã etſi hæres ſit ſoluere renuit, eo quod nec de iure communi, nec ex vi legis municipalis, ſeu Ciuitatis ſtatuto, ſtipendium ob impenſas operas debeatur.

Quæritur Primo an Lazarus nõ prędicãs, & per aliũ aĩarum curã exercẽs, ſit in conſcientia tutus, ita vt opulẽti ſui beneficii fructus tuto percipere queat. Secũdo an caſus ipſos reſeruatos delegare potuerit, & data abſolutio valeat, Tertio an eidem Capellano licuerit ægrum illũ à voti obligatione ſoluere. Quarto cum iuxta Conſtitutionem Pii V. poſt auditam ægroti confeſſionem, illius teſtimonium, & fidẽ in ſcriptis, medico nõ reliquerit, an peccauerit, & cenſuram aliquam contraxerit. Quinto an ipſe Lazarus hæres ipſe patrui prædeceſſoris ſeruitutis ſtipendium Margaritæ ſoluere teneatur.

RESPONSIO.

REſp. pro clara & vberi huius caſus reſolutione, ſuppono, multas, & varias eſſe Parochi obligationes, & munia, quas breui manu proſecutus ſum in *Comment. de hum. vit. ſtat. par. 1. c. 14.* prout eſt Primo fidei profeſſionem emittere. Secundo reſidere. Tertio ad populum concionem habere, & pueros fidei rudimenta docere. Quarto ſacramenta ſubditis etiam cum ex deuotione petunt adminiſtrare; & ſacram Euchariſtiam decẽter aſſeruare, ac ſtato tempore renouare, recentes hoſtias conficiando. Quinto miſſas ſaltem diebus feſtis celebrare, & pro grege ſibi cõmiſſo orare. Sexto peccatores corrigere, & curare vt ſubditi eccleſiæ pcepta ſeruent, & qui publici ſunt, & incorrigibiles, Epõ denuntiare. Septimo inquirere, an obſtetrices formam baptiſmi ſciant, ne in baptizando errẽt. Librum habere, in quo eorum nomina ſcribantur, qui baptiſmum ſuſcipiunt, parentum, ac ſuſceptorum. Librum itidem, in quo eos ſcribat, qui confirmationis ſacramentũ accipiũt, eorum ẽt parentes, ac ſuſceptores. Octauo exteros matrimonio nõ coniungere, niſi prius adhibita diligentia inquirat, qui ſint, vnde venerint, & rem totam ad Epiſcopum deferat. Item peregrinorum ad parochiam venientium,

Digitized by Google

tiū, vt in ea habitent, vitā ſciſcitari. Nono infirmos viſitare exhortatione, ac ſacramētis conſolari, & animas in agone exiſtentes adiuuare, & mortuos ſine auaritię, uel ſimoniæ nota ſepelire. Decimo per ſe ipsū regulariter curam exercere, cum perſonæ induſtria electa ſit. Vndecimo vt hæc omnia rite pręſtare poſſit, conſcientię caſibus ſtudere. His pręhabitis.

1. Q. RESOLVTIO.

Reſolutorie ad caſum propoſitum dico. Primo Lazarū iuris quidē diuini obligationi ſatiſfacere, mō illi concionatores, ſiue ſeculares, ſiue regulares, idonei ſint, & populi verbi Dei prędicatione indigentis neceſſitatibus occurrāt: nō vero iuris humani, nempe *Cōc. Trid. ſeſſ. 23. de ref. c. 1. & ſeſſ. 24. c. 1. & ſeſſ. 5. de ref. c. 2.* obligationē implere, quo decernit, vt Parochi ſolū per alios concionent, ſi legitimo detineantur impedimēto. *Poſſev. de off. cur. c. 3. Bonac. de leg. d. 5. q. 1. p. 2. n. 29* At Concilij mens ſaluari dr. cum ſciēte Epiſcopo per alium populus in vrbe inſtruitur.

Quod ſi cui Parocho, uel ob nobilitatē, vel debilitatē, uel imperitiā, ſeu defectum ſcientiæ practicę, uel aliā q̄cunq. cauſam, ſacerdos alius, curę, atq. muneris ſocius adiūctus ſit, nō ꝓpterea ipſe minus eccleſiæ ſuæ ſponſæ debitam aſſiduitatem, atque operā pręſtare debet, aut minus apud eam reſidere, ſed omnia nihilominus quæ debet, ac poteſt, diligētis Parochi, officium eum obire oportet. Vnde & Sac. Card. Congreg declarauit, Curato cui ob aliquā cauſam coadiutor datus eſt, propter hoc à ſua eccleſia abeſſe non licere, & à munere ſuo non eximi, & cogendum eſſe ad ſubeundum per ſe ipſum, & non per ſubſtitutum, ea munia, ad quæ tenetur: tolerandum autem, ut per ſubſtitutum ſuppleat in illis tantum caſib. in quib. expreſſis verbis Canonū, Decretorumue Concilij, ei permiſſum eſt ut per vicarium, ſeu coadiutorem, uel ſubſtitutum, officio ſuo fungi poſſit. *Gonzales. in reg. Cancel gloſſ. 5. §. 9. num. 29. & Barboſa in remiſſ. ad Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 6. Ingol. de off Paroch. l. 3. c. 5. Riccius in ſeq. citan.*

Qua circa quidquid ſit de conſuetudine, quę potius corruptela cenſenda eſt, excuſandus à graui culpa non videtur Curatus, qui reſidet quidem, ſed Cappellanum, vt dicunt, tenet, & ad propriam quietem illi omnia ardua, & difficilia relinquit, puta ſurgere de nocte, multas confeſſiones audire, reliqua ſcrā adminiſtrare; cum potius ipſemet comitare, charitate, & beneuolentia, amori populi ſui præſertim rogatus rńdere debeat. Quis ſcit ne forte infirmus aliqua habeat, quæ libenter, ac confidenter cum proprio paſtore conferret, & Cappellano communicare, uel committere renuit? Subleuatur. n. & hilareſcit ſubditus, uel ſola Superioris pręſentia. Coadiutore vti debet Parochus, non ut homine, qui portat pondus diei, & æſtus, ſed ut ſocio laboris. Paſtores ſunt tanquam anima, Vicarij tanquam membra in corpore. Reſidentia non ſolum inter oues habitationem indicat, ſed paſtorale munus, uigilem curam, diligens ſacramentorum, & diuini uerbi miniſteriū oſīdit. *Garz. de benef p. 3. c. 2. Barboſa de Epiſcopo p. 3. alleg 53. Ferret. conſil. 32. Riccius in praxi fori eccle. deciſ. 574.* vbi & ipſe reſtatē ex decl. Sac. Cong. parochum, cui ob cauſam datus eſt coadiutor, à reſidentia non excuſari.

Per ſe ipſum Parochū eccleſiæ ſuæ deſeruire dēre. tradit S. Pontifex Innocent. 3. *in c. extirpandæ. ext. de præb. & Conc. Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 1.* Innocentius ēt 6. vir integerrimæ uitæ, magnęq. conſtātię, ac ſeueritatis, dū erat Eps, eccleſiaſtica beneficia nō niſi probatiſſimis tùm uita, tùm doctrina uiris dedit. Poſt coronationē uero in Pontificē maximum, ſtatim conſtituit ut omnes Prelati, omneſq. qui beneficiis potiebantur, ad eccleſias ſuas ſub anathematis pœna proficiſcerentur, dicebat enim oues paſcuas à proprio paſtore, non à mercenario cuſtodiri debere. Hic. nāq. locum habere pōt, quod quidam patricius interrogatus, cur obeſo cum eſſet corpore, equum tamen ſtrigoſum, & macilentum haberet lepidē ſed ſcite reſpondit, nihil id mirum, cum ſe ipſe aleret, ſerui autem mercenarii equum. *Caietan. in ſumma. v. beneficium. Cardin. Palaot. in Archiepiſc. Bonon. p. 1. c. 16. & dixi ſup. tr. 4. c. 1. q. 5. reſol. 2.*

In malo quippe, & miſero ſtatu uerſantur illi, ut aliàs aduerti, qui beneficia curata poſſident, & vicarios ſine delectu ponunt, etiam ſimpliciſſimos, omni eruditione, & probitate earentes, non quęrentes, quis doctior, ac ſanctior, ſed quis minorī mercede inſeruiat, oues periculo luporum, ac ſalutis diſcrimini exponentes. Vt omittam etiam ſicut communis praxis oſtendit, ipſos Capellanos, qui in partem muneris aſciſcuntur, Rectori ipſi aliquando perturbationi potius, & moleſtiæ exiſtere, quàm præſidio, cum parua conſenſio inter inferiores miniſtros cum ſuo Rectore intercedere ſoleat. Pauci enim reperiuntur, qui in Dei gloriam, & animarū ſalutem intendant. Contra multi, qui proprijs cōmodis, & lucris ſtudeant: ex quo poſtea turbines, & procellæ quotidie in Rectorem ipſum excitantur, cui non modo, vt par eſſet, non inſeruiunt, ſed omnia quæ facit, interuertunt, ita vt poſtmodum quæ inde exceſſus, & peccata ſuccedunt, illi imputentur; vt. n. quando horologium nō æquis uicibus horas indicat nō machinæ uitio aſcribere ſolemus, ſed Aedituo, cuius curæ commiſſum eſt: ita in Eccleſia ſi temere quippiā, aut inordinate, aut etiam turpiter geratur, id Rectoris culpę tribui ſolet. *D. Ant.*

3. p.

Digitized by Google

3.p.tit.17.c.16.§.1.& 2.Turre Crem.in c.quē pœnitet.nn.37.de penit.d.6. Nau.in d.c.§.caueat.ead.d. Baſſas.p.1.c.4. Vicarius ergo ſacerdos modo, & ipſe idoneus,ſit parocho grauis laboris ſocius; Curatus ſuo ſtudio, & induſtria gregem ſibi creditum paſcat,& regat; & ſibi quoq.perſuadeat, quantū laboris adimit Capellanus,tantum præmij,ac gloriæ ſibi ab eo auferri. Quod ſi ſine vlla cura, & labore,velit ſolum genio indulgere, honore,& opibus eccleſiæ potiri, onera in vicarii humeros conijciens,fructus qui pro paſtorali cura exhibentur, in foro conſcientiæ ſuos non faceret, & grauis culpæ ſe reum conſtitueret.*Sot.l.* 10.*de iuſt.& iur.q 3. art.1.Roder.p.2.ſuæ ſum.c.37.Zechius.de repub. eccl.c.28 n.23.Regin.l.3.c.3.n.60.Vict.in notis ad Poſſeu.de off.Cur.c.1.& dixi in* Comment. *de hum. vit.ſtat p.1.c.14.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2.dubitationem,an Lazarus Parochus facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis ſuo Capellano impertire potuerit.&c. Dico, illam poteſtatem ei mandare non potuiſſe; & ſi.n. Epiſcopus caſus ſibi reſeruatos quò ad ſibi ſubiectos Lazaro conceſſerit, ita vt ad vniuerſitatim cauſarum delegatus videatur,non tamen illam alteri cōmittere poteſt, tùm quia induſtria perſonæ electa cenſeatur;nam ob hanc rationem huiuſmodi caſus reſeruantur,quia à grauioribus, ac prudētiorib.iudicib. cognoſcantur,tùm etiā quia & ſi delegatio ſit generalis,quò ad pctā, eſt tamen ſpecialis, & reſtricta quò ad perſonas,ideſt quò ad ſibi ſubditos tantum,in quò caſu uerius eſt, non quò ad vniuerſitatē,ſed quò ad generalitatē cauſarū,vt Iuriſtę loquunt.delegatū eſſe,teſte *Sāch.l.3.de matr.d.31.* Vt proinde hac ī re bonus hic iuriſperitus ſit hallucinatus.

Ad vniuerſitatem delegatus cenſetur vicarius Epiſcopi, & Pęnitentiarius, qui in tota diœceſi à caſibus reſeruatis abſoluendi, & delegandi authoritate potiuntur. per à nobis tradita in *Comment.de caſ.reſer.p.1.c.5.verſ.Quod etiam. & per Nauar.conſ.22.de penit.& remiſſ.Io.Chap. de caſu reſer.c.3.Piaſecium in Praxi Epiſcop p.2.c.1.n.15. Zechium de repub eccl.de cler.& can.c.24.nn.16. Riccium in praxi var.reſol.179.Genuenſem in praxi eccleſię Neapol.c.67 nn.24.Floronum de caſ.reſer. p.1.c.4 §.3.Zerulam in praxi penit.c.24.q.17.* Con*ſtantium.in Admonit.ad* Curatos.*par.4.tit.6.cap.4.* Atque ita intelligendus videtur *Vgol. de off.* Epiſc. *p.2.c 36.§.7.& Nald.in v.delegatus.*

Hinc ſequitur, abſolutionem ſuper caſus reſeruatos à Capellano illi ægroto impenſam, cū in articulo, uel periculo mortis conſtitutus non eſſet, nullam,& inualidam eſſe,ex *Conc.Trid.ſeſſ.14.c.7*

III. RESOLVTIO.

AD 3.q dico, quod licet quilibet Cōfeſſarius ēt excommunicatus,præcitus,&c.in mortis articulo,vel periculo (idem enim ſunt) à quocunque caſu,& cenſura,etiam Summo Pontifici reſeruata, abſoluere ualeat,imo pœnitentem ſi inter confitendum,uel antequam confiteri incipiat, vox eū deficiat,adde uel ſi confitendi tantum deſiderium, ſiue per ſe,ſiue per alios oſtenderit, ſeu etiam,vt multi volunt,ſi nullum ſignum exhibere potuerit, ſed tantum ex chriſtiano more vixiſſe præſumatur, & ſi inquam in his caſibus,abſolutionis beneficio donare poſſit,ac teneatur;non tamen ei licet vota,vel iuramenta commutare,aut in illis, ſicut nec in irregularitate,vel inhabilitate,diſpenſare, cum in illo articulo nihil amplius concedatur,quàm abſolutio ab illis rebus,quæ Paradiſi ingreſſui obſiſtere poſſunt,ut mori cum votis,iuramentis, ac aliis huiuſmodi,regni cœleſtis aditum non occludit. *vt diximus in tr.de cura infirmorum.p.1.c.5.* vt etiam R*oder.in ſumma.p.1.c 59.num.* 14. *& alii communiter.* Ex qua poſitione ſequitur,neque id illum præſtare potuiſſe,etiamſi facultate abſoluendi à caſib. reſeruatis Capellanus munitus eſſet,& pœnitens ille extra mortis aleam fuiſſet;ſiquidem Prælatus cōcedens abſoluendi facultatem ab omnibus ſuis caſibus,& cenſuris, non cenſetur ſubinde impertire facultatem diſpenſandi in irregularitate,votis,aut iuramentis,cum hæc caſus,& cenſuræ non ſint, & ex diuerſis illatio fieri non debeat.*Sayrus.l.1.clauis reg.c.1.& communis eſt ſententia.*

Ad illud vero huius 3.q caput an ſi Euſebius capellanus ægroti generalem confeſſionem dimidiatim excipere potuerit,dico,quod ſi illa confeſſio neceſſario inſtituenda fuerit, vt quia præteritæ particulares confeſſiones,vel ex parte defectus pœnitentis, vel ex parte cōfeſſarii repetendę forēt, abſolutionem per partes impertiri,extra mortis periculū nō ei licuiſſet,Si vero ante actæ confeſſiones rite, & integre factę fuiſſent, generalem confeſſionē diuidere potuiſſet, v.g.partem hodie audiendo, & abſoluendo,cras aliam, & ſic deinceps.cum huiuſmodi peccata voluntarie, & non neceſſario eccleſiæ clauibus ſubiicere teneatur,vt proinde & partem vni, partem alteri explicare, & partem etiā omittere ei fas ſit,*Vict.in ſumma.de confeſſ.n.167. Henriq.de penit.l.2.c.12.n.2.Sà in v. abſolutio nu.* 28.*Graff.l.1. Deciſ.aur.c.16.nn.15.* vbi etiam adnotat iſtas generalium confeſſionum repetitiones non eſſe pro libito pœnitentis à confeſſario admittendas,niſi aliqua grauis cauſa interueniat,vt mor-

tia

tis articulus, vel Iubileum, &c. poſtmodum prædicta confeſſione facta, & abſolutione à docto, & prudenti Confeſſario impenſa, iuxta eius iudicium acquieſcere debere. Idem conſulit *Lud. à Ponte. p. 1. de chriſt. hom. perfect. tr. 3. c. 7. §. 1.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. quæſtionem dico Capellanum, qui confeſſionis teſtimonium non reliquit, à culpa mortali excuſari poſſe, ſi per obliuionem, vel ob iuſtam aliam ob cauſam, id officij omiſit, & ſi in foro exteriori ab Epiſcopo mulctari valeat. Quandoquidem ex Pij V. Decreto, & multorum Ordinariorum ſynodalibus conſtitutionibus, cum primum Parochus, vel alius ſacerdos, pœnitentiæ ſacramentum cuipiam ægroto adminiſtrauerit, in ſchedula ſubſcribere debet, eaque fateri ſe pœnitētis confeſſionem excepiſſe, quod ideò fit, ne medici curam ſuam ſubtrahere infirmis cogantur, & ne per confeſſariorum negligentiam, animæ ſalutaris confeſſionis ſubſidio deſtitutæ in damnationis ſtatu ex hac vita decedant. Vnde in multis locis regulares hoc pium munus prætermittentes, ſuſpenſionem, alij vero ſæculares ſacerdotes mulctam pecuniariam ſubire coguntur. &c. D. *Carolus. in Actis eccleſia Mediol. p. 4. tit. de ſacramento pœnit. Vgolin. p. 1. de off. epiſc. c. 7. §. 2* Piaſec *p. 2 c. 3.*

Alibi vero reſoluimus, ſi Confeſſarius, vel Parochus pœnitentem indiſpoſitum, vt quia in proxima delinquendi occaſione iaceat, & ab ea ſeiungi nolit, ſyngraphamque confeſſionis petat, poſſe illā ei denegare; non. n. eſt illi ſuccurrendum, qui ſponte ſe in neceſſitatem coniecit. *Henriq. de pœnit. l. 3. c. 22. nu* 4. Poſſe etiam ex aliquorum ſententia cōfeſſionis fidem, vel teſtimonium dare, quia vere confeſſus eſt, & ſi non abſolutus. *vt per Nald. in v. ſcriptura. num.* 11.

V. Q. RESOLVTIO.

QVintę q. hæc expedita, ac reſoluta accommodatur reſolutio, quod licet dici ſolent ſtipēdium non conuentum (prout in caſu noſtro de eo in pactum deducto cum Hieronymo Curato prædeceſſore non conſtat) nullatenus deberi. *l. 1. in fi. ff de var. & extraord. cognit ſalarium. C. mandat. Alex. l. 6. conſ.* 109. Idque per Ciuitatis ſtatutū hoc determinās, omni prorſus ſcrupulo carere videtur: nihilominus contraria opinio ex æquitate, & in foro conſcientiæ præualuiſſe conſpicitur: quia ſicut uix fieri poteſt, ut diues, maxime ſenex, & Parochus, vt in caſu, vitam ſine famulis, & ancillis, degat: Ita in pauperibus, quæ non habent unde viuant, niſi labores manuum ſuarum manducent, (qualis profecto eſt prædicta Margarita) nō eſt veriſimile ut operas ſuas gratis impendiſſe voluerint. teſte *Bonacoſ in tract. de famulis. q.* 79. Vnde & lex communis, & municipalis, ex æquitate interpretationem recipere cenſetur. Eſt. n. æquitas rectitudo iudicij naturalem ſequens rationem, quę ex naturę lege dictat neminē cum alterius detrimento locupletari debere. *l. iure natura.* vbi *Dec. & Cagnol ff. de reg. iur. Tuſch. in v. aquitas. concl.* 310. *& in v. forus. concl.* 447. Facit quod conſuetum fieri pro expreſſo in conuentione deducto habetur *l. excepto. C. locati.* vbi *gloſ. & DD.* obſeruant, quod vbi in operum locatione de certa mercede non eſt facta mentio, illa ſecundum præteritam conſuetudinem eſt ſoluenda. *vt tradit Euerard. in top. leg. in loco ab vſitato. Tuſch. in v. conſuetum. concl.* 959. Atque ita reſoluit *Rot. Bonon. in deciſ. ſelectis. deciſ.* 56. Vt prætereà aduertendum in humanis actionibus ſit, quod admonimus in 2. *pars hor. comment. tr. 10. c. 9. q* 12. *reſolut.* 5. ne ſub prætextu legalis ſcientiæ pernicioſe erretur in foro conſcientiæ. Qđ ſi Lazarus hoc naturalis iuſtitiæ officium præſtare nolit (tanquam impęnitens impius, & iniuſtus, contra illud, Sacerdotes tui induant iuſtitiam) abſolui nequit, &c.

QVÆSTIO XIII.

An Confeſſarius, vel Parochus teneatur aſtringere fœminam ſibi confitentē vt denunciet alterum cōfeſſarium, qui ſecum poſt confeſſionem ſtatim molles, ac laſciuos ſermones habuit; etiamſi ille ſit propriæ religionis alumnus, & hoc contigerit ante promulgationem Conſtitutionum Pauli V. & Gregor. XV. & etiamſi illa poſtmodum in actus turpes conſenſerit. An abſoluere potuerit incendiariam. i. eum qui incendium non commiſit, ſed mandauit, in lecto podagræ morbo laborantem, & an in aliquam cenſuram inciderit. A caſibus alibi reſeruatis an poſſit abſoluere, ubi non ſunt reſeruati, quilibet confeſſarius.

DOminicus Parochus regularis cum in confeſſione Martham viduam audiret, vt Pontificis, & Inquiſitoris Cōſtitutionibus, ac Edictis obtemperaret, eam interrogauit, an vnquam aliàs ab aliquo pœnitentię ſacramenti miniſtro eſſet ad turpes actus ſolicitata, uel de rebus obſcœnis id confeſſionis actu interpellata. Cum autem cunctabunda hæreret, nihil valens, aut dicere volens, vrgere cœpit dicendi, ac reſpondendi obligationem adeſſe, & ſub graui pęna, à Summis Pontificib. id præcipi, illa mulicbri pauore, ac pudore ſuperato reſpondit; ſe duodecim iā tranſactis annis, à Gabriele religioſo confeſſario, de venuſtate, ac corporis pulchritudine poſt datam abſolutionem commendatam

fuiſſe,

& nonnullos laſciula admixtos ſermones cum ea h bouiſſe, & tādem poſt aliquot dies ad eius domum acceſſiſſe, ac impudice illam tetigiſſe. Nunc quæritur, an ipſe Dominicus teneatur Martham aſtringere, vt Gabrielem denuntiet (quem ex antecedentibus, & conſequentibus fœminæ uerbis, ſuæ religionis, & monaſterij ſecerdotem eſſe cognouit) etiam ſi expreſſe non ſolicitauerit, ſed tantum blandis, & laſciuis verbis cum ea poſt confeſſionem, ſit locutus: & hoc ante Pauli v. & Gregorius 15. pmulgatas Bullas contigerit, necnō volēs poſtmodum ac cōſentiens, domi impudicos actus, & tactus admiſerit, & tādem vel ſi Gabriel eiuſdē ſit inſtituti, & ordinis cum Dominico &c. & quomodo Dominicus vtriq. conſulere debeat.

Secundo cum ſuus Epiſcopus in tabella incendiariorum caſum ſibi reſeruet, & Antonius cuiuſdam iniuriæ vindicandę cauſa, famulo ſuo iuſſiſſet, vt *Baptiſtæ* ruſticā domū cbureret, ipſū Antoniū in lecto ob podagræ morbum iacentem, abſq. alia facultate, nec ſatiſfacta parte, nec vlla exacta cautione abſoluit. Quęritur pariter an peccauerit, inualida ſit abſolutio, & in aliquam cēſuram inciderit.

Tertio cum ab inferiorum etiam confeſſeriorū iuriſdictione ſub ſuſpenſionis ēt pœna, abſolutionē eorum ſacerdotū, qui aleis ludunt ſubtraxiſſet, nōnulli vero tranſgreſſores, vt proprii Antiſtitis cenſuram euadant, vicinis cōfeſſariis alterius diœcęſis, vel epiſcopatus, confiteri ſoleant; merito dubitatur an ſic agendo peccent, & abſolutio eis data valeat.

I. Q. RESOLVTIO.
Et eius prima aſſertio.

AD primā q. reſpondendo dico Primo, Dominicum Parochum prudenter egiſſe, cum Martham viduam interrogauit, an vnquam fuerit ad turpia, à confeſſariis ſolicitata, vel ſe cū obſcœnos ſermones in confeſſione, vel in loco confeſſionis habuerint. Officium quidem confeſſarii de ſe, vt *Sotus* notat *in 4 ſent. diſtinct.* 18. *art.* 4. non eſt pœnitentem interrogare, ſed confitentem audire, cum in foro pænitentiali non per viam, vt dicunt, coactiuam, ad extorquendam à reo confeſſionem, ſed per ſpontaneam ipſius pœnitentis voluntatem procedatur, ita vt ſimplicem illius confeſſionē exci pere ſufficiat, nec per ſe ſit de rōne ſacramenti in illius adminiſtratione interrogationes fieri, ſed ſolum ex accidenti, nimirum cum acciderit, confitentem aliquid de neceſſariis omittere, id enim coniunctum eſſe cum ipſo audiendi officio patet, tum ex præcepto, quod de interrogando datur, *in c.* 1. *§. diligens. de pœnit. diſt.* 6. *& in c. omnis. ext. de pœnit. & remiſſ.* tùm quod confeſſarius medici officio fungatur, qui infideliter ageret, ſi ęgrotum aliquas morbi circunſtantias peſtilentes, ex ignorantia tacere videret, & nihil inquireret. Itē Iudicis munere, qui ſimiliter perfide agit ſciens teſtē aliquid tacere, de quo ius interrogandi habet, & id omittit, ac diſſimulat. Itidem Auditoris rationum dati, & accepti officio, qui in Domini ſui fraudem multa recepta ſilentio pertranſiri negligit. Tādem Doctoris partes ſuſtineat, qui ex charitatis, & iuſtitiæ lege, tenetur non tantum pænitentes praua doctrina, & malo conſilio non decipere, ſed vtiles veritates pro foro conſcientiæ, ignaros docere. *Reginal l.* 2. *c.* 2. *nu.* 13 *Henriq. de pœnit l.* 3. *c.* 27. *Vinal. in Baculo ſacerd. c.* 30. *num.* 189. vbi ait, confeſſarium non ſolum debere docere ea, quæ interiorem hominem tangunt, ſed etiam illa, quæ ad bonam corporis. ac rei familiaris gubernationē, & adminiſtrationem pertinent, vt non tantum ſpiritualia ſpiritualiter, ſed etiam temporaliter, iuſte, pie, ac ſanctè tractentur (non tamen in politico, vel œconomico regimine ſe immiſcere, cum ex huiuſmodi proprij limitis exceſſu, infelices exitus cōſequi ſoleant. *Bellarm. de princ. l.* 1. *c.* 6. *vt animaduerti in Comment. de hum. vita ſtat. p.* 2. *c.* 1.)

Vnde quod ad rem noſtram attinet, *Greg.* 15. *in Decreto incip. Motu proprio* omnibus cōfeſſariis mandat, vt ſuos pœnitentes, quos interrogatos nouerint ab aliis, vt ſupra ſolicitatos, vel cum eis obſcęnos ſermones habuiſſe, moneant de denuntiandi obligatione ſolicitātes, ſeu vt præfertur tractantes, Inquiſitoribus, ſeu locorum Ordinariis prædictis. Quod ſi hoc officium prætermiſerint, vel pœnitentes docuerint, non teneri ad denuntiandum confeſſarios ſolicitantes, ſeu tractantes, vt ſup. ijdē locorum Odinarii, & Inquiſitores illos pro modo culpæ punire non negligant. Et quę de ſolicitatione filiæ ſpiritualis à Pontificiis conſtitutionibus ſanciuntur, eadem & quò ad pueros intelligenda ſunt, vt alibi dixi, & ex communi tradit. *Molfeſ. tr.* 7. *c.* 24 *nu.* 34. *Riccius in praxi Bulla contra ſolicit. Reſol.* 66. *Sanct. de hæreſi. c.* 45. *dub.* 1.

II. ASSERTIO.

DIco ſecundo à graui culpa Dominicum immunē non eſſe, ſi in ſpecie de cōplice delicti interrogauit, videlicet ſi ex temeraria curioſitate quæſiuit, quis eſſet ille cōnfeſſarius, qui ſolicitauit &c. ex indiſcreto enim zelo, qui non eſt ſecundum ſcientiam, fuiſſet detractionis, & peccati occaſio in eo foro, quod contra peccata ordinatur: *Henriq. l. c. l.* 2. *c.* 9. *num.* 11. *Reginal. l.* 2. *nu.* 64. *& l.* 6. *n.* 160 *Sot. in* 4 *d.* 18. *art.* 4. *Graffius l.* 1. *Deciſ. aur. c.* 20. *n.* 38. *& de caſ. reſeru l.* 2. *cap.* 12. vbi ſubdunt, quod qui nō temere, ſed ex bono animo, & charitate, in raro caſu de alterius peccato interrogat, nec cogit, ſed amicę rogat, vt criminis ſocium pandat, in-

tendens futuris periculis, & incommodis conſulere, bonos pro ſe auctores habet, quibus factum defendat. Confeſſarius tamen non facile curam tractandi negotium extra confeſſionem ſuſcipere debet, ne confeſſionis religionem odioſam reddat, ſed tantum ſalutare conſilium præbere, & de eo admonere, quod facere tenetur, atq. ſi ad id nihil perſonæ reuelatione (vt regulariter accidit) opus ſit, ea à pœnitente ſubticenda eſt.

III. ASSERTIO.

TErtio dicimus Martham teneri ad denũtiandum, Inquiſitori, vel Ordinario (nã poſt Bullam Greg. XV. etiam Epiſcopi de hoc crimine cognoſcere poſſunt) non ſolum cum eſt de impudicitia ſolicitata, ſed etiam cũ inhoneſta verba in cõfeſſione, vel prope, vel in loco ad audiẽdas confeſſiones deputato cum ea habuit. Imo cũ tacitis, & ocultis verbis, ad inhoneſtos actus pellexit, vt ſi illam de corporis pulchritudine, venuſtate, & elegãtia laudauit: nam huiuſmodi ſacerdotes talibus blanditiis quodammodo pœnitentiæ ſacramento abutuntur, & fœminis ad confeſſiones accedentib. ſcãdalum præbent, ſiquidem experientia docet, hmõi blandis, ſuauibus, ac mollibus verbis, mulieres ſubuerti, & ad libidinẽ prouocari, cum plurimę ſint inconſtantes, leues, inanis gloriæ cupidæ, mobiles, vt illud Virgilianum probat. *l. 4. Æneid.*

Varium & mutabile ſemper fœmina.

Quod vſurpauit S. *Põtif. in c. forus. ext. de ver ſig.* vt ppea ẽt *Tibul. l. 3.* cũ de muliere loqueretĩ ſcripſerit, *Sed flecti poterit, mens eſt mutabilis illis.*

Et vt ait. *D. Chryſoſt. in* Epiſt. *D. Pauli ad Eph. hom.* 13 Habent mulieres in ſe quoddam vanægloriæ ſtudium, quod quidẽ ex forma, & ex pulchritudine concipiunt. Cui ſententiæ calculum addit. *Ouid.* cum inquit *l.* 1.

Faſtus ineſt pulchris, ſequiturq. ſuperbia formã.

Et ille vulgatus verſiculus,

Vulpes amat fraudem, lupus agnum, fœmina laudẽ, ſcilicet ĩ pulchitudine, vt explicat *Caſſ. in catal. glo. mundi par. 2. conſid.* 22. At cum hæc lex contra confeſſarios, qui pœnitentes ſolicitant, ſit in publicam vtilitatem condita, ergo extendenda nam ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit. *l. ſunt perſona. ff. de relig. & ſumpt. fun. c. in fidei fauorẽ. de hæret. in 6.* Et conſequenter conſtitutio facta ad tollendos abuſus, qui circa ſacramenta occurrere poſsũt, eſt late interpretanda. Et per has Bullas confeſſarii probi, & Deum timentes, & qui animarum ſaluti inuigilant, cautiores, & meliores reddũtur, alii vero pœnæ, ac infamiæ timore, inſani, & turpis amoris ardorẽ, carniſq. petulantiam comprimunt. *Ant. Sanct. de hæreſ. c. 44. nu. 9.* Nec obſtat, in re dubia benigniorem interpretationem eſſe faciendam, & verba ambigua in bonum potius, quàm malum ſẽſum eſſe trahẽda. *c. in ambiguis. de reg. Iu. in 6. c. eſtote. ext. de regul. Iur. l. merito ff. pro ſoc.* fauore. n. fidei in deteriorem partem verba ſunt interpretanda, quibus fœminæ facile peruertuntur, & ad turpes actus alliciuntur; & prudenter iudicatur huiuſmodi verba, & ſigna ad ſolicitationem tendere, vt in ficto noſtro caſu, ex conſequentibus poſtmodũ actibus conſtat.

IV. ASSERTIO.

ETiamſi Gabriel hoc ſacrilegii crimen cum Martha ante Pii 4. Pauli V. & Gregorii conſtitutiones promulgatas perpetraſſet, adhuc tamẽ à denuntiandi obligatione non eximeretur: nam & ſi regulariter leges ad præterita non extendantur. *c. cognoſcentes. c. fin. de conſt. c. 1. de poſt. Prælat. l. leges. C. de legibus.* vbi dr̃ Conſtitutiones futuris certum eſt dare formam negotiis, non ad facta preterita reuocari, vt etiam docet *Tuſch. in v. lex. cõcl.* 264. quando tamen de mente legiſlatoris conſtat, ita vt ſuam legem, & pœnas ad præterita etiã protendi velit, tunc præteritos quoq. caſus comprehendit, vt in caſu noſtro accidit, nã vt ex verbis earũ conſtitutionum colligitur, illorum trium ſummorum Pontificum mens fuit, illos confeſſarios includi debere, qui ante dictas Bullas deliquere. Vnde ait. *Tuſc. l. c. concl. 265 n. 1 ex Caſtren. l. 1. conſ.* 341. quod licet lex noua ad preterita non trahatur, excipitur tamen qñ de legem ferentis mẽte aliter conſtat. Si nihilominus reus à competenti iudice abſolutus, & punitus eſſet, tunc Inquiſitores, vel Ordinarii cõtra delinquentes ante promulgatas Bullas procedere nequirent, cum lex ad præterita iam decisa, & per ſententiã diffinita, nõ trahatur, etiã ſi in lege expreſſa mentio de præteritis fiat. *Decianus in tract. Crim. l. 3. c. 30. Abb. & Felin & alij in c. fin. de conſtit. Tuſch. l. c. nu: 13. Sanct. vbi ſup. nu. xl.*

V. ASSERTIO.

NEc minus Martha tenebitur ad deferendum violatæ fidei cenſoribus Gabrielem, à quo in ſacramento pœnitentiæ, vel prope, ſeu etiã in confeſſionario, extra confeſſionis occaſionem, tacitis verbis, prædictis modis ſolicitata fuit, & ſi ipſa obſcenis verbis colloquendo oblectata fuerit, & poſtmodum volens, & conſentiens domi conuenta, cũ illo impudicos actus exercuerit. vt ex Bulla Greg. 15. colligitur. Non tñ dicere iure cogitũ quod cum illo deliquerit: nemo. n. ſe prodere debet, cum naturali legi aduerſetur. *c. ſi quis aliquando. de pœn. de pœnit. diſt.* 1. nec arma ſumenda ſunt de domo reĩ

con-

Digitized by Google

conqueri .n. hæc iure poſſet, ac Ouidianum illud exclamare,

Heu patior telis vulnera facta meis.

Menoch. de preſumpt. l. 1. *q.* 80. *n.* 6. *& de arbit. Iud. caſu* 499. Nec debent Iudices de hoc fæminas interrogare, & contra iuſſic interrogatæ, an ſcilicet conſenſerint, reſpondere non tenentur, ſed ſolum perquirere eorũ partes erũt, an ab aliquo confeſſario de impudicitia attentatæ fuerint, vel de reb. turpibus, compellatæ, ſeu vnquam illicitis ſermonib, ſecũ ſint allocutę, &c. vt tradit *Roder. à Cunha. de Confeſſ. ſolicit. q* 10. *& Sanctarellus. de hæreſ. c.* 44. *dub.* 1. *nu.* 12. vbi referunt, Franciſcum Suarez Doctorem celeberrimum, ſic conſultum reſpondiſſe, Et cum hoc ſolicitationis delictum ſit de criminibus, vt dicunt, exceptis, mulier in peccato complex de ſocio interrogari poterit, & per conſequens, etiã conſentiens, conſenſum ſubticendo, denuntiare tenetur. *Clarus in Praxi crim. l. v. q.* 21. *Tuſch in v. crimina. concl.* 1078. Nec obſtare poteſt, quod fœminæ, quæ denuntiare debent, à communiter accidentibus, ut diximus, & tradit. *Tiraq. in legib. connub. l.* 1x. *& Maſcar. de Probat. vol.* 2 *concl.* 753. *Farin. de teſt.* 54. ſunt mutabiles, leues, corruptibiles, &c. nam in enormibus criminibus, ut hæreſis, & læſæ Maieſtatis, & huiuſmodi delictis exceptis, fœminæ ad teſtimonium ferendum admittuntur, ut ait *Gloſſ. in d. c. forus v. fæmina. de verb. ſignificat. & Farin. l. c. & de hæreſ. q.* 188. §. 4. *nu.* 76. & alii cõmuniter: ubi etiam aiunt, quod licet duæ fœminæ regulariter hoc delictum ſolicitationis plene probare non poſſint, quia earum teſtimonium eſt debile, & infirmum, nec ipſę ſunt omni exceptione maiores; hoc tamen Inquiſitorum prudentiæ remittitur, qui circũſtantias tùm mulierum, denuntiantium, tùm ſacerdotum, qui accuſantur, vel denuntiantur, conſiderare debent, vt per *Molfeſ. tra.* 7. *c.* 24 *nu.* 38. *& Sanct. nu.* 6. *& tradidi in prima par. de Exam. tra. v. c.* 21. *q.* 122. Neq. huic aſſertioni officere debet ꝙ fæmina ſolicitata, quam ad denũtiandum obligari aſſeruimus, probare non poſſit, cum uox unius, uox nullius ſit. *c. in omni. extra de teſtibus c. ſi tantũ. c. placuit.* 6. *q.* 2. Regula enim illa intelligitur, quãdo publice, & iudicialiter proceditur, & quando accuſatio præcipue ad puniendum ordinatur: ſecus in denuntiatione, quæ primario ad bonũ ſpirituale alterius tendit, ut hic emendetur, & quæ ſuperiori tanquam patri fieri ſolet, &c. Vel verius dicẽdum, quod & ſi huiuſmodi denuntiatio ad puniendum confeſſarium ſic delinquentem inſtituatur, ſpeciale tamen hoc eſt in cauſa hæreſis, nã ex recepta con ſuetudine denuntiator probare non tenetur, quod denuntiat. *Henriq. de ſac. pœnit. l.* 2. *c.* 10. *nu. x* 1. *Farinac. de hæreſ. q.* 185. *nu.* 71. *& Genuenſis in Praxi Neap. c.* 23. vbi ait, denuntiandos eſſe hæreticos, & maleficos occultos, etiam ſi eorum delicta probari non poſſint; quia ex pluribus adminculis ad probationẽ deueniuntur, Et quę non proſunt ſingula, iuncta iuuant. Sicut & in fidei fauorẽ ad probationẽ adiuuandã admittũtur teſtes infames, excõicati, criminoſi, & alij, qui in cæteris delictis repelluntur. Et q̃uis in alijs criminib. cõiter teſtes ſingulares, i. qui ſoli ſunt, & qui in depoſitione non hñt alium conteſtẽ per omnia concordẽ, non probent, attamen in hoc delicto probare ſolent modo plures ſint, vt patet. *d. Bulla Greg. xv.* & obſeruat *Sanct. l c. nu.* 4. *& c.* 39. Vnde etiam dicit *Salic. in l teſtium. C. de teſtibus.* quod vbi agitur de certa ſpecie hæreſis, duo teſtes probãt, licet loco, & tẽpore ſingulares. Quod tamen ex *Molfeſ l. c. nu.* 37. *& in* 2. *vol. conſ* 40. intelligendum eſt, vbi ſint integre cõcordes, & in ſpecie hæreſis contẽſtes, licet in verborum ſerie, & cõtextu ſingulares ſint, vt omnes docẽt. *Ibi vide* quæ ad praxim.

VI. ASSERTIO.

NEc Dominicum impedire debet, quò minus Martham viduam ad denuntiandum Gabrielem obliget, quod ſpirituali vinculo ſit illi coniũctus, & in Chriſto frater, quos vna eademq. religio, piiſſima mater, Deo genuit, & aluit, ſanctiſque laboribus exercuit; ſiquidem in materia fidei, & in his quę chriſtianam religionem concernunt, teſtes aliàs, vt dicunt, priuilegiati, denuntiare tenentur, dummodo ſincera mente, & zelo pietatis hoc faciant. *Simãcas in Cath. Inſtit. tr.* 64. *nu.* 47. *Farinac. in pri. crim par.* 2. *de oppoſit. contra perſonas teſt. q.* 54 *Lazar. de blaſphemia q.* 12. *n.* 57. *Comit. l.* 4 *reſponſ. mor. q.* 8. *Bonac. de cenſ. diſp.* 2. *q.* 6. *pun.* 1. *nu* 5. *Barboſa de epiſcopo alleg.* 96. *nu.* 56. Debent tñ Inquiſitores in his caſib. prudenter, & diſcrete ſe gerere, & aliorũ præſertim religioſorum ordinum bonę exiſtimationis ratiõnẽ habere, & quãtum fieri poteſt, ſecreto rem agendo, eorum honori conſulere. *Arg Molfeſ. tr.* 7. *c.* 24 *nu.* 41. *& Sanct. d. c.* 44. *dub.* 1. *n.* 4. Quippe de homine religioſo, qui cæteris ſcandalo foret, loquens vates regius. *Pſal.* 49. plorans dicebat, Aduerſus filium matris tuę ponebas ſcandalum; nã religioſi Dei dicati, vitæ ſuę inhoneſtate, & improba agendi ratione, fratribus chriſtianis ſcandalo ſunt, & eccleſiæ matris filios offendunt, quare de his omnes iure expoſtulant, & indignantur. *Beſſeus de ſacerd. l.* 3. *c.* 14.

II. Q. RESOLVTIO.

Et 1. eius aſſertio.

AD ſecundã q. ſupra poſitã dicimus, Dominicũ Parochum, qui Antonium incendiariũ, extra mortis periculum, vel articulum, à caſu reſeruato

abſoluit, & lethali culpa ſe obſtrinxiſſe, & inualide abſoluiſſe,& pręter hęc ſi ex prǽſumptione, & ſcienter, ſinc authoritate abſolutionem impēdit, in excommunicationem incidiſſe à Clemente VIII. latam, in Decreto Incip. Sacra Congregatio.

Quod mortifere peccauerit patet, quia hoc modo abſoluens quē non poteſt, in præiudicium animæ illius, quem abſoluit, conceſſa ſibi poteſtate abutitur, & ſic abſolutum quantum in ſe eſt, in perniciosum errorem conijcit. &c. D. *Ant. in 3. p. tit. 17. c. 12 Sylu. v. confeſſor. 3. nu. 1. Nauar. c. 27. nu. 74. Graffius. l. 1. deciſ aur c. 17. nu.* 10. vt etiam tradidimus *in Cōmen. de caſ. reſer. p. 1 c. 1.* Podagrę vero morbum non mortis periculum ordinarie afferre liquido cōſtat, ex eo præſertim quod vt ait *Suar. tomo 4. d. 75. ſect. 3. & Sanch. l 3 de precept. c. 16. & Barboſ. de Epiſcop p. 3. alleg. 91.* Conſtitutio Pii V. Incip. *Super gregem*, qua cauetur, ut cum medici infirmum uiſitant, eum confiteri faciant, uel de ſolis periculoſis morbis intelligenda eſt, uel quando infirmitas eſt talis, ut non ex delitiis, uel ex ſolo podagrę impedimento, ſed ex ſe lectum petat.

De podagra (ut obiter aliqua dicā) quæ magnatū, & otioſorū hoīum fere morbus eſt, cuidā percunctanti, cur qui eius nodis preſſi detinentur, loquaciores cæteris forent, reſpondit Alphonſus Arrag. Rex quia cū pedib. vti nequeāt lingua velut ambulatione quadam vtuntur. Petrus etiam Fundanus cum quendam audiuiſſet de pedum dolore à podagra excitato, eiulantem, acceſſit, ac dixit, Ecquid? alij de itinerum labore queruntur aſſidue, de negociorum inquietudine alij, & tu de quiete, & otio? quod ſi tibi moleſtū eſt, ſurge pauliſper, & ambula. Et Petrarcha de Podagra *Dialogo.* 84. Turpi, inquit, torqueor podagra. Reſp. Neſciebas ſenectutis morem? incomitata non veni, magnam ſæpe morborum aciem deducit D. Podagra crucior moleſta. R. Extrema, & ignobili parte corporis laboras; quid ſi nobiliſſimis laborares, corde, vel capite? D. Pigra coerceor podagra. R. Vaga mens hominis frœno eget, hunc paupertas tenet, illum carcer, aut grauior morbus ludens te pedibus alligat fortuna, nō podagra, ſed pedicæ ſunt, iā diſce conſiſtere. &c. Bacchi, & Veneris filiam eſſe podagram Poetæ aſſerunt, & nonnulli etiā morbum eſſe inſanabilem dicebant. *Maiolus. de irregul. l. 2. c. 21.* Hinc Ouid. 2. de Ponte.

Soluere nodoſam neſcit medicina podagram.

vt propterea irregularem ea laborantem efficiat. *c. pen. de cler. agrot. Campan. in diuerſ. iur. rub.* 11. *cap.* 17. *nu.* 163. Cui tamen aduerſatur D. *Hieron. l.* 1. *in Iouin c. 8 relatus in c legimus, de conſ. d.* 5. cū ait, legimus quoſdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes, proſcriptione bonorum, ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos redactos, cō ualuiſſe, &c. Cui ſubſcribit Petrarcha. l. c. cum ait; Multos hac ægritudine liberaſſe traditur paupertas, ac frugalitas uera corporum defæcatrix.

Proinde vt cum hoc morbo, & alijs multis, quis pacem habeat, non Baccho ſolum, ſed Veneri bellum indixiſſe profuerit. Hinc & Tympius in menſa Philoſophica *tit. de ebrietate.* Moderate vtendum eſt vino, & Venere, niſi quis generare nolit filiam podagram, quam ſemel ſuſceptam nulli vnquam genero elocare poterit, etiam amplisſimis diuitijs dotatam, ſed domi perpetuo ab eo alenda erit, &c.

Nec hic illud ſilentio inuoluendum videtur, quod refert *Bayer. in Apoph. chriſt. v. oſtentatio.* quod cum ad Leonem X. P. M. neſcio quis Empyricus veniſſet, ſummam peritiam, & præſentaneā curandæ podagræ medicinam penes ſe eſſe iactitans, illuſori homini illudere volens, arrogantiamque reprimere, rogat nūm aliquot millia aureorum habeat, quæ ad paucos menſes mutuo ſibi det, coque negante. Nę tu homo vafer, & ſubdolus, ſi ea quam prędicas artem haberes, crede me longe diuitijs præcelleres, Et quis. n. in orbe hoc malo Princeps liberari nollet? Atque ita plane confuſum à ſe dimiſit.

Hic tamen morbus non ſemper eſt intemperantiæ ſignum, ſiquidem natura ea ſępe nos ex paterno ſanguine inuadit, & ideo quodammodo hæreditarius morbus dicitur. Vnde multis ſanctiſſimis viris, & heroicis virtutibus commendatiſſimis, communis fuit, & in primis D. Gregor. Magno Romano Pontifici, qui ſe, & alios, podagra laborantes non ſemel per epiſtolas eſt conſolatus, *Buſſaus in arte medica in v. impatientia podagra.*

II. ASSERTIO.

SEcundo loco quod abſolutio ſuper Antonium incendiarium data nulla ſit, ſatis conſtat, nam ad abſoluendum iuriſdictio, vel ordinaria, vel delegata requiritur, quę cum in hoc caſu deſideretur, nihil fit. *c. omnis. ext. de pæn. & remiſſ. Conc Triden. ſeſſ. 14 c. 7. & in d. Decreto Clem.* 8 Quandoquidē vt Philoſophi tradunt, ſcire, velle, & poſſe, ad omnē bonam actionem exiguntur. *Plato in Georgia poſt med. Ariſt. l. 5. Polit. c. 9.*

III. ASSERTIO.

TErtio quod ſic abſoluendo, in excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam inciderit, ex ipſo Clementino Decreto innoteſcit, ea namque pœna afficitur, non ſolum abſoluens in caſibus in Bulla Cœnæ Domini, ac S. Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, verum etiam ſi à caſibus, qui Ordinarijs locorum reſeruantur, abſolutionem impendat.

Ex-

Prima Aſſertionis limitatio.

Excipitur tamē vbi bona fide, vel per obliuionem, ſeu inconſiderationem, ab huiuſmodi incendij caſu abſoluiſſet, auſus.n.& præſumptio ad incurrendas pœnas in Decreto illo inflictas, requiritur.

Ex quo ēt bonæ fidei capite excuſari potuiſſet, ſi incendiarij nomine mandantem, vel auxilium dantem non comprehendi credidiſſet; quandoquidem cum diuerſa ſint facere, & mandare, [q]ñ pœna facienti imponitur, niſi lex exprimat, mandātem, uel conſulentem non includere, multorum fuit ſententia, nunc cōi calculo recepta: cum pœnæ reſtringendæ ſint, & in odioſis benignior pars ſit accipienda. *vt per Sayrum de cenſ.l.3.c.10.nu.25.Suarez.to.5. d.5.ſect.3.nu.5, Reginal.l.9.nu.214.Bonac.de cenſ. d.1.q.1.p.6.Claram in praxi crim.q.89.* & alios.

Licet ſecus ſit in caſu noſtro, nā cū ex tenore textus *in c.ſi quis.23.q.5.* iubentes, ac conſulentes contineantur, ſit vt incendij delictum ad iubentem extendatur. Prout à ſimili excōmunicatio ſiquis ſuadente Diabolo.17.q.4. mandantem non comprehendit, attamen illum includit vi.*c. mulieres.* §. 1. *& c.quāta.ext.de ſent.excom.vt ait Graffius de caſ. l.2.c.23.*& etiam reſoluimus ſup.*tr.10.c.4.q.10.*

Sicuti etiam reſoluit *Riccius in praxi Bulla contra ſollicit.reſol.65.* Pontificias Conſtitutiones contra ſolicitantes mulieres in confeſſione, &c. latas, locum contra eos ſibi vendicare, qui per interpoſitam perſonam ſolicitant, is.n.facere dicitur, qui id fieri iubet, & is damnum dediſſe cenſetur, qui damnum dari præcepit.*l. manumiſſiones ff. de iuſt.& iur. l.is damnum dat.ff. de reg.iur. Menoch.de adipiſcen. poſſeſſ.remed.21.* Ideo prudentes Epiſcopi, qui caſus cum peritorum, ac ſapientum conſilio reſeruare ſolent; ad oēm ambiguitatem amputandam in incendiorum reſeruatione addere cōſueuerunt, mandantes, & auxilium dantes, &c.

Secunda aſſertionis limitatio.

INſuper tàm à culpa, quàm ab excommunicatione excuſari potuiſſet, ſi bona fide ductus, exiſtimaſſet, Antonium tunc in lecto iacentem, & podagræ morbo laborantem, in mortis periculo conſtitutum, ac propterea eum à caſu reſeruato abſoluiſſet.*iuxta Conc.Trid.ſeſſ.14.de ſacr.pænit.cap.7.* Aliquando.n. contingit, vt podagræ dolores tàm acriter, ac ſæuiter crucient, opprimant, ac torqueāt, ut miſerum patientē de medio tollant. De qua morbi ſæuitia loquens *D.Greg.epiſt.127.* ita ſcribit, Peccatis meis exigentibus, ecce iam vndecim menſes ſunt, quod valde rarum eſt, ſi de lecto ſurgere aliquando potuero: tantis.n. podagræ moleſtiarum doloribus premor, ut uita mihi grauiſſima pœna ſit; quotidie namque in dolore deficio, & mortis remedium expectando ſuſpiro.

Et ſi vero in tali mortis articulo, vel periculo illum ab hoc, & quocſique alio delicto, abſoluere poterat, debebat tamen partis læſæ ſatisfactionem, & iuramentum de non committendo amplius hoc crimen exigere.*c. peſſimam.23.q.8. Marian. Socin. in c.literis.ext.de rapt.& Graff.d.l.2.de caſ.reſ.c.23.* vbi aiunt, quod ſi infirmus fateatur ſe damnum alicui intuliſſe ex cauſa incendij, vel ſe alicui debere, in hoc ex eius licentia, teſtes adhibere debebit, ut hæredes ad ſoluendum cogi poſſint, quia eius dictū non ſufficeret. &c. *Arg. Polid. Ripa. de Actis in artic. mort.c.35.* At ut admonet. *Salon in 22 q.62.art.8. & Sayr.ex cōi ſententia.in claui reg.tr.3.c.2.n.30. & ſeq.* & alibi animaduertimus, Non eſſet abſoluendus ille, qui cum in articulo, uel mortis periculo exiſtat, habeatq. vnde reſtituat, non vult ipſe reſtituere, ſed illud ſuis hæredibus in teſtamento mandat, debita.n. diſpoſitione carere cenſetur.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3.q. reſpondendo ſic eam breuiter reſoluendam putamus, ſacerdotes illos, qui aleis ludendo, in cenſuram, & caſū ab Epō ſuo reſeruatū inciderūt, à confeſſarijs vicini Epiſcopatus, contra reſeruantis mentem abſolui non poſſe, ſi illuc data opera accedunt, cum fraudulenter in præiudicium animæ ſuæ hoc facere cenſeantur, nempe vt cenſuram proprij Paſtoris fugiant, qui tale peccatum reſeruando, in ſuis clericis eccleſiaſticam diſciplinā inſtaurare, & delictorum occaſiones amputare ſatagit. vt ait *Sotus in 4 ſent.d.18.q 4.ar.2.& Graff. l.1.deciſ.aur.c.13.nu.47.& conſ.1.nu.21.tit.de pœn. & remiſſ.* Fraudib.namq. nō eſt aperienda uia, ſed illis obſiſtendum.*c.porro.de diuort. Tuſch.v. fraudib.concl.475.Decianus.l.2. conſ.4. Menoch. conſil. 296.nu.4.* Nam quod multi DD.dicunt, à caſibus alibi reſeruatis quemlibet legitimum confeſſariū, vbi reſeruati non ſunt, abſoluere poſſe, intelligendum eſt, dum bona fides in confitentibūs adeſt, ſi enim ad hoc ſolum iter agerent, ut ſic confitendi tantum cauſam haberent, non eſſet neceſſitas, ſed voluntas, & Paſtorum intentio, & mens deluderetur, ac proinde confeſſiones non ualerēt. *Suar.to.4. d.25.ſect.2.an Bonac.de pænit.d.5.q.7.pun. 5. §. 2. nu.9.Henriq.lib.6.de pænit.c.14.§.8. Reginald. l.8. nu.68.& ſeq.* Vt etiā diximus *ſup.hoc tract. c. 3.q. 9.aſſert.3.* Et ſi aliàs verum ſit, eum qui in uno loco cenſuram non reſeruatam, ab Epiſcopo illius loci ꝑ generalem ſnīam latā, cōtraxit, ſi poſtea domicilijū mutet, vel peregrinetur, ſeque ad aliam diœceſim

tranſferat poſſe iure communi à Confeſſarijs illius ditionis abſolui.ut per eundem *Bonac. de cõſ. d.1.q.3.p.1.nu.5.& 6.* Hoc tamen intelligitur vbi bona fides,ut dixi,intercedit,& dolus abeſt,qui doloſo patrocinari non debet.*c.2.ext.de dolo,& contum.*

QVAESTIO XIV.

Parentes famis neceſſitate,filiam proſtituentes, an à peccato,& caſus cenſura excuſētur,&c. An circunſtantia quod Equiti Hieroſolymitano proſtituerint,ſit neceſſario exprimenda in confeſſione. Num confeſſio facta ſacerdoti non Parocho tēpore Paſchatis,& carens propoſito cauendi in futurũ à peccato,ſit inualida. An filia parentum iuſſu, turpiter in corpus ſuum peccans,excuſetur. Et an ob hoc indignata matrem ſuam leniter manu percutiēs,incidat in caſum reſeruatum,qui eſt de percutientibus parentes.

FAbius,& Eleonora,coniuges,cum ſumma inopia,& multa prole ſint grauati,tempore penuriæ Lucretiam 14.annorum puellã,Aurelio Equiti ſancti Ioãnis Hieroſolymitani, viginti aureis ab eo acceptis,proſtituerunt: appetēte autem Paſchatis tempore,cuidam ſeculari Confeſſario hoc peccatum animo illud non relinquendi putantes ſub dubio tamen, lethalem non eſſe culpam , confeſſi eſſent,in die Paſchatis ſyngrapham cõfeſſionis ad Parochum deferentes,ſacram ſynaxim ſumpſerũt. Nunc cum hoc lenocinium Curatus vicinorum relatione cognouerit,& excommunicatio contra nõ confitentes,& non communicantes in Paſchate ab Epiſcopo ſit lata quæritur, Primo,an Fabius,& Eleonora in caſum reſeruatum,qui eſt lenocinium in proprias filias,vxores,ac ſorores,inciderit,vel potius iuris ignorantia , & ex capite neceſſitatis ſint excuſati,& dato quod hoc caſu reſeruato ſint affecti,an ab ipſo eorum Parocho abſolui poſſint, cum Epiſcopus à quo facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis habet,iam ſit vita functus. Secundo an illa circunſtantia quod filiam religioſo militi S.Ioannis proſtituendam tradiderint, ſit neceſſario in confeſſione exprimenda,& an illos 20. aureos licite accipere potuerint. Tertio an illa confeſſio valida fuerit,tùm quia proprio Parocho non ſunt confeſſi, tùm quia firmo propoſito illud peccatum in futurum cauendi carebant. Quarto an præcepto annuæ confeſſionis,& communionis ſatisfecerint. Et quid dicendum de ipſa Lucretia,quæ fatetur ſe inuite,& tantum parentum iuſſu deliquiſſe,& poſt multas contumelias in matrem illatas , ſe hac de cauſa ira percitam,eandem genitricem ſuam alapa ſubinde percuſſiſſe,an à ſtupri,& fornicationis peccato excuſetur , & pariter à caſu reſeruato percuſſionis parentum ;,& quænam ſint in præſenti caſu boni Parochi partes.

Suppoſita,& Pranotiones.

I. SVPPOSITVM.

REſp.ſupponendo Primo, lenocinium merito ab aliquibus prudentibus Ordinarijs reſeruari,ſiquidem crimen hoc peſſimum, horribile , ac iniquiſſimum eſſe colligitur ex *Authen.de lenonib. in princ.* vbi multa in huius flagitij deteſtationem recenſentur,atque inibi vltimi ſupplicij pœna contra huiuſmodi perditos homines decernitur, illa reddita ratione,nam ſi talis pęna furibus, & pecuniarum latronibus infligitur,multo magis in caſtitatis raptores,eadem animaduerti debet . Quia tamen hodie magis communiter receipitur, lenocinij pœnam capitalem non eſſe, ideo ex pœnarum diuerſitate à Doctoribus cõſiderata,illa reſolutio firmatur,hoc ſcelus iuxta regionum, & ciuitatum leges,iudicantis arbitrio puniri;at dubitandum, non eſt,multo grauius, & turpius eſſe lenocinium parentum in filias,quàm extraneorum,quibus virginum cuſtodia de iure,& iuſtitiæ lege commiſſa nõ eſt.*vt per Menoch l.2.de arbit.iud.cēt.6. caſu 534. Clarum in praxi crim.*§*fin.q.68.Farinac.tom.2.de delict.car.q.143.& ſeq.Tholoſ.in ſyntag. iur.l.36. c.11.Tuſch.v.lenocinium.concl.290.* Prout ēt eſt à nobis obſeruatum in *Comment.de caſ.reſer.p.2.c.6*

II. SVPPOSITVM.

SEcundo ſuppono parentes ad debitã curã filijs impendēdam teneri,vt eos admonet Salomõ. *Eccl.c.7.* Filij tibi ſunt, erudi illos, & curua eos à pueritia ſua. Filiæ tibi sũt,cuſtodi corp⁹ illarũ,& ne oſtēdas hilarẽ faciē tuã ad illas.Trade filiã,& grande opus feceris, & hoĩ ſenſato da illã. In quib. verbis,Primo ſapiens parentes de filiorum marium cura,poſtea filiarum fœminarum docet , ac inſtruit, nam quò ad maſculos ad tria potiſſimũ tenentur .

Prima parentum obligatio.

PRimo ad nutrimentum,ibi filii tibi ſunt, natura enim omnia animalia ſuos fœtus ex ſe genitos nutrire docuit;Vnde parentes cum poſſunt,cõtrafacientes,lethaliter abſque dubio peccant, niſi iuſtam,& hæreditate priuandi, & alimenta denegandi,cauſam habeant. A tali tamen culpa excuſatur mater,excepto lacte, filio alimenta non præbendo, niſi pater ad alendum filium indigentem impotens ſit.

Quod quidem non ſolum militat reſpectu filiorum legitimorum,ſed etiam habitã ratione ex illegitimo-

Digitized by Google

gitimo thoro progenitorum, & adoptiuorum hoc procedit. Imo non mediocrem diligentiam adhibere debent ad ea bona ſibi comparanda, quibus filii iuxta conditionis ſuæ ſtatum congrue vitam tranſigere poſsint. *Sard. de aliment. tit. 1. q. 2. c. 19. & ſeqq. Reginal. l. 2. nu. 35. & l. 25. nu. 626. Molfeſ. tr. 11. c. 18. nu. 83. Bonac. de leg. d. 6. q. 1. p. 6. Filliuc. tr. 23. p. 2. c. 2. Henriq. de matr. l. 9. c. 19. & ſeq. Molina. tr. 2. de iuſt. diſp.* 166. vbi etiam ait filium naturalem hæredem vniuerſalem à ſuis parentib. inſtitui poſſe, ſi ipſi legitima prole careant, *ex l. humanitatis. C. de nat. lib. & eum ſequitur Reginal. d. num. 626.*

Secunda obligatio.

SEcũdo filios erudire dñt, vel curare, vt ſcientiã aliquam, uel artem addiſcant quò vitam ſuſtentare poſsint: hæc. n. ſunt quæ victum homini præſtant, ſic illo atteſtante,

Si tibi ſint nati, nec opes, tunc artibus illos
Inſtrue; quò poſſint inopem defendere vitam.

Quò ſpectat illud adagium, Artem quæuis alit terra, quo ſignificatur, certiſsimum viaticum eſſe eruditionem, aut artificium aliquod, nam hęc neque eripi poſſunt, & quocunque abeas, ſemper comitantur. Et quam benefaciant parentes ſtudiis filios applicantes, exemplo Petri Cœleſtini docetur, ut apud Surium die 19. Maii. Videantur quæ ſcripſimus in *Comment. de ſtat. p. 2. c. 20.*

Vnde debent etiam ſumptus, & expẽſas facere, vt filius in literarum ſtudia incumbat. *Põr. de alim. c. 7. Beia. p. 2 caſu 3. Azor. p. 2. l. 2. c. 4. q. 17. & 18. Bonac. l. c. prop. 1. Fillius nu. 27.*

Tertia obligatio.

TErtio ad correctionẽ tenentur, ut ibi Sapiens ſubiungit, curua illos, & cauere eos oportet ne diſſolutis libetis aliquid per indulgentiã remittãt, ſed ſe emendent, & ad bonã frugem reducant: q; ẽt verberib moderate facere poſſunt, ac debent. etiã ſi, ut multis placet, in ſacris, modo nõ in presbyteratu, ſint conſtituti. *Salon. 2. 2. q 65. art. 1.*

Obligatio erga filias.

PRæter iam dicta, parentes filiabus duo officia pręſtare tenẽtur, Primũ eſt corporis, & honeſtatis cuſtodia, quod Salomon in illis verbis inſinuat, Cuſtodi corpus illarum. Vnde ſtimulandæ ſunt, vt pietatem colant, nunquam otioſæ maneant, ſobrie ac temperate viuant, dimiſſos oculos habeant, taciturnæ ſint, & à virorum aſpectibus caueant; nec ab ipſis parentibus permittendum, vt filiæ ob malum finem amatores habeant, & cum ſunt deſponſatæ, vt ſolæ cum ſponſis ſecreto, & ſine arbitris nõ conuerſentur, quò impudici actus euitentur; ad hęc enim mala auertenda. *Trid. ſynodus. ſeſſ 24. de reſor. c. 1.* hortatur coniuges ne ante ſacerdotalem benedictionem in templo ſuſcipiendam, in eadẽ domo cohabitent. *Sayr. l. 7. cl. reg. c. 7. nu. 4.* Vtrum vero oſcula, & amplexus inter ſponſum, & ſponſam de futuro parentes permittere poſſint, conſtat ex à nobis traditis *in 2 par. de ſtatib. c. 19.*

Secũdum officium ab eis exhibẽdum eſt, vt cum filiæ ad annos nubiles peruenerint, in matrimonio collocent, aliàs ſi filias ipſas 25. annum excedere permittant, nec poſtmodum nuptui dent, etiam inuitis parentibus nubere poſſunt, & eos ad cõgrue dotandum cogere, *Auth. ſi poſt C. de inoff. teſt. Ang. Inſt. de nupt. in princ. Sanch. de matrimon. l. 4. d. 24. Bonac. tom. 2. d. 6. q. 1. pun. 6. §. 3.* Et eorum pręcipua cura debet eſſe, ut potius ſapientibus, & prudentib. viris, q̃ diuitib. & inſipidis, tradãt, iuxta illud Theophraſti, Malo virum indigentem pecunia, quàm pecuniam egentem viro. Addo proinde ſub lethalis culpæ reatu, teneri filiæ etiam ſpuriæ dotem conſtituere, cum dos loco alimentorum ſuccedat. *l qui liberos ff. de ritu nupt. Euerard. in top. leg. in loco ab alim ad dotem. Tuſch. in v. dos. concl.* 755. Nec ab hoc onere filiam dotandi pater eximitur, quoties mater, quæ non niſi in ſubſidium hoc officio tenetur, vel extraneus, ſeu alii, dotem filiæ tradiderint, niſi dotem loco patris aſſignare intendant, hæc. n. cenſetur donatio facta patri, vt ab hoc onere ſubleuetur. Imo pater ab hoc munere non liberatur, etiãſi ipſa filia inuitis parentibus indigne nubat, ut aliàs annotauimus. *Sanch. l. 4. de matrim. d. 26. & ſeq. & Bonac. l. c. d. 6. q. 1. p. 6. §* 2. vbi ẽt habetur, dotẽ congruam, & competentem, arbitrio boni viri, & iuxta facultates, & qualitates coniugum, ac ciuitatis morem, ſtatuendam eſſe; & filiam congrue dotatam à patre paupere poſſe ſupplementum dotis petere, ſi pater poſtea diues effectus eſſet. Siquidem hæc, vt dicunt, competentia, & congruentia, ſecundum facultates, tempore mortis conſiderari debet.

Quæſtionis, & caſus deciſio.

I. Q. RESOLVTIO.

HIs ſic præmiſſis, ad primam quæſtionem ſic reſpondeo, Fabium & Eleonoram, qui ob vrgentem paupertatis neceſſitatem filiam ſuam proſtituerunt, à lethali crimine non excuſari, nam licet ingens ſit neceſſitatis vis, quæ aliàs illicitum licitũ facit, præſertim ſi famis ſit, qua nulla ſæuior, nam moleſtus eſt interpellator venter; iuxta vetus adagium, quod ad egeſtatem torquetur, quæ mortales ad omnia cùm facienda, tùm perpetranda impellere ſolet; quid. n. turpe non cogit. ſi ex eo releuari q; ſe arbitretur? nam nihil turpe, nihil de vitiũ eſuriens credit, ſola cura eſt, vt qualicunque ſorte iuuetur; dicebat Valentinianus Cæſar. Ideoq. vel ingenuos

filios

filios vendere olim parentibus licuit. *l. 2. C. de patr. qui filios diſtrax. & per Tholoſ. lib. 31. Syntag. iur. c. 23.* & *Tiraq. de retractu. §. 26. Gloſ* 1. Nihilominus ipſi parentes, & filia à mortifera culpa non liberantur, ſi ob inopiam ſubleuandam, honorem, & pudicitiã, tam fœdo quæſtui exponant, cum hoc nimis iniquum ſit, & potius debeant oĩa mala pati, quàm tali flagitio conſentire, niſi abſoluta, & præciſa voluntatẽ, & conſenſum auferente cogantur. & c. *c. 1. 2. & 3. 32. q. 1. c. maiores. ext. de baptiſmo*, vt proinde nec in foro externo ab ordinaria pœna huiuſmodi perditis hominibus à iure inflicta, liberari debeãt, quidquid dixerit. *Menochius l. 2. de arbit. Iud. caſu* 534. *Cent. 6. & Farinac. de delictis carnis q. 144. §. parentes.* Atq. hinc eluceſcit cur mulier ob famis neceſſitatem furãdo, non autem fornicando à crimine remoueatur, nã in primo caſu naturale ius ſubuenit, in ſecundo vero caſu, diuina lex aduerſatur, & turpitudinem, horroremq. ex peccato prouenĩẽtem accuſat. *Decius in l. quę propter. ff. de Reg. Iu. Graff. l. 2. deciſ. 1. q. 4. nu.* 10. ut hoc ẽt tetigimus *in commẽt. de caſib. reſer. p. 2. c. 6.* Et ſane neminem Catholicorum DD. ſcio, qui in hanc ſententiã, manibus, pedibuſq. libenter non eat.

Vñ ſicut Fabius, & Eleonora à peccato lenocinij cum ſit de iure naturali, & diuino prohibitum, non excuſantur, ita ẽt quò ad caſus reſeruationẽ, quin ea afficiantur, excuſationem afferre nequeũt, cum hoc per ſe, & intrinſece ſit malum, & oĩ lege interdictum. *vt ſup. tr. 5. c. 5. q. 34.* & alibi aĩaduertimus.

Quo vero ad illud caput huic quæſtioni annexum, an Parochus poſſit eos abſoluere, cum Epiſcopus, à quo facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis habebat, ex hac vita deceſſerit, dico eum, Fabium, & Eleonoram, ab hoc caſu reſeruato abſoluere poſſe, ſiquidẽ priuilegium rite obtẽtum, ſeu gratia iam facta, cõcedentis morte nõ expirat, modo ſimpliciter, & ſine aliqua conditione ſit conceſſa. *c. ſi cui. de preb. in 6. c. ſi ſuper. de off. deleg. l. 6.* & ſic vſu, & communi praxi recipitur.

Vide etiam diſpenſationes, quę à Legato Apoſtolico, uel à Summo Pęnitentiario conceduntur per mortem Papæ, re adhuc integra non ceſſant, quia ipſorum facultas eſt gratia, quæ concedentis morte nõ extinguitur. Secus dicendum de diſpenſationib. quę à Vicario Generali Epiſcopi tribuuntur, cum ipſius iuriſdictio etiã quò ad negotia cępta, Epiſcopi morte tollatur; quia reputatur unũ tribunal, & eius facultas Epiſcopali iuriſdictioni tanquam acceſſoria cohæret. vt alibi tradidimus. Atq. ſupradicta reſolutio colligitur ẽt ex DD. ut *Sayr. l. 7. de cenſ. c. 14. n. 17. Suar. de pænit. diſp. 26. ſect. 3. nu. v. Sanch. de matr. l. 8. d. 28. n. 72. & d. 29. n. 2. Bonac. de legib. diſp. 1. q. 3. p. 8. §. 1. Molfeſ. tr. 4. c. 12. n. 75.* vbi quoq. inferunt, gratiam etiam ante expeditionem literarum, mortuo S. Põtifice non extingui, quia ipſa gratia eſt iam perfecta, & ad illius valorem nil aliud exigitur, cum ſcriptura ſolum ad probationem requiratur. Et poſſe quem in foro conſcientiæ conceſſo priuilegio vti, etſi literę nondum expeditæ ſint, dummodo gratia ſub illa conditione non ſit facta, vt inde literæ conficiantur.

Multo vero magis integrũ erit Parocho illi ſuos ſubditos à lenocinij caſu liberare, quod ex communi ſcribentium placito, mortuo, vel amoto Epiſcopo, caſus ab eo reſeruati, ſi non à iure, ſed ab homine ſint, expirare cenſentur. *Vgol. de off. Epiſc. p. 2. c. 40. Paſec. in praxi epiſc. p. 2 tit. de caſ. reſeru. n. 17. Bart. Medina in inſtruct. confeſſ. l. 1. c. 10. Megal. l. 1. Inſt. c. 12. n. 8. vt dixi in Comment. de caſ. reſer. p. 1. c. 3. in fine.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico parentes illos, qui filiam Equiti S. Ioannis violandam pretio tradiderunt, teneri hanc circũſtantiam complicis in gñe fateri, dicendo ad minus ſe religioſo profeſſo frangendi voti cauſam dediſſe, cum ſacrilegii perpetrãdi occaſionem prębuerint, quandoquidem horum Equitũ ordo ſaltem largo modo religio appellatur, & in ea tria ſubſtantialia vota emitti dicuntur; in cuius ſtatutis hęc profitendi formula habetur, Ego F. N. voueo, & promitto Deo omnipotenti, B. M. ſemper Virgini, Dei genitrici, & B. Ioãni Baptiſtæ, me obſeruaturum perpetuo, Deo iuuãte, veram obedientiam, cuilibet ſuperiori, qui mihi à Deo, & ipſo ordine dabitur, item me victurum abſque proprio, & caſtitatem ſeruaturum. *Sanch. l. 2 de matrim. d.* 18. *& de præcept l. 7. c. 8. nu. 36. Graff. conſ. 11. de regul. Rebell. p. 2. de obligat. iuſt. l. 3. q. 4. Regins caſ. 53. Lud. à Ponte de chriſt. hom. perfect. par. 2. tr. 4 c. 13.* vbi tradit, chriſtianam perfectionem poſſe in militari ſtatu inueniri, & religioſum ſtatum cum trib. ſuis uotis, paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, in in militaribus ordinibus, ad eam iuuare. Vt & nos teſtatum reliquimus in *Commẽt. de ſtat. par. 1. c. 15.*

Dico pariter Fabium, & Eleonoram, ſi poſſint, illos 20. aureos ſic turpiter acceptos reſtituere debere, cum in eos Eques ille illorum dominiũ transferre non potuerit, nam quamuis Milites Hieroſolymitani poſſint ex fructib. qui ſuperſunt dummõ ex eis certã pẽſionẽ taxatã ipſi ordini ſoluant, in bonos, & honeſtos uſus, & ſi nõ pios, inſumere, nõ tñ in turpes, & in cõceſſos expẽdere eis licet, imo nec etiam in uanos, ut in ludis, ne paupertatis uotum uiolare uideantur; nec ſuperioris rationabilis uoluntas ſit, ut commendata ſibi bona male impendãt, niſi tales ludi ſint, qui animi leuandi cauſa, ut inter æquales ſuos aliquando fieri ſolet, ſuis temporib. exercentur. *Azor. p. 1. l. 13. c. 4. queſt. 10. Graffius de conſ.*

conſ.11. de reg iur.arg. Sanch.l.7. de pręcept.c. 19. nu.20.& ſeq. Molfeſ.in ſumma.tr.12.c.21.nu.83.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3.q.dico,quod licet antiqui Canones, ut *c.omnis vtriuſque ſexus,de pęnit.. & remiß.* præſcribeſēt,ut ſaltē ſemel in anno ſinguli fideles coram proprio Parocho animam expiarent,uel alteri ſacerdoti de licentia ipſius Rectoris confiteren tur:hodie tamen hoc ius quò ad confeſſionem ſublatum eſt,& ſolum in propria parochia,vel in Cathedrali Eccleſia Chrīcolę ſacroſanctā Euchariſtiā in Paſchatę ſumere tenentur , uel alibi de proprij Curati conſenſu. Et ſic hodiernis tpibus,ſcientib. & permittentibus Epiſcopis, cōi praxi obſeruatur. Propterea dicendum eſt, Fabium, & Eleonoram ſacerdoti ſeculari ab Epiſcopo approbato, ſua peccata confiteri potuiſse,eorum confeſſionem ualidā fuiſse,niſi aliud obſliterit , & eccleſiæ pręcepto ſatisfeciſse,modo abſoluendi à peccato lenocinii facultatem habuerit,&c.

Ex quo etiam ſequitur,à Parocho,illis Euchariſtiam denegandam non eſse,qui etiam ſine ſyngrapha ſolo verbo ſacerdoti ad excipiendas confeſſiones admiſſo ſe confeſſos aſsererent , modo ſint fidę digni,nec publica infamia notati ; ſiquidem pœnitenti pro ſe,& contra ſe fides eſt præſtanda. *Clem. 8 in declar.Decr.pro caſ.reſer. Sanch.de matr.l.2. d.21.nu.8. Tuſch.v. aßerenti.concl.806. Chaph. de caſ. reſeruat. capit.*13. Vbi ait pœnitenti fidem non eſse adhibendam ſi caſus,uel delicto publico, ſeu ſcandaloſo,uel aliqua cenſura eſset innodatus, tunc enim legitime de abſolutione conſtare deberet. Et quamuis alicubi per decreta,uel per conſuetudinem receptum ſit,ut Parochi ijs fidem nō pręſtent, qui ſe dicunt criminum labes expiaſse, niſi ſchedulam,& confeſſionis atteſtationem afferant , ſi tamen homo grauis,& honeſtus,illam ſe amiſiſſe dicat,aut ſe illius oblitum, Parochus per ſe loquendo,ei credere,& authoritatem tribuere , & ad euchariſtiam admittere debet. *Bonac. de ſacr. d.5. q.5.ſect.2.p 4.nu.*36. Si autem ſcripturam,uel ſyngrapham pęnitens,qui ſine abſolutione ob cauſam fuit,dimiſsus,poſtulet,cōfeſsarius illam ei dare poteſt quia vere confeſsus, licet non abſolutus,fuit.ut inter alios ait *Barth.Metina.in Inſtruct.cōfeſſ.l.2. c.4.* Integrum eſt illi etiam denegare , cum non ſit ei ſuccurrēdum,qui ſe ex culpa ſua in neceſſitatem coniecit,& qui iure ſuo utitur,nemini iniuriā facit. *Henriq.de ſacr.pęnit.l.3.c.22.num.4. Nald v.ſcriptura num.*11.

Sup.uerò firmatā aſsertionē nēpe eū ualide confiteri, & Eccleſiæ præcepto ſatisfacere , qui in Paſchate cuilibet confeſsario ab Epō approbato, ex tacito eius aſsenſu,confitetur,tenet ex cōi. *Molfeſ tr.7.c.10.nu.7. Bonac.de ſacr.5.q.5.ſect.2 p.4.n.34. Coninch.d.8.dub.9. Zerula in praxi pænit.c.15.q.1.*, & alij.

IV. Q. RESOLVTIO.

POrro quò ad 4.quæſtionē,dico ex eo capite inualidam,& illegitimam fuiſse Fabii,& Eleonoræ confeſſionem,ac proinde pręcepto confitendi in Paſchate non ſatisfeciſse, cum ex cōiori,& receptiori ſententia,conſtitutum ſit (quidquid ſit de cōmunione de qua infra) nullam eſse confeſſionem, nec pręceptum eccleſiæ ab eo adimpleri , qui non integre,& perfecte confitetur, ut quia omnia ſua peccata lethalia ex malitia, aut craſsa ignorantia non exprimit,aut quia debitum dolorem, cōtritionem,uel attritionem,& propoſitum in futurum cauendi non habet ; ſiquidem hoc eccleſiaſticū præceptum eſt diuini determinatio,at hoc certum eſt, non impleri,niſi per validam,& legitimam confeſſionem,& ſacramentalem impenſam abſolutionē. Quò fit vt iſti pęnitentes lenones,qui dolo,vel lata culpa,ſeu craſſa ignorantia,inualide ſunt confeſſi, & eccleſiæ ſanctæ ſanctiones violarunt,in excōmunicationem latam per Epm loci contra non confitentes ſemel in anno incidiſſe. Et dixi latam per Epiſcopum, &c. quia in *cap. omnis vtriuſq ſexus, de pænit.& remiß.* tantū ſtatuitur,ut cōfeſſionem ſemel in anno omittens, aut communionem in Paſchate,ab ingreſsu eccleſię arceatur,& mortuus eccleſiaſtica careat ſepultura,& ita hęc Iudicis ſententiam exigunt , & conſequenter , vt omiſſio illa in iudicio probetur, ut notat inter alios *Suar.tom 4. d.36.ſect.8. Coninch.d.5.nu.72. Molfeſ.l.c.nu.30. Bonac.d.d.5 q.5.ſect.2 p.4. Fillius.tr.7.c.4.nu.70.*

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5.q.reſpondendo,an. ſ. Lucretia ob præceptum,& quandam vim ſibi à parentibus factam,corpus ſuum proſtituendo, à peccato excuſetur,& matrem ob id poſtmodum ira percita percutiendo in caſum percuſſionis parentum inciderit, dicimus primo,ob parentum iuſsa , à peccato non excuſari,nam licet filij ijs à quibus ſunt geniti, etiā malis,& diſcolis tria debeant officia, nempe reuerentiam,obedientiam,& ſubſidium, ut alibi tradidimus, nimirum *in Comment.de ſtat.p 2.c.20.& ſupra tr.7.c.14.q.63.* obedire tamen non tenentur , quoties tē peccaminoſam quouis modo pręcipiūt, puta ſi etiam metu,vel vi aliqua illata, imperarēt, ut pro lucro pudicitiam uenderent , cum Deo magis,quàm hominibus obtemperandum ſit. *Act. Ap. c.4. c.Iulianus.11.q.3. Sayr.in clau.reg.l.7.c.6.n.11. Molfeſ.tr.11.c.18.nu.59. Bonac.de legib.d.6.q.1.p.4.*

Cagnol.

Cagnol.in l.velle non creditur.ff. de reg. iur. vbi refert doctrinam Auli Gellii. l.2.Noct.Att.c.7. Nam coacta voluntas, vt Iuriſtæ aiunt, voluntas eſt *l.ſi mulier.§.ſi metum.ff. quod met. cauſ. vt etiam per Tuſch.in v.voluntas.concl.280.& Tiraq.de temper. pœnis.cauſa 36.*

Secundo pro certo aſſerimus, Lucretiam in caſū reſeruatum de percutientibus parentes incidiſſe, cū contumelias in matrē coniecit, & poſtmodū iræ calore, cū manu vel leuiter, ſed tñ deliberate ꝑcuſſit, quæ ipſam ſuam filiam ad ſe proſtituendum induxit; cum enim caſus de percutiente in genere loquatur, leuiter etiam cædentem comprehendit, ob reuerentiam, quæ uel improbis parentibus debetur. *Sayrus l.c.n.2.Graffius.l.2.de caſ.reſer.c.4. Barboſ. de Epiſcopo.p.3.alleg.51.*

Confeſſarÿ partes.

ET ex his facile colligi poterit, quænam ſint Confeſſarij partes circa hos pœnitentes lenones. Primo n. eos ad integrandas, & reficiendas confeſſiones aſtringet, & ex antedictis, delicti grauitatem proponet, & ſalutaribus monitis ad veram contritionem inducet, nam hæc eſt ſalubris, & perfecta pœnitentia, ita peccata admiſſa deteſtari, ut pœnitens in poſterum ad uomitum non redeat. *cap. pœnitentia.de pœnit.d.1.*

Hic enim Confeſſarij ſcopus eſſe debet, ut iuxta Danielis pronuntiatum.c.9. præteritum peccatum auferatur, & futurum impediatur, qui vt Theologi loquuntur, Incarnationis, & Paſſionis Chriſti finis, & fructus extitit. *Henriq.l.3.de ſacr.pœnit.cap.28. nu.3.& innui ſuperius.c.3.q.11.*

Et licet aliqui ſenſerint, eos qui eccleſiaſticum præceptū non impleuerunt, non teneri primo quoque tempore confiteri, communiori tñ calculo receptum eſt, illos ad id obligari, quia annus non ad finiendam, ſed ad ſollicitandam præcepti confeſſionis executionem præfigitur. Siquidem dupliciter aliquid tali tempore faciendum præcipi poteſt. Primo ob circunſtantiam, & conditionem talis tēporis. Secundō abſolute, & ſimpliciter, cui tempus tanquam terminus adiungitur; ut primo modo eſt v.g. ieiunium Quadrageſimæ, & vigiliarum, officiū diuinum, quod eſt penſum diei, auditio ſacri feſtis diebus, & ſic de aliis; nam tunc ea determinato tēpore non adimplens amplius præſtare non aſtringitur, ſed ſolum peccatum commiſſum cōfiteri tenetur, ut condignam a confeſſario pœnitentiam recipiat. Secundo modo eſt cōfeſſio ſemel in anno, & communio in Paſchate, ad quæ etiam elapſo anno, ſemper præceptum urget, ut etiam euenit in debitore, qui intra annum ſuo creditori æs alienum contractum ſoluere tenetur, & anni tempus pro majori ſua commoditate eſt illi conceſſum, ut eſt vulgata apud I.C. aſſertio, ut poſt alios probat *Anna. vol.1.conſ.60.* Quę quidem ſententia paſſim in praxi ſeruatur, nam in tota catholica eccleſia emanāt Epiſcoporum edicta, quibus cōfeſſionis, & communionis præceptum non implentes, & chriſtianum officium non præſtantes, excommunicationis gladio feriuntur, uel ab eccleſiæ ingreſſu arcentur, ut ſi non uirtutis amore, ſaltem timore pœnæ ad bonā frugem reducantur, iuxta illud Dauidicum *Pſ.63.* Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuū Domine, vt ex cōi tradit *Bonac.d.4.q.7.pun.2. & d.5.q.5.ſect.2.p.4 nu.26. Molfeſ.d.tr.7.c.10.nu. 32.Filliuc.d.tr.7.c.3.q.5.& alii ſup.citati.* ut etiam inſinuauimus *p.2.tr.8 c.4.q.9.*

In quibus etiam locis reſolutum habes, eum qui paſchali tempore lethali culpa obſtrictus ſacrā Euchariſtiam ſumpſit, eccleſiaſtico præcepto non tñ diuino ſatisfeciſſe, cum hoc quò ad ſubſtantiam adimpleuerit. Et nomine Paſchatis non ſolum ipſū ſolemnem reſurrectionis diem intelligi, ſed tpš, ꝙ à die Cœnæ Domini, vſque ad octauam Paſchatis incipit, aut tempus quod à Dominica Palmarum initium ſumit, & vſque ad octauam Paſchatis extenditur. Seu etiam, vt alij ſentiūt, vbi legitima cōſuetudine receptum ſit, totum illud ſpatium cenſeř, quod à capite Quadrageſimæ, vſque ad Dominicam in Albis intercedit. Cuius ſanctionis tranſgreſſor in pœnam de iure, vt dixi, ab Eccleſiæ ingreſſu arceri, ac ſacra ſepultura carere debet. *c. omnis. ext.de pœnit.& remiſ. Vaſq tom.3.d.214.*

Vrgeat Parochus lenocinij peccati grauitatem, nec ſecundum iura, illi eſſe ignoſcendum, qui paupertatis prætextu, turpem uitam ducit, uel illam alteri ſuadet. *l.palam.ff. de ritu nupt.* Quia debemus potius mortem pati, quàm malum committere, uel illi conſentire. *c.ſacris.ext.de his, quæ vi.c.ita.num. 32.q.5.* ex traditis per nos in *Comment.de caſ.reſer. p.2.c.6.* Ideo Cicero *l.2.vet.rhet.* Si quam, inquit, neceſſitudo turpitudinem uidebitur habere, oportebit per locorum communium implicationem redarguentem demonſtrare, quiduis perpeti, mori denique ſatius fuiſſe, quam huiuſmodi neceſſitudini obtemperare. Et ut ait Liodes Oenonis filius apud *Omer.l.1.Odiſſ.*

Multo melius eſt mori, quàm viuus peccare.

Item Lucretiam cum parentum, & præcipue matris ſuaſu, in corpus ſuum peccauit, & poſtmodum facti pœnitens, eam iracundia mota percuſſit, à peccato non excuſari, nam ut ait *D. Ambroſ.* relatus in *c.non eſt.15.q.1.* Nemo ad culpam trahitur, niſi propria voluntate deficxerit. Et ſicut non præſumimus patrem, uel matrem, qui filium, uel filiam non diligit, & ipſa natura duce, nemo pro filio, & filia melius conſilium dat, uel capit, quàm parentes. &

nec

Digitized by Google

nec in ea.ff. de adult, Felyn. in c. afferte. extr. de præſumpt. Ita nec filium, vel filiam præſumere facile inducimur, qui depoſita debita reuerentia, & abiecta dilectione, patrem, vel matrē, aliquo modo ceđit. *Barboſa. de Epiſcopo p. 3. Alleg. 51. nu. 108.*

Nam quamuis leuis caſtigatio parentibus in filios, vel filias, à iure permittatur. *Sotus. l. 5. de iuſt. & iur. q. 2. art. 1. Syl v. percuſſio. Salon. & Arrag. 22. q. 65. ar. 1, Reginal. l. 20. n. 47. & alij.* Nō tñ è cōtra hæc filijs in ipſos parentes licita eſt. Legi, n. naturæ hoc aduerſatur, ob quam nec vultu quidem eis debita pietas ſit lædenda, vt tradidimus in *Cōment. de hum. vitę ſtat. p. 2 c. 21. Tuſch. in v. caſtigatio, concl. 111. Buſeus in viridario. tit. de correct. frat.*

ARTICVLI, ET CASVS, SVPER SACRAmentum Euchariſtiæ. Cap. IV.

QVAESTIO XV.

An Parochus ſubdito inimicitias gerenti, & concubinario Euchariſtiam publice petenti præbere teneatur. Quid cum vidua ex peccaminoſo congreſſu, & illicita copula, grauida, & morti partui que fere proxima, ſi in ventre cædi nolit quò fœtus baptizetur, &c.

CОnſtantius Gaſparem inimicum ſuum odio proſequitur, ac de eo vltionem ſumere quęrit, eſt etiam concubinatus crimine inuolutus; & licet vt deſiſteret, ſit admonitus, noluit tñ intelligere, vt bene ageret, nec veterem hominem exuere, ad ſuum Curatum, vel eius vicarium accedit, & in die Paſcharis ad ſacram Synaxim ſimul cū alijs in Eccleſia publice admitti petit, cum dicat ſe ſuo Confeſſario Sacerdoti regulari fuiſſe confeſſum, & abſolutum. Quęritur an ſacroſanctam Euchariſtiam ei pbere teneaſ, & qño eius ſaluti ſit conſulendum. Quid itē agere deat cū Eugenia vidua eiuſdē Gaſparis ſorore, & in eadem domo, ſed ſeorſim habitante, quæ grauida à quodam amaſio reddita, & in mortis periculo conſtituta, Felici religioſo cōfeſſa eſt, nunc cum partui, ac fato proxima ſit, ſacram Euchariſtiam, & aliud extremæ vnctionis ſacramentum petit, at ut etiam ſuo Cōfeſſario, dum animam expiaret, dixit, ſiue moribundæ, ſeu iam mortuę ventrem, vt partus baptizetur (ne crimen ſuum prodatur) cædi, vel aperiri renuit.

I. Q. RESOLVTIO.

REſp. Quò ad caſum Gaſparis dico Primo qđ aut talia crimina occulta ſunt, & forte ſolus Curatus id per ſacramentalem confeſſionem nouit, & tunc ei denegare non debet, quoniā ſuorum criminum proditor, ac manifeſtator eſſet, illi ergo ſacramentum dabit, monendo, vt ſibi caueat, ac conſulat, hæc efferendo, Deus iudicet inter te, & me. Sicut D. Bernardus feciſſe legitur, qui cum quadam die ſuis monachis Euchariſtiam adminiſtraret, quidam quem cuiuſdam delicti pōdere grauatum ſciebat, ad menſam acceſſit, & D. Bernardus Chriſti corpus ei porrexit, dicēs, iudicet Dominus inter me, & te, quaſi dicere vellet, Dominus ſcit quod tu indigne accedis, & tibi denegare non poſſum: Ideo inter te, & me Deus iudicium ferat, & ſtatim miſer ille mortuus concidit. & c. Quod terrificum exemplum Parochi ſuis ſubditis ſæpe nuntiare, & efferre deberent. Sic Chriſtus Iudæ proditori, cuius crimen occultum erat, & ſibi ſoli patebat, corpus ſuum denegare noluit, &c. eo quod latentia peccata in hoc ſæculo vindictam non habent, nec eccleſia de occultis iudicat. *c. ſi ſacerdos. ext. de off. ord. c. chriſtiano. 32. q. 5. Beia. p. 2. caſu. 2. incip.* Marthe. *Vaſq. tom. 2. d. 20.*

Secus eſt aūt de matrimonio, q publice petenti, ēt cū occulto impedimento, à Parocho denegandū eſt, tum quia ad eum non ſpectat de impedimentis diſcurere, ſed ad Epiſcopum in foro externo iuriſdictionem habentem, pertinet: tum quia Parochus cauere debet ne cōtrahentes in perpetuo damnationis ſtatu maneant; tum quod ſi cōiugium celebrare recuſat, non tam grauis infamia ſicut ex Eucharistiæ denegatione ſequitur. *Bonac. de matrim. q. 3. pun. 16.*

Addo probabilē eſſe aliquorum ſnīam, ob candē rationem, Sacerdoti pp metum mortis, vel notabilis infamię, licere publico peccatori Euchariſtiam adminiſtrare, quia ſicut occulto publice petenti ad vitandam ipſiuſmet rei infamiam, integrū eſt illud pbere: ita ēt publico peccatori, ſecluſo ſcandalo, ad euadendā ipſiuſmet adminiſtrātis mortē, vel inſignē in fama iacturā, adminiſtrare fas erit, cum videatur potius alterius peccatū ex iuſta cauſa permittere, quàm ei cooperari. *Nagnus. 3. p. q. 81. ar. 6 diſp. 4. Bonac. de ſacr. d. 1. q. 6. p. 4. num. 4.*

Sccđo dico, q ſi crimina illa notoria ſūt, tunc rigor iuris in illū exercendus eſt, & à ſacratiſſima menſa reijciēdus, niſi de notoria ſatisfactione, & emendatione conſtet, ſicut de manifeſta offenſione, & delicti perpetratione conſtitit; quandoquidem manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purgāda. Imo qui palam deliquit, vel alijs peccandi ſcandalum, & offenſionem præbuit, publice corripiendus eſt *c. ext. de pænit. & remiſſ. & c. Berengerius. de conſec. diſt. 2, Conc. Trid. ſeſſ. 24. c* 8. Quæ ſententia vera eſt, eſto, vt dixi, in Paſchate, & publice, Euchariſtiam petant, & ipſū peccatorum pœnituerit, cum enim adhuc pœnitentia, & emendatio non innoteſcant, ne ſcandalum detur, ei neganda eſt,

Addo

mas ponere debemus, vt habetur Ioannis 3. ne partus occidatur, & ob baptiſmi defectum æterna ſalute priuetur; quia ſpiritualis filij ſalus corporali matris incolumitati præferenda eſt, multo magis ſi ſtatum honor, & fama periclitaretur. *Sayr.cl.reg.l.9.c.12.n.19. Regin.ild.l.21 n.36. Sanchez.l.9.de matr.d.20. Molf.tr.11.c.19.nu.195.* At commune eſt omnium ſcribentium placitum, etiam ſi certo ſciatur, puerum ſine baptiſmo, & ſalutaris aquæ ablutione, deceſſurum eſſe, niſi mater quæ ad mortem ægrotat, viua aperiatur, nullo modo ſcindendam eſſe, non enim facienda ſunt mala, vt eueniãt bona, & ideo homo potius infantem mori permittere debet, quam ipſe pereat, homicidij crimen in ea committens. Sed ſi ipſa mater, viuente in vtero prole, ex viuis exceſſerit, vt puer baptizetur, ut dixi, cædi, ac aperiri poterit, ac debebit, vt ex communi reſoluit. *Barthol. ab Ang. dial. 2. de baptiſmo* §.13.

Confeſſarii partes.

VNde partes Confeſſarij erunt, ipſam Eugeniã certiorem facere, factam tam confeſſionem inualidam eſſe, ſi propoſito, quod ratio, & diuina lex præſcribit, faciendi carebat, cũ aĩa tã propria, quàm fœtus in vtero exiſtẽtis, cũctis huius mũdi rebus eſſet anteferẽda. Oſtendat illam cęcam eſſe, & animam mortuam in ægro etiam corpore circumferre, Diaboli morem eſſe, impotenti cupiditate, & falſis cõſilijs, ita peccatorẽ excæcare, vt quietiſſime cũ ſuis cõpedib. conſtrictus maneat, nec ſe ullo prorſus in periculo cõſtiturũ putet. Et vrgeat eã oculis, ut aiũt, clauſis, ad inferos abire. Studeat vt ipſius aĩam ſubeat ineſtinguibilis ille ignis in Dei furore, vt ſcriptura loquitur, ſucceſſus, cuius uel ſola cogitatio à peccato retrahit, ac cõpeſcit, & vt ĩ Dei timore, ac amore hinc diſcedamus, efficit. ut p Bellar. *de ar. moriẽdi l.2.c.3.* & p ea quæ alias tradidimus præſertim *par.1.tract.3.c.7.q.59.& ſeq.*

QVAESTIO IV.

Nunquid Curatus ſine licentia Epiſcopi exorcizans, & homini à ſpiritu malo obſeſſo euchariſtiam præbens, & ſuper eius caput cũ cuſtodia ponens peccet, & in aliquam cenſurã incidat. Verũ Parochus qui intra annum non eſt ordinatus ſacerdos, teneatur in conſcientia beneficium dimittere. Et an aliquando in teſtatoris diſpoſitione diſpenſare poſſit.

FAblanus Parochus regularis, cum in ſua Parochia habeat puellam vndecim annorum, energumenam, & à Dæmone obſeſſam, ſolet iniuſſu Epiſcopi, illam adiurare, malignos ſpiritus eijciendi gratia, ſuper ipſam manus imponere, & ſæpe etiam eidem ſacroſanctam euchariſtiã præbere, & ſuper eius caput in cuſtodia ponere, quod & ſcitum inſcio Epiſcopo in oratorio domus patris ipſius lampade accenſo aliquando detinet. Et cum in ſynodalibus Decretis ſacerdotes ſæculares hoc attentantes ipſo facto à diuinis ſuſpendãtur, regulares uero omnib. gratijs, ac priuilegijs, quę ab Epiſcopo habent, abſque ulla ſententia ſint priuati, quęritur an mortaliter peccauerit, in aliquam cenſuram inciderit, & muneris audiendi confeſſiones, parochialeſque functiones exercendi expers factus fuerit. Et an undecim annorum puellę à Dęmone obſeſſæ ſacram euchariſtiam adminiſtrare potuerit.

Inſupèr cum nunc meminerit obtẽto parochiali beneficio, naturali obliuione, ordinem ſacerdotalẽ infra annum non ſuſcepiſſe, quærit an beneficium ipſum tuta conſcientia retinere poſſit, ac omnia ſua ſacerdotalia munia inculpate obire, cum *in c. licet canon. de elect. in 6.* decernatur, huiuſmodi beneficiarium beneficio abſque alia declaratione priuatũ eſſe. Tandem cum Andreas ſuus parochianus mille aureos eius Eccleſiæ reliquiſſet cum pacto ut ſingulis dieb. una miſſa pro ipſius anima in perpetuũ celebretur, & ſingulis pauperibus, qui ei interfuerent aſſipundium diſtribuatur. Ipſe Rector propria authoritate diſponentis mentem declarãs, ac quodammodo diſpenſans, illam eleemoſynam ſingulis tantum menſibus pauperibus in templi cæmiterio ſtantibus, ſacro peracto erogare ſolet. Vnde hic etiã quæritur an hoc ſalua religione facere poſſit.

I. SVPPOSITVM.

SVpponendum eſt. Primo, quod ut aduerti in *Comment. de hum. vit. ſtat p.1.c.21.* licet Dominus noſter Ieſus Chriſtus dũ in carne uiueret, Diſcipulis ſuis, & eorum ſucceſſoribus, ſuper omnia Dæmonia poteſtatem dederit, & Exorciſtæ in ordinis ſuſceptione, eandem ordinis facultatem accipiant; plerique tamen hodiernis temporibus uitæ incontinentia, & morum prauitate, ad id muneris, quod præcipue ad Curatos ſpectat, minus idonei redduntur, & multi turpis lucri ſpe allecti, ſe præcipuos Dęmonum expulſores eſſe profitentur, in magnum clericalis poteſtatis dedecus, & piarum mentium ſcandalũ. Vt uero hoc Apoſtolicũ miniſterium hominũ culpa non uileſcat, & ne ob Exorciſtarum prauitatem, uel ignorantiam, Dęmonum tyrannis creſcat, locorum Ordinarii certas leges in hoc graui negotio præſcribere ſolent. inter quas illa eſt præcipua; ut nullus ſacerdos etiã regularis exorciſmos energumenis adhibere audeat, niſi prævio examine ab eis, uel eorum Vicariis, facultatem in ſcriptis obtinuerint, & non niſi cum illis exorciſmis, qui ipſorũ iudicio approbati fuerint, cenſuris, & aliis pœnis contrafacientib. impoſitis. *Vgol. de off. Epiſcop. p.2.c.47.nu.6. Nald. in v. Dæmon. Acta Eccleſ. Mediol. 1.*

Synod. Prouinc. p. 2. c. de exorciſta. Molfeſ. tract. 11. *c. 7. num.* 208.

Adeo. n. nonnullorũ mẽtes lucri cupiditas occupat, vt quod niſi cæleſti virtute, atq. munere effici non poteſt, id quidam turpi, ac ſordido quęſtu habere non vereantur, & impudenti mendacio artifices ſe Dęmones pellendi prædicantes, quos difficiliori morbo laborantes viderint, eos ab immũdis ſpiritib. infeſtari, aut maleficijs, magicisq. artib. faſcinatos dicant, & ſuę curationi tradi poſtulent, nũmolq. indi à ęreduliis, & valetudinis cupidis corradant. &c. Ob id prudentes Epiſcopi ſtatuere ſolent, ne quis niſi ipſorum permiſſu, energumenis manus admouere audeant, vt cuiuſq. ętatem, moreſq. probent, antequam grauiſſimi muneris partes obire quemquam patiantur. *Synod. Amer. c.* 8 23. videãtur quæ nos ſcripſimus *in d. Cõment. de hum. vita ſtat. par.* 1. *c.* 21.

II. SVPPOSITIO.

SEcundo ex omnibus ſacris myſterijs, quæ nobis Chriſtus reliquit, & ſupra noſtræ naturæ caprum operatus eſt, nullum reperitur, quod ſacratiſſimo euchariſtiæ ſacramento, & ſacrificio comparari poſſit; in aliis etenim ſacramentis ipſe Chriſtus virtute ſua agit, in iſto autem ipſemet fons, & auctor gratiæ re ipſa in eo continetur. Euchariſtia enim dicitur bona gratia, eo quod Chriſtũ omniũ chariſmatum originem in ſe claudit, vt proinde à ſingulis Chriſti fidelibus debeat ſancte ſumi, ac religioſe coli. *Conc. Trid. ſeſſ.* 13. *cap.* 1. *de eucb. cũ ſeq. & ſeſſ.* 21. *cap.* 1. *& in clem.* 1. *de ven. ſanct.* Ideo Parochi officium eſt, cùm alias, tùm præcipue in maioribus anni ſolemnitatibus, populum ad tanti ſacramenti ſumptionem, & reuerentiam hortari, ſimulq. rationem, & modum edocere, quo ad illud accedendum ſit, cum ad chriſtianam perfectionẽ aſſequendam nullum ſit efficacius adiumentum, Vnde Greg. VII. Pontifex Max. referente Card. Baronio *tom.* 11. *anno Domini* 1074. ad Mathildem Beatricis Duciſſæ Thuſciæ filiam, egregiæ indolis puellam ſcribens, illam adhortatur, ac commonet, vt ad perfectam chriſtianæ religionis virã excolendam, in his duobus potiſſimum inſiſtat, vt ſacratiſſimam euchariſtiam frequenter accipiat, & erga Dei genitricem propenſiori amore eſſet affecta, & hæc eius aurea concludentia ſuor verba,

Inter cætera, quæ tibi contra Principem mundi arma, Deo fauente contuli (quod potiſſimum eſt,) vt corpus Domini frequenter acciperes indicaui; & vt certę fiduciæ matris Domini te omnino committeres præcepi. &c.

Item hoc auguſtiſſimum ſacramentum à morbis veneficis, Dęmonis infeſtatione, & ab aliis maleficiorũ noxis liberare, ac præſeruare, tàm veteres, quàm recentes Patres vnanimiter conteſtantur. *Caſſianus* inter alios. *Collat.* 22. *c.* 6. de quodam à Dæmone nocturnis illuſionibus grauiter infeſtato meminit, qui cum ſeniorum conſilio medicina huius ſalutaris remedij vſus fuiſſet, ita oĩs Diabolicæ tentationis ſcena detecta eſt, vt mox virtute Dominici corporis protegente, illa præterita illuſionis conſuetudo ceſſaret. D. Bernardus quendam hominem ſanctiſſima euchariſtia ſuper caput eius im poſita, ab eodẽ humani generis hoſte uindicauit. ut ĩ eius uita. *l.* 2. *c.* 3. *Delr diſq. mag. l.* 6. *c.* 2. *ſect.* 3. *q.* 3. *Leſ. l.* 2. *c.* 44 *du. v. Daur. to.* 3. *c. v. ti. ix. exẽp.* 6.

I. RESOLVTIO.

HIs ſic annotatis, dico. Fabianum, ſi ſcienter, contra Epiſcopi Decretum, abſq. eiuſdem facultate, publice in eccleſia ſuper illam energumenam puellam exorciſmos exercuit, & ſacroſanctam euchariſtiam adiurando ſuper eius caput poſuit, & in oratorio domus patris ipſius puellæ detinuit, à lethali culpa non excuſari, cum inter alias obligationes, quibus Curatus etiam regularis aſtringitur, illa præcipua ſit, Epiſcopali Synodo obtemperare, & In omnib. quæ ab ipſo Epiſcopo legitime præcipiuntur, obedientiam præſtare.

Imo eo grauiori Fabianus onerabitur culpa, eo quod nec Epiſcopus licentiam concedere valet. vt ſanctiſsimum Sacramentum in ſacello, vel in eccleſia non parochiali, pro adoratione populi aſſeruetur, ſed Apoſtolica facultas neceſſario requiritur. vt per *Genuenſẽ in praxi Neap. c.* 110. *Riccium in praxi fori eccleſ. deciſ.* 576. *Barboſ. de Epiſcopo. p.* 2. *alleg.* 22. *nu.* 8. Tenetur autem ſuis ſumptibus lãpada ante sãctiſſimum euchariſtię ſacramentũ collucens in propria parochiali eccleſia ſeruare, niſi conſuetudo hoc onus in populũ, vel in homines ſocietatis corporis Chriſti reijciat *c. ſane. ext. de celeb. miſſ. Ripa conſ.* 2. *de conſuet. Bellett. in diſq. cler. tit. de cler. debit.* §. 3. *nu.* 8 *Marc. Ant. Genuenſ. in Praxi. Neap. c.* 109. *& in Pract. eccleſ. q.* 248. vbi idẽ dicunt de onere reparandi eccleſiam, vel eam paramentis inſtruendi, & concionatori alimenta præſtandi, vt ſcilicet Rector ab hac obligatione eximatur, quando conſuetudo præſcripta adeſſet, vt populus hoc onus ſubiret.

Itẽ dico ipſum Curatũ ſi nõ gratia miniſterij au diẽdi cõfeſſiones, ſaltẽ priuilegio abſoluẽdi à caſib. reſeruatis priuatum eſſe. Cum tñ hęc priuatio nõ cẽſura ſit, quæ nullum Iudicis factum requirit, ſed pœna, etiamſi per illa uerba concipiatur, ipſo facto ipſo iure, abſq. vlla ſententia, nũquam intelligitur, vt ipſemet reus ante declarationem, illam ſubire teneatur, vt alibi ſępe animaduertimus, & tradit inter alios ex communi ſententia. *Sorbus in compend.*

Priui-

Priuileg. Mend. in v. dare. in annot. ac Tol. l. 8. c. 20. Graff. conſ. 8. de pœn. & remiſ. Roſſeu. de off. Cur. c. 15. n. 20. Ricc. in 3. p. deciſ. Neap. deciſ. 247. & alij magis communiter ut infra.

Et ſi vero aliquibus eximia ſanctitate viris ſolenne olim fuerit, in immundorum ſpirituũ è corporibus expulſione, ſanctiſſimum euchariſtię ſacramentum ſuper caput obſeſſi admouere, non tamen omnia quæ diuino afflati ſpiritu egerunt ſancti, ſunt à nobis imitanda. *arg. D. Thom. 22. q. 97. ar. 1. vbi Caiet. Sanchez. l. 2. de præcept. c. 34. nu. 14. Reginal. l. 17. nu.* 229. Quod nunc Rituale iuſſu Pauli V. editum his verbis prohibuit, Caueatur ne in exorcizandis obſeſſis à Dęmonibus, res ſacrę indigne tractentur; ſanctiſſima vero euchariſtia ſuper caput obſeſſi, aut aliter eius corpori non admoueatur, ob irreuerentiæ periculum,

II. Q. RESOLVTIO.

Et conſectaria monita.

PORRO ad id quod ſecundo loco quærebatur, an puellæ illi vndecim annorum, & energumenæ, ſacram ſynaxim præbere potuerit, dico, quod cum communio qua ſacramentum euchariſtię ſumitur ex parte ſacramentis quatuor exigat ſine quibus illam ſumens, & adminiſtrans culpæ rei fiant.

Primo conſcientia pura, vt ad illam accedens à peccato mortali ſit mundus, ſiquidem vt nos admonent SS. Patres, Præoccupare debemus faciem in confeſſione. & per confeſſionem, veramq. pœnitentiã, in viuici panis comeſtione eã abluere, ne cũ proditore Iuda pereamus. Et ſi autem omne mortiferum ſcelus diuiniſſimæ euchariſtiæ repugnet, duo tamen vel maxime contraria ſunt, odium ſcilicet, & luxuria, odium quidem, quia euchariſtiæ ſacramentum eſt ſymbolum pacis, & cõcordiæ, qua fideles interſe, vt mẽbra vnius corporis cum Chriſto, vt capite ſuo cõnectũtur. libidinis vero lues huic cœleſti cibo aduerſa eſt, vtpote in quo virginea caro Chriſti puriſſima ope S. Spiritus procreata, ſumitur, ut cõiter SS. Patres animaduertunt.

Secundo, vt ieiunio naturæ ſit munitus, hoc eſt quod à media nocte nihil per modum cibi, vel potus ſumpſerit. *c. liquido. de conſ. diſt. 2. c. nihil. 7. q.* 1. Excipitur tamen mortis articulus, cum, ſ. Euchariſtiam per modum, ut aiũt, viatici, accipere oportet. *c. presbyter de conſ. d.* 2. Non tamen ſacerdoti non ieiuno licet in eo articulo Sacramentum conficere, vt viaticum illi præbeat, quidquid aliqui ſenſerint, *teſte Suarez. 3. par. d. 68. art. 8. ſect. 1. Barthol. Aug. dialg. 4. de euch.* §. 208. *Chap. de adm. ſacr. temp. peſt. de euch. q. 24. Bonac. de ſacr. d. 4. q. 6. par. 2. num.* 24. Sicut nec Parocho, qui aliquo modo ieiunium fregit, vt à Populo in die feſto ſacrum audiatur, celebrare integium eſt. *Vgol. de off. Epiſ. par. 1. c. 16.* §. 1.

Tertio competens ætas. vt ad annos diſcretionis peruenerit, vt cibum à cibo diſcernere queat.

Quarto reuerentia, & deuotio, vt ſcilicet illius dignitatem, & propriam infirmitatem conſideret, ac timore, & amore ſe dignum exhibeat, quò inde debitos fructus percipere valeat: Cum inquam ad rectam cõmunionem hæc quatuor relata requirantur, quod ad ætatem attinet, dicendum eſt cũ communi DD. placito, XIV. annorum tempus ad euchariſtiam tam in vita, quàm in mortis articulo fidelibus porrigendam, expectandum non eſſe, ſed quando pueri ante illam ætatẽ deuotionem aliquam, & Dei dilectionẽ habere videntur, eſt illis miniſtranda; tũc enim non ſolum malũ à malo diſtinguunt: ſed etiã huic tanto ſacramento debitum cultum, & reuerẽtiam exhibẽt. Huius autem rei examẽ paruulorum parentibus, Parochis, & Confeſſarijs incũbit, qui non tantum annorum numerum inſpicient, ſed perſonæ conditionem, & regionis qualitatem ſpectabunt. Et quamuis eccleſiæ iam conſuetudo non ſinat, vt infantes, & adeo pueri ad tremenda myſteria admittantur, liquet tamen, quam illa Priſcorum diligentia noſtri temporis hac in re tarditatem damnet, parentibus, & ſpiritualibus patribus malo futuram, cum vix anno iam decimo ſexto adoleſcentes ad communionem inducantur, & nihilo forte aptiores euadant, licet in annum vigeſimũ abeant, quàm ſi à teneris annis ſancte imbuerentur. Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis, tantus ille uir omne ſuum tempus orando, concionando, componẽdo, & præſertim paruulos in fidei chriſtianę rudimentis quotidie informãdo, impendit; quorum ſalutem, atq. eruditionem, qua arte moderaretur, libellus illa de paruulis tàm per doctrinã, quã per ſacramenta ad Chriſtum trahẽdis ſatis indicat *Siluius Ant. Card. de chriſt. puer. educ. l. 2. c. 22. Philip. Berlaym. in Paradiſo puer. par. 2. c. 19. Tympius in ſpeculo magno ſigno* 20. Docent autẽ puero morti proximo præbendam ſacram euchariſtiam, & extremam vnctionem conſilium eſſe optimũ, & à piis viris factitatum aliqui DD. teſtantur. *Roderiq. tom. 3. qq. reg. q. 79. art. 2. & Scortia l. 4. de miſ. c. 29. n. 6. Henriq. de pœnit. l. 1. c. v. num. 3. Azor. p. 1. l. 7. c. 41. q. 10. Sot. in 4. d. 12. q. 1. artic. 9. Suarez d. 70. ſect. 1. Val. d. 6. q. 8. p. 4. Reginald. l. 29. num. 85. 10. Chap. de neceſſitate, & modo adm. Euch. tẽpore peſtis. q. 9. Zamb. de Euch. c. 3. dub.* 3.

III. Q. RESOLVTIO.

QVOD attinet ad obſeſſionem, dico cum energumenus omnino vſu rationis priuatur, eadem cum illo ſeruanda eſſe, ac cum amentibus, qui ob deuotionis defectum, & irreuerẽtiæ periculũ à cõ-

Digitized by Google

munione arceantur: cum vero ſui compos eſt, ımq. corporaliter vexatur, ita vt vexatio ſit quaſi corporalis ægritudo, & in ipſa ſumptione vomitus, vel exputitionis irreuerentia cadere non poſſit, non eſſe illi eucharistiam denegandam; cuius uirtute; & ſubſidio, vel Dæmon expellatur, ſi obſeſſo ad Dei gloriam expediat, vel ipſe poſſeſſus patienter, ac æquo animo laborem ſuũ, & afflictionem, cũ fructu ſuſtineat, cum ex *Conc. Trid. ſeſſ.* 21. *c.* 2. In Sacramẽtorum diſpenſatione, vt ea illicita non ſit, ſufficiat, vt ſalua eorum ſubſtantia, ſuſcipiẽtium vtilitati, & eorumdem ſacramentorum venerationi conſulatur. Per prudentes tamen ſacerdotes eſt in more poſitũ, vt Dæmones obſidentes, in aliqua corporis parte alligentur, vt per ſacramenti virtutem ad pedes obſeſſi deſcendant, & Dei creaturam ſuũ implere præceptum permittant. &c. R*eginald. l.* 29. *nn.* 80. *Suar. d.* 69. *ſect.* 2. *dub.* 4. *Molfeſ. tract.* 3. *c.* 8. *nn.* 40. *Bonac. de euch. d.* 4. *par.* 1. *num.* 6.

IV. RESSOLVTIO.

AD illud vero quod penultimo loco quærebatur, an Fabianus qui ſua culpa intra annum, ad ſacerdotium non eſt promotus, ſuum beneficiũ retinere, & ſacerdotalia munia obire poſſit, &c. dico quod etſi *in c. licet canon. de elect. in* 6. decernatur, beneficiarium qui intra illud tempus non eſt ſacerdos ordinatus, beneficio abſque alia monitione priuatum eſſe, & conſequenter non poſſe illud retinere, vt tamen ait *Bonac. de leg. d.* 1. *q.* 1. *p.* 7. §. 2 *n.* 17. hoc intelligendum eſt habita ratione illorum locorum, in quibus ille canon eſt acceptatus, aut in quibus contrarium legitima conſuetudine non eſt receptum. Iam autem, ut aliàs aduerti, vniuerſali fere more, qui eſt optimus legũ interpres inductũ eſt, ut nemo hanc pœnam in ſeipſo, abſque Iudicis ſententia exequatur, quis n. mortalium reperitur, qui turpitudinem ſuam prodere velit, & pœnarum in ſeipſum eſſe executor, & lictor? *Zerula in praxi epiſc. in v. priuatio. ad ſextum. Poſseuin. de off. Curati. c.* 15. *n.* 29. *Riccius.* 3 *p. deciſ. cur. Neap. deciſ.* 247. & tradidimus ſupra *tr.* 5. *c.* 8. *q.* 55. *& hic in* 1. *reſolutione. contra Nauar. in c. nõ liceat,* 12. *q.* 2. *Ant. in catecheſi. Neapol. l.* 4. *c.* 4. *Graff. lib.* 2. *deciſ. aur. c.* 11. *nu.* 59. *& ſeq. Salas. de legib. d.* 15. *ſect.* 2 *& alios.*

Ad poſtremam q. dum quærebatur, an eleemoſyna ab Andrea teſtatore relicta, ut ſingulis diebus pauperibus, qui miſſæ interfuerint, diſtribueretur, poſſit tota ſimul ſingulis menſibus, eiſdem egenis Parochi arbitrio erogari, dico quod licet hoc menti teſtatoris aduerſari uideatur, quę ſummę rationi inniti uidetur, ut ſic eius anima eodem tempore, miſſæ ſacrificio, pauperum precibus, & miſerorum eleemoſynis, adiuuari poſſit. *c. anima.* 13. *q.* 2. Nihilominus probabiliter teneri poteſt, hoc iuſte fieri potuiſſe, ſiquidem ſic abſurdum facile ſequi potuiſſet, vt pauperes cum ſint de viliſſimæ plebis numero, ut ſtipem habeãt ad clamores excitentur, & ſic diuina officia, quæ ab alijs in Eccleſia fiunt, perturbentur. *c. ſi ergo.* 8. *q.* 1. Hac enim de cauſa oſtiarij deputati ſunt, qui à diuinis officijs omnis ſtrepitus ſe moueatur. *c cleros. d.* 21. *c. perlectis. d.* 25. Pius V. in Conſtit. incip. *Cum primum*. Nam in eccleſia, quæ domus orationis dicitur, tùm debitus Deo cultus tribuendus eſt, tum nil committendum, quod ipſum locũ dedeceat. *c. decet. de immun. eccleſ. in* 6. Certum eſt autem abſurditatem in omni diſpoſitione uitandam, ita ut etiam in ultima uoluntate interpretatio fieri debeat, ut illa euitetur. *l. non abſurdum. ff. de bonis libert. Io. de Imola. in c. pro illorũ. ext. de praben. & conſ.* 145. *n.* 2. *Abb. conſ.* 37. *Tuſch. v. abſurditas. concl* 66. Quod autem hoc abſurdum facile ſequi poſſit, in palmis ſacro die erogandis, uel candelis in die Purificationis diſtribuẽdis, experientia docet. Atque ſic reſoluit *Graff. conſ.* 5. *ext. de celebr. miſſ.*

CAP. V.

QVAESTIO XVI.

An qui in Paſchate communicauit, ſi poſtmodũ morbo lethali corripiatur, poſſit, ac teneatur, poſt eius octauam, iterum pro viatico communicare, & an Parochus à diuina gratia alienus, & non ieiunus exiſtens, pro communicando moribundo, celebrare, ac conſecrare poſſit, & debeat. An qui ſine confeſſione, & cõione, & ſic gratia diuina expers eſt Indulgentiam pro defunctis lucrari poſſit. Vtrum Indulgentiam conceſſam cum clauſula; volumus autem, &c. valeat ſi illi eccleſia cui Papa eam largitus eſt, alia Indulgentia alijs diebus, & ab Anteceſſoribus ſint cõceſſa. Parochus an tres miſſas in natali Domini celebrare teneatur.

ROchus cum in mortis articulo iaceat, & tempore Paſchatis chriſtiano more in ſua parochia euchariſtiã ſũpſerit, cuperet, ſi hoc fieri poſſet, & ad hoc teneretur, antequam vitę ſuę curſum perficiat, iterum poſt Paſcharis octauam, ſe hoc ſacramento munire; cum autem in Pixide particulæ nõ adſint, & Curatus ſit lethifera culpa grauatus, nec ieiunus, quippe qui neſcio quid medicinale in ore ſumpſerit, Quæritur quid in hoc caſu agere debeat Parochus, & quomodo infirmo conſulẽdum. Itẽ cũ pro ſolemni feſto, plenaria Indulgentia ſuæ Parochiali Eccleſiæ à Summo Pontifice his ſit conceſſa, qui peccata ſua fuerint confeſſi, & ſacra communione refecti, ipſam Eccleſiam pie uiſitauerint,

Digitized by Google

quam etiam pro defunctis quis conſequi poſſet, dummodo aliæ Indulgentiæ per ipſum conceden- tem illi templo olim non ſint tributæ. Quærit nũc etiam Parochus an quis ſine confeſſione, & cõione illam Indulgentiam pro defunctis lucrari poſſit; & an ſi aliæ Indulgentiæ pro alio tempore ab Ante- ceſſorib. Põtificib. ſint cõceſſæ, præſens corruat, &c. Tandem in D.N. natalitijs hic Parochus vnam tm̃ Miſſam celebrauit, ob quod eius cõfeſſarius letha- lis culpæ reum illum facit, petit etiam nũc an m. p.

SVPPOSITVM.

RESp. Curæ Parocho debet eſſe, vt pro ægris ſa lutari euchariſtiæ præſidio muniendis, ſem per aliquæ particulæ promptæ, & paratæ ſint, & vt conſecratæ hoſtiæ, quæ in tabernaculo reconditæ aſſeruantur, decimo quoq. ſaltem die, ne corruptio aliqua inceſſat, renouentur; & ante ſacramentum die, noctuq. ſemper lampas accenſus luceat, oleo tantum oliuæ nutriendus, ſumptib. Parochi, aut Pa rochianorum, vel ſocietatis, Ordinarij arbitratu, & iuxta locorum conſuetudinem. Quod ſi in his Pa- rochi culpa arguatur, grauem pœnam ab Epiſcopo infligendam luere debet *Conc. Tur. 4. c. 4. & c. ſa- ne. ext. de celeb. miſſ. Conc Trid. ſeſ. 13. c. 6. Sà. v. eu char. nu. 34. Nald v. Parochus. nu. 16.*

Et antequam ad infirmum hoc ſacramentũ de- ferat, illum viſitare debet, atq. perſpicere, an in eo ſtatu reperiatur, vt illud ſuſcipere idoneus ſit, cum à Pio V. propoſita ſuſpenſionis pœna, vetitum ſit, vt nulli cuiuſuis gradus, & dignitatis exiſtat, ſacrũ viaticum deferatur, ad domum adorationis cauſa; ſed tantum, vt pura mente, mundaque conſcientia ſumat. Et curare diligenter Paſtor dẽat, ne illud ad ægrotũ deferat, q. illud ſumere nequeat. *Roder. p. 1. ſumme. c. 64. n. 3. & Graff. tit. de pæn. & remiſſ. conſ. 12. n. 17. Zerula in praxi epiſcop. u v. Euchariſtia.*

I. QVÆ RESOLVTIO.
cum documentis.

HOc ſuppoſito dico Primo, Rochum ad hoc viaticum ſuſcipiendum teneri; ſumpſiſſe cñ euchariſtiã in Paſchate, non tollit obligationem il lam in mortis articulo ſumendi, cum diuinum præ- ceptum fideles ad id aſtringat. Et illius obſeruatio maxime neceſſaria ſit ad finem, ad quem ſacramen tum hoc à Deo inſtitutum eſt, nempe ad animæ cor roborationem, & in vita ſpirituali cõſeruationem; at huiuſmodi neceſſitas in mortis articulo, ob Dæ- monum pugnas, & infeſtationes maxime cõtingit.

Atque perpetua eccleſiæ conſuetudo fuit & eſt, vt in probabili mortis articulo exiſtẽtib. vel nõ ieiu nis, & ẽt reis ad mortem damnatis, hoc ſacroſanctũ viaticum præberi curetur. *c. ſi quis de corpore. 26. q. 6. Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 6 c. 1. de cuſtod. euch.*

Sic Beatiſſimæ Dei genitrici Mariæ iam ex hac vita migranti. Chrs ex aliquorũ ſnĩa. S. cõicã- nem præbuit dicens. Accipe chara mea, quod mox complebitur tibi in regno meo vna cũ patre meo. *Laur. Mazell. l. 6. de b. V. c. 19. & Bauu. in Catechiſ. hiſt. tom. 3. c. 5. tit. 13.* Quia per hoc ſacramentũ via- ticum nuncupatur, quia in via nos alit, ac ſuſtentat, quouſq. ad terminum perueniamus. Item quia viã nobis ad felicitatem præbet, quapropter porrigi- tur infirmis vniuerſæ carnis viam ingreſſuris. D. Ni colaus Tolentinas ad extremum vſq. ſpiritum, ſacro hoc Euchariſtiæ alimento reficiebatur. Vnde in po- ſtremò vitæ diſcrimine, ipſoq. agone conſtitutus, id ipſum in viaticum ſibi adminiſtrari petijt, vt tanto inquit, viatico munitus, nõ deficiam in via, ad cœ- leſtem patriam proficiſcens: & ſi ob delicta mea im probus Belial hoſtis meus mihi occurrerit, poſſim fidenter dicere, Dominus mihi adiutor, & ego de- ſpiciam inimicos meos. *ex per Sur. in eius vita. die 10. Sept. Suar. in 3. p. D. Th. tom. 3. d. 69. ſect. 3. Bart. ab Aug. dial. 4. de euch. §. 84. & dixi in Comment. de bull. cæn. ſtat. p. 2. c. 28.*

Atq. id vtiliſſimum eſſe ex eo intelligere poſſu- mus, quod ſcribit *D. Chryſoſt lib. 6. de ſacerd.* Dei virum uidiſſe eos, qui ex hac vita diſcedũt, ſi puta conſcientia communionis participes fuerint, ab An gelis ſatellitum more ſtipantib. propter aſſumptum ſacramentum hũc recta in Cęlum adduci. (Sed ad ægrotũ adoranda deferri nõ debet; ſi ob tuſſim, & vomitum, ſeu alias ob cauſas pro uiatico ſumere nõ poteſt *Graff. conſ. 2. tit. de pœnis. & remiſſ. Roder. in ſum. p. 1. c. 59. & c. 64. Zerula p. 1. praxi Epiſc. v. eu- chariſtia.* §. 5. vbi referunt Cõgreg. Illuſtriſs. Card. ſic declaraſſe, nam tali caſu ſpũalis cõio ſufficit, quę ut diximus, eſt pius affectus, & ardens ſumendę eu- chariſtiæ deſiderijũ eorũ, ut ait *Conc. Trid. ſeſſ. 13. c.* 8. qui uoto illum panem cœleſtẽ ſub uiua fide eden tes, quæ per dilectionem operatur, eius fructum, & vtilitatẽ ſentiunt, iuxta illud, Crede, & mãducaſti.)

Quinimò, vt ſupra innui, vltimo ſupplicio affi- ciendi ſacro hoc uiatico fraudandi non ſunt, quia nullum delictum huius ſacramenti ſumptio- nem impedit, quamuis eſſet hæreticus relap- ſus, & ante mortem ſufficientia fidei; & pœni- tentiæ ſigna dediſſet. Itaque quoties legitima peccatorum confeſſio præcedit, ob quoduis flagi- tium, cõmunio eis non denegatur, niſi vomitus, uel alterius cauſæ impedimentum ſubſit. Sic legimus apud Baronium *tom. 8. ann. 603.* Theodoſium Mau ritij Imp. filium petijſſe, vt priuſquam à Phocæ mi- niſtris necaretur, diuinis impertiri poſſet myſterijs, quod poſtquam impetrauit, actis Deo gratijs, la- pidem è terra ſuſtuliſſe, eoque ter pectus ſuum percuſſiſſe, ita orãtem, Domine Ieſu Chriſte tu ſcis

Digitized by Google

me nulli hominum iniuriam feciſſe,nunc autem mihi euenit,vt tua iubet potentia, his dictis caput ei amputatum fuit. Verum ob tanti ſacramenti reuerentiam,reus non debet nūc eodē die morti tradi, & ita ſe habet cōis cōſuetudo. *Suar.l.c.Reginald.l. 29.nu.70.Nauar.conſ.4.de pænit.& remiſſ.Franc. Marc.deciſ.10.Zerula in praxi epiſc p.2.in v.Damnati.Molfeſ.tr.3.c.8.nu.32.Nald.in v. euchariſtia. nu.14.Surd.deciſ.121.*

Duo in praxi animaduertenda.

I. ANIMADVERSIO.

DVo tamen pro praxi quò ad alios moribundos hic notanda ſunt, Primo hanc poſitionē non eſſe ita accipiendā,quaſi ſtatim atq; aduertitur quis in probabili mortis periculo verſari,euchariſtiam ſumere debeat;cum enim finis pręcepti illam in huiuſmodi periculo ſumendi ſit vt per eam ſumptionem,homo ſe ad trāſitum ex hac vita pręparet,ſatis id aſſequetur,paulo ante mortem ſuſcipiendo. Quamquam cauendum eſt ne ſumptio ita differatur,vt quis periculo ſine hoc præſidio diſcedendi ſe exponat,in eoque mortaliter peccandi,iuxta illud, *Eccl.c. 3.* Qui amat periculum peribit in illo.

II. ANIMADVERSIO.

SEcundo eum qui paucis dieb. arbitrio prudentis determinādis.v.g.octo,vel decem,antequā in tale periculum incurreret,hoc euchariſtię ſacramentum ſumpſiſſet,non obligari iterum hoc viatico,occurrente ipſo periculo,ſe munire,cenſetur enī per ipſam euchariſtiam paulo ante ſumptam,ſe ad huiuſmodi trāſitum præparaſſe,&c.Maxime quod vnuſquiſq; in ſuis actibus,pſumitur habere virtualē intentionem,& implicitam,omnem obligationem, quam poteſt,ac debet, implendi, licet forte illam ignoret,nec de illa cogitet. Vnde quò ad hanc partem concludendo dico,ex receptiori ſententia,Rochum qui poſt duodecim dies tranſactos, in Paſchate communicauit, ſi poſtea in mortis periculum inciderit,teneri iterum cōionem ſumere;ſecus ſi octo,vel decem ad ſummum diebus,ante illum articulum,euchariſtiam ſumpſiſſet,ſiquidem talis cōmunio viatici rationem haberet. *Suar.d.69.ſect.3. Barth.ab Aug.l.c.§.79.Coninch.de euch.q.80.ar.11. dub.3.nu.98.Reginald.l.c.nu.65.Molfeſ.l.c.nu.95. Bonac.d.4.q.7.p.1.nu.2.Io.Chap.l.c.q.10.Scortia.l. 4.c.29.num.11.*

II. Q. RESOLVTIO.

DIco ſecundo Parochum, qui lethali noxa ſe contaminatum ſentit,non poſſe celebrare, nec ſacrorum myſteriorum participem fieri. Quandoquidem ut ille ſapiens dixit,coquus Domini ſui debet habere palatum.i.debet cibos eo modo coquere,quo vult Dominus,ſic homo præſertim ſacerdos,antequam ad ſacrum conuiuium accedat, iuxta Apoſtolicum monitum,ſe ipſum probare debet,& videre,num ſe Dñi ſui palato pure accommodauerit. Hoc diuinum myſterium dicitur ſacramentū pacis,& charitatis,tùm quia in ſumpturo Dei, & proximi charitatem ſupponit, tùm etiam quod quotidiano hoc religionis noſtræ ſacrificio,nil ſtudioſius ſeruare,quàm pacem, & charitatem profitemur,ut ait *Catech. Rom.tit.de euchar.* Nec.n.ſola contritio,& fides ſufficit, ſed ex præcepto ſacramētali cōfeſſione,animę tenetur mortales ſordes diluere,veniales autem,niſi ex conſilio, & ob maiorē tanti ſacramenti reuerentiam. Quod ſi confeſſarij copia careret,regulatiter debet à celebratione, & à communione abſtinere,niſi tū ſcandalum,vel alia grauis neceſſitas vrgeret,vt hoc moribundum viatico muniendi,quia ei integrum eſſet, cum contritione ſacrum facere,cum propoſito quàm primum poterit confitendi, *Conc.Trid.ſeſſ.13.c.7.& can.11. & cōis DD.omnium ſententia vt per Suar.tom.3.d. 66.ſect.4.Vaſquez.tom.3.d.208.Reginald.nu.103. Molfeſ.nu.49.*

Illud autem verbum quamprimum in concilio poſitum cum temporis temperamento accipiendū eſt,quia in omni diſpoſitione uerba ciuiliter, modo congruo,& poſſibili,nō autem iudaice, & ſecundum corticem verborum intelligenda ſunt. vt ait *Tuſch.in v.verba.concl.103.* Vnde licet obſtrictus onere reſtituendi, tōne rei acceptæ,vel iniuſtæ acceptionis,aut detentionis, teneatur ſtatim reſtituere, ex communi DD.conſenſu,illud verbū ſtatim quo facienda eſt reſtitutio,nō mathematice, ſed ciuiliter,ac moraliter accipiendum eſt,expectata videlicet cōmoditate,& opportunitate reſtituendi, abſque dolo,& fraude.ex cōi *per Bonac.de cōt.d.1.q.6. p.1.*

III. Q. RESOLVTIO
cum documentis.

EST nihilominus concors ſcribētium placitum, non licere Parocho non ieiuno celebrare vt ad ægrotum in extremis agentem euchariſtiæ ſacramentum deferat. Quod hæ ſolidæ confirmant rationes. Primo quod reſpectu ſacerdotum conficientium,& miniſtrantium, eccleſię vniuerſalis conſuetudo pręceptum de ieiunio ante cōionem ſeruando,ita interpretatur. Secundo quod hoc pręceptum non eſt minus graue,quàm alia,quæ ad ritum in hoc ſacramento conficiendo ſeruandum pertinent,vt eſt illud in azimo conſecrandi,aut cum ſacris veſtibus conficiendi,&c.hæc.n. & ſimilia propter cōicandum ægrotum prętermittenda nō ſunt.

Ter-

Tertio hoc ſacramentum inter cætera ſicut eſt maioris dignitatis, ita eſt minoris neceſſitatis, ergo in ſimili euentu maior eſt habenda ratio reuerētię, huic ſacramento debitæ, quam qualiſcunque proximi neceſſitatis. Adde quod ægrotus alia ſacramenta ſuſcipere poteſt, & ſpiritualiter, vt Doctores loquuntur, ſe communicare, nempe firmiter credere Chriſtum verum Deum, & hominem, in Euchariſtia contineri, ac ſincero charitatis affectu ipſum complecti, ſeq. illi vnire, atque ita fructum, & vtilitatem eiuſdem ſacramenti percipere: iuxta illud ſupra adductum D. Auguſtini pronuntiatum, Crede, & manducaſti. *Conc. Trid. ſeſ. 13. c. 8* Eſt. n. vt dixi ſpiritualis communio pius affectus, & ardēs ſumendæ euchariſtiæ deſiderium. i. eorū, qui voto illum panem cœleſtem viua fide edentes, quæ per dilectionem operatur, eius fructum, & vtilitatem ſentiunt. Cum autem hoc deſiderium ex viua fide proficiſci debeat, neceſſarium eſt, vt ſpiritualiter communicaturus ſit in gratia, aut ad hanc conſequendā in ſe contritionem excitet. Quod quidem pium, ſanctumque percipiendi euchariſtiam votum, cum facultas deeſt, quantopere Deo placeat, multis ipſe miraculis demonſtrauit. *Giſbert. de vit. eccl. c. 106.*

Declaratio verborum Domine *non ſum dignus.*

CVi multum proderit, verba illa proferre, quæ in vniuerſa Dei eccleſia vnuſquiſq. fidelis cū ad ſacram euchariſtiæ menſam acceſſurus eſt, aut ore, aut intimo ſaltem corde pronuntiare ſolet, quę ex Cēturionis reſpōſo apud S. Matthęū deſumpta ſunt, & dubitandum non eſt, maximis myſterijs, atque altiſſimo ſenſu referta eſſe. His. n. quatuor præclariſſimas virtutes contineri animaduertimus, quibus anima noſtra cupiens ſe prealem, aut ſpiritualem euchariſtiæ ſuſceptionem, coniungere, exornari contendit, hincq. recte dici poſſit, Et quadrigę tuæ ſaluatio. *Abac. 3.*

Prima eſt religio, ſi quidem vocans eum Dominum, verum illi honorem, & cultum tribuit, & eum principium, finemque omnium rerum agnoſcit, & confitetur. Sane ad eliciendum diuinæ dilectionis actum tunc homo potiſſimum tenetur, cum ſacratiſſimam ſynaxim ſumpturus eſt, ut magno affectu in eum feratur, qui non contentus naſcendo ſe nobis in ſocium dediſſe, veſcendo ſe in edulium præbuit, moriendo in pretium, daturus ſe regnando in præmium, ſicut de miranda Laurentij Medices erga Euchariſtię ſacramentū reuerentia loquens ſcribit. *Ang. Polit. l. 4. epiſt. 1. p. 2. & Daur. tom. 2. Flor. exemp. c. 5. tit. 4. exempl. 9.*

Secundo humilitas illis verbis comprehenſa, nō ſum dignus, qua communicans ſe ipſum reprimit, ne in ea feratur, quę ſunt ſupra ſe, propriamque uilitatem cognoſcat, & cum D. Bernardo, & D. Franciſco dicat, Quis ſum ego, quis es tu? Siquidem peccatorem ſe agnoſcere, licet non ſit humiliatis, ſed ſani iudicij actus; hæc tamen ſubmiſſio tantum poteſt, vt de peccatoribus iuſtos faciat, teſte *Chryſoſt. hom. 38. ad pop. Ant.*

Hęc humilitas, ac pietas in D. Hieronymo præcipue eluxit, cum. n. ei ægrotanti ſacerdos Chriſti corpus attuliſſet, ut vir Dei videre potuit, adiuuantib. qui aderant, ſeſe pronum in terra proſtrauit, & voce cum lachrymis, quantum potuit, exclamauit, Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ac pluries pugno pectus percuſſit. *Euſeb. in epiſt. ad Damaſc. Scort l. 4. c. 29.*

Tertia eſt virtus, quę fides appellatur, illis deprehenſa verbis, ſed tantum dic verbo, qua ægrotus Chriſti humanitatem, ſimulq. diuinitatem in Altaris ſacramento cōtineri credit, & fatetur. Sic B. Bruno Carthuſianorum inſtitutor ſciens, ueniſſe horā, qua ex hoc mundo tranſiret, poſtquam fidem ſuā de S. Trinitate lōgo ſermone expoſuit, ſic cōcluſit, Credo & ſacramēta, quę Sācta veneratur eccleſia, & pręſertim ſacroſanctam euchariſtiam in eaque verum corpus, & verum ſanguinem Chriſti contineri, quam in remiſſionem peccatorum noſtrorum, & in ſpē ſalutis ęternæ accipimus, vt apud *Sur. tom. 5. die 6. 6. Octob.* Idemq. de S. Thoma Aquinate refert *Caniſius de B. V. l. 3. c. 17.*

Quarta virtus, quam Cēturionis ſermo attingit eſt prudentia, dum ait, & ſanabitur puer meus, qua ea poſtulauit, quę magna ſunt, & ab alijs æque pręſtari nequeunt, videlicet ſerui ſanitatem, nō ſolum corporis, ſed etiam animę, quę præ omnibus æſtimanda eſt, vt proinde S. M. Eccleſia illa uerba ad ipſius animæ ſalutem tranſtulerit, atque ideo æger, qui uel re ipſa, vel ſpiritualiter euchariſtiam ſumit, animę ſaluationem potiſſimū à Deo petere debeat, ut à morte peccati ad gratiæ vitam reſtituatur, & ad æternam gloriam, & cœleſte regnum aditus aperiatur. *Palaot. in Arch. Bon. p. 3. tit. de ſacramen. euchar.*

Maneat igitur, Parochum ſacerdotem, non ieiunum, quidquid ſit de eius ſtatu in gratia, ſi hoſtia cōſecrata careat, vt communicetur infirmus, cōſecrare, & celebrare non poſſe, nec Epiſcopo integrum eſſet in hoc totius eccleſiæ vniuerſali præcepto diſpenſare, ut contra nonnullos ſentit *Nauar. c. 21. nu. 53. Suar. d. 68. ſect. 1. Azor. p. 1 l. 10. c. 30 q. 2. Hēriq. l. 8. c. 4. & 46. Reginal l. 29. nu. 121. Chamer. de euchar. c. 9. n 7. Valen. to. 4. d. 6. q. 8. p. 3. Coninch q. 80 art. 8. nu. 56. Molfeſ. tr. 3. c. 10. nu. 18. Bonac. d. 4. q. 6. p. 1. nu. 24.* & alij communiter.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4.q.reſoluendo dico,eum qui præſcripta in indulgentiæ diplomate non præſtat,eã pro defunctis non lucrari,cum ſ. in lethali culpa exiſtẽs confeſſionem,& communionem à Summo Pontifice præceptam non adimplet. Nam & ſi ſatis probabiliter dici poſſit viatorem gratiæ expertem,Indulgentias pro animab. in purgatorio carcere detentis,conſequi poſſe,cum ſolum pro illis in gratia exiſtentibus miniſterialiter,vt aiunt, ſatisfacere dicatur,& Papa per modum ſuffragij,ipſis eas applicet,hoc ſi intelligendum videtur,ſi opera imperata præſtentur. *Suar tom.4.d.13.ſect.4.Tol.l.6 c.26. Zerula de Indul.c.18.q.13.Marc.Ant.Gen.in Man. Paſt.c.94.Molfeſ.tr.7.c.26.nu.132.Fillius.tr.8.c. 9.q.8.& 9.*

Quo vero ad illud caput, An Indulgẽtia teneat, & proſit eo die illam eccleſiam viſitantibus, cum in ea nonnullę alię indulgẽtię alijs diebus à Pontificib. prædeceſſorib. cõceſſæ reperiantur, dico hmõi Indulgentiam tenere,tum quia conceſſio indulgentiæ eſt fauor, & latam interpretationem admittit, tum quia per illam clauſulã apponi ſolitam, Volumus autem ut ſi aliàs Chriſtifidelibus dictam eccleſiam uiſitantibus,aliquam aliam indulgentiam perpetuo,uel ad tempus nondum elapſum conceſſerimus,præſentes nullæ ſint, Pontifex gñaliter loquitur,nec ad diem ſe reſtringit. Tùm quod Summi Pontificis intentio verbis expreſſa ſolum eſt ut Indulgentia,quam ipſe largitur,irrita ſit,& inanis, ſi alię indulgentiæ ab ipſomet,non autem à Prædeceſſoribus conceſſæ fuerint, cum illud uerbum conceſſerimus,non ad dignitatem,ſed ad perſonam referendum ſit.ut ex communi reſoluit *Bonac. de ſacram.d.6.q.1.p.7.*

V. Q. RESOLVTIO.

AD poſtremam q. reſpondendo,qua inquirebatur an Curatus vnam tantum miſſam in die natalis Domini celebrando m.p.dico, eum à lethali culpa immunem eſſe, & immerito ſuum confeſſarium eius coarguiſſe.Nam quidquid aliqui ſenſerint præſertim *Henriq.l 9.de ſacrif.miſ.c.25.n.3. c.30.n.6.*Parochus non tenetur in die natalis Domini tria ſacra facere,ſicut nec eius ſubditi ea audire,niſi ratione ſcandali uitandi,aut alicuius uoti, iuramẽti,uel ſtatuti particularis; uel ſpecialis obligationis, eiſdẽ ſacris operari aſtringerẽt. *Suar.3.p. d.vlt ſect.2. Azor.p.1 l.7 c.3.q 2.Roder.p.2.c.248 nu.5* Nald.*v.miſſa.nu 15.Bonac.de euch.d.4 q.vlt. p.11.num.10.DD.in c.conſuluiſti.ext.de celebr. miſ* vbi tradunt,has tres miſſas celebrari concedi in memoriam trium natiuitatum Chriſti Domini, nẽpe æternę,temporalis, ac ſpiritualis, ut etiam notat *Henriq.d.c.30.nu.6.*

QVAESTIO XVI.

Nùm religioſus abſente proprio Parocho poſſit in neceſſitate ſacramentum euchariſtiæ ad ægrotũ deferre,etiamſi excommunicatus notorius ſit ipſe,& ægrotus haud ieiunus ſit. An peccauerit, & pœnã aliquam contraxerit quod in redeundo Pixidem vacuam cum luminibus tamen detulerit,&c.

BAlthaſar religioſus Curatus ruralis ob notam clerici percuſſionem excõicatus, cum à Blaſio infirmo, cuius Paſtor aberat,aduocatus eſſet, vt ei euchariſtiæ ſacramentum pro viatico adminiſtraret,ei qui iam non ieiunus in eadem infirmitate cõmunicauerat, iterum ſi non ſtola, & ſuperpelliceo præbuit.& ſi per medicinam ſumptam naturale ieiunium fregiſſet,qui cum ei illa verba declararet, ò ſacrum conuiuium,&c dixit, Chriſtum cum tota ſanctiſſima Trinitate in eo ſacramento cõtineri. Et cum vnam tantum particulam ad eundem ęgrũ ſacratiſſima eſca reficiendum detulerit, in redeundo duobus nihilominus accenſis luminib. præeuntibus occaſionem dedit,ut multi de populo genuflexi idolatriam commiſerint. Quęritur Primo an iſte curatus qui abſq proprii Paſtoris facultate hoc ſacramentum adminiſtrauit,ea ratione.m.p.& in cenſuram aliquam inciderit,&c Secundo an ob illam etiam cauſam deliquerit,quod in excõicatione illius miniſter fuit,præſertim cum viaticũ ſimul in eadem infirmitate ante viginti dies ſumpſerat. Et an errauerit,uel recte dixerit, Patrem,& Spiritum ſanctum in Euchariſtia contineri. Tertio an mortalem culpam, vel pœnam aliquã contraxerit cum ſine conſecrata hoſtia domum redeũdo, irreligioſum illum adorationis actum perpetrandi cauſam præbuerit.

I. ASSERTIO.

REſp. Hiſce qq. iſtis etiã ſubiectis aſſertionib occurrit Primo, Iure canonico interdicitur ne quis ab alio quàm proprio Parocho, ſacramenta percipiat,niſi illius,aut Superioris licentia habita. Et in particulari de hoc ſacramento habetur *in clemen. prima. de priuileg.* vbi regularibus uiris id attentantibus excommunicationis pœna Summo Pontifici reſeruata ſtatuitur. Siquidem æquitas, & iuſtitia non patitur, ut alienę iuriſdictioni ſe immiſceat, & in alterius meſſem falcem mittat. A qua tamen culpa, & cenſura excuſantur,qui bona fide, ex ignorantia excõmunicationis adminiſtrant,vel probabiliter credunt, Paſtores

ſtores huiuſmodi adminiſtrationem ratam habituros, tunc.n. præſumere non dicuntur; vel tertiò ſi in mortis articulo hoc pietatis opus exerceāt. Quandoquidem S. Pōtificis ratihabitio adeſſe præſumitur, & eccleſiæ præceptum cum tanto proximi ſpirituali detrimento obligare non uidetur, ut ex cōmuni ſententia. tradit *Suar. d. 72. ſect. 2. Bart. ab Ang. dial. 4. de euch.* §. 276. *Bonac. d. 4. q. 5. p. 1. n.* 10. quidquid ſenſerit *Comit. in reſpon. mor. l. 1. q.* 46.

Ac ex determinatione Cōcilij Lateran. ſub Leone X. Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis ſacramenta regulares laicis illis adminiſtrare nequeunt, quorū etiam infirmorum, ac decedentium confeſſiones audierint, dicentibus propriū ſacerdotem illa ſibi dare denegaſſe, niſi huiuſmodi denegatio ſine legitima cauſa facta fuerit, atq. vicinorū teſtimonio probata, ita vt requiſitio coram publico notario facta fuerit, *Nald. v. euch. nu.* 16.

II. ASSERTIO.

SEcundo dico pariter dictū Balthaſarem tàm à peccato, quàm ab irregularitatis nota immunem eſſe, ſi in mortis articulo Blaſio flagitanti in abſentia ſui Paſtoris euchariſtiam adminiſtrauit, etiā ſi aliàs in eodem morbo viaticum ſumpſerit, ſiquidem quicquid aliqui ſenſerint, vrgente neceſſitate à quolibet ſacerdote, etiam nominatim excommucato, vel publico clerici percuſſore, ſuſpenſo, vel interdicto, ſuſcipere fas eſt, præſertim ſi pœnitentiæ ſacramentum recipere non potuit; & ſi cuilibet petere licet, ſacerdoti etiam adminiſtrare licebit, ſi pœniteat, & per ſe non ſtet quin à cenſura abſoluatur. *Nau. c. 22. num. 4. Sylu. in v. clericus.* 2. §. 4. *& v. euchar.* 3. §. v. *Io. à Chap. de adm. euch. tēp. peſt. q. 4. Fill. tract. 12. c. 2. q. 8. num. 75. Bonac. de cēſ. d. 2. q. 2. p.* 2. §. 4. *num.* 8. Et qui ſemel ſumpto viatico, optat ſæpius in eadem ægritudine communicare, poſſe id tuta conſcientia facere vel nō ieiunū, vt quia non poteſt niſi ſumpta medicina, ſacroſanctam euchariſtiam ſumere, communis eſt ſcribētiū traditio. *ex c. quod in te. ext. de pœnit. & remiſ. Graff. l. 2. deciſ. 138. nu. 32. Suarez. d. 66. ſect. v. Reginal. l. 29. n. 120. Tolet. l. 6. c. 15. nu. 3. Sà in v. euch. nu. 5. Nald. n. 12. Poſſ. de officio. cur. c. 8. num.* 22.

III. ASSERTIO.

TErtia aſſertio eſt Balthaſarem non erraſſe, nec male locutum fuiſſe, cum ad excitādam in Blaſio deuotionem, ac pietatem, dixit, patrē, & ſpiritum ſanctum in ſacroſancta Euchariſtia contineri, ſiquidem ex Theologorum ſchola, ipſum verbum ratione diuinitatis, & tota Trinitas (quia perſonæ à ſe mutuo ſeparari non poſſunt) in hoc ſacramento p concomitantiā exiſtunt: licet magis præcipue, & immediate, ratione vnionis cū corpore, quod ex vi verborum conficitur, in eodem ſacramento adſit; propterea Chriſtus filius humanam carnem aſſumpſiſſe dicitur, & paſſus; & quando euchariſtiā ſumimus, Dei filium, non patrem, aut ſpiritum ſanctum comedere dicimur. *D. Auguſt. ſerm. 3. de tempore. Henriq. de euch. l. 8. c. 26. num. 3. Coninch. q. 76 art 2. num. 29. Vaſq. tom 3. d. 185. num. 16. Molſ. ſ. tr. 3. c. v. num. 22. Bonac. de euch. d. 4 q 3. pun. v. nu.* 15. Vnde *& Bellar. de art. moriendi l 2. c.* 7. exponens illa verba, O ſacrum cōuiuium &c. Ideo dicitur, inqt, In quo Chriſtus ſumitur, eſt. n. ſub illis ſpeciebus, panis verum Chriſti corpus. nō ſeparatum ab anima, ac diuinitate, ac per hoc res maxima, ac pretioſiſſima, dulciſsimumq. conuiuium omnem ſaporem ſuauitatis exuperans, ſed animæ nutriendæ, non corpoti accommodata.

IV. ASSERTIO.

QVarto dico illum mortalem culpam non eſfugiſſe, cum ſine debitis veſtibus, & eccleſiaſtico ritu, S. euchariſtiam ad Blaſium detulit, nam quidquid ſit de adminiſtratione ſacramenti pœnitentiæ, in alijs ſacramentis miniſtrandis, religioſus Curatus requiſitas à iure cerimonias, & habitum ſeruare tenetur; ſacroſancti namq. canones imo & recta ratio dictāt, vt ſacræ actiones non niſi in veſtibus ſacris, & ad eas ſpecialiter deputatis, obeantur, ſcilicet vt ipſo exteriori veſtium apparatu indicetur, actiones illas non eſſe communes, & vulgares, ſed religione, & ſanctitate plenas. Nā & Gētiles ſolo lumine naturali ducti, ſicut ſuo modo tēpla, ſacrificia, & ſacramenta habuerunt, ita etiā ad ſacras illas actiones peragendas, veſtes peculiares ratione quadam conſecratas adhibuerunt, quod ſcite expreſſit Maro cum *lib.* 12. *Aeneid.* dixit, *Puraque in veſte ſacerdos.* &c. Cum etiā teſte Cypriano in *orat. Dom.* Placendum ſit diuinis oculis corporis quoq. habitu. Quippe Chriſtum Dominum in euchariſtia exiſtentem, eo quod omnes eccleſiaſtici ordines, eorumq. functiones circa hoc potiſſimum ſacramentū verſentur, ſuprema obſeruātia reuerentia, ac honore clerici proſequi debent. Vnde illud tum in templis tùm alibi, vt cum ad ægros defertur, interna, ac externa religione, ac cultu venerari eos oportet: nec ſe mutuo tātum in huiuſmodi pietatis actu excitare, ſed etiam alios impellere, ac irreuerentes monere, ac corrigere. *c. Sane. tit. de celebr. miſſ. Gisbert. de eccleſ. vita c. 19. Piaſecius in Praxi Epiſcopali. p. 2. c. 3. num.* 24. vbi ait, Ad infirmos cum Euchariſtia defertur non niſi præeuntibus luminaribus, ſonante campana, a Parocho, ſeu Capellano, ſuperpelliceo induto, & pſalmos, ſeu orationes

in-

Digitized by Google

inter eumdum recitante deferatur. Per plateam, & in qua habitant Iudęi, deferendum non eſſe reſpondit ſacra Congreg. Rituū Epiſcopo Anconit. *Barb. l.c.* vbi & infert ex cõi cum decentia in aſſeruando ſanctiſſimo Sacramento requiratur, Epiſcopum nõ habere poteſtatem concedendi licentiã, vt illud in capellis, & alijs eccleſijs non parochialib. pro adoratione aſſeruetur, cum hoc ad Papam ſpectet, vt alibi adnotauimus.

IV. ASSERTIO.

QVando tamen per aſpera, & perículoſa loca Euchariſtia deportanda eſt, quod ruri, & in montuoſis locis frequẽs eſt, ad pericula deuitanda, ab vſu ſtolæ, & ſuperpellicei ſacerdos, ſicut & cuſtos à pulſu tintinnabuli, & luminis geſtatione, abſtinere poterunt, dummodo Parochus in munda pixide, & nitido ſacculo, ipſam ſacroſanctam euchariſtiam geſtet. Imo ex propoſito caſu ſatis cõſtat Balthaſarem ſe alia culpa graui cumulaſſe, cum his periculis ſecluſis, vnam hoſtiam ad communicandum ægrotum Blaſium adhibuit, & luminibus accenſis, domum redijt, & materialem idolatriam cõmittendi cauſam prębuit, licet populus ob bonam fidem à culpa excuſetur. *Tab. v. adoratio.* §. 15.

Siquidem vt ex canonicis ſanctionibus notũ eſt, Duæ ad infirmos ſacræ euchariſtiæ deferendæ ſunt particulæ, quarum vnam ſumat infirmus, alteram vero ad auctiorem populi deuotionem, ac pietatẽ, & ne inane vaſculum adoretur. Sin autem forte cõtigerit, ut ad templum ſine ſacramento Curatus reuertatur, lumen præferri, aut ſignum tintinnabulo dari prohibere debet. *d. c. ſane. vbi Doctores ext. de celeb. miſſ. Barb. de Epiſ. p. 2. Alleg. 22. n. 6. Fuſch. de viſit. eccl. l. 1. c. 5. Comit. l. 1. q. 49. Zeru. v. euch.* §. 2.

Quod accidere ſolet, vt dixi, cum ſacramentum de nocte, vel ad loca diſtantia, & acceſſu difficilia deferendum eſt; vel cum ſtatim poſt communionẽ, extrema vnctio adhibenda eſt. &c.

Porro pęna qua in foro externo ab eccleſiaſtico Iudice ob ſupradictos exceſſus, hic ſacerdos regularis plecti poterit, arbitraria eſt, per ea quę tradit *Menoch. de arbit. Iud. caſu* 408. *Grat. in diſcept. forenſ. c.* 412.

Nec id obiter tandem omittam Auſtriacam domum, ut plures ſcribunt, ad tãtum rerum faſtigium perueniſſe, quod liberaliſſimus Deus quaſi gratias referre voluerit Comiti Rodulpho de Aſpurgo, familiæ fundatori, quod dum venaretur, & Parochũ cum ſanctiſſima Euchariſtia imbre denſiſſimo de Cœlo cadente, infirmum adeuntem repetiſſet, pallium ad ſacram Euchariſtiam, ac ſacerdotem operiendum, ſibi detraxerit, acceptaq. face uſque ad ægrotum ſit proſecutus; is n. paulo poſt Imperator electus eſt, eiuſque ſucceſſores Archiduces Auſtriæ conſtituti.

QVAESTIO XVII.

An Parochus celebraturus, & mortifera culpa grauatus ſimplici ſacerdoti confiteri poſſit, num ſi nõ ſatis attritus confeſſus fuerit, & celebrauerit, plura peccata admiſerit. Vtrum intendens conſecrare 16. hoſtias ſi ſint 17. oẽs ſint cõſecrata. &c.

RAphael Parochus ruralis, cũ quibuſdam peccatis mortalibus obſtrictus teneretur, ex quibus vnum erat Epiſcopo ſuo reſeruatum, & die Natiuitatis B. Marię Virginis, eſset rem ſacram facturus, & poſt celebratam Miſsam populo ſacroſanctã Euchariſtiam adminiſtraturus, nec vllus adeſset ſacerdos ab Ordinario approbatus, ſimplici ſacerdoti ad confeſſiones fidelium audiendas nõ admiſſo, non ſatis dolens, & pœnitens confeſsus eſt, ſiquidem cum fœmina quadam famula ſua ſe turpiter immiſcere ſolebat, quam tamen expellendi, & à ſe abdicanda firmum propoſitum non habebat. Cum autem eodem mane celebraturus, 16. particulas in pixide conſecrandas poſuiſſet, & tempore conſecrationis earum non meminiſſet, eaſdem communicando diſtribuit, perplexus tamen, & maxime dubitans an eſſent conſecratæ, tùm quia dum ſacra verba proferret, eas ſacrandi actualem intentionẽ non habebat, tùm etiam quia cum 16. ſuper altare poſuiſſet, & 17. ſint inuentæ, ratione incertitudinis, nulla conſecrata ſibi videtur. Nũc hæc omnia confitetur, ex quibus hę difficultates excitantur. Primo an confitendo ſacerdoti non approbato recte fecerit, & ab illis peccatis tàm reſeruatis, quàm non reſeruatis ſit abſolutus. Secundo an cum tunc debitam attritionem non habuerit, dum celebrauit, peccatum admiſerit multis deformitatibus conſtans, nempe quod indigne conſecrarit, indigne obtulerit, ac indigne corpus, & ſanguinem Domini ſumpſerit. Tertio an huiuſmodi formulas populo pro cõmunione exhibendo peccauerit, & idolatriam in ſeipſo admiſerit, ac alijs eam perpetrandi cauſam præbuerit.

Suppoſita, & Praenotiones.

I. SVPPOSITVM.

REſp. Antequam ad has quæſtiones reſpõdeamus, ad memoriam reducendum eſt, ex *Conc. Trid. ſeſ.* 23. *c.* 15. Quamuis presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatẽ accipiant, attamen nullum etiam regularem, excepto mortis articulo poſſe confeſſiones ſecularium etiam ſacerdo-

dotum audire,nec ad id idoneũ reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen,ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem. quæ gratis detur obtineat,priuilegijs, & cõſuetudine quacũq. etiam immemorabili non obſtantibus.

Vnde ſequitur, abſolutionem à ſacerdote non approbato impenſam, inualidã eſſe,cũ iuriſdictio ſiue ordinaria,ſiue delegata ad eſſentiã, vt dicunt, ſacramenti pænitentiæ requiratur,vt per *Conar.l.1. var.reſol.c.* 10.*nu.* 11. vt etiã egimus ſupra.*tract.* 5.*c.*2.*q* 9.*& ſeq.* Quo circa Rectores eccleſiarum ſe inuicem quidem indifferenter abſoluere poſſunt in caſibus tamen non reſeruatis : cœteros vero ſacerdotes pro abſolutione habenda adire non poſſunt,niſi ab epiſcopis ſint approbati.Poſſet rñ,& alicubi deberet Epũs aliquot graues ſacerdotes eligere, qui ſoli aliorum ſacerdotum in vrbe exiſtentium confeſſiones audire poſſent, vt vel ſic eos in eccleſiaſtica diſciplina magis contineret; crebra.n. confeſſorum mutatio moribus regendis, ac in Dei timore,ac pietatis cultu continendis,neq.ſatis accommodata,neq.vtilis exiſtimatur,cum ad eũdem probũ,ac peritũ virum,animi morbos deferre,magnũ,ac ſalutarem pœnitẽti pudorem incutiat,& ingens naturæ ad uitia pronæ iniiciatur frænum. Nõ tamen,ne animis laqueus inſeratur, eſſet ualde cõfeſſio reſtringenda. *Antonucius in Catechiſ. Neap. c.*21.*Synod. Amer.c.*691.

II. SVPPOSITVM.

SEcundo ſuppono tres potiſſimum defectus eſſẽtiales impedire,ne hoc ſacramentum conficiatur, nempe ſi apta materia,uel forma ſufficiens,aut debita ueri miniſtri intentio deficeret . Intentio namq. miniſtri in hoc ſacramento eſt habere propoſitum conſecrandi corpus, & ſanginem Chriſti, vel faciendi id, quod Chriſtus inſtituit, uel eccleſia facere ſolet, & in hac actione intendit.

Quę quidem intentio miniſtri duplex eſt,actualis,ut in actu conſecrationis id faciat, & uirtualis, ut ſi prius actu talem intentionem habuit, uel cum à lecto ſurgit,ſeu manus lauat, ſiue cum ad ſacellũ accedit,ut ſacris ſe ueſtib.induat,& hmõi,nec vnq̃ talẽ intentionẽ mutauit . Et hæc intẽtio ad conſecrandũ ſufficit, oẽq.dubitationẽ à timidorũ mẽtib. tollit.Si tamen formam protuliſſet, & conſecrãdi intentionem habuiſset,& materia pręſens eſset, ſed non determinata,quia nempe eſsent decem hoſtię, & ſacerdos intendiſset nouem tantum conſcerare, tunc nil conficeret, quia ſcire non poſset quę nam conſecratę forent.Nam actus agentium vltra intẽtionem non operantur, & incertitudo diſpoſitionẽ vitiat. *l.non omnis ff.ſi cert. petat. vt per Henriq.de Sacr.in genere.l.*1.*c.*10.§.2.*Bonac.de Sacr.d.*1.*q.*3.§.3.*Molfeſ.tr.*3.*c.*4.*& reſoluimus ſup.tract.* 4.*c.*2. *q* 9.*& c.*11.q. 102.*Tuſch.v.actus concl.*115.*& v.intentio.concl.*65.

III. SVPPOSITIO.

TErtio ſuppono Sacerdoti lethali peccato infecto nũquã licere panis,& vini cõſecrationẽ fingere,nã vt ait Innocentius 3.*in c.de homine.ext. de celebr miſſ.* Licet is qui pro ſui criminis conſciẽtia reputat ſe indignum, grauiter peccet, ſi ſe irreuerenter ad miſsam celebrandam ingerat, grauius tamen videtur offendere, qui ſic fraudulenter pręſumpſerit ſimulare, cum ille in ſolius Dei manum incidat, iſte vero nõ ſolũ Deo, cui nõ veret illudere, ſed populo, quem decipit ſe aſtringat, vt proinde grauius peccet ſic cõſecrarionem ſimulando, quam ad illam cum conſcienria peccati mortalis ſe ingerẽdo. *Suarez.in* 3.*d.*67.*ſect* 4.*Val.tom.*4.*d.*6. *q* 8.*puncto* 2.*Graff.l.*2. *Deciſ.*138.*nu.*37. *Bonac. de ſacr.d.*1 *p* 4 *q.*6.*num.*15. Vnde eadem ratione ſacerdoti,vel Parocho,non habenti hoſtiam conſecratã, vel quam non conſecratam probabiliter dubitat, nec ſanis, nec infirmis, ob quãcũq.cauſam ingruẽtem, vel ob quodcumq. ſcandalum vitandum,non ſacratam porrigere fas eſt. Eſt enim omninò explodenda,& reprobanda Altiſiodorenſis ſentẽtia.*l.*2. *ſumma.tr.v.c.v.q.*4.dicentis, ſi contingat hominẽ in articulo mortis indigere viatico,& nullã eſſe reſeruatam hoſtiam conſecratam ex negligentia Parochi,tunc ad euitandum ſcandalum, licere dare hoſtiam non conſecratam pro conſecrata ; nam ex omnium mente,hic agendi modus manifeſtam dat idolatriæ occaſionem. Cũ ex D. *Auguſt.in pſal.* 98. Nemo cõmunicet,niſi prius adoret. Hinc teſte *Maiolo l* 2 *de irreg.c.*26. Annales referunt. De Hugone ſanctiſſimo, ac doctiſſimo viro, quod tantus fuerit eius ſtomachi languor, vt quidquid ſumeret, ſtatim euomeret: Ideoq. cum ardẽter in extremis ſacroſanctam euchariſtiam poſtulaſſet, fratribus religioſis de vomitu dubitantibus deluſus eſt, allata enim fuit hoſtia ſimplex,non cõſecrata ; quã ille diuina inſpiratione cognoſcens, omnino reſpuit,tantumq.facinus fratribus condonauit; at cũ poſtea vera euchariſtia adoranda allata fuiſſet,reuerenter abſtinuit, & ſtatim orans expiraſſe fertur, ipſa vero Euchariſtia numquam amplius viſa eſt, quaſi animæ ſancti hominis migrantis adhęſerit. *Io.Chap.adminiſtrat.ſacram.temp. peſtis de euch.q.* 29.*Pegna.in ſcholiis ad lucer.Inquiſ.in v.ſacerdos.*

I. Q. RESOLVTIO.

HIs ſic p̃miſſis, ad 1.quęſtionẽ dico, Raphaelẽ non leuiter peccaſſe,cum ante ſacrum faciẽdum,Confeſſario ab Ordinario non approbato cõ-

feſſus

ſeſſus fuit,& præter admiſſum peccatum,tùm à ſe, tùm ab illo ſacerdote,confeſſionem inualidam eſſe; tùm quia confeſſio excepto mortis articulo ei nõ eſt faciẽda,qui non ſit legitime approbatus, uel ẽt ſi ſit admiſſus,noſatim excõicatione ligatur ,vt alias ĩ re ſimilj reſoluimus. *Raguc.in lucer.Paroc.de euch q.24.* tùm etiam quia cum animæ ſuæ labes ſacerdoti illi aperuit,debita attritione,& contritione carebat,quia nempe propinquã derelinquendi turpiter peccãdi occaſionẽ propoſitũ nõ hẽbat ; nã vt ſupponimus, Contritio eſt dolor de peccato, qa ſit eo offenſus Deus , cum propoſito non peccandi de cætero,quę neceſſaria eſt celebraturo,vel eucharistiam ſumpturo,ſi ob ſcandalum , vel infamiam vitandam,ad eam accedendum ſit. Huc enim ſpectat illa Sapientis admonitio. *Prouerb.c.23* Quando ſederis vt comedas cum Principe, &c. ſtatue cultrum in gutture tuo. Etſi.n.aliqui de materiali conuiuio intelligant,ut ſcilicet in Principum menſis, ingluuies,& loquacitas vitetur , alij tamen melius de ſpirituali cibo interpretantur, vt ad ſacroſanctam euchariſtiam ſemper cũ reuerentia ,timore,& tremore accedatᷣ. Idẽ dicẽdũ in alijs actib. gratiam exigentibus , vt in ſacramentorum ex officio adminiſtratione, in mortis articulo.&c. Attritio eſt imperfectus de peccato dolor cum propoſito in futurum cauendi,qui cum ſacramento pœnitentiæ ad gratiam impetrandam ſatis eſt. Imo dolor ſufficiens eſt cum ſacramento,dolere quod non ſatis doleas,& diſplicentia de peccato,cum animo abſtinendi,etiam ſi diſpliceat ob timorem pœnæ , aut peccati turpitudinem , modo ſpes veniæ adſit, vt diximus ſup *tr.5.c.13.q.86.* Et ut habetur in *c.1. & 3.de pænit.d.3.* Pœnitentia eſt mala præterita plangere, & plangenda iterum nõ committere. i. eo tempore quo pœnitet,non committendi de cætero propoſitum habeat, Ac ſatisfactio pœnitentiæ eſt peccatorum cauſas excidere,nec earum ſuggeſtionibus aditum indulgere. Radicitus euellẽda sũt peccata,ſi iterum renaſci nolumus, non.n. qui importunas è domo ſua hirundines eijcere vult, ſatis ſibi eſſe putat,ſi eas bis, aut pluries expellat, niſi earum nidum deſtruat. Triticum in terra natum naſcitur,niſi ab illo formicarum exemplo germinalem partem detrunces; ſic auferẽdæ occaſiones, ſi peccatum germinare nolis. Hinc *D.Cypr. lib.1. ep.11.* Nemo diu tutus eſſe poteſt periculo proximus, nec euadere Diabolum ſeruus Dei poterit, qui ſe Diaboli iaculis implicarit. Vt omittã etiam ſi peccatum,& ſcandalum abeſſet, adhuc tamen ex eiuſdem Doctoris ſententia,à domo ſacerdotis, & Parochi illam famulam abigendam eſſe, ſacerdotis.n.dignitati non conuenit,rem tam ſanctam,tã ſacram à muliere famulatum accipere, quæ ſicut ob ſexus conditionẽ à ſacris arcetur, ita ſacerdos illam apud ſe familiarem habere non debet.

Vnde cum regulariter ſacerdos, qui copia confeſſarii caret , debeat à ſacris myſterijs abſtinere, niſi ſcandalum, aut alia grauis neceſſitas vrgeret. quia tunc contritus ad ea accedere debet, & poſtmodum quamprimum confiteri,

II. Q. RESOLVTIO.

HInc fit,vt ipſe Raphael, qui ſic male diſpoſitus miſſæ ſacrificium fecit, ſacrilegium perpetrauerit, in quo licet aliqui tres peccati prauitates agnoſcant, verius tamen alii vnius tantum culpæ (grauioris tamen quo iniquius erat delictũ quo infectus erat) eſſe prauitatem dicunt , nam vnum eſt tantum ſacrificium, quamuis tribus partibus cõſtet,conſecratione,oblatione,& ſumptione.

Atque hanc quæſtionem ſic reſoluere videntur *Azor p.1 l.10 c.31.q.7.& 11.& Bonac de ſacr. d 4. q.6.p.1 nu.24.& ſeqq.* Si tamen eum peccato mortali,& ſemel cum eccleſiaſtica cenſura, ob quam à participatione ſacramentorum repellebatur,ad celebrãdum acceſſiſſet,duplex peccatum admiſiſſet, ſeu vt alijs placet, peccatum duplicem notabilem malitiam inuoluens contraxiſſet, ex illo.ſ.capite lethalis culpæ.& cenſuræ, atque ideo in confeſſione exprimendum. vt probat *Suar tom.3 d.66.ſect.1. Reginal.l.19.nu.99. Molfeſ.tr.3 c.8.nu* 88.

Et ſi autem,ut dixi,ſi nullus ſacerdos adſit, qui confeſſionem legitime approbatus audiat , cenſeatur Confeſſarij copia carere,& contritione , velut aliqui volunt,ſaltem attritione,ſi neceſſitas cogat, rem diuinam facere poſſit, & ut dictam Confeſſarij facultatem habere non dicatur,illa loci diſtantia requiratur,& ſufficiat,qua prudẽtis arbitrio, ob itineris difficultatem.uel temporis anguſtiam, ſiue urgentia negotia, vel ob periculum ſcandali, ſacerdos hic,& nunc legitimum confeſſarium ſine magno incommodo adire non poteſt. *Graff.l.1. deciſ. aur.c.12.*& alij omnes communiter.

Nihilominus ſacerdos, vel Parochus ex neceſſitate celebraturus, ſi aliquibus peccatis lethalibus reſeruatis,& alijs reſeruatione non affectis grauetur,hæc omnia confeſſario approbato confiteri tenetur;nam cum habeat copiam confeſſarij, qui à non reſeruatis abſoluere valet , iuſtam cauſam habere non videtur, qua à confeſſione præmittenda ſe eximat,cum directe à peccatis reſeruatis,& indirecte à reſeruatis liberari poſſit, dũmodo ſacerdos ex neceſſitate celebraturus proponat Superiorem poſtmodum adire,qui facultate à reſeruatis abſoluendi potitur. Imo ſæpius ex multorum DD. probabili ſententia reſoluimus, excommunicatione & reſeruata conſtrictum, vrgenti graui rem diuinam faciendi neceſſitate, in propoſito caſu à peccatis

abſol.

Digitized by Google

abſolui poſſe, Si vero Parochus, vel ſacerdos peccatis lethiferis eſſet ligatus, & aliquibus uenialib. culpis aſperſus, per ſe loquendo, non tenetur leuiũ culparum confeſſionem præmittere, quia pēccata venialia eccleſiæ clauib. ſubijciendi obligatio non ſubeſt. Per accidens tñ fieri põt vt ſacram ſynaxim ſumpturus, ea ſacerdoti approbato confiteri teneatur, ut ſi non ſe contritũ, ſed tantum attritum agnoſcat, debet per confeſſionem, etiam venialium culparum labes diluere, ut hoc pacto ſaltem peccati mortalis reſeruati indirecto remiſſionẽ obtineat, & ſacramentalis ſic gratiæ capax efficiatur, *Suar. 3.p. d.66.ſect.3.Reginal.l.29.nn.103.Coninch.de miniſtro ſacr. pœnit.d.18.dub.13.nn.106. Bonac.de ſacr. d.4. q.6.p.1.nn.31.* & alij communiter.

III. Q. RESOLVTIO.

AD q.3.reſpondendo dico, Raphaelem graui ſcelere ſe obſtrinxiſſe, ſi cum practico dubio (illud per ſe, vel per alium non deponendo) quod illæ formulæ conſecratæ non eſſent, eaſdem populo pro communione præbuit.

At ad illã dubitationem expellendam illa ſolida ratio illum mouere poterat, quod ut ſupra prænotauimus, uirtualis intẽtio (ſicut in alijs) in ſacramento eucharistię conficiẽdo ſufficit, & ſic ſatis eſt vt ſacerdos dum ſe induit, animũ habuerit formas, uel particulas ſecum allatas conſecrandi, quamuis oblationis, uel conſecrationis tempore, illarum nõ meminerit, Et ſi plures hoſtias coram ſe tenuerit, per vnam uerborum prolationem, modo intentionem non matauerit, nec ea ad determinatum numerum non reſtrinxerit, omnes conſecraſſe cenſetur, ut proinde dicendum ſit, in earum adminiſtratione, uel ſumptione, quidquid ipſe in mente errauerit idolatriam à populo formaliter, ut dicunt, cõmiſſam non eſſe. Sed materialiter tñ perpetratam, *Henriq.l.1. de ſacr.in genere.c.10.Molfeſ.tr.3.c.4. Bonac. de ſacr. d.1.q.3.p 2.*§. 3. & omnes communiter DD. *vt reſoluimus ſup.p.1.tr.4.c.11.q.103.*

Atq. hinc colligimus, ſcrupulos, & anxias dubitationes, vanosq. timores, plerumq. ex ignorantia & inſcitia naſci ſolere, quæ facit, vt quis iuxra pſalm. 13, Trepidet timore vbi non eſt timor, Ignorantia vero, vtpotè mala, & periculoſa cunctorum errorũ mater, in Dei Sacerdotibus maxime vitanda eſt, vt dicit *Conc.Tolet.relatum in c.1.d.38.* & fuſe pſequitur. *Gisbert. de vita eccleſ c.49.cum ſeqq. & Beſſeus de Sacerd.l.2.c.7.* Et nos uariis in locis *in Comment.de hum.vita ſtat.p.1.c.18.& ſup. par.1.de Exam.tr.5.c.7.q.42.ac tr.10.c.2.q.3.*

ARTICVLI QVAESTIONES, ET CASVS ſuper Sacramento Extremæ Vnct. Cap. VI.

QVÆSTIO XVIII.

An Extrema vnctionis ſacramentum ſit à Parocho illi adminiſtrãdum, qui paulo poſt ſumptum viaticum blaſphemauit, &c. Et an improbæ vitæ, & concubinarium ſacerdotem pro ſacramentorum adminiſtratione conducere liceat.

IAcobus Parochus poſtquam Antonio ſubdito ægroto ſacramenta pœnitentiæ, & ſacratiſſimæ Euchariſtiæ pro viatico adminiſtrauit, ab eius conſanguineis (cum ipſum ad mortem properare videant) accerſitus eſt, vt eundem moribundum extremę vnctionis ſalutari præſidio ad omnes oppugnationes Dæmonis fortiter ſuperandas muniat, qui cum longe à rure abſit, Capellanus, vel eius ſubſtitutus, qui communiter improbe viuere, & cõcubinarium eſſe ſcitur, ab eiuſdem Antonij patre conducitur, ad quẽ cum acceſſit, inuenit eũ, tribus horis poſt viaticum ſumptum hæreticales blaſphemias, in Deum, & B.V. conieciſſe, & cum interrogaſſet, an illo etiam ſacramẽto armari vellet, quod non animæ tantum, ſed & corporis ſaluti tantopere prodeſt, nihil ille ad rẽ reſpondit, vnde de eiuſdem diſpoſitione valde ſuſpectus redditur. Quęritur an licuerit talem improbæ vitæ ſacerdotẽ accerſere vt moribundi animæ ſaluti conſuleret, & quid in tali caſu agere debeat Capellanus.

I. SVPPOSITVM.

REſpondeo, Suppono 1. Extremam vnctionem, ſic dictam quod detur homini in extremis agenti, vel quia inter ſacras unctiones quas Christus eccleſiæ ſuæ commẽdauit, hæc vltima ſit adminiſtranda, nihil aliud eſſe, quàm ſacramentũ nouæ legis à Chriſto Domino inſtitutum, vt ſacra vnctione, & ſacerdotis oratione in certis partibus corporis infirmi probabiliter de vita periclitantis, corporis, & animæ ſalus efficiatur. Sacramentum eſt loco generis à Chriſto, inſtitutum cauſam efficientem deſignat, nam Chriſtus illud inſtituit, reliqua verba vnctionem, & ſic materiam proximã, formam, & effectus huius ſacramenti ſignificat. *Catechiſ.Rom.de extrema vnctione.c.3.Cõc.Trid. ſeſſ. 14.c.1.& ſeq. Suarez.tom.3.d.39.ſect.1.Coninch. diſput.19.dub 1. Reginal l.28.c.8 num 43.Nauar. c.22.num.12.Tol.lib.7.cap.1.Henriq.l. 3.cap.8. Bartholom. ab Ang.dialog.3.*§.76. *Molfeſ.trac.4.c. 3. Rodriq.in qq.regul.tom.3 q.79.art.2.Sà.in v. ext.vnctio. & alij.* Eius vero ſubiectum capax ſunt

adulti, in mortis articulo, vel periculo conſtituti, etiam ſi actualiter, vt DD. aiunt, numquam peccarint, ſiquidem pueris ante vſum rationis cum hoc remedio non indigeant, hoc ſacramentum non cōfertur, illis tamen in nono, vel decimo anno decedentibus, dari poteſt. Nec etiam adultis dum ſani ſunt administrari poteſt, & ſi de facto eis daretur collatio non valeret. Quod ſi morbo liberatus iterum periclitetur, iterari valet, & quidem in diuturnis morbis, vt hydropiſi, quoties periculum redit. At certum eſt illi denegandum, quem conſtat rationis uſum in malo ſtatu amiſiſſe, cum nec aliorum ſacramentorum capax cenſeatur.

Huius porro ſacramenti miniſter non quiuis ſacerdos eſt, ſed proprius ægroti Paſtor, aut alius ab eo expreſſe, uel tacite, poteſtatem habens. *Clem. 1. de priuileg.* vbi ſacerdotibus etiam religioſis interdictum eſt ſub excommunicationis pœna, ne ſine debita facultate, hoc ſacramentum adminiſtrent. *Sayr. l. 3. de cenſ. c. 29. n. 26. Hēriq. l. 3. c. 13. Suarez. to. 4 d. 48 ſect. 2. Reginal. l. 28. n. 61. Coninc d. 19. num. 27. Molfeſ. tr. 4. c. 3. nu. 32. Bonac. de ſacr. d. 7 q. 1. p. 4. Fillinc. tr. 3. c 5. Man prel. reg tom. 1. q. 49. ar. 1.*

II. SVPPOSITVM.

SEcundo ſuppono veteres chriſtianos in viatico adminiſtrando primo ſacro oleo ægrotos inūgere conſueuiſſe, deinde ſacratiſsimū Chriſti corpus eiſdē porrexiſſe. Vnde D. Bernardus deſcribens mortem Malachię epiſcopi Hyberniæ, ſic ait, Nec lōge aberat dies ipſi cum talia loqueretur B. Malachias, interea iubet ſe ſacro oleo vngi. Exeunte conuentu fratrum, vt ſolēniter fieret, non vult vt ad ſe aſcenderent, ipſe deſcendit ad eos. Iacebat ſiquidem in ſolario, domo ſuperiori, vngitur, & ſumpto viatico, fratrū ſe orationibus, & fratres commendans Deo, ad lectum reuertitur. Et in vita *S. Gulielmi* Archiepiſcopi Bitur. apud *Surium tom. 1.* ſic leg ī. Vnctionis ſacramentum humiliter, ac deuote ſuſcepit, eo percepto, ſacroſanctam eucharistiam ſibi porrigi inſtantiſſime poſtulauit, vt tanto itineris duce munitus, poſſet ſecurius hoſtium cuneos penetrare.

Nos hoc tempore primū ægrotos ſacro viatico cōmunimus, deinde poſt aliquot dies, morbo inualeſcente, oleo ſancto inungimus: & vterq. ritus ſuis rationibus non caret. Veteres cōſiderabant, extremam vnctionem tum ad peccata, ſeu peccatorum reliquias, tum ad corporis ſanitatem recuperandā inſtitutam eſſe *Iacobi c. v.* vnde ad illud tempus nō differebant, in quo medicorum iudicio deſperata eſt ſalus, ſed cum morbus periculoſus cenſebatur, continuo ad illam confugiebant. *Surius in vita S. Hedauigis Duciſſæ Polon. tom. v. 15. oct.* Noſtro veto tempore ægroti cum extremæ vnctionis mētionem fieri audiunt, de ipſorum vita actum eſſe putant, eaq. de cauſa cognati, vel amici, ne ægros terreant, quamdiu poſſunt, hoc ſacramentum reijciunt. In multis enim error ille pernicioſus inualet, quo ſuperſtitioſe credunt, ſe poſt huiuſmodi ſacramenti ſuſceptionem, omninò migrare oportere.

Secundo extrema vnctio præmittebatur, tāquā præparatio, & diſpoſitio ad altiſſimum Euchariſtię ſacramentum, quod maximam puritatem requirit, cum, vt dixi, per eam peccata remittantur, &c. Hodiernis vero temporibus inuertitur ordo, eo quod ſæpe accidat, vt vnctionis ſacramentum, ne infirmis mortis metus, & terror incutiatur, homines in longum tempus differant, & periculum imminet ne interim morbo grauati, vel rationis vſum amittant, vel alia de cauſa inhabiles ad ſacroſanctam euchariſtiam percipiendam reddantur, & eo ſaluberrimo ſubſidio careant. Vnde nunc ex recepto communi vſu eccleſiæ, hæc diſpoſitio in ſuſcipiente hoc ſacramentum requiritur vt prius ſacramentum pœnitentiæ, & euchariſtiæ receperit, deinde quò ipſius effectus conſequatur, debitam deuotionem, ac pietatem ad illam afferat, *Catech. de ſacr. vnct. num. 12. Belar de art. ben. mor. l. 2. c. 7. Coninch. diſp. 19. n 16.*

III. SVPPOSITVM.

PRęter alia igitur pietatis officia, quę Parochi plebi ſibi cōmiſſæ præſtare tenentur, id etiam non omittere debent, vt ægrotos ſuæ curæ viſitēt, & tanquā ſpirituales animarum medici ſalutaribus ſacramentorum medicinis, animas ab omni lāguore curare ſtudeant, illudq. præcipue opportunis exhortationibus conari, vt ſacramentum extremæ vnctionis cum vitæ periculum imminet, non ſolum libenti animo ſuſcipiant, ſed magna etiam fide, ac voluntate, ſibi miniſtrari petant, tanquam efficax animæ, & corporis remedium, quando ægrotorum ſaluti magis expediat, adeo vt cum ſaluris ſpiritualis proximi neceſſitas vrget, etiam cum vitę periculo ſit à Parocho hoc ſacramentum adminiſtrandum, *vt per Suarez. tom. 4. diſp. 44. ſect. 3. Molfeſ. tr. 4. c. 3. num. 52. Fillinc. l 1. q. 5. Sanchez. de præcep l. 6. c. 2.* ubi *num 60.* ait quod ſi Parochi tempore peſtis, ſpiritualis proximorum ſaluris procurādæ miniſterio non ſufficiunt, regulares mendicantes, & alij mixtam agentes vitam, iuſſu proprii Prælati, eos adiuuare tenentur, quia hoc non eſt ſupra eorum regulam, ſed ſecundum illam, cum eorum munus ſit eſse Epiſcoporum, & parochorum coadiutores in ſpirituali ſalute hoīum procurāda, & ob id fideliū eleemoſynis ſuſtentant, vt optime tradit. *D. Tho. 22. q. 187. ar. 1. & 188. ar. 4.* Illudq. vt obſeruandū extrema vnctio ægris præbeatur dū ad

huc

huc mente, & ratione vigent, nec ad illud tempus differatur, cum iam omni ſalutis ſpe amiſſa, vita, ac ſenſibus pene carent; quandoquidem conſtat, ad vberiorem ſacramenti gratiam percipiendam plurimum valere, ſi æger ſacto oleo liniatur, cum fidē, & religioſam animi ſui voluntatem afferre poteſt; vt proinde grauiter peccent Parochi; qui illud tēpus ægroti vngendi obſeruant, cum iam omni vitæ ſpe abiecta, ſpiritu deſtitui incipiunt, vt ait. *Catechiſ. Rom. de extrema vnct. c. 6. Nald. in v. extrema vnct. nu.* 10. Sic inter alios fecit. S. Elzarius comes Arrianus, q in agone cōſtiturus, grauiſſimos, eoſq. perpetuos dolores patientiſſime ſpe futurorum tolerabat, ſpiritus eius iugiter coniunctus cum Deo fuit, volebatq. nihilominus Chrī paſſionē ſibi legi, ſumptoq. Dominico ſacramento, cum ſacro oleo vngeretur, & verſum illum dicerent, Per ſanctam crucem, & paſſionem tuam libera eum Domine, ipſe eundem tertio reperiuit, & addidit, Hæc eſt ſpes mea, in hac volo mori. teſte Surio in eius vita. *tom 5. die* 27. *Sept.*

Attamē ut ægrotus, pro vt innui, illius effectus cōſequatur, diſpoſitionem in ſuſcipiente requirit, nēpe vt expreſſe, vel tacite illud petierit, & peccati obex per pœnitentiæ ſacramentum abſtulerit, & ex communi nunc eccleſiæ vſu, prius euchariſtiam ſuſceperit. Et etiam exigitur vt in probabili mortis periculo ſit conſtitutus. Propterea curare debet Parochus, vt cum infirmum inungit, aſtantes genuflexi illam ſanctam actionem pijs precibus adiuuent, hac. n. ratione religioſi ſigno campani æris dato, cū quis ex fratribus ſacro munitur oleo, in decumbentis cellam conueniunt, tùm vt eius precibus ſi illum Dominus euocabit, ſe commendent, tum vt proficiſcētem animam orationib. ipſi iuuent. *D. Greg. Rit.* Ro. *de ext. vnct. l. 4. dialog. c.* 19. *&* 37. *Platus de bono ſtat. relig. l.* 1. *c.* 31. *Dauroi. in catech. hiſtor. to.* 4. *c.* 8. *tit.* 8. *Catechiſ.* Rom. *n.* 12. *Camerot. tr.* 10. *c.* 6. *Reginal. l.* 28. *n.* 73. *Coninch. d.* 19. *num.* 16. *Molfeſ. tract.* 4. *c.* 3. *nu.* 44. *Poſſeu. de off. cur. c.* 9.

IV. SVPPOSITVM.

QVarto Prēmittendū, triplicē eſſe ſuſpicionē, nempe temerariā, quæ nullo probabili fundamento nititur, ac proinde iniuſta, & ratione carens; & illis de quibus talis ſuſpicio habetur, Paſtor ſacramēta miniſtrare tenetur, quia nulla ſubeſt cauſa, cur illi ſacramentum denegari debeat, qui cum vir bonus ſit, & vt talis habitus, ius ad illud petendum, & recipiendum habet. Secunda eſt probabilis, quando ad generandum dubium, non vero ad iudicandum ſimpliciter de peccato alterius, ſufficiens ratio intercedit. Et huiuſmodi ſuſpectis ipſa ſacramenta præbere Parochus aſtringitur, quia *Pa*ſtor tantum dubitat, an æger lethalis culpæ pondere grauetur. Et qui non probatur ſufficiēter malus, bonus præſumendus eſt, ac proinde ob prædictam ſuſpicionē iure ſuo nō priuādus. Tertia eſt violēta, quę probabili rōne deponi neqt, vt qui v. g. ſolus cū ſola in loco ad fornicandū apto viſus eſt; ſi tñ iſte in mortis articulo cōſtitutus ſit, & delictum neget, & alioqui ſigna bonæ diſpoſitionis oſtendat, à ſacramentorum perceptione arcendus non eſt, tùm propter periculum, quia fieri poteſt vt cum ſacramento ſalutem conſequatur, qui ſine illo damnaretur, tùm quia illæ circumſtantiæ ad deponendam ſuſpicionem in mortis articulo magni ponderis eſſe videntur. *Suarez. tom.* 3. *q.* 80. *d.* 67. *ſect* 6. *Io. Chap. de euch. adm. in art. mor. q.* 12. Et experientia docet, multos phreneſi actos, & ob morbi grauitatē, rōnis tunc vſu priuatos, cum interrogantur an extrema vnctione muniri velint, negare, imo apertis verbis illam auerſari, qui tamen ſi mentis eſſent compotes, hoc ſpirituali remedio carere nollent. *Poſſeu. c. v. nu.* 13. *Filliuc. tract.* 3. *c.* 6. *q.* 6.

Caſus, & Quæſtionum reſolutio.

HIs hoc modo aīaduerſis, dico Primo, ſi probus ſacerdos haberi nequeat, licere in neceſſitate ſacerdotem improbum, & à diuina gratia alienum inducere, ac conducere, qui ſacramentum adminiſtret, & ægroti, vel moribundi animę negotiū agat, quia actio de ſe bona, & laudabilis petitur, quam ſacerdos ille ſi vult, ſine peccato præſtare poteſt, ſi pœnitere, & reſipiſcere velit; ſiquidem eius obiectum ex ſe honeſtum eſt, & ad uirtutem religionis pertinens. Sicut inculpate iuramentum ab Ethnico petitur, qui per falſos Deos iuraturus eſt, & mutuum ab eo, qui vſuras eſt exacturus. &c. hmōi.

Nec id proprie eſt ad malū inducere, ſed ad id ad quod ius eſt petenti, quod quidē aliter facere tenetur, atq. adeo benefacere, quare ſi nō vult ſe in gratiam recipere, vt id agat, in ipſum culpa conijcitur, vt ex generalibus principijs de ſcandalo conſtat D. *Thomas in* 3. *d. q.* 64. *art.* 35. *Sot. in* 4 *d.* 1. *q.* 5. *ar.* 6. *Vaſq. in opus. de ſcand. art.* 7. *&* 8. *dub.* 4. *Filluc. tr.* 1. *c.* 8. *q.* 7. *Molfeſ. tr.* 8 *c.* 10. *num* 5. *Comitul. l.* 5 *q.* 14. Et ſi adſit ſpecialis iuris prohibitio, qua fideles à ſacerdote publice concubinario ſacramenta recipere prohibētur. *c. nullus, & c. præter. d.* 32. quam etiam hodie obligare putat. *Nau. in Manu c.* 25. *num.* 76. probabilius tamen eſt illam prohibitionem ſublatam eſſe, & ad Concilium Conſtantienſe, & Baſilienſe redactam, vt tantum concubinarios nominatim, ac publice ſuſpenſos afficiat, vt proinde ſi alius ſacerdos haberi nequeat, eadem ratione eos ob vrgētem neceſſitatē aduocare liceat, quia vt dixi, honeſta actio ab illis poſtulatur, quam ipſi ſua

F 2 mali-

malitia,& impuritate commaculant; quod ſignificat, *Nicolaus Papa in c.ſi.q.* 8. cũ ait, Adulterum ſacerdotem miniſtrando ſacramentũ, inſtar facis ſe tãtum lædere, & vnde alijs commodũ exhibet, ſibi diſpendium præbere. *Sayrus de cenſ.l.7.c.12. num.20.Chap q.22.* Ex quo incidenter cognoſcere licet, in quam malo, vt alibi aduerti, ſtatu illi verſẽtur, qui curata beneficia poſſident, & vicarios ſine delectu ponunt, ignaros, ſ. & improbos, non quærentes qs melior, & doctior ſit, ſed quis minori mer cede inſeruiat, oues ſalutis diſcrimini exponentes. Secundo dico, Capellanũ inquirere debere an Antonius ægrotus, qui tàm impias blaſphemias euomuit, in phrænesim inciderit, ſi enim ea vexarur, hoc ſacramentum denegandum non eſt; cum per alia ſacramẽta chriſtiano more ſuſcepta, tacite hoc petierit, ac ad illud ius acquiſierit. Si neſcitur an ſit phræneticus, & mentis æſtu laborer, in dubio talis iudicandus eſt, quod facile interrogationibus eum pulſando deprehẽdetur; atq. ideo nec extrema vnctione, nec poſt mortem eccleſiaſtica ſepultura priuandus eſt. Sicut etiam alias diximus, ex probabili multorum ſententia, moribundum, qui nullũ poteſt exprimere peccatum, nec cõfeſſarium petiit neq. ullum contritionis ſignum exhibuit, poſſe ſacramentali abſolutione donari, ſi aliàs erat uir bonus, nec notorius peccator, de quo nõ conſtat in tali malo ſtatu decedere; nam talis bene diſpoſitus præſumitur, & quilibet cenſetur probus, donec oppoſitum probetur, *Poſſe. l.c.c.13.nu.7. Chap de adminiſt.ſacr.tempore peſtis.de ext.vnct q.20.Molfeſ. tract.7.c.v.nu.* 48. Partes tamen vice Curati ſunt moribundo aſſiſtere,& ſi forte ad mentem redierit, ad veram pænitentiam inducere, cum enim ſit Paſtoris loco, tenetur omni modo, & via, dum halitus ſupereſt, moribundi ſalutem procurare. *Tol. l.5.c.5.Vgol.de off.epiſcopi p.1.c.15.§.11. Baſſus de Cur.anim.p.4.c.12.*

CAP. VII.

QVÆSTIO XIX.

Vtrum Parochus cunctando ad ægrum ſacro oleo vngendum accedere.m.p. An ſit irregularis eo quod ob eius impetuoſum motũ ægrotus mortuus ſit, & an ante alia ſacramenta illud impendendo, peccauerit, &c. An confugiens ad ſacerdotem portantem oleum ſanctum ad infirmum, eccleſia immunitate gaudeat.

FLorianus Parochus in adminiſtratione ſacramentorum non ſatis aſſiduus, ac diligens, cũ ad Sinibaldum pauperem, deſpectũ, repẽtino mor bo correptum, in ſpiritu iuuandum, bis uocatus eſſet, & lento gradu cũ S. oleo ad eũ acceſſiſſet, & ſen ſib. carẽtem repetiſſet, dũ illi extremã vnctionẽ adminiſtrat, & poſt binas vnctiones, cũ quodam in pa tientiæ motu reuolut, moritur, cui tamẽ etiã alias, quæ ſupererant, vnctiones adhibet. Cũ aũt uas in quo oleum S. continetur, domum rediens manib. gereret, Octauius qui ira accenſus in rixa Nazariũ occiderat, ad eũ confugit, illiq. amplexatus eſt, vt ſe à ſatellitib. tutũ redderet, & eccleſię immunitate gauderet. Quęritur an quadam perſonarum acceptione cunctando ad ægrotum illum pauperem accedere, Parochus mortaliter peccauerit. Secũdo an ſit irregularis, eo quod vngẽdo quodã iræ impe tu eum mouit, & ſtarim mortuus eſt. Tertio an ipſi Sinibaldo extremæ vnctionis ſacramentum ſit rite, ac prudenter collatum. Quarto an cum illum reum a ſe vi depulerit, & ab eiſdẽ ſatellibus ſit captus, cõtra charitatem, & iuſtitiam peccauerit.

Suppoſitum, & Documentum.

DImidiatum oĩbus ſuis alimentũ Paſtor præbet, ſi verbis tantum alat, & exemplo; his vtique ſuperaddat opiparas ſacramentorum dapes, à Chriſto Domino inſtitutas; triplex enim hoc pabu li genus à ſuo Curatore ſpirituales oues omni iure requirunt. vt ait. *D. Bernardus l.3. de conſid.* In quibus adminiſtrandis, longe maior diligentia, ac ſtudium ab eo exigitur, quàm in quibuscumq. alijs functionibus, per alias enim quaslibet, fideliũ mẽtes ad diuinam gratiam diſponit tantum, & excitat, per ſacramenta vero gratiam ipſam, atq. adeo Chriſti merita illis vere communicat, & animarũ ſalus, quæ præcipuus ſcopus eſt, ad quẽ omnes Paſtoris conatus, & labores dirigendi ſunt, in pio ſacramentorum vſu præcipue poſita eſt. Et quando ſpeciatim hoc ſacramentum ægroto adminiſtrat, de quo dubitatur, an mortuus ſit, ſub conditione conferendum eſt; ex communi enim ſententia; ſic faciendi grauiſſima neceſſitas vrget; ſiquidem fieri poteſt vt infirmus ex attrito contritus fiat, ſi viuit, & ita æternam ſalutem conſequatur, &c. Et in dubio pro ſacramentorum adminiſtratione inclinandum eſt, quãdoquidem vbi de periculo ſalutis agitur, tutior pars eſt eligẽda. *Iaſ. in l.1.C. de ſũma Trinit. & fide cathol. Io.Chap.de adminiſtrat. ſacr. tempore poſt.c.3.q.14. & c.5.q.itidem* 14. Vnde eum nõ ſolum non declinare huius ſancti officij laborem oporter, verum ad id magno cum ſtudio, atq. charitate, vigilate; nec ſolum cum eius opera exquiritur præſto adeſſe, ſed ſua ſponte opperiri, explorare, atq. cum alacritate obire ægrotum tpa dẽt. Aquila, ut eſt in apologis, cum phœnicem interrogaret, cur ſe incendio traderet? Reſpondit, quia in hoc igne non doleo, ſed delector, dum in alterius generationem, & ſalutem, totã me ipſam effundo, vt eſt apud

D.Cyri-

D. Cyrillam in quadrip. Apol. 3. n. 24. Nimirum cuncta ſua beneficia non ſine magna delectatione liberalis natura communicat, & omnis beneficentia iucunditatem comitē habet. Et vt ait. *D. Greg. Nazian. l. 7. ep. 27.* Tanto celerius quis à peccatis ſuis abſoluitur, & eò facilius gratiam pro ſe coram Domino inuenit, quāto magis de ſalute populi ſui ſolicitus eſt. Quod ſi Parochum accerſitum moram feciſſe, vel rem negligentia omiſiſſe, & ob id deceſſiſſe aliquem ſine ſacramento compertum fuerit, præterquam quod illius culpæ reus apud Deum arguetur, graues ab eo pœnas Epiſcopus repoſcere debet, hoc enim peccatum ob damnationis periculum grauiſſimum eſt. *Gen. in Man. Paſt. c. 61.* Et ſi ex Theologorum placito, pro vnius animæ ſalute, propriam vitam exponere neceſſe eſt, multo magis proprium honorem, & exiſtimationē, ſi properando, & vt aliqui volunt, currendo illius aliqua iactura facienda ſit: nihilominus cum de caſu mortis ſine ſacramentis, nec neceſſarij curſus non conſtet, prudenter aget Curatus, ſi haud currendo feſtinauerit, quia nec Deus, nec eccleſia ad hoc obligat, vt quis, fatuus, & riſu dignus appareat. &c. *Galet. in 5. preceptum. Roderiq. in qq. regul. tom. 2. q. 46. ar. 9.* Vt etiam omittam experientiam teſtari, cum qui nimium properat, ſerius plerumq. rem abſoluere, & non aliter, teſte Platone, atq. iis, qui pertur bati feſtinant, accidere ſolet; vt veſtem aliquando, aut calceos peruerſe induant, quæ res poſtea moram affert. *Poſſeu. c. 5. num* 38. Vulgato pronun tiato fertur maturandum quidem eſſe, & acceleran dum, paulatim tamen, & pręmeditate, ne nimia feſtinatio, & parum conſiderata ridicula, aut periculoſa ſibi ſit, neue prælonga mora pernicioſa alteri ſit futura, ſed mediocritas, & modus in omni re ſeruandus; quod eleganter duabus notis hierogliphicis nempe teli, ac remorę, ob oculos poniturі, ſiquidem recte ex his medijs cōſtituetur, cum nimia oīa iuxta Plautum in Pœnulo, hoībus nimium negotium exhibeant. Quò autem Parochorum oſum cura, & ſtudium in huius ſacramenti adminiſtratione magis incitetur, ignorandum ab eis non eſt, memorandum illud D. Malachiæ Epiſcopi exemplum, is n. cū incuria ſua mulier quædam ſacramēti huius ope deſtituta deceſſiſſet, tantum ex ea re, ac tam vehementem animi dolorem cępit, vt cum noctem ipſam per gemitus, ac lachrymas egiſſet, Deum aſſidue orans vt & eam ſibi culpam ignoſceret, & mortuæ fraudi eſſe ſuam negligentiam minime pateretur: & pro ſacro oleo, quod ei non miniſtrauerat, animarū imbre eius corpus proluiſſet; factum eſt diuinitus, vt mane illa reuixerit, & velut è ſomno excitata, lecto ſe ſe erigens, à Malachia ſacram ſibi vnctionem adhiberi poſtulauerit, eaq. accepta, à morbo conualuerit: quare magna huic ſacramento religionis facta eſt acceſſio. *D. Ber. in vita eius, & Surius die 5. Noveb. Daur. tom. 3. exemp. c. 5. tit. 50. exemp. 7.* Propterea inſtitutum eſt vt toties etiam hoc ſacramentum repeti poſſet, quoties infirmitas mortisq. periculum redire continget, nā & neceſſitates, & tentationes redeunt, ad quarum ſubſidium hoc ſacramentum ordinatur. In vna tamen eademq. infirmitate, & periculo, repetere non licet, niſi ex illa conualuiſſet, idq. prudentis Iudicio relinquitur. *Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 3. Molfeſ. t. 4. c. 3. n. 55. Roder. to. 3. qq. regul. q 79. art. 4.*

COROLLARIVM.

QVo etiā fit vt ſacerdoti nolenti hoc, vel aliud ſacramentum niſi pro peccunia adminiſtrare, liceat eam illi dare, quò prauam illam voluntatē abijciat, & debito modo conferat, & morti proximum ſenſu, & loquelæ vſu carentē, qui pænitentiæ ſacrum recipere nō potuit, in ſpū iuuet cū fieri poſſit vt huius ſacramenti præſidio de attrito contritus fiat proindè ſalutem conſequatur, qui aliàs dānaretur. Hoc enim nō eſt ſacramentum emere, ſed inducere, ut malum propoſitum commutet, & iniuriam rebus ſacris non inferat, ad quas moribundus ius habet. *Leſſius l. 2. c. 35. d. 7. Suarez. to. 1. de relig. l. 4. c. 12. Reginald. l. 13. c.* 167. *Nald. in v. ſacramentum. num. 7. Bisfeld. de adminiſtrat. ſacram. temp. peſt. c. 3. q. 4.* Atq. eadē ratione. *c. 5. q. 4.* illam quæſtionem tractans an ſacerdos Parochus teneatur miſſæ inceptum ſacrificium deſerere, quò peſte infectis, vel alijs in mortis articulo conſtitutis, hoc ſacramentum miniſtret, reſoluit, ſi antea ægro pœnitentiæ, & euchariſtiæ ſacramenta, ob eius indiſpoſitionem præbere non potuit, miſſæ inchoatum ſacrificium deſerendum, vt ſubdito extrema neceſſitate ſpirituali laboranti, huius ſacramenti pręſidio ſuccurrat.

Qua vero pœna in foro exteriori ab eccleſiaſticis Iudicibus affici debeat Parochus, ex negligentia permittēs aliquem de ſua parochia abſq. ſacramēto ex hac vita decedere. licet *Nau. cōſ. 3. de Paroch. & conſ. 3. de pœnis, & Sayr. eodem tit.* Deciſ. 3. dicant, hoc eſſe Iudici arbitrarium, *Riccius* tamen *in Deciſ. Cur. Neap. Deciſ.* 106. arbitratur pænam ſuſpenſionis ad biennium infligendam eſſe, cū enim in officio deliquerit, conſequēter in eo plecti debet. Et vt ait, *Tuſch. v. pœna concluſ.* 216. Regulare eſt, omnes qui ad aliena negotia gerenda prępoſiti ſunt, ſi ea negligunt, quę ad eorum officium ſpectāt, iuſta de cauſa his perpetuo priuari. Si autem vt à nōnullis Epiſcopis, aliquādo fieri ſolet, Parochus in pœnam huius delicti beneficij fructibus p aliquod tempus priuaretur, de bonis eccleſiæ, ut ſe alere poſſet aliquid dandum eſſet, ne fame pe-

rire, vel mendicare cogeretur. *Abb. Butr. & Felyn. in c. Apoſtolica. ext. de except. & in c. Paſtoralis. de appellat. Rebuff. in praxi beneſ. rub. de mod. amitt. beneſ. num. 66. Fillinc. in pract. crim. can. c. 33. Farinac. in frag. crim. p. 1. §. clericus Sacerdos.*

I. Q. RESOLVTIO.

VNde his prænotatis dico Florianum nō leuis culpæ reum fuiſſe cum in accedendo ad Sinibaldū pauperē ſubito morbo correptū, tā ſegnē, ac tardum ſe præbuit, illius animæ ſalutem in tam pernicioſum diſcrimen conijciēdo. Quotieſcumq. ſacri temporis ratio, vel ſpiritualis animarum neceſſitas vrget, ſe facilem, paratū, ac ſuo mō feſtinū, nulla interpoſita mora, nulla proprij cōmodi habita ratione, curatus ſe exhibere debet illius proloquij aliàs à nobis vſurpati memor,

Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis.

Cagnol. in l. in cōdemnatione. §. vnicuique. ff. de reg. iur. *Bellon. de poteſt. eorum. & c. l. 1. c.* 32. nu. 11.

Sunt qui tradunt, credi ſolitum formicam eò numquam exire, quò veſpertillio vel ſemel acceſſerit, atque ideo formicam ſub veſpertilionis ala poſitam damnoſæ moræ, ac tarditatis ſignificatum habere. teſte Pierio in *Hieregl. l.* 25. Sic in ſimili admonet D. *Baſil. in exhort. ad baptiſm.* vafrum hunc ſæpe Dæmonis aſtum eſſe, qui futura meliora pollicetur, vt præſentem bene gerendæ rei facultatem prætereamus, atque inani ſpe nos deludat. *Et D. Auguſt. ſerm. 16. de verbis* Dom. hanc uocem coruinam appellat, quæ ſonat cras cras, cum nemo ſibi diem craſtinum polliceri queat, vt proinde etiam *Simplicius in Ench.* Epict. c. 68. protulerit,

Infelix ſemper, qui in longum tempora differt.

Atque in hac ſacramentorum adminiſtratione cum æquali affectu, & diligentia, omnibus ſuccurrere debet, lucernæ. n. Parochus comparatur, quia lumen omnibus æque cōicat. Et ſicut Sol nō eſt alius pauperi, alius diuiti, ſed oīb. cōis, ita ſacerdotem, non perſonam, ſed rem ſpectare oportet.

Balneatores ueteri enuntiato æquiſſimi homines dicuntur, quia pauperi ut diuiti æquis portionibus calorem in balneo adminiſtrant. *Buſſaus in Arca medica v. acceptio perſonarum.* ubi etiam per hoc addit, concionatorem abſq. perſonarum reſpectu debere potentium peccata redarguere.

Plane longo temporis uſu compertum eſt, hanc perſonarum acceptionem inter parochialia miniſteria, multa mala in populis inuexiſſe, dum. n. pauperes ſe uident à ſuo ſacerdote contemni, dum illū minus de ſua ſalute ſolicitum, totum vero in diuitum, ac nobilium obſequijs intētum cernunt, indignātur, obmurmurant, & q̄nq. à ſacramentis ipſis auocantur, ut proinde à lethali culpa aliquando Parochus ob hæc nō excuſe. Chrs Apoſtolis præcepit, ut nō diuitibus tantum, ſed omnibus hominibus prædicarent, quia ſicut Deo cura eſt de omnibus, ita & Rector de omnibus ſolicitus eſſe debet, qui ſuæ curæ commiſſi ſunt. Quod ſi in aliquibus cura, & diligentia excedendum ſit, hoc potius in pauperibus, quàm in diuitibus ſeruetur, ſicut ſuo exemplo Chriſtus docuit, qui licet propter omnium ſalutem ueneat, cum turbis tamen, & abiectis hominibus uerſabatur. *arg. idem Buſſeus in arca medica. v. Acceptio perſonarum.* §. 10. Vnde ſacri canones, & concilia, inter Parochi munera illud præcipuum ponunt, ut pauperum, & miſerabilium perſonarum paternam curā gerat, quod ni faciat, ut Florianus hic arguitur, iuſtitiæ leges labefactat, & ſe ipſum graui noxæ annectit. Subtiliter Anacharſis leges aranearum telis cōparabat, nam ut illis infirmiora aīalia retineri, ualentiora tranſmitti, ita his humiles, & pauperes coſtringi, diuites, & præpotentes non illigari aiebat, ut merito etiam ille dixerit.

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores, &c.

Vide Bonauen. in qq. circa regulam. q. 23. *& Holchot. ſuper Eccl. c. 5. lect.* 65. ſuper illud, Iuſtifica puſillū, & magnū ſimiliter. *Petrus Bleſſ. ſerm.* 47. Sacerdotes appellat Chriſti Redēptores, ac coadiutores, quod in animarum ſalute cooperentur Saluatori, qui non reſpicit perſonas hominum, & cui cura eſt de omnibus. Carolus V. dicere ſol. bat, ſicut Sol tā egenis, quàm diuitibus æquali modo ac menſura ſe diſpenſat, ſic Principum, ac Rectorum eſt, ſine ullo perſonarum reſpectu, iuſtitiam cunctis adminiſtrare. Hinc quidam pius Princeps ſymboli loco, ardētem facem depingi iubebat, cum hac inſcriptione, Alijs inſeruio me, ipſum conſumo, indicans Rectores inſtar f. cis, ac candelæ exiſtere; nam ut hæc omnibus lucem præbet, & ſeipſam conſicit, ſic uerus Gubernator omnium negotia, etiam ualetudinis, nedum rei priuatæ detrimento, ſuſcipere debet, & æquali iuſtitiæ temperatione iudicare, ut etiam proſequitur Titelmannus ſuper *Pſal.* 100. illū verſ. exponens, Perambulabam in innocētia cordis mei, in medio domus meç. Ideo, ut ſup. ſignificatū eſt, acceptio perſonarum regulariter lethalis eſt culpa, niſi ex materiæ leuitate excuſetur. *Vaſq. de beneſ.* 2. §. 3 *dub.* 1.

II. Q. RESOLVTIO.

SEcundo dico, hunc Curatum, qui ægrotum ad unctionē impendendam reuoluit, ſi decedat, & aliqua ipſius Parochi leuis tm̄ intercedat culpa, ab irregularitate immunem eſſe, cum hic nullum delictum, uel ſaltem leuis culpa admiſſa ſit, per ea, quę tradit *Sanchez. l. 9 de matr. d. 32. num. 29. Poſſev. c. 9. num. 17. Viual. in Cand. aurea. de irregular. ex homicid. caſ. num.* 246. *Onat. p. 2. tr.* 12.

Ter-

III. Q. RESOLVTIO.

TErtio dico cũ inſipiẽter egiſſe, cũ moribundũ añ oĩa alia ſacramẽta ſacro oleo unxit, Etſi.n. hoc ſacramentum illis denegandum non ſit, qui aliquo repentino caſu correpti illud petere non ualent, dummodo antea piè, & catholice uixerint, & ſolitis temporibus alia ſacramenta ſumpſerint, qñ tamen infirmus ita morbo præuenitur, ut ad ſuſcipienda pœnitentię, Euchariſtiæ, & extremæ unctionis ſacramenta tempus non ſuperſit, danda eſt opera, ut quò ad fieri poteſt, pœnitentia, & poſtea Euchariſtia prius, ac potius, adminiſtret. Et abſolui poſſe morietem, qui nihil confiteri poteſt, ſed tñ ſigna cõtritionis per ſe, uel per alium oſtendit, ex cõi opinione, & recepta praxi ſæpius meminimus. Sicut etiam concors eſt DD. opinio, ſi infirmus dum ungitur, ex hac uita decedat, Parochum debere ab unctionibus deſiſtere, de quo vero dubitatur, an mortuus ſit, ſub conditione, ut ſupra dictum eſt adminiſtrandũ eſſe, ne ſi adhuc uiuit, ſacramentum ſacrilege incapaci ſubiecto conferatur. Et inſtante mortis articulo, integrum eſſe, hoc ſacramentum adminiſtrare, prętermiſſis precibus, & ritibus, qui ab eccleſia præſcribuntur, ut ẽt inter alios tradit *Bonac.d.7.q.1.p.5.&* 6. Licet quoque probabilitate noncateat huius ſacramenti effectum ſine omnibus unctionibus donati, prę̨ſertim quando ſacerdos ægri periculum præuidens, in una, uel duabus unctionibus ſacramentum perficere intendit. *Henriq.de ſac. vnct.c.*8. *SuareZ.tom.*4.*d.*44.*ſect.*4. *Coninch.d.*19.*dub.*6., & alij.

IV. Q. RESOLVTIO.

QVod uero attinet ad illam dubitationẽ, qua quærebatur an Florianus charitatis, ac iuſtitiæ leges uiolauerit, cum Octauium ſe amplexantem, & ad ſeipsũ tanquã ad aſylũ confugientem ui depulit, propter quod à ſecularis curiæ ſatellitibus eſt captus, & poſtmodum à Iudice ad mortem eſt candemnatus, dico eum à peccato, tàm contra charitatem, quàm contra iuſtitiam excuſari poſſe, nã quidquid ſit de priuilegio ſacroſanctæ euchariſtiæ ſacramẽto conceſſo, ut.ſ. delinquẽs, uel morti addictus, tangens presbyterum illud portantem, eccleſiæ immunitate gaudeat, ut multis relatis, ac de cõi atteſtans, docet *Peregrin. de immun. eccleſ.c.*4.*nu.*77.*& c.*5.*nu.*8. *Tuſch.v.eccleſia con cl.*10.*num.*33. *Suar.tom.*1.*de relig.tr.*2.*l.*3.*c.*9 *contra Bonac.tom.*2.*d.*3.*q.*7.§. 2.*nu.*11. Nihilominus idem ius, uel eadem prerogatiua non conceditur confugienti ad ſacerdotem, qui extremam unctionem ad ægros defert, uel cum oleo ſancto domum reuertitur, ut reſoluit *Riccius.p.*3.*deciſ.Cur. Neap. deciſ.*88.

Confeſſarij munus.

COnfeſſarij partes erunt, Parochum in genere admonere, acediam, ſeu remiſſi animi ad bene operandum languorem, eccleſiaſtico uiro omnibus modis tanquam peſtem fugiendam, ut qui nõ ad delicatam, & uoluptuariam, ſed laborioſam, & negotioſam uitam in uinea Dñi tranſigendam ſit uocatus, & cum prouentib. quibus populorum poſſident labores, ad ipſam uineam excolendã conducti ſint, æternæ felicitatis donarium accepturi, ſi nauiter laborauerint. *Matt.*20. Et teſte B. Ephrẽ ſpiritualis præfectum finem eſſe, propria utilitate, & commoditate contempta, aliorum ſaluti inuigilate. Sic Pius V. Pont. Max. ſeà Deo in eo gradu collocatum eſſe dicebat, non ut ſua, ſed ut aliena commoda procuraret, ac reipubl. Præfectum conſcientię magis, quam corpori ſatisfacere oportere, ut refert *Gabut.P.N.in eius vita.l.*6.*c.*13.

QVAESTIO. XIX.

Vtrum ſubita morte defunctus ſi de confeſſione Paſchali non appareat, nec de ſignis contritionis cõſtet, in loco ſacro ſepeliri poſſit. An ſi ſepulturam numquã eligerit in Parochia *ruris, vel urbis potius ſepeliendus ſit. Num filius naturalis patri ab inteſtato decedenti ſuccedat. Amaſia aliquid notabile amaſio ſurripiẽs, an reſtituere teneat. Et an liceat relinquere pecuniam alicui, ut eam tradat ad ſocietatem, cũ pacto recipiend quinq. pro centenario ut ſacerdoti pro miſſarũ celebratione tradantur.*

GRegorius vir matrimonialibus uinculis ſolutus, & nobilis, ſed luxurię uitio inquinatus, cũ ruri recreandi animi cauſa, æſtiuo tempore moraretur, ſubita morte correptus, inteſtatus deceſſit, laura cõcubina, in domo relicta, & Mauro filio ex ea ſuſcepto, ex qua breui facti ſpecie, hę nunc dubitationes inſurgunt. Primo cum non conſtet, nũ in paſchate, In propria urbis parochia confeſſus fuerit, & ſacram cõonem ſumpſerit, cum illius Curatus tribus iam elapſis menſibus è uita deceſſerit, an in loco ſacro ſepeliendus ſit. Secundo dato q̃ ſic, an cũ ſepulturam eum nunquam elegiſſe appareat, licet caſu coram duobus ſuis amicis poſt cænam dixerit, ſe in eccleſia Fratrum Minorum uelle ſepulturam eligere, in parochiali urbis eccleſia, ubi domiciliũ habet, uel potius in eccleſia rurali, ubi recreationis cauſa morabatur, humandus ſit. Tertio vtrum Maurus filius naturalis. 14. annos natus, cũ cuiuſdam Iureconſulti conſilio, paternorum bonorum poſſeſſionem apprehenderit, iure feciſſe dicatur. Quarto nũqd d. Laura amaſia, cum in eius domo

Digitized by Google

300. aureos ſurripuerit, ex iuſtitię lege retinere poſſit, uel potius reſtituere teneatur, & cuinam reſtituendi ſint, cum ex teſtamento iampridem ab eo cōdito appareat, reliquiſſe certam peccuniæ quantitatem, cum onere ut mercatori ad ſocietatem tradatur, & cum pacto recipiendi quinq. pro quolibet centenario, quę Parocho ſuo pro miſſarum celebratione, in ſtipendium detur; an hanc pecuniam ab herede in eleemoſinam tanquam ex contractu licito accipere poſſit. Et quid nam confeſſarius, uel Parochus conſulere debeat.

Reſponſio, & Reſolutio.

QVilibet ſane chriſtiane lector merito admirari poteſt, ac debet, quo pacto homo animal diuinum, naturæ miraculum, omnium animalium temperie, & ſtructura perfectiſſimum, præter multa morborum genera, quibus miſere obnoxius eſt, inter cætera animantia morti repentinæ, & ictu oculi aduenienti frequentius ſubijciatur, & præter nālis Philoſophiæ dogmata, ab uno extremo ad aliud ſine medio trāſitus fiat. Et quidem ex omnib. cauſis, quæ ſubitum interitum efficere queunt, immediata, & proxima cauſa eſt repentina caloris in parte ſolida cordis inſiti diſſipatio, & extinctio. Et inter cætera uenerea uolupias, quæ ad uitales uires diſſoluendas potentiſſima eſt cauſa, non modo multorum morborum cohortem ſecū uehit, ſed interdum mortem ex abrupto homini accerſit. *teste Galeno l. 1. de ſpermate*, Vt proinde uerum eſſe experiamur, q̄ Eccleſiaſtes *c. 9.* admonuit. Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiūtur hamo, & aues laqueo comprehēduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo cum eis ex templo ſuperuenerit.

Et profecto plerique aut quia in opere uenereo nimium delectati ſunt, ſiue etiam quia immodice congreſſi ſunt, in ipſo concubitu occubuiſſe leguntur. Hinc Cornelius Gallus ex nimia uoluptate ſpiritibus conſumptis, inter Veneris uſum abſūptus eſt. Id quoq. Speuſippo Platonico cōtigiſſe prodit *Tertul. in Apolog.* Eſt etiā ephitaphium Menelai cuiuſdam in media Venere interempti, quod his carminibus clauditur.

Qui blanda veneri vita ſacrauerat annos,
Haud aliter vitam ponere iuſſus erat. (dat)

Scite ergo Sapiēs admonet (ēt ſi q̄s ſine ſcēris dece-

Morte repentina noli gaudere malorum.
Felices obeunt quorum ſine crimine vita eſt.

Tiraq. l. 15. connub. nu. 27. & Dominic. Terillus de cauſis mor. repent. lect. 5. c. 1.

I. Q. RESOLVTIO.

HIs ſic deguſtatis, ad 1. q. ſic mihi reſpondendū uidetur, Gregorium qui ſubita morte ex hac uita ſic deceſſit, eccleſiaſtica ſepultura priuandū nō eſſe: nā & ſi cū amaſiam eadē domo verſādo, cū de annua confeſſione à ſe facta nō conſtet, nec de vera pn̄ia, peccandi occaſionem proximam imputando, ac proinde in malo ſtatu extremum clauſiſſe diem videatur, cenſendum tamen non eſt, quod in ſtatu peccati mortali mortuus fuerit, quia ſaltem ſāctiſſimo Ieſu nomine inuocato, obijſſe præſumendū eſt; liberum enim arbitrium ex malo habitu etiam acquiſito cogi non poteſt, nec gratiæ Dei terminus præfigi, per quā in extremo quoq. vitæ pænitentiæ motus quandoq. inſpirantur. Et ſic ſuperioribus diebus cum nonnulli exules ſubito eſſent occiſi, hac ratione eccleſiaſticam ſepulturam non eſſe denegandam ab Archiepiſcopali curia conſultus reſpondi arg. *S. Syluester. v. ſepultura. q. 10. Genuē. de Prax. Neap. c. 76. in annot. Nau. conſ. 6. & ſeq. tit. de ſepult. & Graſſius conſ. 1. eo. tit.* vbi reſoluunt, meretricem repertam in domo amaſij occisā, quę ſit in Paſchate confeſſa eſt, & communionem ſumpſit, in dubio non pręſumi mortuam in actu peccati, ſed contritam, vt in loco ſacro ſepeliri debeat. Et in dubio tradunt confeſſum in Paſchate quęlibet pręſumendum eſſe, niſi aliter conſtet. Item repertum in puteo, vel ſuſpenſum, ſepultura non eſſe priuandum, non enim præſumitur ſe occidiſſe, &c.

II. Q. RESOLVTIO.

AD ſecundam quæſt. dico Gregorium non in rurali Parochia, ſed in vrbana, vbi proprium, & ordinarium domicilium habet, ſeu in ſepulchro maiorum ſuorum ſepeliēdum eſſe, vt his verbis *Bonifacius* 8. determinauit *in c. 3. de ſepult. in 6.* Is qui habet domicilium in ciuitate, vel caſtro, quādoq. ad villam ruralē ſe transfert recreationis cauſa, uel ut ruralia exerceat in eadem, ſi nō electa ſepultura decedat ibidem, nō in eccleſia dictę uillę, ſed in ſua Parochiali, uel in eā potius, in qua maiorum ipſius ab antiquo ſepultura extitit, ſepeliri debebit, dummodo abſq. periculo ad ipſā ualeat deportari. Cōſent. *Menoch. tom. 5 conſ. 397. num. 37. & Sanch. l. 3. de mat. diſp. 23. n. 11.* Et licet coram ſuis amicis quadam uice dixerit in eccleſia Fratrum Minorum uelle ſepulturam eligere, non tamē eiuſdem ſepulturę electio facta cenſetur, ſiquidem uerbum uolo ſecundum crebriorem ſententiam, in ultimis uolūtatibus diſpoſitionem non inducit. ex *Paris. Ang. & Imol. in l. ſerui electione ff. de leg. 1. & de cōi teſtatur Mar. Soc. iun. conſ. 179 l. 2.* & in ſpē *Corn. vol. 2. cōſ. 149. & alij relati à Marc. Ant. Gen. in pra. eccl. q. 275.* qui contra communem, fauore eccleſiæ, & piæ cauſæ, reſoluit uerbum uolo, attentis circūſtantiis aliquando diſpoſitionem inferre. Quod nota,

III. Q.

III. Q. RESOLVTIO.

AD tertiam quæſt, reſpondendo, illud tãquam reſolutum, & expeditum adduco Marcum naturalem filium Gregorij, non potuiſſe tanquam hæredem paternotũ bonorum poſſeſſionem capere, nam licet naturalis filius poſſit à patẽribus non habẽtibus legitimam prolem, generalis hęres inſtitui, relicta tamen Aſcendentibus legitima. *Authen. licet. C. de filijs natur. Clarus* §. *teſtamentum q.* 31. Si nihilominus filius naturalis hæres à patre, legitima, & conceſſa prole carẽte, inſtitutus non eſt, eidẽ genitori ab inteſtato decedenti, prærerquã in ſexta parte non ſuccedit. *Molin. tr.* 2. *de Iuſt. diſp.* 166. *Leſſius l.* 2. *c.* 19. *dub.* 6. *Reginal. l.* 25. *nu.* 626. *Filliuc. tom.* 2. *tr.* 34. *c.* 7. *q.* 8. *nu.* 162. *Malder. in* 22. *D. Thõ. tr.* 1. *c.* 11. *dub.* 4 *Bonac. de contr. diſp.* 3. *q. vlt. puncto* 3. *num.* 3.

IV. Q. RESOLVTIO.

QVartã quæſt. ſic breuiter reſoluendam ducimus. Lauram tuta conſcientia, illos 300. aureos ſubreptos retinere nõ poſſe, ſed partim Mauro filio, partim aliis hæredibus, qui in ſua portione ab inteſtato ſuccedere, debẽt, ad reſtituendum teneri; quia licet regulariter ualeat legatum factum amaſię, à priuata perſona, quia ex turpi cauſa relictum non pręſumitur, ſed ut honeſte uiuere poſſit: Imo ſecundum aliquos, cõcubina amaſio ſuccedat, ſicut uxor uiro, ut per *Gued. Papa ſing.* 77. *& Tuſch. v. concubina concl.* 568. extantibus tñ filis, ſiue legitimis, ſiue naturalibus uel alijs proximis cognatis, à ſucceſſione excluditur. Siquidẽ regulariter tres ordines, ſeu gradus ſuccedendi ab inteſtato ſunt introducti, ad quos omnes caſus referri, ſeu acõmodari poſſunt, primus eſt deſcendentium, ſecundus aſcendentium, tertius collateralium; quia namq. ſucceſſio ab inteſtato, ex naturali cognatione, ratione ſanguinis, cauſam trahit, & ſanguinis cognatio alia ſupra numeratur, parentũ. ſ. alia infra, vt liberorum, alia ex latere, ut fratrũ, ideo ij modi ſunt adinuenti. Deficientibus uero, aſcendentib. deſcendentibus, fratribus, & eorum filijs, propinquiores per capita uſq. ad decimum gradum incluſiue ſuccedunt. ut tradit *Oinot. in* §. 1. *de hæredit. quæ ab inteſt. defer. & Molin. tr.* 2. *de Iuſt. diſp.* 164. *Bonac. de cont. diſp.* 3. *q. vlt. puncto* 3. *nu.* 14. Ex quo fit, ut ijdẽ ibi obſeruant, ut ſi defunctus fratrem relinquat, uel patruum, fratrem uidelicet patris, uel auunculũ, i. fratrẽ matris, frater ſuccedat, qa frater eſt magis defuncto propinquus, q̃ ſit patruus, & auunculus.

Ab onere tamen reſtituendi hos 300. aureos Laura concubina immunis eſſe poſſet, ſi v. g. eam cum promiſſione in uxorem ducendi, uel dotandi virginem uiolaſſet, vel ſtupraſſet, tunc enim in vim compenſationis, prudentis confeſſarij arbitrio iuſte retinere poſſet, vt per *Cordub. de caſ. cõſc. q.* 181. *Gutierez. in canon qq l.* 1. *c.* 11. *nu.* 67. vt etiã reſoluimus *tr.* 7. *c.* 31. *q.* 125. *& tr.* 12. *c.* 10. *q.* 28.

V. Q. RESOLVTIO.

AD quintã q. reſpondendo breuiter dico, confeſſarium, & Parochum Gregorij iam defuncti, poſſe ab eius hærede accipere ſtipendium pro celebrandis tot miſſis ſibi relictum, magis enim commune, & in praxi magis receptum ſcribentiũ, ac moraliũ Doctorũ placitum eſt, licere v. g. Ioãni inire ſocietatem cũ Petro mercatore, cum pacto, ut periculo ſuiipſius, Ioannis pecuniam recipiat, & certam lucri partem ei reddere teneatur, reliquum vero lucrum ſibi ſumat; & omnes iſtos tres contractus licite cum eodem ſocio, & ſemel pro eodem tempore celebrari poſſe. *vt per Filliuc. tract.* 38. *c.* 3. *q.* 9. *Fauſtum de ſocietate. diſp.* 7. *q.* 19. *Bonac. de contr. diſp.* 3. *puncto* 11. *Reginal. l.* 25. *nu* 396. *Mãtica de tac. & ambig conuent. l.* 6. *tit.* 6. *Felicium de ſociat. c.* 19. Vt etiam dixi ſuper *tract.* 9 *c.* 23. *q.* 69. vbi etiam tradidimus, non opus eſſe vt iſti contractus expreſſe ineantur, ſed ſufficere ut tacite, & implicite celebrentur. Et in dubio contractum licitum præſumi, cum quilibet cenſeatur omni meliori, & tutiori modo, quo fieri poteſt, contractum inire, vt proinde Gregorio ẽt fas fuerit illos certos nũmos teſtamento relinquere cum onere vt mercatori ad ſocietatem tradant, cũ pacto quinq. pro centũ recipiendi, quæ ab hærede Parochi d. Gregorii dẽtur, vt pro animæ eius redemptione, & ſuffragio, tot ſacra faciat, modo explicita, vel implicita intentio trinum illum contractum ineundi, intentio habeatur. *Bonac. l. c. nu.* 7. *contr. Azor. p* 3. *l.* 9. *c.* 4. *q.* 8.

QVAESTIO XXI.

An extrema vnctio oleo non eodem anno benedicto conferri poſſit, & oleo ſacrato aliud non conſecratum addi. Numquid Parochus illam cum armis adminiſtrando p. m. & in ſuſpenſionem ab Epiſcopo latam incidat. An furioſo hoc ſacramentum dandum ſit. & c. Furioſi vel amentis teſtamentum an valeat. Extremæ vnctionis adminiſtrandę gratia an aliquid à Parocho exigi poſſit.

BErnardus Parochus cũ ad adminiſtrãdũ Laurentio ſubdito extremæ unctionis ſacramentum uocatus eſſet, Primo oleum non eodem anno benedictum adhibuit, & quia paruæ quantitatis erat aliud non conſecratũ admiſcuit. Secundo arma, ideſt rotariũ inſtrumentũ (cum inimicitiã cũ quibuſdam ſuis Parochianis gerat,) contra proprij

Epiſ.

Digitized by Google

Epiſcopi edictum, qui ſub pæna ſuſpenſionis ipſo iure incurendæ, omnibus ſuis diœceſis Sacerdotibus id prohibuit, ſe cũ detulit. Tertio etiamſi in amentiam, & furorem actum & hæreticalia uerba protuliſſe deprehendiſſet, illi tamen prædictum ſacramentum conferre non omiſit, & plenariam indulgentiam globulis benedictis olim conceſſam, anno Iubilei eidem applicare. Quarto cũ in teſtamento a ſe condito diſpoſuerit, ut 50. aurei Eccleſię S. Mariæ pro anniuerſario celebrando darentur, & ut corpus ſuum ad eccleſiam cum tubis, & tympanis eſſerretur, & uxor eius hæres inſtituta albis ueſtimentis indueretur, & conuiuium ſtatim poſt datam ſepulturam cum conſanguineis eiuſdem uxoris celebraret, aliàs illã hæreditate priuabat, & eã ad ſuæ parochię eccleſiam deuolui uolebat. Hinc. 1. quæritur an Bernardus non utendo oleo eodem anno conſecrato peccauerit, & ualidum ſacramentũ confecerit. Et quid dicendum, cum oleo illi conſecrato aliud quod conſecratione carebat, miſcuit. Secundo an in eo adminiſtrando arma gerens, lethalis culpæ reatum contraxerit, & in ſuſpenſionem ab Epiſcopo latam inciderit. Tertio an hoc ſacramentũ Laurentio in amentiam, & furorem acto, & hæreticalia uerba, blaſphemiaſq. euomenti, iure cõferre potuerit, ac pariter plenariam indulgentiam calculo, uel imagini, ſeu numiſmati, conceſſã, in anno ſancto applicare. Quarto nũm teſtamentaria illa diſpoſitio ualeat, uel ſaltem fauore piæ cauſæ ſuſtineatur, uel potius ex defectu iudicii, & incertitudinis uitietur, cum in illo oppido duæ ſint S. Mariæ eccleſiæ. Quinto cum ſit longi temporis uſus, ut Parochiani poſt extremã unctionẽ ſuis de familia adminiſtratã Parocho aliquid offerãt, nec Flaminius Laurẽtij filius & hæres, quidquã ei dederit, ſoluã oblationem in proprium commodum, & ſi ſat diues ſit, nunc exigit, tanquam in his præſcriptionẽ acquiſierit.

I. Q. RESOLVTIO.

AD primã q. breuiter dico, Bernardum Parochum à culpa immunem eſſe, & ualide proculdubio ſacramentum confeciſſe cum in extremæ vnctionis ſacramenti adminiſtratione, oleum non eodem anno benedictum adhibuit, ſi eiuſdem anni conſecratum deerat, de ſolo enim veteri chriſmate cõburendo præceptum eſt *in c. literis. de cõſ. diſt. 3. Henriq. l. 3. de extrema vnct. c. 8. nu. 2. in gloſ. Sà in v. extrema vnctio. num. 6. contra Poſſeu. de off. Curat. c. 9. num. 1. & Bonac. d. 7. q. 1. pun. 2.* Seruandæ tamen ſunt particulares Epiſcopatus conſtitutiones, & eccleſię conſuetudo, vt ait. *Ghameret. de ſacr. tract. 10. c. 2. in fine.*

Dico etiam inculpate oleo conſecrato non conſecratum miſcere potuiſſe, cũ per mixtionem modo quod additur minoris ſit quantitatis, hoc ſacrari, ac benedici cenſeatur. *C. quid in dubiis. extr. de conſecr. eccleſiæ, vel alt. D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 15. §. 1. Sylueſt. extrema vnctio. § 1. Barthol. ab Angelis eodẽ tit. Dialogo 3. §. 199. Vgol. de offic. Epiſcopi. par. 2. c. 25. §. 2.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD ſecũdã q. reſpondeo, Bernardum Rectorẽ, qui in adminiſtrãdo extremę vnctionis ſacramento, contra Epiſcopi edictũ, arma, ideſt manuarium tormentum, quod vulgo dicunt archibugiũ, ſecum detulit, lethaliter non peccaſſe, nec ideo in ſuſpenſionem ab ipſo Epiſcopo latam incidiſſe, ſi illud armorum genus ad propriam defenſionem, ob probabile mortis periculum geſſit, nec ſuperiorem adeundi, vt facultatem impetraret, ſibi data eſt commoditas, atq. plebis ſcandalum abfuit. Siquidẽ ius vitam ſuam tuendi, cũ à naturali lege deſcendat, omni alio poſitiuo iure fortius eſt, vt explicat. *Cic. l. 1. off. c. 1. ac in oratione pro Milone. Menoch. l. 2. de arbit. Iud. centur. 3. caſu 277. DD. in l. vt vim ff de iuſt. & iure. Canonis. & c. 1 clem. 1 homicidio.* vbi ẽt tradunt ſacerdotem celebrantem impetitum poſſe aggreſſorẽ occidere, ſi aliter mortẽ euadere nequeat, & hoc non obſtante, inchoatum ſacrum perficere.

Et licet clericis (imoẽt de iure communi laicis) armorum vſus prohibitus ſit, vt *tot. tit. C. vt armorũ vſus. c. clerici. ext. de vit. & honeſ. cler.* quãdoquidem arma clericorum ſunt lachrymæ, & orationes. *c. ſi. diſt. 36. c. conuenior. 23. q. 8.* Quia tamen omnis regula exceptionẽ punit præter illã, Statutũ eſt oĩbus hoĩbus ſemel mori. *Apoſt. ad Hebreos c. 4.* Excipitur Primo, ubi clericus, uel ſacerdos per periculoſa loca iter faceret. *gloſſ. & Butrius in d. clerici. idẽ Menoch. l. c. centur. 4. caſu. 394.* Secũdo ubi hoſtes, & inimicos haberet, nec, ut dixi, facultas ꝓ licentia Ordinariũ adeundi ſibi ſuppeditaretur. ut per *Vgol. de Epiſcopo. c. 13. §. 12. Bellettũ in diſq. cler. p. 1. §. 17. num. 13. Tuſch. in. v. armorum vſus concl. 615. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 128.* Extra hos caſus, hic Parochus lethalis noxę, canonicas ſanctiones, & Epiſcopalia edicta uiolando, mole grauatus eſſet, & in peccato mortali extremam unctionem contuliſſet. Cum tamen in omnium ſacramentorum adminiſtratione, cauere in primis animarum Rectores debeant, ne eum ijs operantur, ullius mortiferę culpæ conſcientia eorũ animus perſtringatur: ne quæ alijs ad ſalutem adminiſtrant, ea ſibi ad pernicem uertant. *c. neceſſe. 1. q. 1.* Proinde ſi quid admiſerint, quod expiandum ſit, id antequam ſacramento manus admoueant, ſacra confeſſione abluant, deinde quo oportet cultu, ac religione id peragant. Quod ſi aut tempus id non patitur, aut præſentis ſacerdotis, cui confiteri poſſint, facultas deſit, cũ animi do-

dolorem

Digitized by Google

lorem, ex peccari conſcientia concipiant, ut & ab eo abſtinere in poſterum, & cum primum licebit, confeſſi(o)ne diluere conſtitutum habeant. *arg. Cōc. Trid.ſeſſ.13.c.7.Synod.Amer.c.25.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3.q. dicimus hoc ſacramentum Laurentio ægroto, ſed nunc ob morbi uim, amentia, & furore laboranti, à Parocho conferri potuiſſe, ſi antequam in amentiam, uel furorem incideret, piam erga hoc ſacramentum geſſerit uoluntatem, nec amiſiſſe ſenſum in cōplacentia peccati mortalis probabiliter præſumitur. *c. qui recedunt. 26.q. 6.* At ſicut in dubio quilibet ſanę mentis cenſendus eſt, ac ideo contrarium aſſerenti probandi unus incūbit. *Tuſch. in v. furor. concl.* 541. ita unuſquiſq. bonus præſumi debet, donec oppoſitum probetur, cuius in hoc difficillima eſt, uel impoſſibilis probatio. *c. fina. ext. de præſumpt. Nau. c. 22. nu. 13. Suar. tom. 4. diſp. 42. ſect. 1. Bonac. de extr. vnct. d. 7. q. 1. p. 5. nu. 3.*

Quinimò ad monent Doctores, amentes, phreneticos, ſi reſiſtunt, uinculis conſtringendos eſſe, & fortiter tenendos, ut extremam unctionem recipere poſſint. Nec obſtat eā nō eſſe ita neceſſariā, quia ſat eſt eſſe ualde utilem, ut conſiderat. *Conc. Trid. ſeſſ. 14 de hoc ſacramento.* Et aliqñ poſſe neceſſariam eſſe, ſi ægrotus alia ſacramenta pręſertim pœnitentiæ, recipere non potuerit, ut ſi perfecta contritione non muniatur, de attrito contritus fiat, & ſic ſaluetur. *Io. Chap. de hoc ſacramento. q. 19. Reginald. l. 28. nu. 65.* Nec obſtat cum hæreticales blaſphemias in morbo protuliſſe, ob phrenesim namq. abſque rationis uſu, & ex defectu iudicii, eas cueniſſe conſtat, in quo à peccato excuſari Theologorum calculis comprobatum eſt. *in 2. ſent. d. 22. Alexand. de Ales. in 2. p. ſummę. q. 172. membr. 1. & 3. Tiraq. de temper. pœn. cauſa 2. Menoch. l. 1. conſ. 82. num.* 190. ut etiam in præced. q. reſoluimus.

Indulgentiam quoque alicui numiſmati à Papa conceſſam, uel in anno Sancto applicare ei licuiſſe, ſuppoſito, ut multi in articulo mortis, eo tempore, non denegari ex vrbe referunt, Vrbanum VIII. uiuæ uocis oraculo declaraſſe. *Leo. de off. conſeſſ. tēp. Iub. p. 1. nu. 242.* Si quidem quò ad hoc etiam ſpirituale ſubſidium, ad qđ dum ſanus erat ualde afficiebatur, interpretatiuam uoluntatem habuiſſe cenſetur, qualem habere dicuntur, qui Chriſtiano more uixerunt. &c. *arg. D. Ant. p. 1. tit. 10. c. 3. §. 5. Aug. à Vino. de vera ſapientia. l. 2. c. 29.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. reſpondendū exiſtimamus, Laurentiū furore, & phreneſi laborantem, & morbo in lecto uexatum, nō ſolum quò ad profanas, ſed nec ad pias cauſas teſtari potuiſſe; ſiquidem teſtamentum eſt actus humanus, qui humano, & morali modo exerceri debet, at ab eo id explicari nequit, qui ſufficiens iudicium, & ſanam ad teſtandum uoluntatem non habet. *l. furioſum. vbi Iaſon. & aliĩ. C. qui teſtam. facere non poſſunt. Clarus in § teſtamentū. q. 5. Tuſch. in v. teſtari concl. 104. Molfeſ. tr. 13. c. 2. Felic. de ſocietate. num. 27. Bonac. de cont. d. 3. q. vlt. pun. 2. Molina de Iuſt. tr. 2. d. 136.* Vnde corruere uidetur illa diſpoſitio ut templo D. Mariæ 50. aurei ꝑ anniuerſario celebrando ab hærede darentur, tū ex defectu iudicii, tum ratione incertitudinis. *arg. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tutela. Tuſc. v. incertitudo. concl. 65.* Si autem ſanæ mentis fuiſſet teſtator legatum ualeret, nam anniuerſarium relictum non expreſſo numero miſſarum, fauore piæ cauſæ ſuſtinetur, & miſſarum quantitas inſpectis teſtatoris facultatibus, & loci conſuetudine, arbitrio Epiſcopi taxatᷣ. *Tiraq. de priu. pia cāu. 55. arg. Gram. dec. 183. & Menoch. l. 2. de arb. Iud. caſu 188. nu. 6.* Sicut & legatum factum eccleſiæ D. Mariæ, etiam ſtante in certitudine, quia duo ibi ſunt templa ualet, & ipſe epiſcopus eccleſiam cui dandū ſit eliget. *Hoſt. Io. And. Imola, & communiter DD. in c. indicante. ext. de teſtamentis. Tuſch. l. c. nu. 96. Afflict. decis. 244.* Licet *Conar. in d. c. indicante. nu. 2.* ſentiat cum Battatia, legatum eſſe inter utramq. eccleſiam diuidēdum, dicens hanc ſententiam & ſi minus communem, eſſe veriorem, per *text. in c. 2. de ſepult. l. 6.* cui adhęret. *Perez. in tract. de Anniuerſ. & Capell. l. 1. c. 10. num. 102. Arg. Tuſch. v. media via. concl. 170.*

Si uero dubitetᷣ utrū in amente, uel phrenetico, ſufficiens uſus rationis ad teſtandū adfuerit, ad teſtes, & cōſanguineos, uicinos, & medicos, & ad alias coniecturas recurrendum eſt, cum nulla melior regula ad hoc dignoſcendum aſſignari queat. *Maſcar. in v. furor. concl. 824. Mantica de coniect. vlt. volunt. l. 2. tit. 5. Tuſch. v. furor concl. 541. Menoch. d. concl. 82. n. 218. & de pręſumpt. l. 6. præſumpt. 45. num. 43.* ubi reſoluit, pro ut in caſu noſtro, ſtulte diſpoſuiſſe Doctorem illum Parauinum, quod corpus ſuum cum tubis, & cornib. ad eccleſiam portaretur, & quod fierent nuptiæ, ac eius uxor pannis rubeis indueretur, aliàs eam hæreditate priuabat. Et ſi referat *ex Caſtrenſi. in l. quidam in ſuo ff. de condit. Inſtit.* talem diſpoſitionem ex uarijs coniecturis perpēſis fuiſſe obſeruatā. At cū in dubio, ut ſupra notatū eſt, eccleſię, ac piæ cauſę fauendum ſit dicendum eſt, hæc legata ſaltem in foro conſcientiæ ualere. *Tiraq. l. c. priuil. 7. Tuſch. v. fauendum. concl. 87.*

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. q. dico difficile hunc Parochum à cōtracta labe ſimoniæ excuſari poſſe, cum poſt extre-

extremam unctionem adminiſtratam, aliquod ſtipendium exegit; ſiquidem in conferendis ſacramentis munera accipienda non ſunt, nec quidquã exigendũ. *c. 9. ex tit. de ſimonia, c. is. igitur. 23. diſt.* Nam cum omnium uitiorum ſuſpicio longe à Parochi integritate abeſſe debeat, tùm cauendum ſũmopere illi eſt, ne quam in ſacramentorum adminiſtratione auaritię, quæ cunctorum criminum ſeminarium eſt, labem cõtrahat. Quid enim turpius & ab ipſa re magis alienum, quàm ſi quorum ſanctitas charitatis, ac pietatis officijs maxime enitet, his ad ſordidos quæſtus abuti exiſtimemur?

Itaq. Parochi pro adminiſtratis ſacramentis exigere, aut petere ab ullo quidquam omnes caueant; & qui ſecus fecerit, graues pænas, Epiſcopi arbitrio luat. Accipere autem id tantummodo liceat, quod ex honeſta conſuetudine, quæ ab extorſione initium non habuerit, à pijs hominibus charitatis, ac religionis ſtudio, ſponte oblatũ fuerit, cum multa licite ſponte oblata accipiantur, quæ inhoneſte petuntur. *l. ſolent. ff. de officio Proconſ. & leg. cap. de eulogys. vbi Archid. d. 18. Graff. de caſib. reſer. l. 2. c. 11. nu. 27. Ricc. in praxi Parocb. deciſ. 730. Synod. Amer. c. 26. Gutier. in canon. qq. l. 1. c. 24. num. 11. Arg. quod ex Bartol. Cyno. Innocent. Io. Andr. Abb. & alys tradit Ang. in v. conſuetudo. q. 20. & Syl. ibi. q. 24. & Azor. par. 1. lib. 5. c. 18. q. 5. Graffius l. 1. Deciſ. aur. c. 96. num. 47.* In his quę ſponte, & ultro geruntur, pręſcriptionem, & conſuetudinem non induci, quæ ligandi conſcientias uim habeat. Vnde, ut inferunt, licet aliquis parochianus, per decennium, uel longius tempus, Parocho annuatim in Dñi natalitijs par caponũ ſponte, & ex liberalitate detulerit, non tamen ex hoc aliqua conſuetudo, uel præſcriptio introducta cenſeatur, vt in poſterum inuitus illa dare, & offerre teneatur. Atq. ita intelligi debent, quæ ſcribunt. *DD. in c. ad Apoſtolicam. de ſimonia. Graff. l. 2. c. 96. num. 43. Vgol. de ſimonia. c. 9. n. 10. Suarez. de relig. par. 1. l. 4. c. 48. Marc. Anton. Gennenſ. in Pract. eccleſia. q. 478. & 493. & aly.* dum volunt, vt conſuetudo aliquid poſt adminiſtrata ſacra, exigendi valeat, requiri 1. ut populus ab initio ſponte obtulerit, ac ſoluerit. Secundo vt in eccleſię vtilitatem, vel in diuinum cultũ inſumatur.

Vere ergo, & ſerie Sãctus. *Greg. l. 2. epiſt. 25. in fine.* admonet animarum Paſtores, vt in commiſſo ſibi grege ſolertes inuigilẽt, & animarum magis lucris, quã cõmodis vitæ præſentis intendant. Quod enim iudicium, & quæ fides in eo eſſe poterit, qui bonum publicũ ſpernit, Dei, & populi cauſam negligit, priuatum ſolicite quærit, & ambit? Nimirũ nihil penſi, aut ſancti, habet. Imo ex Euripide,

Nihil ſapit, nec vult, quod æquum, & fas ſit.

Bartol. in l. fin. a. C. de omni agro deſer. lib. 11. Tuſch. 5. auaritia. concl. 551. Ioannes Choch. l. 3. Polit. c. 19. Scite Dominicus Sotus dicebat, Dubitandum non eſt, fideles ad religionem, innocentiamq. inflãmandos, ſi Præpoſitos ſuos viderent non ea quæ mundi ſunt, ſed animarum ſalutem, & cęleſtem patriã cogitantes. *l. 10. de iuſt. & iure. q. 2. art. 3.*

CAP. VIII.

QVÆSTIO XXII.

Quomodo Parochus circa moribundum mortem auerſantem, & poſtea erga eum mortuum ſe gerere debeat. An ſucceſſor teneatur ad debita per ſuum Prædeceſſorem contracta.

BOnifacius vir pauper, & vilis cõditionis poſt ſuſcepta ſacramenta, & conditum teſtamentum, Dæmonis agentis aſtu, mortem auerſari cæpit, & de ea ſermones à domeſticis, & amicis miſceri detrectat, cum tamen medici iudicio de eo actum ſit, & nulla ſalutis ſpes ſuperſit. Quæritur, quęnam ſint circa eum tam uiuum, quam mortuũ Parochi partes.

Ecce Andreas ſuus Prędeceſſor in lõga ſua infirmitate, multas expenſas fecerit, & in danda ei ſepultura eius nepotes multum ęris inſumpſerint, utrum ſucceſſor ad eadem debita contracta ſoluenda teneatur.

RESOLVTIO.

ET ſi aduerſarius noſter per omnem vitę noſtrę curſum occaſiones quærat, atq. captet, vt deuorare noſtras quocumq. modo poſſit animas, nullum tamen tempus eſt, quo vehementius ille totos verſutiæ ſuæ neruos contra ſalutem noſtram intendat, quàm cum ſupremum vitæ diem nobis impendere conſpicit, quippe ægroti cum morte luctãtes ſpeciali adiumento digni ſunt, quales commendaſſe non ſatisfuit Regi Dauid niſi etiam commoda varia deſcriberet, ijs quibus curæ fuerint euentura. Hinc enim illa eiuſdem vox, *Pſal. 40.* Dñs opem ferat illi ſuper lectum doloris eius. Ideſt Dominus viciſſim memor ſit pij huius cõſolatoris, quando lecto affixus iacebit: erit vtiq. & illum conſolabitur, efficierq. vt interius reficiatur, ſicut ij in corpore recreantur, quorum lectus in omnem partem reuerſatur, vt ſic in eo velut renouato molliter cubẽt. Et ſicut qui in morte conflictatur, multis indiget, quæ ad corporis leuamen iuuent, ita multo magis multis opus habet, qui in eo ſpũali cõflictu opẽ ferant, & vt loquitur Sapiens *Eccleſ. c. 38.* conſolentur illũ in exitu ſpiritus ſui. Vnde parum chriſtianis ouibus prodeſt Parochi ſolertia, ſi adueniente mortis tẽpore, in quo de ſumma ſalutis agitur, & ſuorum laborum

borum fructus eſt reportādus illos debitis, & neceſſarijs adiumentia deficiat, inſipientis mercatoris exemplo, qui vbi diuturno tempore magnis ludoribus inter pericula, & ærumnas, inter æſtus, & frigus, non leue aureum pondus tandem congeſſit, quia tamen iam partum incaute cuſtodit, una latronis manus oēm laborū, & ſudorū fructū aufert.

Cuius Parochialis diligentiæ neceſſitas ex tribus potiſſimū deducitur. Primo ex mortis memoria, quæ ut ait Sapiens. *c. 41.* nimis amara eſt, nam quæ eo tempore homines angere ſolent, ſunt tùm diſceſſus ad uitijs, cōmodis, honoribus, tùm uero ab his, qui chari ſūt, ut amici, aut propinqui, ut fratres, liberi, coniux; poſtremo illa quoq. direptio animæ à corpore, qui cum tam diu, & tam iucunde uixit. Quandoquidem dubitandum non eſt, in extremis conſtitutis, ea occurrere, quę magis in hac uita dilexerunt. Quod & morienti Eliſæ apud *Maronem l. 4. Aeneidos* accidiſſe legimus, *gl. in princ. de panit. d. 7.* Secundo vitæ exitum periculoſum reddunt infeſtæ Dæmonum tentationes, qui tùm pręcipue in morientem ſæuiunt, hominesq. in omnem partem verſant, & fidem, ſpem, charitatem, de morientis anima auferre totis viribus conantur. Nam ſicut, teſte Seneca, nullus pernicioſior hoſtis eſt, quam quem audacem anguſtiæ faciunt (vnde & militaris inſolentia maior eſt inſtante pace, quā toto bellorum æſtu) ita antiquus hoſtis, inquit D. Greg. ad rapiendas peccatorum animas tempore mortis crudelitatis effrænatior violentia, & quos viuentes blanditijs decepit, ſæuiēs moriētes rapit. Quippe oratorea ſub exitū pcipue declamationū ſuarū qdqd hēnt artis, & virium, adhibent. Tertio ꝙ horribilius eſt tribunal illud, atq. diſtrictū iudiciū, quod quanto magis quaſi tangitur, tanto vehemētius formidatur; vt proinde certum iudicium, ac indubitata in ſtatu gratiæ, vel ſecus moriētium determinatio, non ab hominum arbitrio, vel ſcientia pendeat, ſed ſolius ſit Dei, id certo dignoſcere, coram quo ſicut haud dubię multi in malo ſtatu hinc diſcedunt, qui ad noſtrum iudicium ab externis indicijs ſumptum, rectè, ac ſalutariter mori viſi ſūt: Ita è contra non pauci Deo teſte, ac Iudice, in ſtatu gratiæ diem extremum claudunt, qui ob incerta quædam argumenta, male vitam terminaſſe ab hominibus exiſtimantur. *Io. Danid. in virid. chriſt. cap. 90.* Quarto periculi magnitudinem auget infirmi, ac morientis imbecillitas ad reſiſtendum, corporis enim ſenſibus paulatim per ægritudinem deficientibus, ita anima ipſa hoc pondere premitur, vt niſi magna cum difficultate ſua munera obire poſſit, ſed ibi potius feratur intentio mentis, vbi eſt vis doloris. *Rodriq. exerc. ſpirit. par. 1. tract. 8. c. 19.* Quibus accedit naturalis mortis auerſio, nam contra eam velut maximum, nouiſſimumque ſuum hoſtem, quantum poteſt natura reluctatur; & etiam in viris perfectis tunc viuendi deſiderium viget, quatenus optant Deo magis ſeruire, pœnitentiam agere, & merita augere. &c. *D. Ant. p. 1. tit. 6. c. 1. §. 2. Diſcip. ſerm. 133.*

Proinde ad hæc grauiſſima incommoda, & pericula auertenda, ad has Dæmonū artes eludēdas, & impetus frāgēdos, plurimū poſſe, & obligari P.º Parochi opē, & præſentiam, apud oēs exploratum eſt, cum fidem, ſpem, & charitatem erigat, & per multa ſpiritualia adiumenta efficiat, vt moriens diuina ope vitam hanc feliciter concludat; ut propterea dubium non ſit, Curatum ſub mortali culpa morienti ex ſua parochia aſſiſtere debere vſq. ad extremum uitæ ſpiritum, ſi ſciat morientem aliquo lethali peccato irretitum, nec confeſſū, nec vlla contritionis ſigna dediſſe; vel etiam ſi ſacramentotum ſubſidio munitus ſit, Dei voluntati eum ex hoc ſeculo euocāti, acqeſcere nolle &c. *Tol. l. 5. c. 5.* Preceſq. quę in Rituali Romano continentur, adhibere, quò Deus eius animam è corporis carceribus egredientem placatus propitiuſq. ſuſcipiat, ſępius moribundi animum confirmare, ne doloribus qui mortem comitari ſolent per impatientiam à Deo disiungatur, & fructum ſui certaminis amittat: Recolendo & vana eſſe oīa huius mūdi, ac ideo mortem non eſſe timendam, nec declinandam &c. Hinc Reginaldus Polus Card. cū intellexiſſet, Henricum Anglię Regem, pręmium aureorum aliquot ei conſtituiſſe, qui illi necem inferret, miratus Regis dementiam, dicebat, Iamdiù uitæ huius tædio affectus mortem optaui, & cum Rex tanto eam ſtudio efficere cōtendat, nihil aliud facit, quàm ſi eum ti dormitum, veſtimentum ſubtrahere conetur. *Dionyſ. Carthuſ. de quatuor nouiſs. de iud. anima. artic. 37. Gen. in Man. Paſt. c. 57. Creſpet. in ſumma ecclef. in v. Infirmorum cura. Poſſen. c. 13 nu. 13. Baſſ. l. c. c. 12. Synod. Amer c. 183. Beia. p. 1. reſp. caſ. cōſc. caſu 11. Simon. Maiolus p. 2. dierum canic colloq. 7. Daur. to. 4. & exemp. c. 8. tit. 9. Helchet. ſup ſop lect. 48. Beyer. in Apophteg. chriſt. in v. mortis contēptus.*

Secundo Curatus cum aliquis ex ſua parœcia ex hac vita deceſſit, debet eum honeſtæ ſepulturæ mandare, & gratis ſi pauper eſt, id officij pręſtare, & eius animam Deo commendare. Nec enim dubium eſt, honorifice, moderate tamen, cadauera ſepelire, maximū eſſe pietatis opus, cuiusneglectus cum ſine incommodo fieri poteſt, nec aliud quid obeat adſit, mortali culpa non caret; ut proinde DD. velint, ante omne æs allenum funeris impenſam deducendam eſſe, nec debitoris cadauer poſſe inſepultum iacere, vel ad creditorum, ut aiunt, inſtantiam detineri. *Bānes. 22. q. 32. art. 2. & ibi Val. d. 3. q. 9. p. 2. Couar. l. 2. var. reſol. c. 1. nu. 10. Mol. de iuſt. & iu. d. 235. Tuſch. in v. ſepultura. concl. 193.*

q. 197. Deflenda profecto eſt quorundam Sacerdotum cæcitas, qui dum varia charitatis officia cõmiſſis ouibus exhibent, dum aſſidue cadauera tractant, & ob oculos habent quotidie in eccleſijs, & cœmiterijs uerſantur, & mortem recolendi continua eis ſuppeditatur occaſio (nam teſte D. *Auguſt. l. de cura pro mort. haben.* non ob aliud mortuorum ſepulchra memoriæ, vel monumenta dicuntur, niſi quia eos qui à viuẽtiũ oculis morte ſubtracti ſunt, in memoriam reuocant, &c.) Adhuc tamen mortalis conditionis ſuæ immemores inexplebilem auri famem fouent. Et cũ mortis memoria multos ad rerum terrenarum contemptum inducere ſoleat, (facile enim contemnit omnia, qui ſe quotidie moriturum cogitat) ne ipſius quidem mortis quaſi cõſpectus quorundam Parochorum auaritiam frenare, ac compeſcere poteſt. Vnde Prælati circa defunctorum exequias inuigilare debent ne ſcandala, & iniuriæ inde oriantur, vbi iura naſci par eſſet. Multoties enim in ſacramentis adminiſtrandis admodum ſegnes ſe oſtendunt, at circa expenſarum funerum exactionẽ nimis ſolicitos. ait *Molfeſ. tr. 13. c. 8. nu. 4.* Multa à SS. Patribus pie inſtituta ſunt, quę inde ætas, incuria, licentia, aut corrupit, aut certe à recto eorum vſu ſenſim deduxit. Quid magis chriſtianæ charitati, fideique conſentaneum, quã mortuos religioſo ritu ſepulturæ tradere, eorumq. animas purgatorio igne admiſſa expiantes, piis ad Deum precibus, atque officijs, quibus eorum leuari ſupplicia credimus, proſequi? idque tùm maximè præſtare, cum ipſa corpora, quę ſurrectura non dubitamus, terræ reddimus. Et ſi Parochi animarũ uiuentium curam habent, quod plus eſt, cadauerũ etiam curam gerere debent, quod minus eſt. *Monach. de execut. in veſtib. c. 7 nu.* 47. Et tamẽ quod in maiorum more, in myſterio, in pietate ortum habet, id ſæpe ad vanam apparatus oſtentationem, & ſuperbiam vertitur, ſępe auaritia, interdum ſimonia deprauatur, dum pro exequiis, de præcedentia contenditur, pretij nomine multa exiguntur, & uarię illicitæ, ac turpes pactiones admiſcentur; & in his conquirendis emolumentis, quę in funeralibus eis iure debentur, cum populi ſcandalo ſe nimis anxios, ac litigioſos ſacerdotes oſtendunt. Hoc enim mercatoris eſt potius, qui totus eſt in lucris comparandis, & de illis digladiari ſolet, non uero Paſtoris, & Curatoris, qui ab omni auaritię ſuſpicione abeſſe debet, quẽ & in pęnis tenacem eſſe nõ conuenit, nec contra honeſtatem lucris inhiare. *Buſtrius conſ.* 34. *Caſtr. cõſ.* 260. *Tuſch. in v. auaritia. concl.* 151. *& v. clerici concl.* 379. Vt merito etiam D. Bernardus *de Conuerſ. D. Pauli* conqueratur, Dati ſunt ſacri ordines in occaſionẽ turpis lucri, & queſtum ęſtimãt pietatẽ, an uero Saluatori animarum grauior eſſe poterit perſecutio? Curatus ergo vbi ſit cõſuetudo, gratis mortuos ſepelire tenetur; & vbi uſu receptum eſt, aliquid pro funere dari ſolitum tuta conſcientia, & ſalua religione recipere poterit. Ita tamen agat, ut prius mortuum libere ſepeliat, deinde conſuetã largitionem petat quam poſtea, ſi negaretur, uia iuridica poſtulare ei licebit. Et ipſe Curatus ab auida exactione tã alienus eſſe debet, vt lethaliter peccet, & excõicatione Sũmo Põtifice reſeruata, irretiatur, ſi quẽ ad eligendã ſepulturã in ſua eccleſia inducere conetur. &c. *clem. cupientes.* §. *fane. tit. de pęnis. c. 1. de ſepult. l. 6. Sot. l. 9. de iuſt. & iu. & q. 6. artic. 2. Rom. conſ.* 244. *Sylueſt. in v. ſepultura. q. 3. Nau. c. 25. nu. 131. Poſſeu. c. 14. nu. 3. Card. Paleot. in Archiep.* Bonon. *p. 3. tit. de funer. Vgol. de ſimon. tab. 1. c. 44.* §. 2. *Molfeſ. de vl. volunt. tract. 13. c. 8. nu. 40. Grat. in diſcept forenſ. c. 216. & c. 298. Riccius in praxi ſepultur. deciſ.* 1165. Hic tamen aduertendum, ob iuriſdictionem, qua Parochus in ſua parochia fungitur, funus ſine eius licentia (ut aiunt) leuari non poſſe, nec cadauer efferri, antequam per eum dicatur Antiphona, Subuenite, &c. Et ita de recepta conſuetudine, cui in in his funeralium caſibus, ſicut & in alijs tãquam legi ſtandum eſt, maxime circa ea, quæ ad Parochum ſpectant. Quamuis in aliis eccleſiis, extra Parochiam, libera ſepultura concedatur. *Imol. & Cardin. in clem. dudum. de ſepult. Oldrad. conſ.* 82. *Grat. d. c. 298. Tuſch. in v.* Parochiani. *concl.* 97.

Porro quomodo illud priuilegium intelligi debeat, quod aliquibus ſocietatibus concedi ſolet, vt aliqua ſacramenta adminiſtrare poſſint, & defunctos eiuſdem cætus ſepelire cum pompa funerali in d. eccleſia, abſq. alia requiſita licentia, ſine tamẽ præiudicio Parochorum, & iurium parochialium: videatur idẽ R*iccius 3. p. Deciſ Cur. Neap. Deciſ.* 12. vbi reſoluit ſacerdotes capellanos ab ea ſocietate electos ſacramenta ſacroſanctæ euchariſtiæ, & extremæ vnctionis ſociis adminiſtrare poſſe, & pariter cum funerali pompa ſepelire, Parochis minime requiſitis verum; quod ad parochialia iura, & emolumenta ipſis Rectorib. cõpetentia teneantur.

An aũt Parochus habeat ius ſepulchri ſedium, ſcãnorumq. in ſua eccleſia videatur. *Vgol. de offic. Epiſcop. p. 2. q. 17. nu. 7. Nau. conſ. 1. de ſepult. Gratianus l. c. arg. Gionagnonus p. 2. reſp.* 8. vbi etiam reſoluit contra Vgol. Rectorẽ eccleſiæ nõ poſſe ad ſui libitum laicorum ſedilia amouere, quãdo per ea tẽpli ſeruitium non incommodatur, etiam ſi non ius, ſed mera facultas transferatur. &c.

Poſtremæ quæſtio reſolutio.

AD illã vero poſtremã q. qua petebatur an Bonifacius teneatur ad æs alienũ ſoluendũ, quod in medicinis & in ſepultura, per hæredes Andreæ ſui prædeceſſoris contractum eſt, breuiter dico, ad illud ſoluendum aſtringi, quod enim pro ſua ſuſtentatione, vel

in

in ſua ęgrotatione expĕdit, pro neceſſitate eccleſiæ conſiatlle videtur, cum eccleſia illum alere teneatur. *Abbas in c. 1. & 2. ext de ſolut. Burſat. vol. 3. conſ. 226. Surdus Deciſ. 255. Roland. vol. 1. conſ. 14.* vbi quò ad ſumptus in infirmitate factos ad illum morbum reſtringunt, quo clericus deceſſit. Idē dicendum eſt, & reſoluendum, quò ad impenſas funeris, quę ad remedium ſalutis animę defuncti ſpectant, vt eſt ſumptus, qui circa clericos, ad officium ſepulturę factus eſt; hęc enim ad eccleſiam ſpectāt, quamuis Andreas prædeceſſor patrimonium habuerit, præſertim ſi eiuſdem defuncti nepotes heredes proteſtati ſint ſe animo illas expenſas rehabendi feciſſe.

Appellatione vero funeris venit quidquid in elatione mortui erogatum eſt in cereis, & quidquid religioſis, ac ſacerdotibus eleemoſynę cauſa traditum eſt, & quod pro condendo cadauere tandem conſumptum eſt, etiam ſi non in eccleſia ſui beneficii, ſed alibi ſibi ſepulturam elegerit, modo expenſæ ex regionis vſu moderatæ ſint. *Belles de cler. debitore p. 1. § 3. Tuſc. in v. ſucceſſor. concl. 865. & v. Epiſcopus ſucceſſor concl. 268. & ſeq.* vbi etiā reſoluit Epiſcopum grauatum ęre alieno antequam epiſcopus creatus eſſet, ſi cum ad pinguiorem fortunam deuenerit, ad ſoluendum creditoribus ſe obligauit, nec in foro conſcientiæ, neque in foro foriaco Epiſcopi teneri fructibus ſoluere aſtringi, ſi quidem abſq. Pontificis licētia, huiuſmodi ęri alieno ſatisfacere non poteſt.

ARTICVLI, QVAESTIONES, ET CASVS ſuper Sacramento Matrimonij. Cap. IX.

QVÆSTIO XXII.

An ſine cauſa liceat à ſponſalibus reſilere. An Parochus pretium accipiens vt à denuntiationibus faciendis abſtineat, peccet peccato ſimoniæ. An valeat matrimonium contractum poſt ſponſalia cū alia inita, & cum affine in ſecundo gradu. An reijciatur à legato ea conditio vxorem ducendi cum conſilio Parochi, & quid de legato relicto alicui, vt nubat vni ex filiabus alterius. &c.

LVcas homo ſui iuris iniuit ſponſalia de futuro cum Lucretia, poſtmodum facti pœnitens, & mutato propoſito, cum Anna in facie eccl. ſię matrimonium contrahere volens, timenſq. ne ipſum matrimonium iuſte à conſanguineis Lucretiæ impediretur, vt quantocius ad eius celebrationem deueniretur, quandam pecuniarum ſummam Parocho dedit, qui omiſſis denuntiationibus inconſulto Ordinario, cum omnia ad nuptias in eccleſia celebrandas ſint parata, vtriuſque ſponſi, & ſpōſæ cōfeſſiones excipit, atq. ex ipſius Lucæ ore ītelligit eſſe d. Lucretia prius ſponſalia contraxiſſe, & cum Lucia Annæ conſobrina aliàs rem habuiſſe. Quæritur quænam in hoc caſu ſint Parochi partes.

Item cum Bernardus Magdalenæ pauperi viduæ, & ſibi ſanguine coniunctæ 300. aureos reliquiſſet, ſi de conſilio Petronii ſui Parochi nuberet, & Blaſio pariter fratri eiuſdē viduæ 200. legaſſet, ſi vni filiarum Ioannis in matrimonio collocaretur quæritur, an cum ipſa Magdalena conditioni non paruerit, ſed incōſulto Parocho nupſerit, & d. Blaſius cum petierit minorem, & Ioannes non illam, ſed maiorem dare voluerit, ac propterea aliam poſtea extraneam duxerit, quid de vtroq. legato cenſendum ſit, & quid ipſe Parochus reſpondere debeat.

I. SVPPOSITVM.

SVppono Parochum bene munitum eſſe debere ſacramentorum, & præſertim matrimonij notitia, & cognitione, tum habito reſpectu ad ea, quæ de ſubſtantia ipſorum ſunt, tum etiam ratione eorum, quæ & ſi ad ipſorum eſſentiam non pertineant, omitti tamen ab eo pro arbitrio nō poſsūt.

Hinc in diæceſibus bene inſtitutis Epiſcopi clericorum conuentus cogendos curāt, vbi conſcientiæ caſus aguntur, & ea pertractantur, quæ Parochiale munus, atq. animarum curam concernunt. *Catech. Roman. de matrim.* Hinc *M. Ant. Genuēſ. in Man. Paſt. c. 62.* Inſtruendi ſunt, inquit, confeſſarii, & Parochi, etiam circa actum practicum, quia multi ſunt docti, ſed non apti ad ſacramenta miniſtranda.

Scite admonet *D. Bernardus l. 4. de conſid. c. 1x.* De pretio eſcarum, inquit, & de numero panum cū miniſtris quotidiana diſcuſſio eſt, rara admodum cum presbyteris celebratur collatio de peccatis populorum. Cadit aſina, & eſt qui ſubleuet eam, perit anima, & nemo qui reputet, nec mirum, cum nec noſtros quidem aſſiduos ſentiamus defectus. Animarum Curatores in promptu habere debent aliquorum caſuum conſcientiæ reſolutiones, qui ſi ignorantur, & conſilio, ſiue librorum reuolutione opus ſit, periculum erit in mora. Nihilominus illis ſuadetur, vt multis ijſq. ſelectis moralis Theologiæ libris bibliothecam ſuam inſtruant, non vt omnes inani curioſitate reuoluāt, ſed vt dum ſe occaſio offert, in difficilioribus rebus, quid tenendum ſit, inuenire poſſint, & quod in vno non reperitur, ex alio haurire obuiam, ac promptum ſit, ſiquidem

Non omnia poſſumus omnes.

Et vt ait Euripidus,

Vt cuncta norit, nemini mortalium
Datum eſt.

Et vt vulgo dicitur, Ille haurit aquam cum cribris qui vult ſtudere ſine libris. Et ſicut memoria euaneſcit

neſcit, niſi quotidie ſubinde renouetur: ita libri ſi non euoluantur, ſitu cohęreſcunt. *Oldrad. conſ.* 84. *Vgol. de officio Epiſc. p 1. c.* 15. §. 12. *Marcus Ant. Genu in Man. Paſt. c.* 61. *Zech. de epiſc c.* 6.

Admonentur tamen confeſſarii vt ſuas vires, & doctrinam diligenter examinent, neque ad eorũ confeſſiones excipiendas ſe intromittant, quos verentur, ne illis ſint adſtricti caſibus, quos ipſi ſoluere, vel extricare neſciant. D. *Greg. Nazianz. orat. D. Chryſoſt ad Philipp. hom.* 12. Quod ſi aliquando caſus aliquis eis contingat cui diſcutiendo impares ſe ſentiant, tempus ad deliberandũ, uel reſoluendũ poſtulent, & vel per ſe, vel doctiorẽ conſulendo, illum expediãt. Nã ſi in tẽpli regimine vbi de uilib. tantum, & caducis rebus agitur, & in quibus ſi error, aut damnum contingat, ex imperitia regentis, facile cõpenſari poteſt, neceſſarium tamen pro bono regimine conſultationem omnes aſſerunt, quanto magis in animarum negotio, in quo ſacerdotis imperitia, vel imprudentia non temporale, ſed æternum, ſibi, & animabus detrimentum afferre poteſt? vt SS. Patres, & DD. animaduerterunt.

Et ſcite Pius 2. cum de imperitis medicis, & ſacerdotibus ſermo incidiſſet, inter eos diſcrimẽ aſſignans aiebat, Imperiti medici corporis duntaxat, ſed ſacerdotes indocti animæ interfectores ſunt, vide vtrũ uis è duob. elegeris &c. Recte & D. *Hieron. in Iſa. c.* 13. Græci, inquit, poetæ laudabilis illa, & admiranda ſententia eſt, Primo eſſe beatum, qui per ſe ſapiat. Secundo qui ſapientem audiat, qui autem vtroq. caret, hunc inutilem eſſe, tam ſibi, quam omnibus. *Baſſus de cur. anim. p* 3 *c.* 13.

II. SVPPOSITVM.

PRæmitto matrimonium initiari per ſponſalia, quæ ſunt futurarum nuptiarum conuentio, & promiſſio ad quorum validitatem ex communi DD. ſententia, tres conditiones requiruntur. Primo vt adſit promiſſio volũtaria, & deliberata, nam propoſitum ſolum, vt cum dicitur, volo te accipere, nullam obligationẽ inducit. Scđo quia vis obligandi ex volũtate naſcitur, hinc promiſſio ficto animo facta, ex ſe nullũ vinculũ parit. &c. Tertio deliberatio concurrere debet, cum enim ſub mortali ſponſalia ligent, tantam conſultationem interuenire oportet, quæ ad lethalem culpã cõflandam ſufficiat.

Scđo exigitur vt ſit mutua, & acceptata ꝓmiſſio, quandoquidem non ſufficit vt vnus tantum promittat, ſed vterq. ſpondere, & ſponſionem recipere debet. Et regulariter onerosi contractus hanc tacitam conditionem includunt, ſi alter viciſſim repromiſſerit. &c. Tertio opus eſt vt hęc ꝓmiſſio aliquo externo ſigno ſufficienter ſit manifeſtata, licet .n. promiſſio quæ Deo fit, ſufficiat vt interna ſit, quod tamen homini promittitur, exteriori aliquo actu prodatur neceſſe eſt; nam Deus intuetur cor homines autem ea quæ patent, 1. *Reg. c.* 16.

Sponſalia dicuntur à ſpondendo, ideſt promittendo, ſiquidem veteribus mos fuit per parentes, tutores, vel amicos, aliis vxores futuras ſpondere. *Gell. l.* 4. *noct. att. c.* 4. *Thol. l.* 7. *ſyntag. in c.* 2. Ad quę tam in pueris, quam in puellis ſeptem annorum ætas requiritur, tunc enim rationis vſus illuceſcere incipit. Atq. hinc colligitur ratio, cur ius canonicũ eandem in viris, & fœminis ætatem quo ad ſponſalia præſcripſerit, cum tamen ad matrimoniũ contrahendum diuerſum ætatis gradum diffinierit, nã ad ſponſalia rationis vſus ſufficit, ad matrimoniũ vero generandi potentia deſideratur, quæ tardius in viris reperitur, *Ricc. in Deciſ. cur. Neap deciſ.* 20.

Sufficit autem, vt ſeptem anni ſint incepti, nam in fauorabilibus dies incepta, & inchoata, niſi aliud iure caueatur, habetur pro completa, vt etiam de ætate ad ordines requiſita ſtatuitur. *Sanchez. l.* 2. *de mat. diſp.* 24. *nu.* 22. *Roder. in qq. tom.* 3. *q.* 22. *art.* 7. *Henriq. in ſumma l.* 10. *c.* 19. §. 2. *& l.* 13 *c.* 38. §. 2. *Gutier. in can. qq. l.* 1. *c.* 26. *num* 8. *Garz. de benef p.* 7. *c.* 4. *nu.* 21. Et eadem ſponſalia omnes illi contrahere poſſunt, qui à iure non prohibentur, nã minores ſeptẽnio, & aliæ perſonę propter eccleſiaſtici iuris impedimenta incapaces sũt, & cum, vt dixi, ſponſalia ſint futuri matrimonij promiſſio, ꝓinde omnes qui ad coniugium inhabiles non ſunt, ad ſponſalia etiam idonei iudicantur &c.

Sicut tamen malitia in matrimonio ætatẽ ſupplet, ita etiam in ſponſalibus ſupplere cenſendum eſt, iuxta illud,

Cæſaribus virtus contigit ante diem.

Et ſane experientia docet, humanam vitam quotidie breuiorem fieri, ac contra hi, & in pueris rationis vſum accelerati, vt merito quidam exiſtimẽt, pleroſq. pueros etiam ante completum ſeptẽnium, eſſe rationis capaces, ac proinde etiam ad ſponſalia aptos. *Camp. in Diuerſ. Iur. rub.* 7. *c.* 1. *Sanchez. l.* 1. *de ſponſ. d.* 16. *Bonac. q.* 1. *p.* 4.

Effectus ſponſalium.

EOrum effectus eſt obligatio ad contrahendum p ſponſionẽ in ipſis factam, ita vt per ea hoc ius acquiratur, vt ad promiſſionem adimplendam inuicem ſe cogere poſſint, atque ideo mortalis culpæ reus fiat qui ſine iuſta cauſa ab eis recedit, id. n. ſine graui proximi iniuria non accidit, & renitens ad eorum obſeruationem excommunicationiſcẽſura per eccleſiaſticum Iudicem adigi queat. Imo ſponſus, vel ſponſa, à ſpſalib. ſine cauſa reſiliẽs ab ipſo Iudice eius arbitrio puniri põt, & ſi ipſe ſponſus famæ ſponſæ per hoc officit, in bonis mulctandus eſt, in pecunia compenſando damnum, quod puella

Digitized by Google

puella patitur. &c. Vt ex communi tradit. idē *Riccius in Praxi Deciſ. 231. & 233. & Molfeſ. tract. 4. c. 5. nu. 26. & 36. Sanchez l. 1. de matrim. d. 28. Ger. l. 3. de ſacr. immunit. c. 21. n. 86. Gutier. de matr. c. 15.* vbi aiunt, promittentem ſponſalia nullo præmiſſo tempore, teneri habita commoditate, quàmprimum adimplere. *arg. l. in omnibus. ff. de reg. Iu.* Quę ſententia vera eſt requirente demum hoc eo, cui promiſſio facta eſt, exemplo debitoris, qui non niſi requiſitus ſoluit, niſi tamē creditor petere ex timore reuerentiali non audeat, vel quando ex obliuione creditum ſuum non exigit.

Excipitur tamen in promiſſione de ducendo in vxorem facta prope copulam carnalem ab amore capto, vt per *Ricciū. p. 3. Deciſ. Cur. Neap. deciſ. 15.*

Sponſalia quomodo diſſoluantur.

PORro ipſa ſponſalia ex his potiſſimum cauſis diſſolui poſſunt. P° per contrariū conſenſum, quia omnis res per eaſdem cauſas diſſoluitur, per quas contrahitur, quod procedit etiam ſi iuſiurandi religione firmata fuiſſent, & ſi ipſa ſponſalia iurata ſint principaliter in honorem Dei, ſeu per modum voti, vt accidit, quando quis pietatis intuitu, pauperi fœminæ cum iuramento promiſit, ſe cum ea matrimonium contracturum, modo tamen ipſa promiſſio libera ſit, metu, atq. illata vi carens. Scdō ingreſſu alterius in religionē, & per votum ſimplex caſtitatis, religionis, & ſacrorum ordinū, ac &t matrimonio de præſenti cum alia perſona contracto. Tertio ſuperueniēte affinitate, vel cognatione ſpirituali. Quarto ſi alter eorū in lōginquā regionē proficiſcatur, & ſtatuto tpe non redierit. Quinto ſi morbus contagioſus, vel notabilis deformitas ſuperueniat. *Sanchez. l. 1. d. 57. Giouag. con. 16.* Sexto ſi alter eorum poſt contracta ſpōſalia fornicetur; in quolibet enim actu ſiue per vltimam voluntatem, ſiue inter viuos, etiā ſi iuramēto roboratus fuerit, ſemper clauſula illa ſubintelligitur, Rebus ſic ſtantibus, *vt per DD. in c. quemadmodum. ext. de iureiur. Riccius p. 3. Deciſ. Cur. Neap.* Deciſ. 317. *Marta de clauſ. p. 13. clauſ. 73.* Item ſi fornicatio ſponſalia præceſſit, ſed tñ tunc ignota non fuit, & ſi poſtea dubitet an tempore ſponſalium ita eſſet affectus, vt eam ſibi deſpondiſſet, ſi illam defloratam, vel vitiatam eſſe cognouiſſet. Septimo propter morum alterius contrahentium aſperitatem, vt ſi vir cognitus ſit crudelis, durus, & aſper, vel ob omiſſionem alicuius rei, quę promiſſa eſt, ſiue ob conditionem non impletam. Tandem quoties aliqua rationabilis cauſa ſuperuenit, quę ſi pręceſſiſſet, ſponſalia inlita non fuiſſent. Plures enim poſſunt euenire caſus, & cauſę, quā iure determinari poſſint, idcirco quæ ſint iuſtæ diſſoluendorum ſponſalium cauſę, Iudicis arbitrio remitti debere, concors eſt ſcribentiū placitum. *c. requiſiuit, & in c. ex literis c. ex de ſponſ. & DD. infra citandi.*

Siquidem in his caſibus ad ſponſalium diſſolutionē (niſi cauſa ea reſcindēdi manifeſta ſit, & ſcādalum abſit) Iudicis regulariter authoritas requirit, qui vt dixi dēt eſſe eccleſiaſticus, ſiue ordinarius, ut Eṕs, & Vicarius, ſeu ab ipſomet Epiſcopo delegatus. Parochus vero Iudex competens eſſe non poteſt, cum in foro externo iuriſdictionem nō habeat. *Gutierez de matrim. cap. 35. Sanchez l. 1. d. 69. Reg l. 31. nu. 268. Conin. d. 23. dub. 8. Bonac. d. 1. p. 10. q. 1. Binſfeld in theol. paſt. c. 19. Menoch. l. 2. de arbitr. Iud caſu* 455. *& l. 4. conſ.* 386. *Horat. Giouagn. l. 1. reſp. 16.* vbi etiam reſponſo ſeq reſoluit, ſuppoſita legitime facta ſponſaliorum diſſolutione, locū eſſe iocalium repetitioni, & aliorum per ſpōſum ſpōſæ traditorum, ut ſimilem reſolutionem tradidimus ſupra *tract. 9. c. 9. q. 23.*

III. SVPPOSITVM.

TErtio pręmittēdum eſt, Matrimonij ſacramētum à Deo in ipſo naſcentis mundi exordio, & in Paradiſo inſtitutum, ac deinde in nouo teſtamento Chriſti pręſentia decoratum, piam, ac religioſā aĩ pręparationē requirere. Vnde Parochorum officium eſt, graui cohortatione eos, qui matrimonium inituri ſunt, monere, quomodo illud ſancte contrahendum ſit, & quemadmodum in eo caſte, pieq. verſandū, & quo præterea modo ſancte, moriendum ſit, in hocq. eò maiorem adhibere diligētiam debent, quò magis vident homines in eo grauiter peccare, quod ſancte inire deberent; & brutorum more, ſolaq. carnis concupiſcētia ductos, id efficere. Nec dubiū qn ſi fideles matrimonij naturā, & ſanctitatem probe cognitā habuerint, & inuiolatam ſeruauerint, multa, & magna commoda ad chriſtianā ſocietatē redundatura ſint. Contra vero ea ignorata, uel neglecta, multę maximæq. calamitates, & detrimenta in Dei eccleſiam importanda ſint. Recte enim dr̃ à ſapiēte. *Eccl. c.* 45 tria in conſpectu Dei, & hominum ſpecioſa videri, concordiā inter fratres, amicitiam inter vicinos, virum, & mulierem in ſocietate, & mutua fide perſeuerantes. Et Euripides huic ſententiæ ſuffragatur dicens,

Quàm maxima exiſtit ſalus,
Cum vxor cum viro non diſſidet. &c.

Quamq̃ viri potiſſimū infelicis matrimonij cā ſint, dū pecunię cupiditate, aut ambitione, vel forma capti, in nuptias p̃cipitantur, neſciētes, nobilitatis, amplæ dotis, ac pulchritudinis duo peſſima mala ſocia eſſe, vxoris .ſ. ſuperbiam, & viri ſeruitutem. &c. Hoc animaduerterunt D. Paulus, & Apoſtolorum Princeps, cum non ſolum ea, quæ ad dignitatem, ſed etiam ad matrimonij officia pertinebāt, plu-

Digitized by Google

plurib. in locis ſuarum Epiſtolarum tàm accurate nobis ſcripta reliquerunt, *Catechiſmus Rom de matrim. in principio. Conc. Trid. ſeſſ. 24 c. 1. de reform. Tiraq. l. 5. connub.*

IV. SVPPOSITVM.

Est autem matrimonium, quò ad quid nominis, idem quod matris munium, ideſt officium, quod fęmina idcirco maxime nubere debet ut mater fiat, vel quia prolem concipere, parere, & educare matris munus eſt. Item dicitur quaſi matrem muniens, quia vxor per matrimonium virum acquirit, à quo ipſa, vt infirmum, & imbecille animal defendatur, ac muniatur, & à matre potius quam à patre denominatur, eo quod ſit ante partum oneroſa, in partu doloroſa, & poſt partum, in prolis educatione laborioſa. Quò ſi aut parentes quidem liberos ament, ſed nullus affectus ſit, qui maternum vincat, eiuſq rei *Ariſt. l. 9. Eth. 17.* affert rationem, quod ea magis impenſe amamus, quæ multo labore obtinuimus, vt propterea non ſine cauſa Lyciorum legem commẽdari videamus, qua cauebatur, vt filii à matribus, non autem à patribus nomina ſumerent, familiæq. ſuæ decus peterent. *c. 2 c. de conuer. Infid. D. Thom. in 4. ſent, d 27. q. 1. art. 1. Caſſan. in catal glor. Mundi p. 2. q. 38. Marc p. 2. q. 727. Ann. Rober. l. 1 rerum Iud. c. 8. Tholoſ. in ſynt. in l 31. c. 5.* Matrimonii aũt cãm fauorabilẽ eſſe ita vt ipſius fauore diſpenſatio quę ſtricta eſt, & odioſa, ſit extendenda, & pro eo in dubio ſit iudicandum tradit, *Ricc. 3. par. Deciſ. Cur. Neap. Deciſ. 50. & Tuſch. v. matrim. concl.* 154. Et cum matrimonialis cauſa ſpiritualis ſit, & ad eccleſiæ forum ſpectet, ideo ſolus locorũ Ordinarius eſt eius Iudex, & laicorum ſtatuta ſuper matrimonio, uel illud impedientib. nõ valẽr, vt ibidẽ. *Tuſc. n. 33.*

Quò ad quid rei diffinitur, vt ſit viri, ac mulieris maritalis coniunctio, inter legitimas perſonas indiuiduam vitæ conſuetudinem retinẽs, ad prolis generationem principaliter inſtitutum.

Diffinitionis matrimonij explicatio.

In qua diffinitione quatuor cauſę comprehenduntur, ſiquidem cauſa efficiens remota ſupponitur, cum Chriſtus hoc ſacramentũ inſtituerit; coniuges vero cauſa proxima exiſtũt, ipſi nãq. per mutuum conſenſum ſe coniungũt. Sunt etiam res, quæ in ipſo matrimonio copulantur, & per conſequens ipſorum cõſenſus eſt materia, vt autem verbis exprimitur, eſt forma. Quo fit vt etiam ipſi cõtrahẽtes ſint miniſtri, & ſi ẽt Parochus vt teſtis à cõcil. Trident. requiratur, ipſe tamen miniſtri perſonam nõ ſuſtinet, vt proinde nec opus ſit vt illa verba proferat, Ego vos in matrimoniũ coniungo. &c. *Gennenſ. in Prax. Neap. c. 61. in addit.* Addo quod, & ſi ipſi contrahentes excommunicatione maiori affecti eſſent, licet ſic coniugium ineundo lethaliter peccarẽt, cõtractũ iñ p eos tenet tanq̃ quidam contractus, à iure gentium deſcendens, & a ſolo partiũ cõſenſu dependens. *Sayr. l. 2. de cenſ. c. 9. nu. 15. Gutter. de matr. c. 83. Bonac. q. 2. p. 4.* Itẽ hęc diffinitio nõ ſolũ conuenit matrimonio, vt eſt cõtractus ciuilis, ſed etiam vt eſt ſacramentũ, ſi quidem matrimonium fidelium non ſolum contractus, ſed etiã ſacramenti proprie dicti naturam induit, tùm quia eſt ſacrum ſignum gratiæ efficax, tùm quia de fide hoc determinatum eſt, *vt in ca. ad abolendam. ext. de haret. & in Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 1. Fil. tuc. tract. 10. c. 1.* Dictum eſt coniunctio, quia in hac matrimonii eſſentia conſiſtit, quæ quidem coniũctio ex mutua coniugum traditione oritur.

Dicitur maritalis ad differentiam aliarũ coniũctionum, quæ in humana ſocietate fiunt, vt ad bellum ineundum, ambulandum, ſtudendum, nauigãdum. &c. Et ad internoſcendum diſcrimen coniunctionis fòrnicatiæ, & illicitæ, quarũ neutra eſt matrimonium. Poſitum eſt viri. &c. quia in parem ſexum coniugium cadere nequit, licet omni iure reclamante legatur, Neronem quendam adoleſcentem deſponſaſſe. Item dictum eſt viri, & mulieris in ſingulari numero, quia virorum, ac mulierum pluralitatem naturalis, diuina, canonica, & ciuilis lex deteſtatur. Additum eſt inter legitimas, hoc eſt nõ habentes aliquod impedimentum dirimens, nã ſic matrimoniũ non eſſet, ut infra dicemus. Sequitur deinde, Indiuiduam vitæ cõſuetudinẽ, &c. vt indiſſolubilitas matrimonialis vinculi oſtendatur, quo vir, & vxor colligantur. ita vt non niſi per mortem diſiungi poſſint; licet aliquando quò ad thorum, & cohabitationem ſeparatio fiat; & vt innuatur coniuges teneri ſimul habitare, ita vt nec ob dotem non ſolutam fas ſit marito ipſam vxorem expellere ſi abſq. eius culpa non ſoluatur. *Sanchez. lib. 3. d. 5. Molfeſ. tr. 4. c. 12 nu. 43.* Vnde quia etiam multi vxores ſuas dimittunt, & per alienas regiones vagantur, Epiſcopus confeſſarios admonebit vt ipſos non abſoluant, niſi abſq. mora redire proponant, cum in lethali peccato iaceant. *Gennenſ. in Man. Paſtor. c. 84. Bonac. de matrim q. 4 puncto 6. nu. 20. Reginald. l. 31. nu. 302. Sanchez. l 9. de mat. diſp. 4.* & colligitur ex *c. 1. ext. de coniug. lepros.*

Poſtremo loco ſubiecta ſunt illa verba, Ad prolis generationem, &c. vt matrimonii finis innoteſceret: tres enim potiſſimum ſunt contrahendi matrimonii cauſæ, nempe prolis generatio, & vitæ cõmunicatio, & fornicationis euitatio: pro qua auertenda pænitenti alicui fragili, & ad carnis lapsũ procliui, matrimonium à docto, & prudenti confeſſario iniungi poſſe, multi DD. pro conſtanti, & expedito

pedito ſupponunt. Ex quibus etiam cauſis tria matrimonii bona conſurgunt;Proles,fides,&ſacramẽtum,quamuis.n.mr̃imonii actus de ſe licitus,& ſtudioſus ſit, aliqua tamen ſecum detrimenta affert, vt perpetuam ſeruitutem,nimiam mentis ſollicitudinem.&c. Ideo SS,Patres, & DD,tria bona cõſtituetunt, quibus illa coniugalia incommoda compenſentur,*Henriq.de matrim.c.*15. *Tol l.7.c.2.Chamerivus. de ſacr.matrim.tract.* 12.c 4. *Lecchius.c.* 2.*Melfeſ.tractat.* 4.c.4.*num.*18. *Montecat.in* 2.*lib. Polit.c.*4.*Nald.in v.matrimonium. Sanchez lib.* 2. *d.*29.

V. SVPPOSITVM.

POrro matrimonium in varias partes,vel ſpecies diuidi ſolet . Primo quoddam eſt ratum per verba de præſenti contractũ, non iñ carnalis facta eſt cõmixtio:aliud cõſummatũ,nempe cum corporalis ſubſecuta eſt copula Primum hoc gaudet priuilegio,vt quis religionem ingredi poſſit, eoq profitente integrũ ſit alteri cum quo voluerit cõtrahere,vt exõi.ait *Bonac.de matr.q.3.pun.4 q.3.n.4.* Secundum hanc hẽt prætogatiuam , vt ex eo naſcatur affinitas,modo ſaltem ex vna parte facta ſit ſeminatio,& vir ex vi ſtatuti,ſponſa de præſenti cognita decedẽte;pattem, vel totam dotem lucretur. *Sanchez.l.*2.*de mat.diſp.*1.*nu.*3.*& l.*7.*diſp.*64.*nu.* 25.Secundo, Aliud eſt clandeſtinum,nempe occulte initum,& aliud eſt non clandeſtinnm,publice in facie eccleſiæ, coram Parocho , & duobus teſtibus etiam in priuatis ędibus celebratum. Tertio,quoddam eſt matrimonium verum quatenus eſt contractus ciuilis, vt inter Infideles; & aliud eſt matrimonium, & ut contractus, & vt ſacramentum ſimul,vt à fidelibus, & chriſtiano fidei cultoribus celebrari ſolet. Quarto quoddam matrimonium dicitur verũ, quia in rei veritate coram Deo , & eccleſia validum eſt , nulloque clandicat impedimento. Aliud vero eſt præſumptum,ſiue putatiuũ, qa ab oĩbus in foro exteriori verum,& legitimum exiſtimatur , ſed in iudicio interno , & in foro poli ob aliquod impedimẽtum inualidum eſt. *Menoch. l.*2.*conſ.*199.*& l.*3. *de præſumpt.præſumpt.*1. *Maſcard de probat.vol.*2.*concluſ.*1012.*Gutierez de matrimon.c.*40. vbi tradunt etiam quomodo matrimonium uere probetur in foro externo.

Cęterum duplex impedimentum conſtituitur vnum impediens tantum ſed non dirimens , vt ſponſalia, votum caſtitatis.&c. Alterum & impediens, & dirimẽs ſimul,vt publica honeſtas, affinitas, cognatio, & eiuſmodi,de quibus infra dicemus.

Reſolutio caſus, & quæſtionum.

I. ASSERTIO.

HIs omnibus ſic pro huius materię baſi cõſideratis,dico Lucam ſine cauſa à ſponſalibus cũ Lucretiam contractis reſilẽdo mortalis culpæ reũ fieri, & ſuppoſita utriuſque non longe plurimum ſortis conditione,& ſcandali ſecuturi ſecluſo timore, in foro tam interno quam externo cogendum eſſe, ut promiſſa adimpleat *pr.ex litteris el* 2.*c.requiſiuit extra de ſponſalib.* qui textus licet de ſponſalibus iuratis loquantur, nihilominus procedunt etiam ſi iuramentum nõ interueniſſet,quandoquidem quò ad Deum,iuſiurandum , & ſimplex promiſſio paris conditionis ſunt. Addo ſponſalia,ſiue ſimplicia,ſiue iuramenti religione firmata , adco ad obſeruationem vrgere,ut nec per Iubileum , in quo in quolibet uoto,& iuramento, excepto caſtitatis,& religionis vinculo,diſpenſandi,uel commutandi facultas datur,diſpenſari,uel commutari nequeant,tùm quia ſponſalia & uota uel iuramentá multum in ſe differunt,& à diuerſis non fit illatio, tùm quia Papa non præſumitur aliquid cum alterius damno,vel præiudicio concedere. Quò ſit etiã ut qui ſcit Lucam uelle à dictis ſponſalibus reſilire, & cũ alia muliere matrimoniũ contrahere,ſub lethalis culpæ reatũ hoc impedimentum denuntiare teneatur. *Abbas. & alij. in d. cap.ex litteris . & cap.requiſiuit. Reginal.lib.*31.*num.*250. *Coninch. d.*22.*dub.*1.*Sanchez.l.* 1.*d.* 27. *Riccius deciſ.* 233. *&* 331.*Bonac.de matr.q.*1.*p.*2 *q.*1.*Nauar.conſ.* 9. *de ſponſ.Menoch.vol.*4.*conſ.*386. *Surd. conſ.*364. *Riccius.*2.*p.deciſ.Cur.Neap.deciſ.*181.*Beta.p.*2.*caſu* 1.*incip. Antonia.*

II. ASSERTIO.

SEcundo dico, Parochum ipſius Lucæ, qui pecuniam accepit, quò denuntiationes omitteret, à graui noxa,& ſimoniaca labe immunem non eſſe. *arg.c.nemo presbyterorum.ext.de ſimonia.* vbi hæc verba habentur, Nemo presbyterorum xeniũ, uel emolumentum quodlibet temporale, imo ſpirituale detrimentum à quocunque publice peccãte accipiat,ut Epiſcopo, uel miniſtris eius peccatum illius celet,nec pro reſpectu cuiuſq.perſonæ conſanguinitatis,aut familiaritatis,alienis communicans peccatis.hoc Epiſcopo innoteſcere detractet,&c. Inſuper hic Parochus qui propria authoritate denuntiationes omiſit,ab officio per triennium ſuſpẽdendus eſt. Nam licet de eſſentia matrimonii non ſint,illas tamen ſine legitima Epiſcopi,uel eius Vicarii diſpenſatione omittentes,graui ſe ſcelere obſtringunt,cum præceptum in re graui uioletur, ex

quo

quo ingentia mala ſequi ſolent, quibus Parochi diligentia ſupplere nõ poteſt. Abſoluti uero iuris eſt, Parochum hanc facultatem concedere non poſſe. Valet tñ etiam celebratum corã eo ſacerdote, cui Parochus facultatem aſſiſtendi conceſſit, cum conditione, modo denũtiationes præmitteret. Sicut ẽt firmitate non caret, quamuis Epiſcopus, aut Synodus diæceſana prohibeat, ne Parochus alteri aſſiſtendi matrimonio facultatem tribuat; & ſi à peccato ob inobedentiam, & tranſgreſſionem, Epiſcopalis edicti violator non excuſetur. A coniugio quippe tanquam bonæ fidei contractu voluerunt iura omnem doli ſuſpicionẽ amouere, & propterea nequaquam clanculum, ſed corã facie eccleſiæ in præſentia proprii paſtoris, qui probatæ fidei præſumitur, hunc contractum iniri ſtatuerunt. Et hoc vitæ genus,

Periculoſæ, vt ille, ait plenum opus alea.

ingrediendum non eſt, niſi diligenti præmiſſa diligentia, & niſi precibus prius Deo commendatũ fuerit ab eo, qui Parochus græce, & latine nũcius, & mediator, inter ſponſum, & ſponſam dr̃. *Doctores in c cum inhibitio. ext. de cland. de ſponſ. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 1. Henriq. l. 11 de matrim. c. 5. n. 6. Gutiarez de mat c. 55. Conin. diſp. 18. n. 103. & diſp. 27 n. 83. Sanchez. l. 3. diſp. 1. & diſp 33. Bonac. q. 2. p. 6. Gen. in Prax. Neap. c. 26. Molfeſ. trac 4. c. 8.*

III. ASSERTIO.

TErtio dico quod cum hoc futurum matrimonium duplici impedimento laboret, vno impediente tantum, quod eſt ſponſalia cum Lucretia inita. Alterum impedimentum affinitatis in ſecundo gradu impediens, ac dirimẽs ſimul, ob fornicariam copulam cum conſobrina Annæ habitam, & Parochus ob notitiam ex ſacramentali confeſſione hauſtam, hæc noſcat, tenetur Lucam, & Annam in matrimonio coniungere; non enim poteſt extra cõfeſſionem vti ſcientia, quã in ſacramentali iudicio comparauit, ac proinde ita ſe gerere debet, ac ſi nihil ſciret, ſi omnib. tentatis mediis, nulla euadendi via aperiretur, ſed vehemẽs ſuſpicio alicuius criminis in confeſſione detecti orietur, ſi ſpõſi à nuptiis abſtinere vellent aut differre; dum Pontificia diſpenſatio obtinetur. *Io. Chap. de ſacr. adminiſt. temp. peſt. de matr. q. 12.* Pro praxi tamen hoc remedio vti poſſet, vt fœmina, vel ſponſus eiuſdem Parochi, caſtitatem ad menſem voueat, deinde conſanguineis, aut etiam aliis dicat, ſe voto caſtitatis obſtrictum eſſe, ſibiq. à confeſſario mandatum, vt à matrimonio abſtineat, donec ab Apoſtolica ſede diſpenſatio impetretur. Caueat tamen ne dicat votũ ad tempus emiſſum eſſe, ne forte audientes periti, Epiſcopi diſpenſationem ſufficere aſſerãt, ſicq. propoſitum remedium deludatur. *Beiad. 2. caſu 2. Incip. Martha* Et licet in impedimentis non dirimẽtibus, vt in ſponſalibus, interdicto eccleſię, tempore feriarum, excepto voto caſtitatis, ac religionis, integrum ſit diſpenſare, & etiam ex multorum ſententia, in dirimentibus, quando ſcilicet impedimentũ eſt occultum, & matrimonium publice contractũ, nec coniuges abſque magno ſcandalo ſeparari poſſunt, nec ad ſummum Pontificem, ob paupertatem, vel locorum diſtantiam, ſeu ob alia legitima impedimẽta recurſus patet. Nõ põt tñ diſpẽſare in impedimento matrimonium dirimenti, antequam illud cõtrahatur, niſi vrgentiſſima neceſſitas id poſtularet, vt in caſu noſtro ſupponitur. &c. pro vt in aliquo caſu occurrenti id obſeruari poſſe aſſerit. *Sãchez. l. 2. de matrim. d. 40. num. 7 Bonac. q. 3. p. 15. n. 6. & de legibus d. 1. q. 2. p. 1. num. 19. Reg. l. 31. n. 205. Molfeſ. tract. 4. c. 12. num. 35.* contra *Gutierez. de matrim. c. 61. nu. 11. Mar. Ant. l. 1. var. reſol. caſu 54.*

IV. ASSERTIO.

QVarto dico Magdalenam legatum illud ſub conditione ſibi relictum ſi cũ Parochi conſilio nuberet, conſequi non poſſe, cõditio enim matrimonij contrahendi alicuius conſilio petito, minime matrimonii libertati aduerſatur, cum hoc inter conſilium, & conſenſum diſtet, q iuſſus aliquid cũ cõſenſu facere, illud ſequi tenetũ, at cui' præceptũ eſt cũ cõſilio facere, petere quidẽ tenetur, ſequi uero minime, proinde cũ illa cõditio à legato nõ reijciatur, licet matrimonium valeat, illo tamen legato in tali caſu lacto priuatur. *Menoch. volum. 1. conſ. 69. n. 29. Mantica de coniectur. vlt vol. l. 11 tit. 18. n. 10 Henriq. l. 11. de matr. c. 6. n. 6 Sanchez. l. 1. de matrim diſp. 54. num. 24. Tuſch. v. conſilium concl. 767.*

Eadem ratione probabiliter reſoluendum videtur, quod cum Blaſius non maiorem natu Ioannis filiam, ſed minorem in vxorẽ ducere voluerit, at matre illã dare renuente, extraneę poſtea nupſerit, à legato iure arceri debet, cum conditionatum legatum in conſcientia conditione non adimpleta abdicetur, præſertim cum in fauorem cuiuſq. filiæ Ioannis factum videatur, & ideo ſi de alia teſtatoris voluntate non conſtet, ita iudicandum aliqui putant. Accedit quod teſtator in legato relinquẽdo, & natu maiorẽ filiã nuptui tradendo, nãlem ordinẽ, & loci conſuetudinẽ, iam multis retro annis receptam, ſeruare conſpicitur, iuxta illud Labani *Gen. 29.* Nõ eſt in loco nr̃o cõſuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias; igitur quantũ coniecturis conſequi poſſumus, conſtat ex mente teſtatoris, filiarum electionem ad Ioannem patrem deuolui, & ideo ſi Blaſio oblata filia non arridet, nec ẽt legatum placeat. *Fernãdes. in ſumma p 4. c. 11. §. 4. arg.*

Digitized by Google

arg. Sanchez l.1. de matrim. diſp. 33. *num.* 22. *& Gutierez c.* 20. *num.* 20. *Roman. conſ.* 108. *Tiraq. de iure Primogen. in præfat. n.* 139. cõtra *Beiã in reſp. caſ. conſ. par.* 4. *caſu* 19 & nonnullos alios.

Veriustam.n dicendum exiſtimamus, quod reſoluimus in 2. *par. tr.* 10. *c.* 4. *q.* 14. *reſol.* 5. legatum hoc legatario deberi, quamuis etiam, ut ſupra dixi hæc ſecunda ſententia ſua probabilitate nõ careat, ut proinde quis in praxi perpenſis circunſtantiis, eam tuto ſequi poſsit.

CAP. X.

QVAESTIO. XXIII.

An valeat matrimonium contractum à conſtituto in articulo mortis coram ſacerdote cenſura irretito, & irregulari, qui à Parocho delegatus eſt. Et an credendum, standumq; ſit alteri coniugum aſſerenti, ſe in illud non conſenſiſſe, vel aliquo alio impedimenti laborare. &c.

DAmianus in mortis articulo conſtitutus, vt proles, quam ex Margarita concubina habuit, legitima efficeretur, & in tranſitu ex hoc ſæculo aīæ ſuæ ſaluti cõſuleret, omiſſis denuntiationib. coram ſacerdote ſuſpenſo, & irregulari à Parocho delegato, & duob. teſtib. fœminis, & ancillis, matrimoniũ contraxit, cũ aũt mortē euaſerit, & ex illa infirmitate cõualuerit, apud Caſſianũ ſuũ Parochũ, extra confeſſionē refert ſe cõtrahendi matrimoniũ intentionem nõ habuiſſe, & aliàs cum Aurelia ipſius Margaritæ ſorore ſponſalia iniiſſe, quæ iam dudum defuncta eſt. Quæritur quomodo in hoc caſu ſe gerere debeat Parochus.

Suppoſita, ac prævia inſpectiones.

I. SVPPOSITVM.

REſp. Suppono 1. matrimonium in mortis articulo licite initi poſſe, etiam ad effectum legitimationis prolis olim ex concubina ſuſceptæ, & excluſionem ſubſtitutorum, modo coram Parocho, vel alio ſacerdote quicumq; ſi, tab eo ſubſtituto, & duobus ſaltem teſtibus, etiam aliàs inhabilibus celebretur, iuxta *Cõc. Trid.* diſpoſitionē. *ſeſſ.* 24. *de matrimonio c.* 1. *Gutierez. de matrim. c.* 61. *nu.* 4. *Steph. Grat. in foren diſcept. c.* 83. *nu.* 26. *Gionagn. l.* 1. *reſponſ.* 6. *num* 39. *Zamb. in decis. aur. pro art. mor. c.* 6. *de malr. dub.* 5. *Ripa de actis art. mort. c.* 2. *Io. Chap. c.* 6 *q.* 2. *Sanch. l.* 3. *de matrimon. d.* 17. *& l.* 7. *d.* 105.

Qua ratione aliqui arguentes à matrimonio carnali ad ſpirituale dixerunt, ſicut per carnis coniugium in articulo mortis contractum, filii legitimi efficiuntur, & dos viro debetur. Ita etiam in ſpirituali matrimonio ſi nouitius, uel nouitii in mortis articulo ante annum expletum profiteatur profeſſionem valere, & ipſius bona monaſterio ad iudicari, prout aperte tenuit. *Confeſſ. in Compend. Priuileg p.* 3. *tit. de Monial. c.* 13. Cui tamen ſententiæ, inualidis fundamentis innitenti, vera, ſolida, ac cõis Scribentium reſolutio adueſatur, vt per *Roderiquez. tom.* 3. *qq. regul. q.* 15. *art* 6. *Mirand. tom.* 1 *Man. Prælat. q.* 22. *art* 10. *& Beiam p.* 4. *reſpo. ſ. ca. ſu* 36. *Riccium in Praxi var. reſol.* 493. *Molfeſ. tr.* 9. *c.* 12. *num.* 58.

Licet vero denuntiationes non quò ad matrimonii eſſentiam, ſed quò ad præceptum præmitti debeãt, atticulum tamen mortis in volente cum cõcubina cõtrahere quò proles legitimis natalibus reſtituatur, eſſe iuſtam cauſam eas remittendi, conſtans, & reſoluta eſt DD ſententia.

Atq; idem dicendum, nulla exiſtente prole, ſi cõcubinam ducere velit, erga quam valde affectus eſt vt in bono ſtatu decedat, ſecuriorque ſit eius tranſitus; quia hoc maxime animæ ſaluti expedit. vt dixi ſupra *tract.* 7 *c* 23. *q.* 103. In illo tamen articulo ſicut in quacunq; alia neceſſitate, coram Parocho, & ſaltem duob. teſtib. mr. moniũ contrahendũ eſt, aliàs ipſo iure irritum eſſet, adeo vt nec Epo, quando ſummus Pontifex conſuli nõn poteſt, integrum ſit in hoc diſpenſare, vt conſtat ex verbis. *Conceil. Trid. ſeſſ.* 24. *de refor. mat. c.* 1. Vbi Epiſcopo facultatem in denuntiationibus diſpenſandi concedit, non vero vt coram Parocho, & teſtibus non celebretur, vt ex communi reſoluit *Sanchez. l.* 7. *d.* 17. *num.* 4. *& Gutierez. d. c.* 61. *nu.* 7. *Barboſ. in remiſſ. add. c.* 1.

II. SVPPOSITVM.

SEcundo Parochum, qui extra confeſſionem ſcit, matrimonio impedimentum aliquod ſubeſſe, non teneri præſentiam ſuam exhibere, imo ipſummet aſtringi illud coram Ordinario opponere, ſicut quilibet alius poſt factam correctionem, hac obligatione tenetur, imo magis, cum ipſi ex officio incumbat obicem ſalutis ſpiritualis ouium ſuarũ remouere, & eius teſtimonio ſufficienter, & plene impedimentum probetur. *& Sanchez. l.* 3. *d.* 13. *Reginald. l.* 31. *c.* 31. *num.* 228. *Coninch d.* 27. *n.* 61. *Molfeſ. tr.* 4 *c.* 8. *nu.* 38.

Et licet vnus teſtis fide dignus ad impediẽdum matrimonium regulariter ſufficiat, & quò ad hunc effectum plena cenſeatur probatio: ad dirimendũ tamen iam contractum fides ei non præſtatur. Imò confeſſioni coniugum ad diſſoluendum ipſum matrimonium non creditur, ut quò ad primam partē tradit text. *in c. præterea. cl.* 2. *ext. de ſpon. Gutierez. l.* 1.

Digitized by Google

ĩ 1.qq. *Canon.c.12.n.29.Tol.l.7.c.6.* Quò ad 2. probaẽ *ex tex. in c. ſuper eo ext. qui cogn. conſang. vxoris ſue.* & tradit *Franc. Marc. dec. 754. Ricc. in ſua pra xi matr. deciſ. 263. & in deciſ. Cur. Neap. p. 3. deciſ. 9. & Molf. ſ. l. c. num. 45.*

Merito tamen credens ex ſufficientibus ſignis, & argumentis, alteri dicenti ſe non conſenſiſſe, poteſt cum altero contrahere; ſi vero velit cum eodẽ permanere, neceſſe erit coram Parocho, & duob. teſtibus conſenſum renouare, vt Clementẽ VIII. reſpondiſſe ferunt. *Comit. l. 1. reſponſ. q. 120. Vict in notis ad Poſſeu. de offic. Cur. c. 10.* contra *Sanchez. l. 2. d. 37. & Vgol. de offic. Epiſc p. 1. c. 15. §. 11. & Bonac. q. 2. p. 9. 10. Chap. de ſacr. matrim. adm. temp. peſt. q. 11. Marc. Ant. Gen. in praxi Neap c. 25. num. 9.* Quorum tamen ſententia magis in praxi recipitur, vt etiam in ferius dicemus.

III. SVPPOSITVM.

Tertio ſupponendũ, cũ matrimoniũ non ſolũ ſit ſacramentũ, ſed & naturalis verus contractus, poſſe catholicę eccleſię authoritate impediri, vt cõmunis ẽt praxis teſtaẽ. Impedimẽta vero in duplici ſunt differentia, quædã. n. impediunt, & dirimũt, & ipſius ſacramenti matrimonii eſſentiam concernunt. Quædam vero contrahendum impediunt, ſed contractum non dirimunt, ideſt faciunt, vt ſic impediti ineuntes peccent, matrimonium tamen contractum valeat, & hæc ad ſolemnitatẽ ſpectãt. Prima his verſibus continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.

Quibus alia quatuor à nonnullis adduntur, nẽpe defectus legitimę ętatis, ideſt 14. annorum in maſculo, & 12. in fæmina, quando non conſtat malitiam ſupplere ætatẽ. Quod tempus debet eſſe perfectum, ita vt non niſi trium ad ſummum dierũ defectum admitti poſſe, communior, ac verior aſſerat opinio. Cur vero fæmina nuptiis citius apta ſit, ea eſt ratio, quod mulier infirmior, frigidior, ac breuioris eſt uitæ, ac proinde celerius pubeſcit, infirmiora enĩ facilius perficiuntur. Et huc ſpectat Zeuſis ſcita reſponſio cum enim Agatharcus pictor gloriaretur, ſe citiſſime pingere, illumque tarditatis argueret, reſpondit, Tu tempori, ego æternitati pingo, ſiquidem cito nata cito pereunt, diu elaborata ætatem ferunt. Secundo additur matrimonium clandeſtinũ factum ſine preſentia Parochi, & duorum teſtiũ. Tertio raptus. Quarto conditio contra matrimonii ſubſtãtiam, vt ſiquis dicat contraho tecum ſi non conceperis, vel ſi ex pacto à copula abſtineamus. &c.

Poſterioris generis impedimẽta ſunt potiſſimum quinq. nempe votũ ſimplex caſtitatis. 2. religionis. 3. ſponſalia. 4. interdictum eccleſiæ. 5. tempus feriarum.

1. Impedimentum impediens, ac dirimens.

Primũ impedimentũ dirimẽs eſt error, q poteſt contingere circa perſonã, vt ſi credat ducere Antoniam, & ducit Lucretiã; vel circa qualitatem, vt ſi putet ſibi vxorem diuitem adiungere, & eſt pauper, virginem, & eſt deflorata. Primus vitiat contractum cũ conſenſus deſit. Scd's nõ dirimit (Et ſi apud Romanos hæc erat iuſta repudii cauſa ſi quis eã quã caſtam putarat, malę famæ, & inhoneſtę vitæ fuiſſe comperiſſet, vt innuit etiam Perſa illa apud Plautũ) dummodo qualitas circa quam erratur per modum conditionis appoſita non fuerit, vt ſi quis dicat, Duco te in vxorem, ſi es diues; eius. n. defectu cõtractus inualidus eſſet. Sed qdqd ſit de valore huiũ nuptiarum, numquam feliciter cedit, quod dolo procuratur, non tantum quod ſimplicitatem ſuam pars læſa deceptam, & contemptui habitam indignabitur, uerum etiam doli, vel erroris memoria impatientem animum gignet. *vt ait. Plut. de precept. connub.* Et nihilominus verior, & communior eſt opinio, ob dotem ſibi promiſſam, & in fide nõ ſolutam, nõ poſſe maritum vxorẽ expellere &c. *Sanchez. l. 9. de matrim. d. 5. num. 17. Reg. l. 31. nu. 34. Molfeſ. tr. 4. c. 12. nu. 23.* Quod aliàs aduertimus.

2. Impedimentum.

Conditio prout eſt ſecundum impedimentum ſeruitutem ignoratam innuit, vt eum quis credebat ducere vxorem liberam, & erat ſerua. &c.

3. Impedimentum.

Votũ intelligitur de ſolemni, quod ſit per profeſſionẽ, in aliqua religione à ſede Apoſtolica approbata emiſſam, & per ſuſceptionem ordinis ſacri, de quo intra. Profeſſio tamen matrimonium ante ipſam celebratũ dirimit, modo ſit tantum ratũ, & non conſummatũ, ideo duo menſes ad deliberãdum conceduntur. *Coninch. d. 26. dub. 4. nu. 49.* & allj.

4. Impedimentum.

Cognatio quoq. triplex eſt, nempe naturalis, ĩ. conſanguinitas, & eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contractum, vt in linea recta eſt pater, & filius, in tranſuerſali frater, & ſoror. &c. Quod impedimẽtum vſq. ad quartum gradum incluſiue protẽditur. Spiritualis, quæ eſt propinquitas proueniens ex ſacramentorum baptiſmi, & confirmationis adminiſtratione, vel ſuſceptione; & ex Concilii Trid. diſpoſitione, ſolum habet locum inter baptizantem, ac baptizatum, illiusq. patrem, ac matrem, ac tenentem.

Atq.

Atq. idē de cōfirmatiōe ſtatuit. Eſt & legalis cognatio, quę eſt proximitas ex adoptione alicuius in filiū proueniens, eſtque cōis reſolutio inter adoptatum, & adoptantem, ac inter eorum filios quatenus adoptio durat, non poſſe matrimonium cōſiſtere. Quod tamen impedimentum parum eſt in vſu.

V. Impedimentum.

QVò ad impedimentum criminis, ſciendum eſt, in tribus potiſſimum caſibus locū habere. Primus eſt homicidium ex mutuo conſenſu, quando ſ. vnus cum alio conuenit, vt coniux occidatur, & effectus ſequatur, modo tamen maritus non ſit exul proſcriptus, ita vt cuilibet eum occidere impune liceat, quod ſuis ſceleribus rempubl. perturbet. Et dū. modo matrimonium illud ſit validum, nam mors procurata inter coniugatos, qui inualide coniuncti ſunt, hoc impedimentū nō producit. Item adulteriū cum machinatione in mortem alterius coniugis, etiam ſi vnus tantum ſit homicidii conſcius. Secundus adulterium cum fide mutua, quam adulter præſtat adulterę, quod eam poſt mortem coniugis in vxorem ducet. Tertius quando qui vxorem habet, de facto cum adultera contrahit, & eſt communis

VI. Impedimentum.

DIſparitas cultus eſt, quando fideles cum infideli, ideſt nō baptizatus cum baptizato cōtrahit. Quamuis enim matrimonium quatenus contractus eſt, inter infideles conſiſtere valeat, non tamen quatenus ſacramentum eſt, cum omnia ſacramenta baptiſmum præſupponant. Si autem catholicus cū hæretica contrahat, licet peccet, matrimonium tamen tenet, vt eſt communis DD. ſententia. *Beia p. 4 caſ.* 30. Mulier tamen ſciente cum hæretico viro contrahens de hæreſi ſuſpecta efficitur, & in eam per Inquiſitorem procedi poteſt, ex quo conſequitur, vt & dotem, & dotis priuilegia amittat. *Pegna 3. p. Direct. Inq. q.* 110. *cōmen.* 160. Hac de cauſa Clemens 8. in cōſt. incip. *cum ſicut.* vetuit ne Itali extra Italiā agentes habitent in locis, vbi non ſit liber, & publicus cultus, ſiue vſus catholicæ religionis, & abſtineant omnino à matrimoniis cū mulieribus hæreticis. &c. *Quar. in v. hæreticus.*

VII. Impedimentum.

VIs denotat violentiam illatam ad matrimoniū contrahendum, & metum cadentem in conſtantē virum, vt metus mortis propriæ, mutilationis ſui, vel charorū, longi carceris, amiſſio bonorum, vel ſtatus, ita vt periculū probabiliter immineat. Quod in foro externo, arbitrio Iudicis, in animæ vero iudicio, confeſſarii ſententiæ determinandum relinquitur. *Marc. Ant. Genu. in prax. Neap c.* 105. *Bonac. de matrim. d. 3. p. 8. Marta voto* 74. *Gioуag. l. 1. conſ.* 67. Cum. n. conſenſus in voluntate cōſiſtat, & hæc etiā ſi corpus cogatur, libera tamen maneat, conſtat cōiugia ui, aut metu inita ipſo facto irrita eſſe; ſiquidē vt Quintilianus quoq. *declam.* 247. fatet, Nuſquā libertas tàm neceſſaria, quàm in matrimonio eſt, quia alieno animo amare nemo poteſt, & coacta malum exitū ſortiri ſolent. Stultitia eſt, ait mulier illa apud Plautum *canes inuitos venatum ducere, Et hoſtis eſt vxor, quę inuita ad virum datur.* &c. Illa tamen pœna quæ non conſiſtit in proprio patrimonio minuēdo, ſed in aliquo lucro non acquirendo, matrimonii libertatem impedire non dicitur, ac proinde à iure non reiicitur, vt ſi v. g. legetur Luciæ ſub conditione matrimonii. &c. *Sanchez l. 1. de ſponſ d.* 33. *& l. 5. diſ.* 5. *Molfeſ. conſ.* 12. Eſt etiam communis ſententia, metum reuerentialem ſolum, ſi minæ ab homine eas exequi ſolito nō admiſceātur, ſicut profeſſionem nō infringit; ita matrimonium inualidum non reddere, vt per eundē *Sanch. l. 3. de matr. diſp* 6. *nu.* 18. *Ricc. in Praxi reſignat. reſol.* 401. & alios communiter.

VIII. Impedimentum.

ORdines quoq. maiores valide, & ſine graui metu ſuſcepti, iure eccleſiaſtico ſubſequens matrimonium dirimunt poſiriori eſt de fide, à ſacris Cōciliis, & Canonib diffinita, ita vt hoc ius violans præter ſacrilegium, excommunicationis cenſura percellatur. *Clem. 1. de conſangu. & affinit. c. 1. de voto in 6.*

IX. Impedimentum.

PEr ligamen intelligitur matrimonium præcedens, nullus n. prima viuente uxore poteſt cū alia contrahere, quod ſi fecerit, quia forte primam mortuam putauit, certior de vita factus ad primam redire tenetur, quia cum ſecūda matrimoniū eſt nullum. Quod etiam locum habet ſi cum prima tantum coniugium ratum fuiſſet, & cum ſecunda cōſummatum. *c. dominus. de ſecund. nup. Genuenſ. in pract. eccl. q.* 669. *Marc. Ant. l. 1. var. reſol caſu* 52. Regulariter vero mors alterius coniugis ſufficienter per vnum teſtem ſolum non probatur, niſi aliæ coniecturæ adminiculētur. Vnde Parochi cauere debēt, ne aliquos coniungant non obtenta facultate ab Ordinario. & niſi probationes de alterius morte fiant. *c. in præſentia ext. de ſponſ c. 2. ext. de ſecundis nuptiis. Sanchez. l. 2. d. 46. Bonac. q. 3. p. 19. Reginal. l. 31. d nu. 69. & ſq. ad* 63. Atq. idem dicendum ſi coniux abſens vxorē defunctam eſſe ab vno teſte fide digno intelligat, & ſacros ordines ob id aſſumat, nam ſi eam viuam poſt ea eſſe cōſtiterit, non in clericali ſtatu uiuere, ſed ad

eam

eam redire debebit, &c. ex communi. Qui autem duas vxores in vita alterius ſcienter ducit, præter grauiſſimum, & actus, vt aiũt, inualiditatem, de hæreſi ualde ſuſpectus redditur, & contra eum S. Inquiſitionis Tribunal procedere ſolet, ac ipſum ad abiurandum tanquam de vehementi ſuſpectum cogere. *Nauar. cõſ. 2. de hær. Farinac. de hęres. q.* 178. *§. 2. nu.* 68. *Nald. v. vxor. n.* 2.

X. *Impedimentum.*

IMpedimentum publicæ honeſtatis nihil aliud aliud eſt quam propinquitas cum conſanguineis ſponſi, vel ſponſæ in primo gradu, ex ſponſalibus conſurgens, uel ex matrimonio rato vſque ad quartum gradum, ob quandam decentiam oriens, &c. Rõni, n. conſentaneumeſt, ut matrimonium inter illas perſonas non contrahatur, quæ ob ſponſalia, vel matrimonium ratum, cum aliquo inita, ſiue viua, ſiue mortua, ſibi inuicem propinquæ ſactæ ſunt. *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 3. Pius V. in conſtir. incip. *Ad Romanum ſpectat.*

Hęc tamen ſponſalia valida eſſe debent, nam ex inualidis hoc impedimentum non conſurgit; ſicut non oritur ex matrimonio rato, quando ex defectu conſenſus nullum, & inualidum eſt. Prout etiã DD. dicunt profeſſionem ex eodem defectu inualidam eſſe, illo tamen adueniente, inſtaurari, ac confirmari. *Sanch. l.* 7. *de matrim. d.* 37. *nu.* 6. *Azor. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 4. *q.* 7.

XI. *Impedimentum.*

AFfinitatis impedimentum eſt proximitas duarum perſonarum, quarum vna cum conſanguinea alterius copulam habuit. Quæ quidem copula duplex eſt, vna licita; ideſt matrimonialis, alia illicita, ideſt fornicaria ſiquidem omnes conſanguinei viri fiunt affines mulieris, & omnes cõſanguinei mulieris fiunt affines viri. Inter conſanguineos autem viri, & mulieris nulla affinitas producitur v. g. Petrus copulam habet cum Lucretia, ſoror Petri efficitur affinis Lucretiæ, & ipſius Lucretię frater Petro affinitate coniungitur, ſed inter ſororem Petri, & fratrem Lucretiæ nulla affinitas gignitur.

Et ſic duo fratres cum duabus ſororibus cõtrahere poſſunt, pater & filius cum matre, & filia. Et viro mortua vxore, cum relicta fratris ſuæ vxoris coniugium inire licebit. Et filię vxoris ex alio marito, fas erit nubere filio ſui mariti ex alia uxore ſuſcepto. *Vinald. de matrim. num.* 203. *Bonac. infra citau.* Inter maritum uero, & uxorem affinitas cadere non poteſt, alioqui coniugali actui incũbere non poſſent, ſed potius affinitatis ipſius cauſa dicuntur.

Porro affinitas ex licita coniunctione proueniens vſq. ad quartum gradum dirimit, ex illicita iure ſecundum gradũ nõ excedit *Con. Trid. l. c. c.* 4. Vbi notandum, ex ulla turpitudine, niſi ſemen naturale mulieris vas ingrediatur affinitatem nõ naſci. Emiſſio vero ſterilis ſeminis ſatis erit, quia ad generationem ſufficit; non tamen ex præpoſtero actu, vel ex pollutione extra fęmineum vas inducitur, vt ex communi placito, tradit *Molfeſ. tr.* 4. *c.* 6. *nu.* 45. *& c.* 10. *num.* 101. *Bonac. q.* 3. *p.* 12. *Nald. in v. affinitas*, & alij communiter.

Item in actu practico à Parocho conſiderandum eſt, quod ſi inceſtus ex quo producta eſt affinitas, matrimonium præceſſit, tunc ſi abſq. Summi Pontificis diſpenſatione contractum eſt, ipſo iure inualidum redditur, & quia aliquando accidit, vt publicæ honeſtatis impedimentum ſimul cum affinitatis obice concurrat, vtriuſq. in ſupplicatione facienda eſt mentio. At ubi inceſtus matrimonium ſecutus eſt, vt quia vir cum conſanguinea vxoris, vel è cõtra peccauit, eo caſu iure petendi debitum priuatur, inſuper ſi cõiugi ſuperuiuat, alteri coniugi ſe copulare nequit; licet ſuper vtroq. Epiſcopo diſpenſare à iure, concedatur, & quibuſdam regularibus, ex Põtificio priuilegio. Imo ex non nullorũ ſententia, vbi non eſt conſuetudo, vt diſpenſatio petatur illa opus nõ eſt. *DD. in c.* 1. *ext. de eo, qui cogn. conſan. vxoris ſuæ. Io. Chap. de caſ. reſer. c.* 14. *Zech. caſu* 15. vñ illud quoq. in praxi à Confeſſario annotandum eſt, quod coniuges ab exactione debiti ob ſuperuenientem affinitatem, vel ſpiritualem cognationem impediri, admonendi quidem ſunt, ſed non ante obtentam diſpenſationem, ne aliàs admoniti, nec facilem ſeparationem patientes, multis lethalibus culpis ſi contaminẽt, cum peccandi occaſio ſemper vitanda ſit. *Anch. conſ.* 243. *Nald. v. impedimentum. nu.* 6.

XII. *Impedimentum.*

DVodecimum impedimentum matrimonii eſt impotentia coniugalis congreſſus, vnde quãdo hæc impotentia perpetua eſt, matrimonium, & præceſſit illud infringit, cum eius fini, qui eſt prolis generatio repugnet. Quo etiam fit ut eunuchi, qui ſeminare non poſſunt, ad coniugium ineundum inepti ſint, ut peculiari conſtitutione Sixtus V. declarauit. *Azor. p.* 1. *l.* 2. *c.* 12. *in princ. Regins. caſu* 59. Si autem impotentia temporalis, & accidentalis eſt, ita ut per medicorum manum, & artem, ſine mortis periculo ſubueniri poſſit, matrimoniũ ualidum eſt. *c. ex literis. c. fraternitatis. extra de frigidis. & malef.*

Dixi medicorum manum, &c. quia generaliter peritis in arte ſtandum eſt, cum tractent fabrilia fabri. *vt ait Anch. conſ.* 330 *& Decian. conſ.* 2. *lib.* 2. *&* multa cumulãs. *Tuſch. in v. peritis. in arte. concluſione* 286.

Quæ

Quæ autem perpetua eſſe dignoſcitur, ſubinde efficit, ut iudicio eccleſiæ nulla interiecta mora ſeparandi ſint. At ſi per cohabitionem experimentum faciendum ſit, triennii ſpatium, uel etiam maius, uel minus, arbitrio Epiſcopi, expectandum eſt, quo tempore coniugali actui fideliter operam dare debent; quo pacto, ſi matrimonium conſummatum non fuerit, utroque uel altero petente, diſiungendi ſunt, niſi ſimul tanquam frater, & ſoror habitare uelint, ab amplexibus, & oſculis, quæ tantū inter uero matrimonio coniunctos permittuntur, abſtinentes, &c. Quod autem de impotentia dicitur, quod ſi præceſſerit, matrimonium infringit, ſi autem ſubſequatur, illud inualidum nō reddit, ſed ſaltem iure exigendi debitum priuat, idem de aliis morbis, & furore accidente dicendum eſt: eo quod ex Vlpiani ſententia, Nihil ſit humanius, aut indiuiduæ coniugii fidei conuenientius, quam aduerſæ fortunæ, & fortuitorum caſuū cōiuges ex æquo eſſe participes. Hinc Martia Catonis vxor cordate reſpondit,

Non me lætorum ſociam, rebuſq; ſecundis
Accipis, in curas venio, partemq; laborum.

Et Euripides introducit honeſtam mulierem dulce ſibi eſſe dicētem, cū marito triſtari. Et ut in procellis præcipuus eſt uſus anchoræ, ita amicitię (quæ inter coniuges perfecta eſſe debet) in aduerſis eſt ſolamen; nam vt aurum purum, in ardenti fornace probatur, ita vxor in miſeria viri. Vnde & *Ariſt. in 2 œcon. c. 1.* tradit, honoratiorem fieri vxorem cum viro infortunato, quàm felici. vide *Doct. in c. laudabilē. ext. de fri. & malef. Sanch. l. 7. de matr. d. 94. Bonac. q. 3. p. 13. Molfeſ. tr. 4. c. 10. nu. 75. & ſeq. Reginald. l. 31. nu 99. & ſeq. Menoch. de arbit. iud. l. 2. caſu 58 & caſu 519. Borgn. Caual p. 2. dreiſ.* 18. *Sanchez de matrim l. 9. d. 23. & l. 10. d. 18. nu. 18. Nauar. conſ. 3. tit. de frig & malef* Nald. in v. *matrimonium. num. 19. Coninch. d. 26. dub. 3. & 4.*

Reſolutio caſus, & quæſtionum.

His ſic neceſſariis doctrinis ante præcognitis, ad propoſitum caſum reſpondendo dico.

I. ASSERTIO.

Primo Damianum in mortis articulo valide cum concubina matrimonium contraxiſſe, ad finem filios legitimandi, & ſubſtitutos excludendi, & quod magis urget, ne eius ſpiritualis ſalus ob cōcubinæ affectū, cui diù adhæſerat, deſperetur, modo Parochus, vel alius ſacerdos ab eo deſignatus & irregularis, & cenſura irretitus, adfuerit, & teſtes doli capaces, cuiuſcunq. ætatis, ſtatus, ac conditionis extiterint, adhibiti fuerint. *Craſſ. l. 2. com opin. q. 8. Io. à Chap. de adminiſt. ſacram. matrimon. tempore peſt. q. 4. & q. 24. Bonac. q. 2. p. 8. nu. 21. & 24. Sanch. l. 7. de matr. d. 105. & alij.*

II. ASSERTIO.

Secundo dico, in foro externo, quidquid ſit in animæ iudicio, eidem aſſerenti ſe matrimoniū ſine interiori conſenſu contraxiſſe, non eſſe adhibēdam fidem, *c. præterea. ext. de ſponſ. Nau. c. 22. nu. 76. Tol. l. 7. c. 6. Gutierez l. 11. qq. can. c. 12. vt dixi ſup. tr. 7. c. vlt. q pen.*

Si tamen ſufficientibus argumentis contrarium probetur, quò ad praxim, coram Parocho, & duob. teſtibus conſenſus renouandus eſt, ut ex reſponſo Clementis VIII. ſupra firmatum eſt, referente *Comit. l. 1. reſponſ q. 120 & Toſſen. de off. Cor. c. 10. vt dixi ſup. c. 10. q* 23. ſupp. 2. cōtra *Sāch. l. 2. d. 37. & 45.* Sicut etiā in ſimili DD. dicunt de regulari per vim vel metū profeſſo, ut etiam tranſacto quinquēnio ſi profeſſionem non ratificauit, ſit in foro conſcientię liber, & ceſſante ſcandalo poſſit fugam arripere. *Ricc. in Praxi. profeſſ. reſol. 321. Bonac. de clau. q. 2. diſſ. 2.*

III. ASSERTIO.

Tertio dico huic mrimonio publicę honeſtatis impedimentū obſtare, & illud nullum reddere, ſi ipſi Damiano aſſerenti fides eſſet præſtanda, ſed ut ſupra in ſuppoſitis diximus, Confeſſioni coniugum quò ad diſſoluendum matrimonium, credendum non eſt, ut ex cōi praxi teſtatur *Ricc. in praxi mat. dec* 263 Propterea Parochus cū tanq̄ Doctor viles veritates pro foro conſcientiæ docere teneatur, Ideo. n. & animarum Curatores canes in ſacris eloquiis dicuntur, canum etenim lingua vulnus dum lingit curat, quia & Doctores ſancti dum in confeſſione peccati inſtruunt, quaſi vulnus mentis per linguam tangunt, ait. *Greg. hom 40. in Euangel.* Sicut & olim teſte Pierio, Rerum diuinarum profeſſorem per canis effigiem interpretabantur, propterea quod Dei miniſtrum, id omnium primum meditari oportet, ut canis inſtar aſſidue latret, hominumque uitia, & errores numquam inceſſere, & detegere deſiſtat; Cum inquam Parochus hominum ſubditorum mentes illuminare debeat, eius partes erunt Damianum ſolidam ueritatem circa hoc matrimonium edocere, &c. Item admonere filios inualido matrimonio natos, ut pote cui dirimens ſuberat impedimentum, legitimos eſſe, & parentibus ſuccedere non ſolum ex diſpenſatione, & ſic ratione legitimationis, vel ob ſubſequens matrimonium, natalium reſtitutione, ſed etiam ſi antequam diſpenſatio obtineatur, uel etiam nullo modo impetretur, cum vt D. aiunt, in matrimonii figura filii progeniti ſint. Quod procedit etiam ſi

vnus coniugum impedimentum ſciat,ſed ſi uterq. conſcius ſit;ſoboles illegitima dicetur, & parentũ ſucceſſione carebit,vt tradunt DD. *in c. ex tenore. ext. qui fil' ſint legitimi.& Conſtan. Capriol. de ſucceſſ. ab inteſt l.1.num.16.& Vincent. Franch. deciſ. 130. Sayr. de cenſ. l. 6.c.10.nu. 31.*

QVAESTIO XXIII.

Verum matrimonium, contractum à voto caſtitatis aſtricto,cum pacto vt domo, ſed non thoro cohabitent, valeat;an tempore feriarum,& coram Parocho ſponſi in parochia ſponſa contrahi poſſit. Et an exemptio conceſſa alicui pro ſe,& ſuis deſcendentibus,tàm maſculis, quàm fœminis extendatur ad filias nuptas.

COſmus voto caſtitatis,velut ipſe ait,nõ nubendi aſtrictus,cum egeat muliere,quæ ſui,& rerum ſuarum domeſticarum fidelem,ac prudentẽ curam gerat,duxit in vxorem Magdalenam virginem quinquagenariam,huius uoti conſciam, hac mutua inita pactione,ut domo,ſed non thoro cohabitẽt. Quod quidem matrimonium ſacri Aduentus tpe à Gregorio ſponſi Parocho,in ſponſæ parochia inconſulto Epiſcopo celebratum eſt.

Et cũ Philibertus Princeps Anſelmo ipſius Magdalenę pr̃i,onerũ immunitatẽ pro ſe,& ſuis deſcendentib. tàm maribus,quã fęminis,conceſſiſſet, Coſmus maritus prętendit huiuſmodi exemptionem ad ſuam uxorem extendi debere, quæritur, quid defuncto D. Gregorio,nouus Rector ſucceſſor, cui nunc hæc referuntur,agere debeat.

I. SVPPOSITVM.

SVpponendum eſt Primo,quod licet uaria, & multa impedimenta impedientia,ſed non dirimentia à ſcribentib. enumerentur,illis tñ reiectis, qua parum ſunt in vſu,hæc potiora,vt etiam ſupra aduerti,aſſignari poſſe uidentur.

I. Impedimentum impediens tantum.

PRimo uotũ caſtitatis perpetuæ, aut religionis ingrediendæ, aut ſuſcipiendi ordinis ſacri,aut non nubendi. Cuius obſeruationi matrimonii contractus obſiſtit,quæ proinde trangreſſio lethalis eſt culpa,licet matrimonium ualidũ ſit,etiam ſi vterq. contrahentium eodem uoto conſtrictus eſſet. Sic tamen contrahens votum in quantum poteſt ſeruare tenetur; unde antequam matrimonium conſummatum ſit, intra primum bimeſtre, nec petere debitum;nec reddere ualet, quo tẽporis ſpatio, ei religionem ingredi licet;& alter in ſeculo remanens antequam cum alio contrahat,expectare annum debet,nam ſi egrederetur,deberet exeuntem recipere,quamuis etiam cum alio contraxiſſet, & conſummaſſet,cum ante ciuilem mortem.i.profeſſionem,per quam quis carnalibus actibus moritur, uinculum non diſſoluatur. &c. *Grat. in Forenſ. diſce. pt c. 191 num. 18.* & alij communiter.

Poſt conſummatũ mr̃imoniũ integrũ ei quidẽ eſt reddere, non tñ petere ſine diſpenſatione, quã Epiſcopus ei cui peccandi periculum imminet, impertiri poteſt. Si vero huiuſmodi uoto aſtrictus abſq. diſpenſatione debitum exigat, ex tõi opinione, expeditum eſt,toties,& quoties petit, nouam lethalẽ culpam contrahere.

Qui autẽ cum aliqua fœmina rem habet, quã falſo putat eſſe uoto caſtitatis,uel religionis ligatã, licet contra uotum peccet, & hanc circunſtantiam in confeſſione aperire teneatur, non tamen ullum impedimentum contrahit. *Sanch. l. 1. de præcept. cap. 11. nu. 5. Sayr. in cl. reg. l. 1. c. 4. nu. 20.*

Nec item priori uxore mortua, aliud matrimonium inire conceditur, niſi à Romana ſede diſpenſetur,nec excuſabit, quod uehementibus carnis ſtimulis vrgeatur,& ſuccumbere pluries expertus ſit; ſiquidem ex eccleſiæ uſu conſtat,ab obligatione uoti non eximi,licet ſufficientem diſpenſandi cauſam præbeat. Addo à mortifera culpa non excuſari eũ, qui cum habente uotum caſtitatis, aut religionis, aut ſacri ordinis aſſumendi, aut non incundi matrimonii contrahit, tanquam cooperantem alterius peccato,ei.ſ.qui uiolatæ fidei reus conuincitur. Si tamen uir, uel mulier negaret ſe caſtitatis uotum emiſiſſe,eius aſſertioni fides adhibenda eſt, ad finẽ ne à contrahendo matrimonio impediatur, ſiquidem in his,quæ ex conſcientia alterius dependent, eius dicto, & aſſertioni in foro poli ſtandum eſt;cum quis propriæ ſalutis immemor non præſumatur. Et expeditior eſt iuris concluſio quod ubi dubitatur an uotum ſit emiſſum, pro libertate, & ſic contra uotum interpretatio ſumenda eſt. Et ſi contraria ſententia tutior ſit. *Molf tr. 11. c. 14 nu. 62. Ricc. in deciſ. cur. Neap. deciſ. 4. Sanchez. l. 1. de præcept. c. 10. n. 39.*

Illud etiam aduertere Parochus debet, ſi quis huiuſmodi uoto aſtrictus eum interroget,an obſtante uoto,ualide contrahere ualeat, prudenter aliqua cauta reſponſione eludendum eſſe, abſque mendacio ueritatem celando, aut aliò ſermonem traducente, præſertim cum interrogans fragilis apparet, qui ea doctrina cũ mortali ſacrilegio abuſurus ſit. Quod ſi uerum reticendi commoditas non detur, aperte reſpondere debet, matrimonium quidem ualidum eſſe,ſed lethalis noxæ reum fieri, ac proinde ab eo abſtinendum, prẽſertim cum huiuſmodi matrimonia infelices exitus ex iuſto Dei iudicio

conſe-

Digitized by Google

conſequantur. idem *Sanch. l. 7. de matrim d. 11. nu. 12. Reginal. l. 31. nu.* 186. *Gutierez. de matrim. c.* 85 *nu.* 5 *Coninch. d.* 30. *d.* 3. *nu.* 32. *Molfeſ. tr. ac.* 4. *c.* 11. *num.* 20. *Bonac. q* 3. *p.* 14. *nu.* 8. *Azor. p.* 1. *l.* 11. *c.* 29. *Bald. v. diſpenſatio & v. votum.*

II. *Impedimentum.*

Aliud impedimentum impediens, ſed non dirimens, ſunt ſponſalia, quorum fidem violantes graui, vt ſupra diximus, ſcelere ſe obſtringunt. Hinc prudentes Epiſcopi in ſynodalib. conſtitutionibus cauere ſolent, ut ſponſalibus etiam per verba de futuro inter aliquos contractis, non liceat ſpõſo ſuam ſponſam inuitam relinquere, & cum alia contrahere, niſi prius ab ipſis Ordinariis dictorum ſponſaliorum diſſolutio petita, & obtenta fuerit, quam rationabili exiſtente cauſa, denegare nõ debent. Magiſtra. n. experiẽtia compertum eſt, ex eorum tranſgreſſione multa, & non vulgaria damna, & incommoda tàm in priuatas domos, quàm in rempublicam inuehi. *Sanch. l.* 1. *d.* 27. *nu.* 2. *Coninch. num.* 23. *Reginald. n.* 187. *& alij.*

III. *Impedimentum.*

Inſuper inter hæc minora impedimenta interdictum eccleſiæ numerari ſolet. Eſt autem interdictum prohibitio, qua certo anni tempore, quod totum pænitentiæ, & pietatis, operibus impẽdendum eſt, matrimonium celebrari prohibetur, ut à primo die Aduentus vſque ad diem Epiphaniæ, & à quarta feria Cinerum uſq. ad Oct. Paſchatis, incluſiue. Quod tempus more Romano à media nocte Dominicæ Aduẽtus, & feriæ quartæ Cinerum incipit. *Conc. Trid ſeſſ* 24. *c.* 10. Sciendum tamen eſt matrimonia per mutuum, & legitimum conſenſum coram Parocho, & teſtibus, ſemper celebrari poſſe, ſed prædicto tempore, ſolum conuiuia, & ſolemnes traductiones, & ſacerdotales benedictiones, prohiberi, niſi aliud ab Epiſcopis decretũ ſit, & aliter p cõſuetudinem receptum. *Bellarm. de matr. c.* 31. *Henriq. de matrim c.* 16. *nu.* 2 *Graff. l.* 2. *deciſ. c.* 85. *n.* 28. *Caualc. in* 2 *p. deciſ.* 12. *idem Sanch. l.* 7. *d.* 7. & alii.

Nomine quoq interdicti intelligitur prohibitio Epiſcopi, aut Vicarij, aut Parochi, alicui interdicentis ne matrimonium contrahat, donec aliqua cauſa, uel impedimẽtum examinetur, ut futuris rixis, & ſcandalis, obuiam eatur. &c. *Ricc.* 3. *p deciſ.* 24. Cum ſatis conſtet, pacificatoris officium ad Epiſcopum loci illius, in quo diſcordia uiget, pertinere. Si quidem *Apoſt. ad Timoth.* 2. inter alias boni Epiſcopi partes requirit, ut ſit domi ſuæ bene præpoſitus, & filios ſubditos habeat, i. eos in obedientia, & obſeruantia contineat. Et Seruator noſter uoluit primo pacem nuntiari Paſtoribus, ut eos aliis pacem nuntiare, & tanquam montes illam pro populo ſuſcipere debere, demonſtraret. *Turrecrem. in c. Ut dendum. & c. diſſidẽtes. d.* 90. *Carb. de pacificat. c.* 30. Qua ratione, & ipſi Parochi illis ex quorum matrimoniis magnum ſcãdalum probabiliter ſecuturum timent, præſentiam ſuam exhibere non debent, quia ad ipſos etiam ſpectat, pacem, non rixas inducere; & iuſtitiæ uirtus ad actum obligare nequit, qui ſine peccato impleri non poteſt. Si tamen prudentes uiri ſperent primo impetu ſopito, amicorum animos pacãdos fore, poterit Curatus, imo tenebitur, officio ſuo fungi; non. n. qualecunq. ſcandalum ſufficit, cum ſæpe uariæ minæ iactentur, terrores opponantur, & diſcordiarum pericula intẽtentur, quæ tamen experientia teſte, vbi primus ille impetus deferbuit, & matrimonium celebratur, in nihilum recidunt, facileq. animi conciliantur, & omnis tempeſtas ſedatur. *Chap de matr. tempore mort. adminiſtr. q.* 19.

Nec dubitandum eſt, ut ſupra ſignificaui, cõtrahentem matrimonium cum dictis impedimentis non dirimentibus lethalem culpam committere, cum in re graui, Eccleſiæ, & Superioris præceptum tranſgrediatur, & in his excepto uoto caſtitatis, & religionis, epiſcopum diſpenſare poſſe; & ſi. n. inferior Superioris legẽ, p ſe loquendo tollere nequeat, nihilominus conſuetudine receptum eſt, ut in quolibet impedimento non dirimenti, præter caſtitatis, & religionis uotum, diſpenſatio à P. pa non obtineatur. *Bonac. cum cõi q* 3. *p.* 14. *nu.* 21. *& p.* 15. *n.* 3.

II. SVPPOSITVM.

Secundo ſupponendum eſt, quod ſicut tria ſunt matrimonii bona, nempe proles fides & ſacramentum; ita etiam tres cõditiones dãtur, quæ huic triplici bono aduerſantur. Quippe proles de rõne, & ſubſtantia matrimonii eſſe dicitur, quia contrahentes debent ſaltem interpretatiue ad illam per media licita, nõ impediendam, ſe obligare, ut per medicamenti ueneficii receptionem, aut recepti ſeminis eiectionem, ſeu per abortus procurationẽ. Seu etiam per media aliàs licita, ad eãdem prolem euitandam ſe adigere eos non oportet, ut per uotũ caſtitatis mutuo conſenſu emiſſum, uel mutuo approbatum, vt ſi quis dicat contraho tecum ſi quõ ad thorum non cohabitemus, &c. nequaquam. n. illud matrimonium ualidum eſſet, & mortalis culpa committeretur, cum per illam conditionem tollatur matrimonii finis, iuxta illud,

Si ducis uxorem, non propter carnis amorem
Duc, ſed eam prehende pro cauſa prolis habẽda.

Quò ſit ut coniugali copulæ incumbere, ſi in gratia fiat, & debitis circumſtantiis ueſtiatur, actus ſit

meritorius, vt dixi in *Comment. de hum. vit. ſtat. p. 2. cap. 19.* Vnde & Spartani magni ſemper ſobolis procreationem fecerunt, ſine qua putabant Remp. ſubſiſtere non poſſe, ut proinde quidam eorum iuuenis ſeni, qui vitam ſine uxore conſumpſerat pro more in theatro aſſurgere noluerit, quia, inquiens, neminem poſt te relinquis, qui mihi viciſſim cum ſenex ero, aſſurgere queat. Et hac de cauſa Menander uxorem malum neceſſarium uocat. Quod etiã Socrates innuit, cum ſe vxoris iurgia propter ſobolem, non ſecus ferre diceret, ac anſerum clango. res propter oua, &c. Hinc tot priuilegia, & immunitates iuſte filios habentibus conceſſæ, *ut per D D. in l. 1. ff. ſolut. matr. Alciat. de præſum. reg. 1. præſ. 37.*

Bonum fidei importat obligationem ad reddendum debitum, ſi petatur, niſi infirmitas, aut periculum morbi excuſet, aut cõiux ſæpiſſime, ac moleſte petat, cum moderate ſit debitum exigendum, aliàs denegari poſset (tam enim immoderatus eſſe poſſit coniugalis congreſsus, aliqñ lethali culpa non careat. *Graff. tit. de adult. & ſtupr. conſ. 1. num. 10.*) Aut quia plures ſunt filij, quàm ut ali à parentibus poſſint, modo in petente incontinentiæ periculum abſit. Illud quoque bonum ad non communicandum corpus ſuum alteri iure ſuo aſtringit, quod ſine graui piaculo non violatur. Huic matrimoniali bono illa conditio repugnat, Contraho tecum ſi turpi queſtui te tradideris, uel ſi illis, quos ego voluero, copiam tui permiſeris.

Bonum ſacramenti indiſſolubile cõiugis fœdus ſignificat, per quod Chriſti vnio cum eccleſia refertur, ut proinde matrimonium conſummatum quò ad ſubſtantiam dirimi non poſſit, tametſi coniuges fornicationis cauſa, ſeu religionis gratia, thoro ſeparari ualeant. Propterea huic bono illa obſiſtit cõditio, contraho tecum vſque ad obitum patris, uel donec aliam ditiorem, uel formoſiorem inueniam. *Rebellus de matr. l. 2. q. 12. Sanch l. 5. d. 9. num. 11. Bonac. q. 2. p. 11. nu. 3. & 4.* & alij communiter.

III. SVPPOSITVM.

TErtio dico validum eſſe matrimonium contractum à ſene qui ſaltem aliquãdo aliqua arte ad matrimonij conſummationem iuuari põt. Et licet ſenes ualide contrahere non poſse, ſuadere uideatur, quod eorum ſemen ſit ſterile, & non proficum, hinc. n. ſenectus effœta. i. gignendi ui, & poteſtate deſtituta, & exhauſta à Virgilio dicitur, in illo uerſu,

Sed mihi tarda gelu, ſecliſq. effœta ſenectus.

Inuidet imperium. Horat. Giouagn. l. 1. reſpon. 6. num. 16. Menoch. l. 6. de præſumpt. 46. nu. 27.

Item quia lex Papia Poppea uiris ſexagenariis. ac fœminis qnquagenarijs nuptias interdixit; attamẽ apud omnes certiſſimum eſt, uſuſq. eccleſiæ id comprobat, ſolã ſenectutẽ matrimonij ualori non obſtare, ſi nullo alio impedimento ſenes laborent, quia ut etiam ſupra diximus de contrahente in mortis articulo, honeſti matrimonii alii fines adſunt, dicente *D. Auguſt.* relato *in c. nuptiarum. 27. q. 1.* Nuptiarum bonum ſemper eſt quidem bonum, ſed in populo Dei fuit aliquando legis obſequium, nunc eſt infirmitatis remedium, in quibuſdam uero humanitatis ſolatium. i. vt ibi exponit gloſsa, quò ſenibus in ſuis neceſſitatibus ſeruiatur, &c.

Quare legem illam Papiam tanquam iniquam primus omnium abrogauit Claudius Cæſar, ut author eſt *Suetonius* in eius uita, *& Alex. ab Alex. l. 4. dierum. Gen. c. 22.* Atque ſic tenet *Reginal. l. 31. nu. 103. Melfeſ. tr. 4. c. 10. num. 83.* & alij.

Quando tamen ſenex eſt adeo exhauſtus, vt omnino ad copulam habendam impotens ſit, neç medicorum iudicio, arte iuuari poſſit, à nuptiis arcetur, & matrimonium ab eo contractum non ſubſiſtet, vt ex complurimis Theologis, & iuris prudentibus ex veriori ſententia tradit. *Sanchez. l. 7. d. 22. nu. 19. & ſeq. Petrus Morales. c. 5. in Matth. l. 2. tr. 5. nu. 5. Henriq. l. 12. de matrim. c. 7. nu. 3. Gutierez. de matrim c. 12. nu. 15. Bonac. q. 3 p. 13. n. 18.* Verũ cõtra eos extat ueus pronuntiatũ, ſenex amatot extremũ infortuniũ, quia frigida, & ſicca moroſorũ ſenum ætas, ad nuptias eſt inepta. Et dici ẽt ſolet ſenis vxorem ſpõſi ſepulturã eſſe. Et ſane *Ariſt. l. 7. Polit. c. 16.* docet generationis tẽpus in viris ad 70. in fæminis ad 50. annum perdurare, ac proinde ei⁹ ætatis hõis à nuptiis niſi cõſolationis, & ſubſidii cauſa, abſtinere iubet. Turpe eſt inquit Tympius, *in menſa phil.* curuos, & decrepitos ſenes, quos natura ſpadones fecit, de Helena cogitare, ac loqui, & cũ oculis cæcutiant, dentibus careant, ex naribus, & ore, pus, & ſpumam emittãt, manib. tremant, pedibus vacillent, & totis viribus deficiãt, de coniugali venere ſomniare. De qua re videatur etiã *Neuiz. in Sylua nupt. l. 4. nu. 133. Menoch. l. 6. præſ. 46.*

I. ASSERTIO.

HIs ita conſtitutis, ad propoſitum caſum reſpondẽdo dico primo, Coſmum, qui voto caſtitatis, vel non nubendi aſtrictus, matrimonium cõtraxit, licet aliàs valeret, lethaliter tamen deliquiſſe. Item qui eodem voto ligatus animo non conſumãdi, matrimonium cum Magdalena iniuit, quantumcumq. vterq. coniugum in tali voto cõſenſerit niſi ignorãtia, & bona fide excuſetur, culpam admiſiſſe mortalem, & ipſum matrimonium inualidũ eſſe. Siquidem illud votum ex diametro coniugio opponitur, cũ in eo cõditio includatur nunq̃ ſe carnali, ac maritali complexu cõiungere, quod vt di-

xi fini matrimonii proculdubio aduerſatur; nã licet de ratione eius non ſit, carnalis copula, cum ex iuris axiomate, nuptias non concubitus, ſed conſenſus faciat. *l. nuptias vbi Dec. & Cagnol ff. de reg. Iu*, ad eius tamen ſubſtantiam ſpectat, poſſe illa vti, di cente *Apoſtolo 1. ad Cor. c. 7* Mulier non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir; ac ſi diceret, eſſentiã coniugii in hoc conſiſtere, ut uterq. coniugum alterius ad generationis finem utendi ius, & poteſtatem habeat, ac proinde conditio illa appoſita, quòd ad thorum non cohabitandi, vitioſam, ac irritum illud reddit. *c. fin. vbi DD. ext. de condit. appoſit.* Atq ita ex probabiliori ſentẽtia reſoluit *Beia p. 2. reſp. caſu 3. Henriq. l. 11. c. 5 d. 10. Gutiarez c. 82. Polidor. Ripa de act. in art mor. c 2.* cõtra *Rebellum p. 2 l. 2. de matrimonio q 10. num. 19. & alios ab eo relatos, & Coninch d. 24 dub. 4. num. 43. & Bonacin. q. 2. p. 10 num. 13* Poſt tamen contractum matrimonium coniugibus integrum eſt imo & laudabile, ex mutuo conſenſu, vel etiam ex voto continentiam ſeruare, ac Deo, pietatiſq. operibus incumbere, vt multi ſancti fecerunt. *Bellarm. de ar. mor. l. 1. c. 15. Ric. p. 2. Deciſ. Car Neap Deciſ. 235.*

Qui niſi tanquam frater, & ſoror ſimul habitare nolint, vel nequeant, iuxta *c. 5. ext de frig & maleſ.* iudicis officio ſeparãdi ſunt. Quo facto, an iocalia annuli, veſtes, & alia donata reſtituenda ſint, *vide eund. Riccium in praxi matrim. Deciſ. 256.*

Conſectaria obſeruatio.

ADuerte tñ obiter, votũ non nubendi niſi quis aliud intendat, de ſui natura ad caſtitatem non obligare, ſed ſi per hoc caſtitati, obnoxium ſe facere intendat, teneretur, & quotieſcumque ſe pollueret, contra votum ageret. At ſi quis hoc votũ emitteret, vt licentius ſcortaretur nullatenus valeret, imo ſic uouendo lethiferam culpam contraheret, nec ſi nuberet peccaret, vel fornicando votum frangeret, Hoc dico quia ſæpe fornicatorij huiuſmodi inueniuntur ſic diù in luxuriæ cœno perſeuerare intendẽtes, alicuiusq. amaſiæ, vel fornicatiæ amore capti, timentes ne illa nuptui tradatur, enixe ab ea petunt, vt non nubendi votum emittat, quod quidem votum ſic emiſſum, vt dixi, non obligat, nec vlla Epiſcopi diſpenſatione indiget. *Sotus l. 7. de Iuſt. & Iu q. 2. art. 1. Corrad in Reſp. Caſ Conſ q. 289.* Etſi ipſi impedimento ſunt, ne illa nubat, ſecũdum aliquorum ſententiam, rei euadunt fornicationũ, quas ea mulier fecerit cõtra propriã, & aliorũ animas, in poſterum perpetrabit. Atq ſi ipſa votum non nubendi emiſerit, licet debitum petere, & reddere poſſit, votum tamen adimplendi voluntatem gerere debet, ſi quando per coniugis mortem matrimonium ſolutum fuerit. ut eſt cõe placitum.

II. ASSERTIO.

QVod vero attinet ad tps Aduentus, in quo matrimonium illud eſt celebratum, dico, quod licet aliqui ſenſerint, non ſolum eo tempore matrimonium prohiberi, ſed etiam ſi contrahatur, irritum eſſe, quia per hoc interdictũ eccleſia violatur, Attamen omnino tenendum eſt, niſi conditionis illius impedimentum obſtaret, non ſolum validum eſſe, ſed etiam nullatenus eo tempore prohiberi, ſi abſq. ſolemnitate, & pompa factum eſſet. Quod probat ipſa Eccleſiæ cõſuetudo, paſſim enim his temporibus tàm Aduentus, quàm Quadrageſimæ, matrimonia ineuntur, conniuentibus Prælatis, nec punientibus Parochos qui interſunt, cum vt ſuperius dixi, non matrimonii celebratio, & cõſũmatio, ſed tantummodo ſolemnis traductio prohibeatur. *Sanchez l. 7. d. 7. & alij ſupra relati.*

III. ASSERTIO.

TErtio dico hoc matrimonium, ſi aliàs validũ fuiſſet, nec illa conditione irritante laboraret, validum potuiſſe cenſeri, etiam ſi proprius Parochus vnius contrahentis interfuiſſet in Parochia alterius ſibi non ſubditi; vt ſi Parochus Coſmi cõtrahentis cum Magdalena, aſtitiſſet in parochia ipſius Magdalenæ, cuius non eſt Parochus; ſiquidẽ *Conc. Trid. ſeſſ 24. c. 1.* ſolum petit proprii Parochi præſentiam qui iuriſdictionem voluntariam, qualis eſt hæc, parochiæ fines egrediens, non amittit, & ſolum neceſſario exigitur vt ſit Parochus ſponſi, vel ſponſæ *Idem Sanch. l. 3. d. 19. num. 11. Reginal. l. 31. num. 177. & alij.*

IV. ASSERTIO.

QVarto illud nobis reſoluendum videtur, quod cum tale priuilegium Anſelmo, Magdalenæ parenti, pro ſe, ac ſuis deſcendentibus, tàm maſculis, quàm fæminis conceſſum ſit, ita demum ipſæ fæminę gaudeant ſi virgines, aut viduæ ſint, ſecus ſi nuptæ, cum ſtatum mutent, & viri forũ ſequantur; proinde hoc priuilegium ſoli Magdalenę, cum alii conſanguinei non extent, competere fatendum eſt. Quo non potietur Coſmus cum reuera, vt firmauimus, eius coniux non ſit. Si autem hoc matrimonium validum redderetur, & opere conſummaret, ad neutrum pertineret, quia poſtquã mulier virũ aſſumit, ſitq. vna cũ eo caro, ad aliũ uirũ de ſe traſtuliſſe, & forũ ut dixi, mutaſſe, iuxta illud. *Euripidis apud Stob. ſerm. 71.*

Mulier enim egreſſa paternam domum
Non amplius parentum eſt, ſed mariti.

Digitized by Google

Et de communi conſuetudine, quò ad tria in viri poteſtatem tranſit, ſcilicet quò ad reſidentiam, & domus curam, ad operas obſequiales, & carnis debitum, *Bald. in l. ſi uxor. C. de condit. inſer. Oinot. in §. fi. Inſt. Quibus mod. ius pat. pot. ſol. Graffius. conſ. 1 de furtis Tuſch in v. vxor. concl.* 386. Atq. ſupra a nobis firmata reſolutio traditur a *Bart. in l. quoties C. de priuileg. ſchol. l. 12. quem communiter DD. ſequuntur, vt per Brederod. de cautelis circa cont. cant. 29 & Tiraquel. l. 1. connub. num. 34.*

CAP. XI.

QVAESTIO. XXIV.

Matrimonialis diſpenſatio impetrata non facta mentione copulæ, & expreſſa cauſa ob anguſtiam loci etiam ſi in loco vicino mulier nubere poſſit, an valeat; & an ſit ſubreptitia, ſi matrimonium cōtractum, & conſummatum eſt, antequam Vicarius eam exequeretur. &c.

GAleatius cum vellet Dorotheam ſibi in quarto affinitatis gradu coniunctam, in vxorem ducere, cum qua ſemel ſe turpiter immiſcuit, rē cū ſuo Parocho contulit, qui cū ei rñdiſſet, hoc de iure fieri nō poſſe, niſi Pontificia accederet diſpenſatio, ſupplex libellus ad Apoſt. ſedē ab ipſo Curato porrectus fuit, in qua oblata petitione, ſuppreſſa copula continebatur, quod cum ad matrimonium inter ipſos contrahendum quarti gradus affinitatis impedimentum obſiſteret, pro iuſta ad diſpenſandum cauſa allegabatur, quod propter anguſtiam loci, (cum ſit paruum oppidum) maior pars illius populi ſiue conſanguinei, ſiue affines, intra tertium, vel quartum gradum ſe attingebant, cum tamen in loco ſuæ patriæ contiguo, virum ſuæ conditioni parem inuenire poſſet. Expeditis litteris ſummus Pontifex Vicario generali commiſit, vt ſi preces veritati nitantur, diſpenſet; illi autem ante captam, vt dicunt, informationem, & interpoſitum decretū coram Parocho, & teſtibus, matrimonium contraxerunt, & illud conſummarunt, quæritur an hoc matrimonium valeat, & quid ſucceſſor Parochus in actu practico conſulere debeat.

Præſuppoſita.

REſp. Supponendum primo eſt, ſolum ſummū Pontificem ordinaria poteſtate, poſſe diſpenſare in omni maiori impedimento matrimonii à iure eccleſiaſtico emanante, cui idem præeſt; requiritur tamen, vt iuſta ſubſit cauſa, ſine qua licet diſpenſatio valeat, à veniali nihilominus ſaltem culpa immunis non erit, iuxta illud Sapientis pronunciatum,

Minimum decet libere,

Cui multum licet. *DD. in c. cognoſcētes. de conſt.* Quando quidem, *teſte gloſſ. in c. requiritis. §. niſi vigor 1. quæſt. 7.* Diſpenſatio nihil aliud eſt, quàm iuris communis relaxatio facta cum iuſtæ cauſæ cognitione ab eo, qui ius diſpenſandi habet. Ex debito enim honeſtatis Princeps legibus debet eſſe ſubiectus cum illud adulantis animi ſit dogma, id ius eſſe, quod ei qui plus poteſt, placet, & vtile eſt; Vnde non poteſt violare voluntatē teſtatoris, quia generaliter ei non licet ſine cauſa vni rē ſuam auferre, & alteri adiudicare. *Cagnol. & Decius in l. id quod noſtrum ff. de reg. iu. Tuſc. v. princeps concl.* 680. *Fuſc. in ſingul. in v. princeps nu. 76. Nauar. cōſ. 1. ext. de his quæ vi. Ric. in Praxi var. reſol. reſol.* 125. *Io. Chock. in polit. l. 2. c. 2. Graff. l. 1. deciſ. c. 8.*

Porro iuſta cauſa diſpenſandi cum perſona priuata eſt, Primo defectus cōpetentis dotis. Secundo extinctio magnæ litis. Tertio, vt diximus, anguſtia loci, in quo maior pars ſibi pariū conſanguinitate, vel affinitate ſint ſibi coniuncti. Quibus cauſis licet multi Doctores alias adijciant. *vt per Barboſ. in remiſs. ad Conc. Trid. ſeſſ. 24. de ref. matr. c. 5. Nau. tom. nc. 22. num.* 87. has ſolas tres pro iuſtis ad diſpēſandum etiam in quarto grado, Romanam Curiā habere refert.

Vbi obſeruandum, quò gradus eſt propinquior, eo diſpenſationem difficiliorem eſſe, & maiorem cauſam requirere. Citra tamen omnium perſonarum acceptionem, eccleſiā facilius cæteris paribus diſpenſare cum magnatibus, aut potentibus, quā cum aliis, quia publica vtilitas magis ab his pendet, eiq. expedit illos fauentes habere. Hinc *Conc. Trid. ſeſſ 24. c 5 de refor.* docet, in ſecundo gradu non eſſe diſpēſandum, niſi inter magnos Princeps proceres, et heroes, ac perſonas titulares, qui merito magni Domini appellari ſolent. Quib. ſemper aliquid indulgendū eſt. *Arg. Direct. Inq. p. 3 q. 31.* vbi *Pegna.*

Quod quidem Tridentini Decretum intelligēdū eſt de gradu cōſanguinitatis, aut affinitatis ex legitimo matrimonio ortæ, quia in affinitate, quæ ex fornicaria copula conſurgit, præſertim ſi occulta ſit, longe facilius diſpenſatur. *Sanchez lib. 8. d. 19. Coninch. d. 27. n. 57 & d. 33. dub. 5. nu. 44. Barboſ in d. remiſſ. ad d. c. v. Conc. Triden. & p 3. de Epiſ. Alleg.* 84. *Hēriq. l. 12. c. 3. n. 6 in gl. Menoc. l. 1. conſ. 16. Sbroz. de vic l. 2. q. 43. reſol.* 226. An autē diſpenſatio, vel cauſa matrimonialis Ep̄o à Papa commiſſa alteri ab eo delegari poſſit uideatur. Idem *Ricc. in praxi var. reſol. rel. 2. q. 43.*

II. SVPPOSITVM.

SEcundo ſupponendum, quod vt valida ſit diſpenſatio, etiam illa, q̄ iuſta de cauſa petitur, & datur,

Digitized by Google

datur, curandum eſt, ne obreptitia ſit, vel ſubreptitia; ſiquidem quando in libello ſupplici aliquid tacetur, quod ſi apponeretur, faceret vt Papa nō diſpenſaret, vel non ita facile, ſed cū magna difficultate illam legem ſolueret, nulla eſt diſpenſatio, & vocatur obreptitia. Similiter quando aliquid falſi exprimitur, vt ipſa diſpenſatio impetretur, ea nulla eſt, & ſubreptitia dicitur. Hinc diſpenſatio obreptitia, atq. adeo inualida redditur ex taciturnitate eorum, quæ iura ſpecialiter exprimi iubent, aut quæ ex ſtylo Romanæ Curiæ exprimēda ſunt. Neq. ea eſſe ignotanter omiſſa, inualiditatem excuſat, etiam ſi à culpa immunem reddat. &c. ex cōi.

Quando tamen in dubio neque ex iure, neque ex ſtylo curiæ dignoſci poteſt an qualitas aliqua talis ſit, quæ ſi expreſſa fuiſſet, ſuperior gratiam nō conceſſiſſet, prudentis arbitrio id diiudicādum relinquitur, qui in re dubia in in actus fauorem inclinare debet. *c. Abbate. de verb. ſignif. DD. in c. ſuper litteris ext. de reſcriptis.* Vt autem obreptio, & ſubreptio euitetur, requiritur primo, vt ſi plura ſunt impedimenta, oīa exprimanī. Itē gradus diſtantia referenda eſt, ſed ſatis eſt, vt vltimus gradus exprimatur, narrando quoq. an ſit in linea aſcendenti, vel deſcendenti, in qua difficile diſpenſatur. An ſit cognatio ſpiritualis, & in quo gradu. Inſuper ſi in gradu prohibito conſanguinitatis, vel affinitatis contraxerunt, & ſimul ſe immiſcuerint, inceſtum, & copulam exprimere debent, multo magis ſi illa turpis coniunctio habita ſit ſpe facilius diſpenſationem obtinendi. *ex Conc. Trid. d. c. v. ſeſſ. 14. Bonac. de legib. diſp. 1. q. 1. pun. 5. Sanch. l. 8. d. 14. & 24. Reginald l. 31. nu. 200. Molf. tr. 4. c. 12. nu. 72. Ricc. dec. 260.* vbi etiam tradunt, quando duo non æqualiter à ſtipite diſtant, neceſſario nō eſſe faciendam mentionem gradus propinquioris ſtipiti. &c.

Notandum eſt etiam quod quando contrahentes obtenta diſpenſatione impedimenti occulti in foro interno matrimonium celebratunt, ſed poſtea eo contracto, impedimentum publice detegitur, in foro externo diſpenſationis ratificationem obtinendam eſſe, cum diſpenſatio in foro conſcientiæ obtenta, in externo iudicio non proſit, cum limitata cauſa limitatum producat effectum *Sanch. l. 3. de matr. d. 15. n. 15. Bonac. q. 3. p. 16.*

Obſeruat etiam *Azor. par. 2. lib. 12. cap. 15. q. 5.* Confeſſarium, vel Parochum cū eo qui bona fide matrimonium contraxit, ſed inualide ob omiſſam aliquam circumſtantiam, in petitione diſpenſationis omiſſam, quando nullum fructum ſperat, diſſimulare poſſe, & ab admonitione abſtinere; cū à veteribus Sapientibus ſcriptum ſit, fruſtra niti, neq. aliud quàm odium, & ſcandalum quærere, extremæ dementiæ eſſe. D. *Hier. epiſt. 109.*

III. SVPPOSITVM.

Tertio non eſſe validum matrimonium contractum antequam Ordinarius in foro externo, vel Cōfeſſarius in Sacra Theologia, vel Decretis Doctor, ab eodem Ordinario approbatus, in foro interno virtute mandati ſummi Pontificis, vel Pœnitentiarij diſpenſet; ſiquidem aliud eſt mādatum, aliud diſpenſatio. Et illa etiam communiter redditur ratio, quod gratia diſpenſationem non continet, ſed tantummodo Vicario, vel etiam Confeſſario committit, vt ſi preces veritati nitantur, & ſeruatis aliis à iure ſeruandis, nomine ſedis Apoſtolicæ diſpenſet; & quia diſpenſatio in cauſa matrimonij ipſius cauſæ iuſtificationem requirit. Nec obſtat illa canonica propoſitio, quod à tempore datæ, & expeditæ ſupplicationis, gratia currere incipiat, *c. ſi eo tempore. de reſcr. in 6. 6.* Illa enim pcedit, quando gratia per Principis conceſſionem eſt iam perfecta, ſecus quando vt DD. loquuntur, eſt in fieri, quouſq. Vicarius, vel alius Delegatus diſpēſationis cauſas excuſſerit. Atq. ſic tenet. *Idem Riccius Deciſ. 241. & in 2. p. deciſ. Cur. Neap deciſ. Sanchez. l. c. d. 25. num. 4. Gutierez. l. 1. canon. qq. c. 15. Bonac. q. 2. de matrim q. 8. num. 12.* cōtra *Graf. conſ 4. de temp. ord num. 8. & Naldum in qq. pract. in diſpenſatio n. 15. Filliuc. tom. 1. tr. 10. c. 10. q. 8. Zerol. in Praxi Epiſcopi p. 1 in v. diſpenſatio ad 6.* Quorum tamen opinio valde probabilis etiam eſt, & poſt factum ad praxim traduci poſſet. &c.

RESOLVTIO.

His annotatis ad propoſitum caſum reſpondē do dico ſupradictum matrimonium ex duplici capite inualidum reddi. Primo quia in ſupplicatione non fuit expreſſa copula, quam habuit Galeatius cum Dorothea ſua affine, ex legitima, & licita coniūctione ſibi attinente; cum clari iuris ſit, matrimonialem diſpenſationem ſuper impedimēto cōſanguinitatis, vel affinitatis, nō facta mētione de copula inter impetrantes habita nullam eſſe, & ſubreptitiam, vt propterea in ep̄alibus curijs non ſoleat concedi licentia contrahendi, niſi noua diſpenſatio impetretur. *Barb. d. c. 5.* Quinimo cum quidā inceſtuoſi, quorum diſpenſatio Vicario Curiæ Neap. commiſſa erat, poſt factam ab ipſo ſeparationē denuo ſe turpiter cognouiſſent, fuit ab Vrbe reſcriptum, noua diſpenſatione opus eſſe, & ſic eā obtinuerunt, conceſſo Breui, vt dicunt, Perinde valere. Quando tamen inceſtuoſi inceſtum, & copulam expreſſerunt, & nō ſe ipſos ſeparauerūt, & c. diſpenſationem valere dicendum eſt. *Marcus Anton. Genu. in Praxi. Neap. c. 25. Riccius in Praxi. matr. Deciſ. 241. Gutierez. l. c. Reginal. l. 31. n. 200. Sanchez. l. 3. d. 14.*

d.14 num. 25. Quaranta in ſumma Bullarũ in v. matrimoniales diſpenſationes.nu. 13. Rebel p.2.l.3. q.5.num 24. Comit.l.1. Reſpon. Mar. q. 104. Gratia. de Benef. p. 8. c.3. num. 31. & ſeq. contra Bonac. de legibus d.1. q. 2. p.1. num. 4. & Graff. conſ. 4 tit. de tẽp. ord. Filliuc. tr. 10. c. 10. nu. 337. & *Nald in v. ſententiam. vt ſup. diſpẽſatio nu. 17. Molſ. trac. 9. c. 12. num. 55.* & nonnullos alios.

Quorum ſententiam, ut ſupra dixi, in praxi poſt factum, valde probabiliter ſequi poſſumus; & ratio ab ipſius allata eſt, quia per ſuperuenientem copulam nouum impedimentũ non inducitur, ſed idem remanet, cuius auferendi facultas Ordinario confertur, & maxime ſi ſecuta copula occulta foret, ut proinde talis inceſtuoſus diſpenſatione uti poſſit, ſi antequam diſpenſatio obtineatur, iterum cũ affine, uel conſanguinea peccet, &c.

Non eſt tamẽ retardanda diſpenſationis executio, etiam ſi illa mulier Dorothea in alio loco ſuæ patriæ vicino virum ſuæ conditioni parem inueniꝛe poſſe, cum in ipſo diſpenſationis reſcripto dicta conditio non ponatur, ſiquidem diſpenſandi poteſtas fauorabilis eſt, & late interpretanda, quando nemini nocet. *DD. in c. ſi. ext de ſim. Ricc. in deciſ. Cur. Neap. Deciſ. 175. p. 2. & alii ſup.*

An autem Vicarius Delegatus cui matrimonialis diſpenſatio commiſſa valeat iniunctã pænitentiam commutare, vide *Marc. Ant. Gen. in praxi cur. Neap. c. 25. num. 1. & Riccius in 2. l. q. Deciſ. eiuſdẽ cur. Deciſ.* 155. vbi reſoluunt, pænitentiam à Papa inceſtuoſo viro inflictam, vt ſcilicet operam ſuam in eccleſiæ fabricam conferat, in aliud opus pium commutari poſſe, nam quando neceſſitas vrget, aut vtilitas ſuadet, pium eſt interpretari ſummum Põtificẽ etiam facultatem pœnitentiam impoſſibilem, ſeu valde difficilem commutandi, cognita cauſa concedere. Nec illa obſtat regula, inferiorem in ſuperiorem, ſicut nec in parem poteſtatem non habere. *c. cum inferior. extr. de maior. & obed.* Siquidem hæc poſitio fallit cùm iuſta ſubeſt cauſa, qualis in caſu præſupponitur. Cuius rei etiam meminimus *ſup. tr. 5. c. 15. q. 94.*

Secundo ea ratione matrimonium hoc nullum eſſe conuincitur eo quod contractum eſt, & conſummatum, antequam Vicarius Generalis ad quẽ diſpenſationis literæ fuerunt directæ, uirtute Pontificii mandati diſpenſauerit; per rationes, & authoritates, quas ſupra in tertio ſuppoſito, nuper attulimus. & per tradita à *Bonac. p. 8. q. 9.*

Parochi partes.

PRoinde noui prudentis, ac docti Parochi partes erãt, illis ſic m̃rimonio iũctis ſeparationẽ indicere, ac p̃cipere, ne vllo mõ veneris actib. ſe polluẽt, nec lethali culpa ſe inuicem commiſcendo inficiant, denuo ſi primam opinionem ſequi uelit, Romam pro obtinenda diſpenſatione ſupplicando ſcribere, quam poſtquam impetrauerit, debebit iterum in facie eccleſiæ, ideſt coram ſeipſo, & teſtibus celebrare; quamuis etiam ut alibi dictum eſt, probabilis ſit ſententia, & communior, quæ tamen non tam facile in praxi recipitur, in hoc & ſimili caſu ſufficere nouum utriuſque coniugis conſenſum, ſigno externo expreſſum, nec opus eſſe iterum benedictiones recipere, præſertim cum impedimentum occultum eſt, & infamiæ, uel notæ alicuius periculum imminet. *ex Nau. c. 22. num. 7. Beia p. 2. caſu 2. Zerula in praxi epiſc. in v. diſpenſatio. par. 1.* Grat. *in forenſ. diſcept. c. 138 num. 47. Barba. de epiſcopo par. 2. allegat. 32. num. 157. Chapeuilla de matrimon. temp. peſt. adminiſt. quæſt. 11. Sanchez l. 5. d 37. Reginald. nu. 183. Coninch. d. 24. dub. 10. nu. 83. Bonac. q. 2. p. 9. nu. 10.* Contra *Gutierez. de matr. c. 48. nu. 6. & c. 76. n. 32.* & alios quos ibi refert, vide ſup *tr. 13. c. 10. q. 23.*

Porro matrimonium legitimum contractum eſſe non ſolum per librum Parochi, quem ſub lethalis culpæ reatu apud ſe habere debet, ſed & per teſtes conſanguineos, per tractatum, & cohabitationem coniugum, per famam viciniæ, & multis aliis modis probari, tradit *Genua, de ſcript. priuat. lib. 5. q 6. Maſcard. vol. 2. de probat. concl. 120. & ſeq. Ric. in praxi matrim deciſ. 148. & ſeq. Molfeſ. tr. 4. c. 9. num. 33. Magon. deciſ* 86. *Menoch. conſ. 259. Marc. p. 2. q. 701. Tuſch. in v. matrimoniũ. concl. 130. & ſeq.*

QVAESTIO XXV.

An matrimonium diſſoluendum ſit, ſi poſt triennium conſummari non potuit. An venefica quæ coeundi impotentiam S. Euchariſtia abuſu ſe curaturã ſpondet, denuntianda ſit. Et an ſponſa de præſenti nondum cognita decedẽte, locum habeat ſtatutum, præcipiens, vt vxore abſque liberis obeunte, vir dotem lucretur, &c.

COrnelius ſex iam tranſactis annis, cum Olympia in matrimonio coniunctus, nunquam illud conſummare potuit, nec hactenus innotuit, an hoc impedimentum ex parte viri, uel potius ex parte uxoris proueniat. Nihilominus per id temporis, in eodem lecto dormierũt, & oſculis, tactibuſq. ut inter coniugatos fieri ſolet, uacarunt. Quæritur quænam ſint in hoc caſu Confeſſarii partes. Et an aſtringere eos debeat ad denuntiãdum Iuliam maleficam, quæ ſacroſanctę Euchariſtiæ abuſu, & *S. Scripturæ* uerbis, ſe coeundi impotentiam in illis curaturam obtulit.

Item ſtante ſtatuto ut uxore abſque liberis decedente, uir partem dotis lucretur, quæritur ſi hæc mulier nondum à viro cognita obeat, pars illa dotis uiro acquiratur, & an propria authoritate poſſit religioni

Digitized by Google

gionẽ ingredi, & quid ipſe Parochus Confeſſarius conſulere debeat.

Suppoſita, & Praenotiones.

I. SVPPOSITVM.

PRimo antequam ad hunc caſum reſpondeam aduerto, quidquid in hac materia neceſſariũ ſit verba vſurpare, à quibus naturalis pudor in communi ſermone abſtinere ſuadet, de ea tamen neceſſitatem habendi illius notitiam in audiendis confeſſionibus tacere nõ permittere. *Catech. Rom. de matr.* Et ne rerum turpium contrectatio caſtas, & religioſas mentes polluat, diximus alias pœnitẽtiæ ſacramenti miniſtrum debere eſſe ſimilem puro Solis radio, qui luti contactu non inficitur, eiuſque mentem, ut viſcoſas anſerum pennas eſſe oportere, quæ humorẽ non admittunt, nec madeſcunt, quãtumuis immergantur, ſed puræ, ut prius, ſiccæque emergunt. Vnde Suppono Primo, cum quis ad carnalem copulam impotens eſt, impediri matrimonium contrahere: quamuis n. copula ipſa ad eſſentiam, ut dicunt matrimonii non pertineat; poteſtas tamen & obligatio ad illam neceſſario quò ad eius ſubſtantiam requiritur. Vnde ſicut in aliis contractibus ille iure naturæ inualidus eſt, quo quis ſe ad illud obligat, quod præſtare in ipſius non reſidet manu; ſic matrimonium inualidum eſt, quando is qui illud contrahit, ad coniugi debitum copulæ reddendum, uel ſoluendum, impotens eſt. Pro quo facit, quod impoſſibilium nulla eſt obligatio. *l. impoſſibilium. ff. de reg. iur. & c. nemo, eod. tit. in 6. vbi gl.* triplicem eſſe impoſſibilitatem obſeruat, nẽpe iuris, facti, & naturæ. Imo impoſſibilitas, & difficultas à iure æquiparantur. *l. nepos. ff. de verb. ſign.* cum ut ait *Bald. in c. cum acceſſiſſent. ext. de conſt.* impoſſibilia, & nimis difficilia extra humanã naturam ſint. Ad hunc quoque modum paria cenſenda ſunt, non poſſe, & inhoneſte poſſe. *l. filius ff. de condit. inſtit.* teſte etiam Cicerone *l. 1. off. & gloſſ. in c. ad audiẽtiam in v. habere. ex. de ſponſ. Paul. Carr. de myſt. iur. interpret. reg. 6 ar. 1.*

Duplex vero talis impotentia in noſtro caſu eſſe poteſt, una naturalis, quę ex naturalib. cauſis oritur, ſiue per exceſſum, ſiue per defectum cõtingat. Altera eſt aduentitia, quæ Dęmonis, uel hominum opera, ui adhibita accidit. Illa nomine frigiditatis ſignificatur, quam ſolos uiros afficere communior habet opinio. Aduentitia autem nomine maleficii notatur: atque iis qui priori impotentia laborant, frigidi, qui poſteriori, maleficiati in iure dicuntur. *vt tot. tit. de frigid. & malef. in Decr. Graff. l. 2. deciſ. aur. c. 85.* Nã quãuis Dæmones ad uaria maleficiorum genera perpetranda præſto ſint, pro impedienda tamen matrimonii copula libentiùs illis opitulãtur, per quæ carnalis congreſſus excludatur, cum ex hoc humanæ propagationi impedimentum inferatur, quod ipſi inuotis habent, ut prędeſtinatorum numerus ſerius expleatur, mutuus coniugum amor aboleatur, & adulteria, cædeſque perpetrentur. Quæ quidem copula tribus præcipuis modis maleficorum opera ab ipſis Dæmonibus impediri ſolet. Primo imaginationem, & phantaſiam, ut DD. loquuntur, turbando, quę coniugẽ exoſum, abominabilem, deformem, ac horrendum reddat, propter quod odium, & faſtidium in altero excitatur.

Secundo per interpoſitionem alterius corporis aſſumpti, corpora impediendo ne coniungantur. Tertio prohibendo immiſſionem ſpirituum ad genitalia membra, vas ſeminis intercludẽdo, & multis aliis occultis modis. de quibus *Sylu. v. maleficiũ. q. 6. Sayr. in cl. reg. l. 9. c. 6. nu. 22. Codroch. de morb. venef. l. 3. c. 5. & ſeqq. Henriq. l. 12. de matr. c. 7. & 8. Sanch. l. 7. d. 94.* Quæ etiam maleficia tribus potiſſimum remedijs auertuntur. Primo precibus, & exorciſmis, à S. Eccleſia ſtatutis. Secundo cereis ſacratis, ſanctorum Reliquiis, aqua benedicta. Tertio ieiuniis, eleemoſynis, & ſacramentorum frequentatione. *c. ſi per ſortiarias. 33. q. 1. Angl. in flor. theog. imped. matr. art. 2. dub 2. Reginal. l. 31. num.* 104. ut tradidimus in *Comment. de hum. vit. ſtat p. 1. c. 21.*

Vtraque autem impotentia tam ex parte frigiditatis, quàm maleficii, ut cõiugii ualiditatem impediat, duas conditiones requirit. *Prima* eſt, ut matrimonium præcedat, nam ſubſequens illud non diſſoluit, etiamſi ratum ſit. Et in dubio an impotentia anteceſſerit, præceſſiſſe præſumitur, ſi fuerit naturalis, ſubſequuta uero cum fuerit, accidẽtalis, utpote ex maleficio prouenięs, ſiquidem qualitas, quę eſt à natura merito ſemper ineſſe creditur, aduentitia non item, niſi contrarium probetur. *Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 311. Tuſch. v. copula concluſ. 1033. Menoch. de præſ. l. 1. q. 3.*

Secunda conditio eſt, vt talis impotẽtia ſit perpetua, nam tempor alis matrimonium inualidum non redderet. *c. fraternitatis. ext de frigid. & malefic.* in quo omnes conuenire. *Sanchez. l. 7. d. 103. & Reginal. l. 31 nu.* 100. notant. Dicitur autem perpetuum impedimentum, quod ſine diuino miraculo, uel ſine mortis periculo, aut lethalis peccati diſcrimine (quod maius malum eſt) remoueri nõ poteſt, licet ſecus eſſet dicendum ſi aliquem tantum dolorem, uel ægritudinem, ab illo curandus ſubiret. Ideo DD. pręſertim *Salyc. in l. fin. C. ad l. Flauiam de Plag.* dicunt, quod uxor quę habet uirum inutilem, & impotentem, poteſt dicere ſe eſſe uiro orbatam, quia nihil, inualidum, & inutile, æquiparãtur. *arg. ex literis. ext. de frig. & malef.* Quę poſtrio confirma.

firmatur *ex gl. in c. admonere. 33. q. 2.* quæ per illum textum vulgarum illud carmen colligit,

Si reprimaris, nec nomen habere mereris. Alex. lib. 1. conſ. 104.

II. SVPPOSITVM.

Hinc ſecundo ſupponendum eſt, quod quādo dubium eſt, num impotentia perpetua, an temporalis ſit, S. Eccleſiam ſolere triennium concedere; per quod tales coniuges cohabitent, & fideliter cōſummando matrimonio operam dent. (Expecta, inquit, *Seneca l. 2. cont. 5.* poteſt parere, non reſpondet ad certum fœcunditas diem: ſui Iuris rerū natura eſt, nec ad leges humanas componitur: modo properat, modo vota præcurrit, modo lenta eſt, & demoratur.) Quo tempore elapſo, ſi impedimentum perſeuerct, ipſum perpetuum eſſe præſumit, & conſequenter nullum eſſe connubium. *c. laudabilem. ext. de frig. & malef.* Attamen cum dantur ſigna neceſſatio, & euidenter impotentiā oſtendentia, vt aliquem eunuchum eſſe, & utroque teſte carere, exeſta eſſe eius virilia, aut arida effecta, ſeu mulierem arctam eſſe, & huiuſmodi, ad diſſoluendum matrimonium nulla temporis mora expectanda eſt. quia conſtante impotentia, copulam permittere iuri naturali, & diuino, fornicationem prohibenti, repugnaret. Quod ſi impotentiæ ſigna non ſint omnino certa, ſint tamen veriſimiliter euidentia, nec etiam triennalis experientia requiritur, ſed tantum exigitur iuramentum coniugum aſſerentium ſe matrimonium conſummare non poſſe, & ſeptimæ manus propinquorum iurantium ſe credere, eos verum dicere, cum illud tempus ſolum in caſu dubio à iure concedatur, & tandiù etiam licebit ad copulam conari, quandiù affulget ſpes, intra fœmineum vas ſeminandi, Imo Rota Rom. in pluribus contingentibus caſibus, triennij terminum iudicis eccleſiaſtici arbitrio remiſit, & minorem aliquando ſtatuit. *vt per Sanch. l. 9 d. 17. nu. 16. & Genuenſ in praxi. Neap. c. 103. Ant. Robert. l. 4. rerum iud c. 10.*

Ceterum aliter iudicandum eſt de impotētia contingente ex maleficio, quàm de alijs, quia cum maleficiū ſit Dæmonis occulta, & libera operatio, non poteſt perinde de illius perpetuitate, ac de cæteris naturalibus impotētiæ cauſis conſtare; idcirco conſentaneum eſt, vt ad coniugium ob impotentiam ex maleficio prouenientem, non modo experientiæ triennium, verum etiam longius tempus à Iudice aſſignetur, indicto ſimul coniugibus conſilio, ut orationi, & pietatis operibus vacent, vt ſic Deus placatus Dæmonem coerceat, quò maleficio officere deſiſtat *c. fin. ext. de frig. & malefic.* Quod ſi uotis rerum exitus non reſpondeant, diuino beneplacito acquieſcendum eſt, ſiquidem ut ait *Seneca epiſt. 108.* Optimum eſt pati, quod emendare non poſſis, & Deum quo auctore cuncta eueniūt ſine murmure comitari. Cum & fœcunditas à Dei manu ſit expectanda, à quo ſterilis quoque iuſto eius iudicio vterus redditur, uel in pœnam, & ſupplicium eius cui cōtigit, vel in maius eius bonum, illuſtrioremq. diuinæ potentiæ, ac benignitatis declarationem, vt proſequitur. *D. Chryſoſt. homil. 38. in Gen. & Pererius. tom 3. c. 16. verſ. 2. & Lud. de Pont. de Chriſt. hom. perfect. tom. 2. tr. 5. c. 8.* & nos alibi.

III. SVPPOSITVM.

Vnde tertio loco ſuppono ijs, qui perpetua impotentia laborant, nefas eſſe petere, vel reddere, vel oſculis, & tactibus delectari, quia matrimonium cum tali impedimento celebratum eſt inualidum, actus autem coniugalis, ut petere, reddere, tangere, oſculari. &c ſolum legitime coniugatis permittūtur, *Comit. l. 4. q. 22.* Et ſecluſo incontinentiæ periculo, tantummodo iura concedunt, vt vir mulierem tanquam ſororem habeat, quam ut vxorem habere non poteſt.

Qua in re oēs DD fatentur eis non licere in eodem dormire lecto. In quo caſu locum habet, quod eleganter Ælius Verus dicere ſolebat, vxor dignitatis nomen eſt, non venereæ voluptatis. Et recte *D. Auguſt. l. 15. adu. Fauſt.* Manicheis obijcit, quod ad explendum tantum libidinem impudica coniunctione fœminis miſcerentur, cum nuptias non concubitus, ſed conſenſus, & perpetua conſuetudo faciat, & vnus etiam matrimonii finis ſit, vt aduerſus pericula, & infortunia, ſocietas vitæ cōi præſidio, mutuoq. ſolatio iuuetur. Sic mares fœminis iunguntur, ut imbecillior ſexus præſidium mutua ſocietate ſumat, ait. *Quint. decl. 368.*

I.Q. RESOLVTIO.

His ſic ſuppoſitis, Primæ quæſtioni ſic breuiter reſpōdeo dicendo, quod ſi Cornelii, uel Olympiæ impotentia conſtet ſeparandi ſunt corā iudice eccleſiaſtico, allatis eius arbitrio probationibus, &c. Nam ad coniugalem copulam, cuius impotentia matrimonii ualiditatem impedit, requiritur vt ſponſus intra vas ſponſæ ſeminet, vt coniuges vna caro efficiantur, ad quod virilis ſeminis effuſio requiritur, etiamſi totum intra fœminæ uas non effundatur, Validum nihilominus erit matrimonium cum fœmina contractum, quæ virile ſemen recipere poteſt, quamuis ipſa ad ſeminandū ſit impotens, cum iuxta veriorem ſententiam, fœmineum ſemen ad generationem neceſſarium nō ſit. *Henriq. l. 12. c. 7. num. 4. Sanch. l. 2. d. 21. & l. 7. d. 9.*

Coſta

Coſta de remed. ſubſid. remed 8. *Gutier. de matrim. c.* 112. *& in qq. canon. l.* 1. *c.* 16. *Bonac. q.* 3. *p.* 13. *Molf. tr.* 4. *c.* 10. *nu.* 75. Vnde cum per ſex annorum tempus prædicti coniuges matrimonium conſummarenon potuerint; impotentia perpetua laborare cenſentur, & per conſequens coniugium inualidū iudicandum eſt; vt proinde ob incontinentię periculum ſeparandi ſint, niſi tanquam frater, & ſoror ſimul viuere eligant. Nec oſculis, & tactib. vacare poſſunt, neque in eodem cubili iacere, à Confeſſario permittendi ſunt, vt conſtat ex motu proprio Sixti V. edito circa eunuchorum matrimonia, In his verbis, Eos autem qui ſic de facto contraxerūt, ſi appareat illos, non vt caſte ſimul viuant, contraxiſſe, ſed actibus carnalibus, & libidinoſis operam dare, ſimulue in vno, eodemq. lecto cum prædictis mulieribus dormire conuincantur, omnino ſimiliter ſeparari cures, &c. Neq. in propria virtute confidāt, vel q in carnis prælio ſaliàs ſuperiores, ac intacti abierint, neq. vllum ſpirituale vulnus acceperint, nam etſi hoc daremus, quid prodeſſet ſi poſt tot menſes, vel annos, vel ſemel, moroſa delectatione, vel impudicis tactibus cadant? Quod quidem ita facile, ac procliue eſt, vt vix in præcipiti, ac periculoſo loco vitari poſſit. Vnde *D. Bonau. in lib. de apolog. pauperum*, ait, quod licet difficultas, quam extrinſecæ cauſæ afferunt, vt rei præſentia, quæ magis mouet, vt pulchritudo & ſimilia, ſi vincantur, meritum augeant ex accidenti, & indirecte, attamen quia per ſe, atque ex ſua natura potius in ruinam impellunt, ideo fugienda, omnique ſtudio ab omnibus declinanda ſunt, quod qui non facit, nō ſolū tunc peccat, cum labitur, ſed etiam cum ſe labendi periculo exponit, nam qui amat periculum peribit in illo. *Eccl. c.* 3. *Caiet. in v. periculum. Nau. in cap. ſi quis autem. de pœnit. d.* 7.

Atq. prædicta reſolutio colligitur ex *Sanch. l.* 7. *diſp* 97. *nu.* 15. *Reginald. l.* 31. *nu.* 102. *Bonac. d.* 93. *p.* 13. *nu.* 21. & alijs.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico Parochum teneri ad cogendum Cornelium, & Olympiam, vt Iuliam veneficam ad violatæ religionis Iudices deferant. Siquidem ad ueneficia, ſuperſtitioneſque ad ſanitatem cōparendā, aliquemue morbum auertendū Eucharistia, vel ſacris reb. & verbis aburētes, de hæreſi val de ſuſpecti redduntur, ꝑꝑ expreſſum, vel tacitū pactum, quod cum Dæmone inire dicuntur. *gloſ. in c. accuſatus.* § *ſane. de haret. l.* 6. *Caſtr. de iuſt. haret. punit. l.* 1. *c.* 31. *Z ol. in ſyntag. iu. l.* 34. *c.* 15. *Farinac. in praxi crim. q.* 20 *n* 83. *& in tract. de hæreſi. q.* 181. *num.* 19. *Riccius in praxi foro Eccl. deciſ.* 671. *Gal. linius de ver. ſignif. l.* 1. *c.* 15. *& ſeq.* Quinimo Locatus in *iudiciali Inquiſit. in rubr. contra ſine ordinib. celebrantes. & Sanctarell. de hæreſi. c.* 42. *dub.* 1. *n.* 5. referunt Decretum *Pauli* 4. in quo præcipit vt tanquā relapſus is habeatur, qui diuiniſſimo Euchariſtiæ ſacramento abutitur, ac proinde ſęculari curiæ tradi debeat, & debitis pœnis in relapſos ſtatutis puniri videatur etiam *Genuen. in praxi Neap. cap.* 23.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. quæſtionem reſpondendo dico, ſtante ſtatuto, vt vxore abſq. liberis moriente, vir partem dotis lucretur, ſponſa de præſenti nondum cognita decedēte, eā virū minime acquirere; eſt. n. odioſa materia, cum ſponſa ſine cauſa ipſam dotis partem amittat, ideo ſtatuti verba in potiori ſignificatu intelligenda ſunt, prout eſt quando matrimonium eſt conſumatum, vt late probat. *Abb. in c. ex publico ext. de conuerſ. coniug. Felyn. in c. tertio loco. ext. de præſumpt. Tab. in v. ſponſalia. nu.* 1. Idē *Sanchez. l.* 1. *d.* 1. *num.* 5. Sicq. eadem ratione matrimonio ob impotentiam inualido dicendum eſt, cum vbi eadem ratio viget, idem ius ſit conſtituēdū. *L. illud ff. ad l. Aquil. Euerard. in top. leg. in loco à ſimili.* Sicq. verū eſſe apparet quod ait *Salon.* 22. *q* 71. *art.* 1. quod licet Confeſſarij, leges, & ſtatuta omnium ſtatuum ſcire non teneantur, attamen in propoſitis caſibus iuxta conſcientiæ regulas, probe noſſe debent, quando vnuſquiſq. in ſuo ſtatu cōtra charitatem, & iuſtitiam peccet, ita vt ad reſtitutionem teneatur, &c.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD quartam propoſiti caſus difficultatem pariter dico, Cornelium non poſſe propria authoritate religionem ingredi, etiamſi matrimoniū ob impotētiam inualidum ſit, ſed Iudicis decreto, & ſeruato iuris ordine id fieri debere. Vnde quamuis poſt matrimonium ratum duo menſes concedantur ad deliberandum, an religionem ingredi velit, attamen ſi ſponſa ad domum ſponſi traducta fuit, nec in foro externo creditur ijs affirmantibus matrimonium non fuiſſe conſummatum, neque hoc per ingreſſum in religionem ſolui, quia coniugum confeſſioni, ut aliàs diximus, in præiudicium matrimonii non ſtatur, niſi aliunde v. g. per inſpectionem, aliaue indicia, probari poſſit non eſſe conſummatum. Sicut etiam ſponſo, qui ad ſponſam acceſſit, aſſerenti ſe non ſeminaſſe, quò ad religioſorum ſtatum conuolare poſſet, in foro fori fides nō præſtaretur, quia in propria cauſa teſtis eſt, & cum frequenter, & ut plurimum ſeminatio contingat, ea quidquid in foro cōſcientiæ ſit, in externo tribunali præſumitur. *Sanchez. l.* 1. *d.* 21. *nu.* 8. *& d.* 23. *Coninch. d.* 26. *num.* 54. Quandoquidē fortiſſima

tiſſima ac validiſſima præſumptio ex conſuetis,ac communiter accidentibus deſumitur, vt ait idem *Sanchez.l.4.de precept.c.1.n.13.* & alii quos refert, ac ſequuntur, *Menoch.l.1.de Preſũpt.q.18.nu.1. Euerard. in topica legali. in loco à ſolitis, & communiter accidentibus.*

QVAESTIO. XXVI.

An vxor à marito diuertere poſſit ob adulterium, & concubinæ in domo retentionem, & quod eã de crimine peſſimo tentet, & in eam ſæuitiam exerceat, & an ſi ab eo diſcedat, vir teneatur illam alere. Matrimonium an valeat ob denuntiationes non in die feſto factas.

CLaudia Aurelio non ignobili genere orto in matrimonio iuncta, apud Felicem Parochum ſuum conqueſta eſt, ſe ab eo male accipi, & tractari ac triſtẽ, ac infelicem vitã cum ipſo agere, & ideo ab eodẽ improbo, ac impio diuertere, ac diſcedere omnino ſtatuiſſe, Primo quia coniugii iura violãdo pellicẽ aliquando in domum conducit. Secundo, quod de neſando flagitio ipſam vxorem ſæpe tantare ſolet. Tertio quod in eam ſæuiat, & quia ſine dote forma captus eam duxit, contumelijs afficiat, & ad victum, & veſtitum neceſſariis deſtitui patiatur, &c. Quarto quod ipſius Aurelii, & Claudiæ matrimonii denuntiationes, cum in aliena Parochia tunc habitarent, in alio die, quàm feſto fũt factæ. Vnde Felix Curatus ei cõſuluit, ut abſq. ecclaſiaſtici iudicis facultate, ab eo diſcederet, & apud parentes ſuos ſe reciperet, & alimenta ab ipſomet uiro præſtari debere coram ſeculari Magiſtratu poſtularet, Quæritur an Parochus Claudię recte conſuluerit,

I. SVPPOSITVM.

PRo clariori huius quæſt. & caſus reſolutione, Suppono, qđ ſicut nihil eſt, quod matrimonio læte, ac feliciter tranſigendo magis conueniat, quã viri, & vxoris mutua amicitia, beneuolentia, concordia, & familiaritas, ad cuius rei comprobationẽ, quia per ſe ſatis eſt manifeſta, ſolum Eccleſiaſtici teſtimonium afferrem, à quo *c.25.* inter eos numerantur, qui humanæ beatitudinis partes attingunt, vir, & vxor ſibi bene conſentientes, niſi ob oculos verſaretur illud *Homer.l.6. Odyſ.* Nihil.n. hoc potius, ac melius,

Quã cum concordes animis domum habitant
Vir, & vxor, multi dolores inimicis,
Gaudia autem amicis,

Quam ſententiam retulit, ac approbauit maximus philoſophorum Ariſtoteles *l. 2. Oeconomio,* & Hierocles in libro de nuptijs, apud *Stobeum ſer. 65. Tiraq.l.5.connub.nu.18.*

Ita nil eo cõiugio infelicius triſtius, ac miſerius, in quo, ut nutrix illa in Medea Euripidis loquitur, uxor cum uiro diſſidet. Hinc prouerbio dicitur, quatuor eſſe, qui hominem è domo expellunt, nempe fumum, ignem, ſtillicidium, & uxorem rixoſam. Et pariter quatuor ante tempus hominem occidere, videlicet uxorem formoſam, triſtem familiam, immoderatum cibum, & aerem corruptum, Idem *Tiraq.l.2.connub.nu.26.*

Cuius quidem infortunij, ac mali ſucceſſus, nõnullæ cauſæ à moralium rerum ſcriptoribus recenſentur; quarum Prima eſt, cum quis libidinis tantũ explendę cauſa, Dei honorem, propriæ animæ ſalutem, & prolis ſuſcipiendæ finem, ob oculos non habens, matrimonium contrahit; nam ut dixit Angelus Raphael. *Tob.c.6.* Qui ita coniugia ſuſcipiunt, ut Deum à ſua mente excludant, & ſuæ libidini uacent, ſicut equus, & mulus, ſuper hos Dæmon poteſtatem habet, & per cõſequens male illis ſuccedũt, cum uix bono peragantur exitu, quæ malo inchoatu ſunt principio. *c. miramur diſt. 61.* Et ſane diſſidium inter eos, qui ſe interno amore obcæcati ducũt, facile exoriri, matrimoniaq. ipſa infelicem exitum ſortiri (nam ardens ille ex concupiſcentia concubitus odium maximum parit) magiſtra rerum experientia docet, & exempla paſſim obuia ſunt, ut per *Menoch p 1.conſ.69 nu.45. Gutierez.lib.1. conſ.99.cap.* 20. Hinc adagium illud inoleuit, Qui amore ſe capiunt, rabie ſe dimittunt, *Guattius in cõuerſat.ciuil p.3.*

Vnde huic ſecunda annectitur cauſa, quando qs imparem in uxorem aſſumit, ut cum nobilis ignobilem, iuuenis ſenem, diues pauperem ducit. Quæ pericula effugere docuit, Qui dixit

Si que voles apte nubere, nube pari,

Idque obſeruat *Io. And.in c fraternitatis. extr.de frigid & malef* Vnde etiam in externo foro matrimonium inter diſſimiles, & impares perſonas non præſumitur, niſi aliæ probationes inteſſeniãt *gl.in c aliter.30.q.5.Barb.in l ſi diuortio ff.de ver.oblig. Tuſch.v.matrimonium.concl.132.*

Tertia cauſa eſt quando quis cum ea coniugiũ init, quæ uirginitatem Deo conſecrauit, at uouit, nã illa v.g. quæ huiuſmodi uotũ, & promiſſum infringit, iuſto Dei iudicio, uirum iracundum, ebrioſum, mulieroſum, & in omni nefariæ libidinis cœno inuolutum, luſorem, blaſphemum, & aliis uitiis coopertum ſæpe ſibi aſciſcit. Et licet ſimplici caſtitatis uoto, aut religionis conſtrictus matrimonium contrahens, ipſum non irritet, cum tamen illud uotum tranſgreditur, lethalis culpæ fit reus. vt ex communi ſententia probat *Nauar c.22.num.73. Sanchez.l.7.de matrim.diſp.11.num.10.Molf tr.4.c 11. nu.14.*

num. 14. & 13. num. 94 Reginal l. 31. nu. 350. Coninch diſp. 34. nu. 32. Haec aſſi us ett quarta cauſa, cum matrimonium mens aliquo impedimento di timenri detinetur, & ſine diſpenſatione coniugem ſibi adiungit. Et ſane omnes ſciunt, ac experimento diſcunt, primam infelicem in matrimonijs euen tuum radicem, diuinæ, ac eccleſiaſticæ legis tranſgreſſionem eſſe ſolere, & præcipue ſi circa illos gradus prohibitos verletur, qui matrimonium illicitū reddunt, ac proinde contractū non valere efficiūt, ſiquidem diuina iuſtitia in huiuſmodi contrahentes animaduertit, aut per matrimonij ſeparationē, aut per alterius coniugum mortem, ſeu ſterilitatē, aut ſi filios genuerint, per mortem illos priuat, ſeu etiam alijs infortuniis eos punit, &c. *Lud. de Ponte. de chriſt. hom perfect. tom. 2. tr. 5. c. 3.*

II. SVPPOSITVM.

Secundo ſupponendum eſt, diuortium quod aliquando inter coniuges contingit, à mentium diuerſitate dici; nam qui matrimonium diſtrahūt, in diuerſas partes, ſeu voluntates feruntur. *l. 2. ff. de diuortijs. Tholoſ. l. 9. ſyne. iur c. 15. Hoſt. in ſumma. §. 1. tit. de diuortijs.* Eſt. n. quò ad thorum, & ad mutuam cohabitationem, mariti, & vxoris legitima ſeparatio. *Io. à Turrecrem. 32. q. 7. in princ. nu 3. & ſeq. Tuſch v. diuortium. concl.* 548. vbi etiam dicūt, multiplex eſſe diuortium, aliquādo. n. fit in totum, & quò ad matrimonium vt contrahere poſſint, prout ſi ſint maleficio perpetuo affecti, vel impotētes: aliquando ad tempus fit, puta ob malam conuerſationem, iurgia, &c. huiuſmodi.

Porro ex iuſtis, & legitimis cauſis, quibus coniuges ſimul habitare nequeant, diuortium admittiī, Primo vt dixi ob ſæuitiam alterius coniugis. Secundo ob adulterium. Tertio ſi alter in hæreſim inci dit. Quarto ſi furore laboret. Quinto ob nefandū flagitiū uiri Sexto ſi ipſe maritus vxorē ad peccandum cum alio prouocaret, &c. vt etiam infra in ſeq. caſu, & quæſt. annotauimus.

Et propria authoritate ſine Decreto Iudicis aliquando diuortium fieri poſſe, communi ſcribentiū calculo receptum eſt, puta ſi ex Iudicis aditione periculum ſit in mora, vt euenit ob manifeſtum adulterium, & pellicis in domo retētionem, ob ſæuitiā, furorem, vel alterius cōiugis inſidias, & ſic de aliis. *Abb. Innoc. & alis in c. ſignificaſti exe. de adult. & in c. literas. de reſtit. ſpoliat. Ricc. in praxi matrim. deciſ. 136. Coninch. diſp 35. col 2. Sanch. l. 10. d 12. Molf. tr. 4. c. 14. n. 45. Theſaur. deciſ. 130. Gutierez. in can. q. l. 1. c. 24. Bonac. de matr. q. 4 p 4. Comitolus. in Reſp. Moral l. 1. c. 140. & ſeqq. Nald. v. vxor. num. 21.* Admonēt tamen quia nonnunquam mulieres parua magnificare ſolent, non eſſe facile credendum, etiam ſi valde à mariiis ſe timere aſſerāt, cum plerumq. vani timoris conuincuntur, cuius nulla iō hab ri ſolet. *Dec & Cagnol. in l. in omnibus profacto, & in l. vani timoris ff. de reg. iur. Socin. cōſil. 286. Tuſch v. metus concl. 215. Maſcard. de probat. vol. 2 concl. 1053. & ſeq. Menoch l. 2. de arbitr. iud. caſu 138. Nat conſ. 16* vbi plurib. exornat cautionem non eſſe præſtandam, niſi adſit iuſti timoris cauſa, & qualis debeat eſſe iſte timor declarāt idem *Sanch. d. 18. nu. 24* Et veritas eſt, quod in praxi hoc Iudicis arbitrio committitur. *Farinac. de delict. car. q. 143. §. ſæuitia. nu 150.*

Et quidem vxorum chriſtiana prudentia, ac patientia multum momenti, & roboris ad maritorū virtutes adiicit, eorumq. vitiis maiorem in modum medetur. Ideo *Apoſt. 1. ad Corinth. 7.* Sanctificatur ait, vir infidelis per mulierem fidelem. *in ſumma. 28 q. 1.* Cui conſonat *textus in l. eum qui. C. de Epiſcop. & cler. vbi Bald.* obſeruat mulierem bonam bonum virum efficere. *Arg. D. Aug. l. 9. confeſſ. c. 9.*

Caſus, & quæſtionis reſolutio.

I. Q. RESOLVTIO.

Reſp Felicem recte reſpondiſſe, & iuſtum cōſilium dediſſe, cum dixit, Claudiam ſuā Parochianam ob manifeſtā adulterii ſæuitię, & ad delictum nefandum prouocationis, cauſam, tuta con ſcientia ab eo diuertere poſſe, etiam ſi ecclaſiaſtici Iudicis Decretum nō intercedat; nam quò ad adulterium, & pellicis in domo retentionem, res eſt clara, & per ſe patet, ita vt nulla opus ſit ꝓbatione, cū non tantum Parocho, ſed & omnibus viciniæ hominibus hoc innoteſcat. vt conſtat ex *c. dixit Dñs. 32. q. 1.* Et ratio eſt quia iure naturæ frangenti fidē fides ſeruanda non eſt. *l. cum proponas. C. de pactis.* Cum ergo vir adulter ſæpius coniugii iura violauerit, ſequitur innocentem ſecum habitare, & debitū reddere non teneri, ſed propria ſponte ab eo diſcedere poſſe, & ad parentes, proprioſq. Penates ſe recipere. *Sanchez. l. 10. de matr. diſp. 12. num. 31. Gutierez. de matr. c. 129. Ricc. in prax. matri deciſ. 136. Reginald. l. 31. n. 334. Coninch. diſp. 35. dub. 1. nu. 2. Molfeſ. l. c. nu. 20.* vbi ſubdit quod ſi aliqua incommoda, vel ſcandala, ex hoc ſubſequi poſſe probabiliter timerētur, Iudicis ſententia expectanda foret, cum nil cum ſcandalo fieri debeat; ad quod euitandum multa contra ius inducta reperiuntur. *c. nihil. vbi Abbas, & Fel exe. de præſcrip. Duard. in cōment. Bulla Cœna Dñi. l. 1. c. 2. q. 3.* Obſeruat & idē *Molf. num. 19. & tom. 1. ad conſuet. Neap. par. 6. q. 5. n 55. & ſeq.* in praxi in foro externo, ob ſolum viri adulterium, diuortium fieri non ſolere, niſi ille fœminā tanquam pellicem, & concubinam retineat; tunc. n.

vxoris mors, vel ex concubinæ, uel ex eiuſdem mariti inſidijs, probabiliter timeri conſueuit. Idem tenet *Bonac. de matr. q. 4. p. 5. nu. 25.* & alii.

II. Q. RESOLVTIO.

QVò ad 2. diuortii cauſam dico Claudiam nõ potuiſſe ab Aurelio coniuge propria authoritate ſeparari, nam etſi ob nefandum vitium, nempe ſi maritus ad illud ſcelus trahere vxorem tentauerit, diuortium ſaltem ad tempus fieri poſſit, donec ſcilicet vir pœnitentia ductus reſipiſcat, & à tali flagitio abſtineat. *c. flagitia. c. non ſolũ. 32. q. 7.* non tamen in foro externo ſolus cõqueſtus vxoris ſufficit ſe fuiſſe de hoc ſcelere ſolicitatam; q. a in facto proprio teſtis foret, & per conſequens fidẽ non faceret, niſi aliud indicium concurrat, vt quia cum aliis hoc crimen perpetrare ſolear. &c. ne vxorib. uiros accuſandi anſa præbeatur, ſiquidẽ ſic frequens, ac facilis eſſet diſiungendi matrimonii modus. *l. nullus. ff. de teſtibus. l. omnibus.* C. *eodem. Dec. in l. ſi quamuis. C. de ſecun. nupt. & in l. pacta quæ contra.* C. *de pactis. Clarus in* §. *ſodomia. verſ. Item propter. Farinac. de delict. carn. q. 143.* §. *ſodomia. Ricc. in praxi matr. deciſ. 238. Molfeſ. tr. 4. c. 14. nu. 38. Barboſa de Epiſc. p. 2. alleg. 44. nu. 18. Menoch. l. 2. de arbi. Iud. caſu 286. Sanch. de mat. l. 10. d. 4. n. 6.*

III. Q. RESOLVTIO.

QVod uero ad 3. cauſam ſpectat, illud reſoluẽdum videtur, ipſi Claudiæ ob grauem Aurelii ſæuitiam, ab eo diuertere licuiſſe; explorati n. iuris eſt, viri duritie thorum ſeparari, & uxorem cũ eo cohabitare non teneri, etiam ſi, ut multis placet, cautionem præſtet. §. *mitiores in Auth. de nuptiis. c. litteras. ext. de reſtit. ſpol. Io. And. & alii in c. 1. de diuortiis.* Inter quam diuertendi cauſam verberatio; & congrui victus, & ueſtitus denegatio potiſſimum connumeratur. *Syluest. Aldobr. conſ. 71. nu. 48. Farinac. de delict. carn. q. 143.* §. *ſæuitia. nu. 150.* Nam ut ait D. *Chryſoſt.*, in *priorem Apoſt. ad Corinth. epiſt.* Summa iniuria eſt vitæ ſociam, & in rebus neceſſariis antea ſibi coniunctam tanquã mancipiũ ignominia afficere. *Tuſch. v. uxor. concl. 386. Farinac. l. c. q. 143.* §. *uerberatio.* vbi ampliat ut unus, uel binus actus ſæuitiæ ſufficiat: nam ſemel malus, &c. Ergo; ſeq ait ſæuitiam cenſeri probatam per publicã vocem, & famam, multo magis ſi vnus teſtis accedat. Et certe nullos fere ex his, qui probi, ſapienteſque habiti ſunt, legimus, uxores ſuas quantumcunque moleſtas uerberaſſe, ſed potius earum uitia, aut diſſimulaſſe, aut molliter, & blande correxiſſe, cũ marito ex iuſta cauſa leuis, & modica tantum caſtigatio permittatur. *d. c. litteras. ext. de reſtit. ſpol. Ricc. deciſ. 235.* Et inter onera quæ maritus de iure ſubire debet, illud præcipuum eſt, uxorem alere, ſiue dotẽ hẽat, ſiue nõ, & ut ueſtitũ præſtare teneatur, ſic enim alimentorum nomine conuenientes quoque ueſtes continentur. *l. victus. vbi Alciat. ff. de verb. ſignſi. Tuſch. in v. alimentorum appellatione. concluſ. 282. Tholoſ. in ſyntag. iur. l. 9. c. 18.* Quãdoquidem ſi nulla conſtituta dote uxorem duxit, ſibi imputare debet, qui onus hoc coniugio annexum ignorare nõ potuit; præſertim quod ut ait Apuleius philoſophus Platonicus *Apolog. 2. Magia.* Virginem formoſam, etſi oppido pauper ſit, abunde tamen eſſe dotatam; cui concinit Ouidius,

Dos eſt ſua forma puellis.

Et ex ſentẽtia Plauti in *Aular. & Abb. c. 1. de adul.*

Dũmodo morata recte veniat, dotata eſt ſatis.

Hinc *Bias apud Auſon.*

Quàm dos matronis pulcherrima vita pudica.

Proinde vir rixoſus teſte *Tholoſano. l. c.* vxorem ſic indotatam extra domum alere cogitur, & neceſſario commeatu inſtruere, ſi cum eo habitare nolit, aut non poſſit; vt in caſu noſtro etiam reſoluit *Marius Ant. l. 2. var. reſol. reſol.* 48. *num.* 10. *Surdus de alimentis. tit. 6. q. 5. Sanch. de matrim. l. 9. d. 5. & l. 1. d. 60. Tuſch. v. maritus. concl. 100. num. 11. v. alimenta. concl. 287. n. 132. Molf. l. c. n. 17.* Gutier. *l. 1. canon. qq. c. 24. & de matr. c. 129.*

Porrò facta quò ad thorum, & cohabitationem ſeparatione, ſi ab eccleſiaſtico Iudice in loco honeſto permanere iubetur, in paterna domo moram trahere ei licebit, ita vt in monaſterium ſe recipere non cogatur. vt per *Sac. Romanam Rotam* deciſum. refert *Ricc. deciſ. 242. & idem Molfeſ. num.* 48. Obſeruat autem *Sanchez. de matrim. lib. 10. d. 18. num. 49.* celebrato diuortio ad tempus tantum ratione ſæuitiæ, ad experiendum nũm crudelis coniux ingenium mutet, ab iræque impetu (quæ furoris ſpecies eſt) ſe contineat, aut vt ſufficientem cautionem præſtet, qua alter poſſit tuto cum illo commorari, innocenti haud integrum eſſe, ad religionẽ conuolare; quia cum diuortium perpetuum nõ ſit, ſed temporalis, ius coniugale amiſſum non eſt, ſed ad tempus eſt eius executio ſuſpenſa. At quando eccleſiaſticus Iudex abſolutam diuortij ſententiã pronunciauit, vt quia de coniugis ſæuientis correctione deſperetur, & tantam eſſe impotentiam, animiq. effrænationem arbitretur, vt nulla incolumitatis alterius coniugis ſufficiens cautio præſtetur. tunc innocenti, altero vel inuito, ad religionẽ tranſire licebit, quia hoc diuortium perpetuum, & abſolutum eſt, ſicut illud quod ratione adulterij perpetrati celebratur, iuxta ſanctiones *c. Agathoſa. 27. q. 2. c. conſtitutus. c. veniens. extra de conuerſ. coniug.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. dico, quod licet lethali ſcelere ſe obſtringat Parochus, qui non præmiſſis denuntiatio-

tiationibus, matrimonio aſſiſtit, à quo etiam non excuſantur ipſi contrahentes, qui in id cōſentiunt, ſiquidem in *c. fin ext. de cland. deſpon. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de matr. c. 1.* grauib. verbis id præcipitur, materia pariter grauiſſima eſt, ex earumq. omiſſione, multa mala ſubſequi ſolent. Cum tamen de eſſentia non ſint, ſed tantum modum quo matrimonium recte fiat, reſpiciant, dicendum eſt etiam illis omiſſis, validum eſſe, vt ex cōi ait *Sanchez l. 3. d. 5. num. 3. Gutierez c. 56. nu. 2. Molfeſ. trac. 4. c. 8. Filliuc l. 10. c. 5. nu. 72. Bonac. de matr. q. 2. p. 6. n. 6. Ricc. in praxi fori eccl. decif. 257.* cōtra aliquos præſertim *Menoch. l. 1. conſ. 69. nu. 71.* Multi tamen ut *Sanchez. Gutierez. & Bonac.* reſoluunt culpa vacare, & ipſum matrimonium in ſua validitate ſubſiſtere, ſi denuntiationes alio die quàm feſto à Parocho fierent, eo nempe die, quo ingens hominū multitudo ad eccleſiam conflueret, vt accidit quando inſignis eccleſiaſticus orator concionem habiturus eſſet. Ratio eſt, quia finis *Conc. Trid. l. c.* præcipientis ut à proprio contrahentium Parocho trib. continuis diebus feſtiuis inter miſſarum ſolemnia publice denuntietur, inter quos coniugium ineundū ſit eſt, vt multi facilius impedimenta detegant. Cui quidem fini ſatis fit, quando ingenti populi copia ad eccleſiam conuolante, etiam ſi dies feſtus nō ſit, ipſæ denuntiationes fiunt, ratio. n. cuiuſque diſpoſitionis eam ad ipſius rationis limites reſtringit. *l. cū pater §. dulciſſimis.* vbi *Bart. & alij ff de leg. 2.* E cōtra vero conſtitutio diſponēs minores ordines diebus Dominicis, atque alijs feſtis conferendos eſſe. *c. de eo. ext. de temp. ord.* de feſtis ſub præcepto intelligenda eſt. Et ſic Apoſtolicum diploma vulgo dictum Extra tempora, quò ad ordines ſacros conferendos, interpretandum eſt. *Ricc. in praxi matr. reſol. 273.*

Parochi in præſenti caſu partes.

AD Parochum pertinere cōiugum animos diſſidentes conciliare, non obſcure indicare videtur Apoſtolus ad *Timot. 2.* cum inter alias boni Paſtoris conditiones requirat, vt ſit bene præpoſitus domi ſuæ, & filios ſubditos habeat, ideſt eos in obedientia, & obſeruantia contineat. Et ad memoriam reuocabit, tria eſſe bona matrimonij, ſi quis eo bene, & recte vtatur, prolem, & fidem, & gratiā ſacramenti. Et quidem prolis generatio, & bona educatio, in primis quærenda eſt, ſi quis iuxta diuinam, & canonicam legem, coniugio vti velit; ut proinde è contra grauiſſime peccet, qui non ſobolē ex eo, ſed ſolam carnis voluptatem procurat, ut tradidimus in *Comment. de hum. vit. ſtat. p. 2. cap. 19* Fides in eo poſita eſt, ut coniuges intelligant, corpus ſuum non eſſe ſuum, ſed cōiugis; & ſicut unus alteri debitum negare non poteſt, ſic copiam ſui corporis alteri quàm proprio coniugi facere nefas eſt. D. *Paulus ad Corint. 7.* Cuius rei ſymbolum eſt annulus. *c. noſtrates. 30. q. 5. Lapus alleg. 57. Tuſch. in v. Annulus. concl. 343.*

Gratia ſacramenti eſt, quam Deus ipſe piorum coniugum cordibus infundit, ſi dum matrimoniū legitime celebratur, ipſi coniuges bene diſpoſiti, ac parati inueniantur. Ea vero gratia mirum in modū ad inter eos beneuolentiam conciliandam conducit, ac iuuat, quamuis ingenia, mores, morbi, variæ corporis, & animi diſpoſitiones facile iurgia, ſimultates, & inimicitias ferere poſſint. *Bellarmin. de art. mor. l. 1. c. 15.*

Hoc & veteres illi Ethnici ſignificabant, nam cum Iunoni ſacra faciebant, fel in eis non adhibebant; ſed è victima exemptum iuxta aram infodiebant. Qua in re oſtendebatur, bilē prorſus, iramque, atque odium, & amaritudinem, à coniugali iucunditate eſſe ſequeſtranda. Iuno enim Dea nuptialis erat, viri que ac mulieris coniunctam vitam innuebant, cum matrimonium diffiniatur, vt ſit viri, ac fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. vt auctor eſt *Plutarchus* in *præcept. connub.* Et annotauimus in *2. p. tr. 8. c. 4. q. 10 & de hum. vita ſtat p. 2 c. 19.*

Sapienter Alphonſus Arragonum Rex dicere ſolebat, tunc demum matrimonia tranquille exigi ſi vir ſurdus, vxor cæca ſit, nam ſi hic aurium vſu careret, ne alterius protaſam garrulitatem audiret, illa oculos non haberet, ne mariti intemperantiam videret, non tot rixa, & iurgia, in hoc ſtatu excitarentur, non tam frequens foret querelarum anſa, & quò ad thorum, & habitationem diſiungendi coniugij cauſa.

Admoneat vt mutuo ſe ament, & alter alterius onera portet, inuicem ſibi compariendo, vt ſic legē Chriſti adimpleāt: vt. n. ſunt vna caro, ut ait *Apoſt. ad Galat. 6.* ita ob animorū concordiam, decet eſſe vnum vtriuſq. ſpiritum, & indiuiduam vitæ conſuetudinem ſimul retinere; vt proſequitur *Tertul. l. 2. ad vxorem.* & *Lud. à Ponte de chriſt. hom. perfect. tom. 2 tr. 4. §. 1. & 2.* Ad quod reconciliationis officium præſtandum Parochus Epi opera vti debet, quæ[illegible] vt ait *Marc Ant. Genuen. in Man. Paſtor. c. 85* vigilare oportet, circa matrimoniorum ſeparationem, in quibus de animarum periculo agitur. *DD. in c. porro. ext. de. diuortiis.*

Ad hæc Aurelium, qui domi, uel extra domum, concubinam tenuit, & tam graui iniuria Claudiā vxorem affecit, infamiæ notam ſubijſſe, vt pulchre per *Decium conſ. 539 num. 4.* vbi cōſuluit eum, qui tale facinus perpetrat, tanquam turpem perſonam inſtitui nō poſſe, & iure merito cōfirmat, *Theſ. dec. 130.* nihil enim hoc peius, & indecentius, & reipub. chriſtianæ pernicioſius. vt etiam obſeruauit *Bart.*

Digitized by Google

firmatur *ex gl. in c. admonere. 33. q. 2.* quæ per illum textum vulgarum illud carmen colligit,

Si reprimaris, nec nomen habere mereris. *Alex. lib. 1. conſ. 104.*

II. SVPPOSITVM.

HInc ſecundo ſupponendum eſt, quod quãdo dubium eſt, num impotentia perpetua, an temporalis ſit, S. Eccleſiam ſolere triennium conce dere; per quod tales coniuges cohabitent, & fideliter cõſummando matrimonio operam dent. (Expecta, inquit, *Seneca l. 2. contr. 5.* poteſt parere, non reſpondet ad certum fœcunditas diem: ſui Iuris rerũ natura eſt, nec ad leges humanas componitur: modo properat, modo vota præcurrit, modo lenta eſt, & demoratur.) Quo tempore elapſo, ſi impedimentum perſeueret, ipſum perpetuum eſſe præſumit, & conſequenter nullum eſſe connubium. *c. laudabilem. ext. de frig. & malef.* Attamen cum dantur ſigna neceſſario, & euidenter impotentiã oſtendentia, vt aliquem eunuchum eſſe, & utroque teſte carere, execta eſſe eius virilia, aut arida effecta, ſeu mulierem arctam eſſe, & huiuſmodi, ad diſſoluendum matrimonium nulla temporis mora expectanda eſt, quia conſtante impotentia, copulam permittere iuri naturali, & diuino, fornicationem prohibenti, repugnaret. Quod ſi impotentiæ ſigna non ſint omnino certa, ſint tamen veriſimiliter euidentia, nec etiam triennalis experientia requiritur, ſed tantum exigitur iuramentum coniugum aſſerentium ſe matrimonium conſummare non poſſe, & ſeptimæ manus propinquorum iurantium ſe credere, eos verum dicere, cum illud tempus ſolum in caſu dubio à iure concedatur, & tandiù etiam licebit ad copulam conari, quandiù affulget ſpes, intra fœmineum vas ſeminandi, Imo Rota Rom. in pluribus contingentibus caſibus, triennij terminum iu dicis eccleſiaſtici arbitrio remiſit, & minorem aliquando ſtatuit. *vt per Sanch. l. 9 d. 17. nu. 16. & Genuenſ in praxi. Neap c. 103. Ant. Robert l. 4. rerum iud c. 10.*

Cęterum aliter iudicandum eſt de impotẽtia contingente ex maleficio, quàm de alijs, quia cum maleficiũ ſit Dæmonis occulta, & libera operatio, non poteſt perinde de illius perpetuitate, ac de cæteris naturalibus impotẽtiæ cauſis conſtare; idcirco conſentaneum eſt, vt ad coniugium ob impotentiam ex maleficio prouenientem, non modo experientiæ triennium, verum etiam longius tempus à Iudice aſſignetur, indicto ſimul coniugibus conſilio, ut orationi, & pietatis operibus vacent, vt ſic Deus placatus Dęmonem coerceat, quò maleficio officere deſiſtat *c. fin. ext. de frig. & malefic.* Quod ſi uotis rerum exitus non reſpondeant, diuino beneplacito acquieſcendum eſt, ſiquidem ut ait *Seneca epiſt.* 108. Optimum eſt pati, quod emendare non poſſis, & Deum quo auctore cuncta eueniũt, ſine murmure comitari. Cum & fęcunditas à Deĩ manu ſit expectanda, à quo ſterilis quoque iuſto eius iudicio vterus redditur, uel in pęnam, & ſupplicium eius cui cõtigit, vel in maius eius bonum, illuſtrioremq. diuinæ potentiæ, ac benignitatis declarationem, vt proſequitur. *D. Chryſoſt. homil.* 38. *in Gen. & Pererius. tom 3. c. 16. verſ. 2. & Lud. de Pont. de Chriſt. hom. perfect. tom. 2. tr. 5. c. 8.* & nos alibi.

III. SVPPOSITVM.

VNde tertio loco ſuppono ijs, qui perpetua impotentia laborant, nefas eſſe petere, vel reddere, vel oſculis, & tactibus delectari, quia matrimonium cum tali impedimento celebratum eſt inualidum, actus autem coniugalis, ut petere, reddere, tangere, oſculari. &c ſolum legitime coniugatis permittũtur. *Comit. l. 4. q. 22.* Et ſecluſo incontinentiæ periculo, tantummodo iura concedunt, vt vir mulierem tanquam ſororem habeat, quam ut vxorem habere non poteſt.

Qua in re oẽs DD fatentur eis non licere in eodem dormire lecto. In quo caſu locum habet, quod eleganter Ælius Verus dicere ſolebat, vxor dignitatis nomen eſt, non venereæ voluptatis. Et recte *D. Auguſt. l. 15. adu. Fauſt.* Manicheis obijcit, quod ad explendum tantum libidinem impudica coniunctione fęminis miſcerentur, cum nuptias non concubitus, ſed conſenſus, & perpetua conſuetudo faciat, & vnus etiam matrimonii finis ſit, vt aduerſus pericula, & infortunia, ſocietas vitæ cõi præſidio, mutuoq. ſolatio iuuetur. Sic mares fœminis iunguntur, ut imbecillior ſexus præſidium mutua ſocietate ſumat, ait. *Quint. decl.* 368.

I.Q. RESOLVTIO.

HIs ſic ſuppoſitis, Primæ quæſtioni ſic breuiter reſpõdeo dicendo, quod ſi Cornelii, uel Olympiæ impotentia conſtet ſeparandi ſunt corã iudice eccleſiaſtico, allatis eius arbitrio probationibus, &c. Nam ad coniugalem copulam, cuius impotentia matrimonii ualiditatem impedit, requiritur vt ſponſus intra vas ſponſæ ſeminet, vt coniuges vna caro efficiantur. ad quod virilis ſeminis effuſio requiritur, etiamſi totum intra fœminæ uas non effundatur. Validum nihilominus erit matrimonium cum fęmina contractum, quæ virile ſemen recipere poteſt, quamuis ipſa ad ſeminandũ ſit impotens, cum iuxta veriorem ſententiam, fęmineum ſemen ad generationem neceſſarium nõ ſit. *Henriq. l. 12. c. 7. num. 4. Sanch. l. 2. d. 21. & l. 7. d. 9.*

Coſta

Coſta de remed. ſuſibd. remed 8. *Gutier. de matrim. c.* 112. *& in qq. canon. l.* 1. *c.* 16. *Bonac. q.* 3. *p.* 13. *Molf. tr.* 4. *c.* 10. *nu.* 75. Vnde cum per ſex annorum tempus prædicti coniuges matrimonium conſummare non potuerint; impotentia perpetua laborare cenſentur, & per conſequens coniugium inualidũ iudicandum eſt; vt proinde ob incontinentię periculum ſeparandi ſint, niſi tanquam frater, & ſoror ſimul viuere eligant. Nec oſculis, & tactib. vacare poſſunt, neque in eodem cubili iacere, à Confeſſario permittendi ſunt, vt conſtat ex motu proprio Sixti V. edito circa eunuchorum matrimonia, In his verbis, Eos autem qui ſic de facto contraxerũt, ſi appareat illos; non vt caſte ſimul viuant, contraxiſſe, ſed actibus carnalibus, & libidinoſis operam dare, ſimulue in vno, eodemq. lecto cum prædictis mulieribus dormire conuincantur, omnino ſimiliter ſeparari cures, &c. Neq. in propria virtute confidãt, vel ꝙ in carnis pręlio ſaliàs ſuperiores, ac intacti abierint, neq. vllum ſpirituale vulnus acceperint, nam etſi hoc daremus, quid prodeſſet ſi poſt tot menſes, vel annos, vel ſemel, moroſa delectatione, vel impudicis tactibus cadant? Quod quidem ita facile, ac procliue eſt, vt vix in præcipiti, ac periculolo loco vitari poſſit. Vnde *D. Bonau. in lib. de apolog. pauperum*, ait, quod licet difficultas, quam extrinſecæ cauſæ afferunt, vt rei pręſentia, quæ magis mouet, vt pulchritudo & ſimilia, ſi vincantur, meritum augeant ex accidenti, & indirecte, attamen quia per ſe, atque ex ſua natura potius in ruinam impellunt, ideo fugienda, omnique ſtudio ab omnibus declinanda ſunt, quod qui non facit, nõ ſolũ tunc peccat, cum labitur, ſed etiam cum ſe labendi periculo exponit, nam qui amat periculum peribit in illo. *Eccl c.* 3. *Caiet in v. periculum. Nau. in cap. ſi quis autem. de pęnit. d.* 7.

Atq. prędicta reſolutio colligitur ex *Sanch. l.* 7. *diſp* 97. *nu.* 15. *Reginald. l.* 31. *nu.* 102. *Bonac. d.* 93. *p.* 13. *nu.* 21. & alijs.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico Parochum teneri ad cogendum Cornelium, & Olympiam, vt Iuliam veneficam ad violatæ religionis Iudices deferant. Siquidem ad ueneficia, ſuperſtitioneſque ad ſanitatem cõparendã, aliquemue morbum auertendũ Euchariſtia, vel ſacris reb. & verbis abutẽtes, de hæreſi val de ſuſpecti redduntur, ꝑ expreſſum, vel tacitũ pactum, quod cum Dæmone inire dicuntur. *gloſ. in c. accuſatus.* § *ſane. de haret. l.* 6. *Caſtr. de iuſt. haret. punit. l.* 1. *c.* 31. *Gol. in ſyntag. in. l.* 34. *c.* 15. *Farinac. in praxi crim. q.* 20. *n.* 83. *& in tract. de hareſi. q.* 181. *num.* 19. *Riccius in praxi foro Eccl. deciſ.* 671. *Gallinius de ver. ſignif. l.* 1. *c.* 15. *& ſeq.* Quinimo Locatus in *iudiciali Inquiſit. in rubr. contra ſine ordinib. celebrantes.* & *Sanctarell. de hareſi. c.* 42. *dub.* 1. *n.* 5. referunt Decretum *Pauli* 4. in quo præcipit vt tanquã relapſus is habeatur, qui diuiniſſimo Euchariſtiæ ſacramento abutitur, ac proinde ſæculari curiæ tradi debeat, & debitis pœnis in relapſos ſtatutis puniri. videatur etiam *Gennen. in praxi Neap. cap.* 23.

III. Q. RESSOLVTIO.

AD 3. queſtionem reſpondendo dico, ſtante ſtatuto, vt vxore abſq. liberis moriente, vir partem dotis lucretur, ſponſa de præſenti nondum cognita decedẽte, eã virũ minimè acquirere, eſt. n. odioſa materia, cum ſponſa ſine cauſa ipſam dotis partem amittat, ideo ſtatuti verba in potiori ſignificatu intelligenda ſunt, prout eſt quando matrimonium eſt conſumatum, vt late probat. *Abb. in c. ex publico ext. de conuerſ. coniug. Felyn. in c. tertio loco. ext. de praſumpt. Tab. in v. ſponſalia. nu.* 1. Idẽ *Sanchez. l.* 1. *d* 1. *num.* 5. Sicq. eadem ratione de matrimonio ob impotentiam inualido dicendum eſt, cum vbi eadem ratio viget, idem ius ſit conſtituẽdũ. *L. illud ff. ad l. Aquil. Euerard. in top. leg. in loco à ſimili.* Sicq. verũ eſſe apparet quod ait *Salon.* 22. *q* 71. *art.* 1. quod licet Confeſſarij, leges, & ſtatuta omnium ſtatuum ſcire non teneantur, attamen in propoſitis caſibus iuxta conſcientiæ regulas, probe noſſe debent, quando vnuſquiſq. in ſuo ſtatu cõtra charitatem, & iuſtitiam peccet, ita vt ad reſtitutionem teneatur, &c.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD quartam propoſiti caſus difficultatem pariter dico, Cornelium non poſſe propria authoritate religionem ingredi, etiamſi matrimoniũ ob impotẽtiam inualidum ſit, ſed Iudicis decreto, & ſeruato iuris ordine id fieri debere. Vnde quamuis poſt matrimonium ratum duo menſes concedantur ad deliberandum, an religionem ingredi velit, attamen ſi ſponſa ad domum ſponſi tradu-cta fuit, nec in foro externo creditur ijs affirmantibus matrimonium non fuiſſe conſummatum, neque hoc per ingreſſum in religionem ſolui, quia coniugum confeſſioni, ut aliàs diximus, in præiudicium matrimonii non ſtatur, niſi aliunde v. g. per inſpectionem, aliaue indicia, probari poſſit non eſſe conſummatum. Sicut etiam ſponſo, qui ad ſponſam acceſſit, aſſerenti ſe non ſeminaſſe, quò ad religioſorum ſtatum conuolare poſſet, in foro fori fides nõ præſtaretur, quia in propria cauſa teſtis eſt, & cum frequenter, & ut plurimum ſeminatio contingat, ea quidquid in foro cõſcientiæ ſit, in externo tribunali præſumitur. *Sanchez. l.* 1. *d.* 21. *nu.* 8. *& d.* 23. *Coninch. d.* 26. *num.* 54. Quandoquidẽ fortiſſima

tiſſima ac validiſſima præſumptio ex conſuetis,ac communiter accidentibus deſumitur, vt ait idem *Sanchez.l.4.de præcept.c.*1.*n.*13.& alii quos refert, ac ſequitur, *Menoch.l.*1.*de Præſūpt.q.*18.*nu.*1. *Eue rard. in topica legali. in loco à ſolitis, & communiter accidentibus.*

QVAESTIO. XXVI.

An vxor à marito diuertere poſſit ob adulterium, & concubina in domo retētionem,& quod eā de crimine peſſimo tentet,& in eam ſæuitiam exerceat,& anſi ab eo diſcedat,vir teneatur illam alere. Matrimonium an valeat ob denuntiationes non in die feſto factas.

CLaudia Aurelio non ignobili genere orto in matrimonio iuncta,apud Felicem Parochum ſuum conqueſta eſt,ſe ab eo male accipi,& tractari ac triſtē, ac infelicem vitā cum ipſo agere, & ideo ab eodē improbo,ac impio diuertere, ac diſcedere omnino ſtatuiſſe. Primo quia coniugii iura violādo pellicē aliquando in domum conducit. Secundo, quod de nefando flagitio ipſam vxorem ſæpe tantate ſolet. Tertio quod in eam ſæuiat, & quia ſine dote forma captus eam duxit, conuiciijs afficiat, & ad victum, & veſtitum neceſſariis deſtitui patiatur,&c. Quarto quod ipſius Aurelii,& Claudiæ matrimonii denuntiationes, cum in aliena Parochia tunc habitarent,in alio die,quàm feſto fūt factæ. Vnde Felix Curatus ei cōſuluit,ut abſq. eccleſiaſtici Iudicis facultate, ab eo diſcederet, & apud parentes ſuos ſe reciperet, & alimenta ab ipſomet uiro præſtari debere totam ſeculari Magiſtratu poſtularet, Quæritur an Parochus Claudię recte conſuluerit,

I. SVPPOSITVM.

PRo clariori huius quæſt, & caſus reſolutione, Suppono,qđ ſicut nihil eſt,quod matrimonio læte,ac feliciter tranſigendo magis conueniat,quā viri, & vxoris mutua amicitia,beneuolentia, concordia,&familiaritas,ad cuius rei comprobationē, quia per ſe ſatis eſt manifeſta, ſolum Eccleſiaſtici teſtimonium afferrem,à quo *c.*25. inter eos numerantur,qui humanæ beatitudinis partes attingunt, vir,& vxor ſibi bene conſentientes, niſi ob oculos verſaretur illud *Homer.l.6.Odyſſ.* Nihil.n.hoc potius,ac melius,

Quā cum concordes animis domum habitant
Vir,& vxor, multi dolores inimicis,
Gaudia autem amicis,

Quam ſententiam retulit,ac approbauit maximus philoſophorum Ariſtoteles *l.* 2. *Oeconomio*, & Hierocles in libro de nuptijs,apud *Stobeum ſer.* 65.*Tiraq.l.*5.*connub.nu.*18.

Ita nil eo cōiugio infelicius triſtius, ac miſerius, in quo,ut nutrix illa in Medea Euripidis loquitur, uxor cum uiro diſſidet. Hinc prouerbio dicitur,qua tuor eſſe,qui hominem è domo expellunt, nempe fumum,ignem,ſtillicidium,& uxorem rixoſam. Et pariter quatuor ante tempus hominem occidere, videlicet uxorem formoſam,triſtem familiam, immoderatum cibum,& aerem corruptum. Idem *Tiraq.l.*2.*connub.nu.*26.

Cuius quidem infortunij,ac mali ſucceſſus,nōnullæ cauſæ à moralium rerum ſcriptoribus recenſentur,quarum Prima eſt,cum quis libidinis tantū explendę cauſa, Dei honorem,propriæ animæ ſalutem,& prolis ſuſcipiendæ finem, ob oculos non habens, matrimonium contrahit,nam ut dixit Angelus Raphael. *Tob.c.*6. *Qui ita coniugia ſuſcipiunt*, ut Deum à ſua mente excludant,& ſuæ libidini uacent,ſicut equus,& mulus,ſuper hos Dæmon poteſtatem habet,& per cōſequens male illis ſuccedūt, cum uix bono peragantur exitu,quæ malo inchoata ſunt principio.*c.miramur diſt.*61. Et ſane diſſidium inter eos,qui ſe interno amore obcæcati duxēt, facile exoriri,matrimoniaq.ipſa infelicem exitum ſortiri (nam ardens ille ex concupiſcentia concubitus odium maximum parit) magiſtra rerum experientia docet, & exempla paſſim obuia ſunt, ut per *Menoch p* 1.*conſ.*69 *nu.*45. *Gutierez.lib.*1. *conſ.*99.*cap.* 20. Hinc adagium illud inoleuit, Qui amore ſe capiunt,rabie ſe dimittunt, *Guazius in cōuerſat.ciuil p* 3.

Vnde huic ſecunda annectitur cauſa,quando qs imparem in uxorem aſſumit,ut cum nobilis ignobilem,iuuenis ſenem,diues pauperem ducit. Quæ pericula effugere docuit, Qui dixit

Si que voles apte nubere, nube pari,

Idque obſeruat *la. And.in c fraternitatis. extr.de frigid & malef* Vnde etiam in externo foro matrimonium inter diſſimiles,& impares perſonas non præſumitur,niſi aliæ probationes interueniāt *gl.in c aliter.*30 *q.*5.*Barb.in l ſi diuortio ff.de extr.oblig. Tuſch.v.matrimonium.concl.*132.

Tertia cauſa eſt quando quis cum ea coniugiū init,quæ uirginitatem Deo conſecrauit,at uouit, nā illa v.g.quæ huiuſmodi uotū,& promiſſum infringit,iuſto Dei iudicio,uirum iracundum,ebrioſum,mulieroſum, & in omni nefariæ libidinis cœno inuolutum,luſorem,blaſphemum,& aliis uitiis coopertum ſæpe ſibi aſciſcit. Et licet ſimplici caſtitatis uoto,aut religionis conſtrictus matrimonium contrahens, ipſum non irritet,cum tamen illud uotum tranſgreditur,lethalis culpæ fit reus. vt ex communi ſententia probat *Nauar c.*22.*num.*73. *Sanchez.l.*7.*de matrim.diſp.*22.*num.*10.*Molf tr.*4.*c* 11. *nu.*14.

*num.*14.*&* 13.*num.*94 *Reginal l.*31.*nu.*350.*Coninch diſp.*34.*nu.*32. Haic aſſi us ett quarta cauſa, cum matrimonium iniens aliquo impedimento dirimenti detinetur,& ſine diſpenſatione coniugem ſibi adiungit. Et ſane omnes ſciunt, ac experimento diſcunt,primam infelicem in matrimonijs euentuum radicem, diuinæ,ac eccleſiaſticæ legis transgreſſionem eſſe ſolere,& præcipue ſi circa illos gradus prohibitos verſetur, qui matrimonium illicitũ reddũt,ac proinde contractũ non valere efficiũt, ſiquidem diuina iuſtitia in huiuſmodi contrahentes animaduertit,aut per matrimonij ſeparationẽ, aut per alterius coniugum mortem, ſeu ſterilitatẽ, aut ſi filios genuerint,per mortem illos priuat,ſeu etiam alijs infortuniis eos punit,&c. *Lud.de Ponte. de chriſt.hom perfect.tom.* 2.*tr.*5.*c.*3.

II. SVPPOSITVM.

SEcundo ſupponendum eſt,diuortium quod aliquando inter coniuges contingit, à mentium diuerſitate dici;nam qui matrimonium diſtrahũt, in diuerſas partes,ſeu voluntates feruntur. *l.* 2.*ff.de diuortÿs.Tholoſ.l.*9.*ſynt.iur c.*15. *Hoſt.in ſumma.* §.1.*tit.de diuortÿs.* Eſt.n.quò ad thorum,& ad mutuam cohabitationem, mariti,& vxoris legitima ſeparatio. *Io.à Turrecrem.* 32.*q.*7.*in princ.nu* 3.*& ſeq.Tuſch v.diuortium.concl.*548.vbi etiam dicũt, multiplex eſſe diuortium,aliquãdo.n.fit in totum, & quò ad matrimonium vt contrahere poſſint,prout ſi ſint maleficio perpetuo affecti,vel impotẽtes: aliquando ad tempus fit , puta ob malam conuerſationem,iurgia,&c.huiuſmodi .

Porro ex iuſtis,& legitimis cauſis, quibus coniuges ſimul habitare nequeant,diuortium admitiũt, Primo vt dixi ob ſæuitiam alterius coniugis. Secundo ob adulterium. Tertio ſi alter in hæreſim incidit. Quarto ſi furore laboret. Quinto ob nefandũ flagitiũ uiri Sexto ſi ipſe maritus vxorẽ ad peccandum cum alio prouocaret,&c.vt etiam infra in ſeq. caſu,& quæſt.annotauimus.

Et propria authoritate ſine Decreto Iudicis aliquando diuortium fieri poſſe,communi ſcribentiũ calculo receptum eſt,puta ſi ex Iudicis aditione periculum ſit in mora,vt euenit ob manifeſtum adulterium,& pellicis in domo retẽtionem, ob ſæuitiã, furorem,vel alterius cõiugis inſidias,& ſic de aliis. *Abb. Innoc.& alii in c.ſignificaſti exe.de adult.& in c.literas.de reſtit.ſpoliat. Ricc.in praxi matrim. deciſ.*236.*Coninch.diſp* 35.*col* 2.*Sanch.l.*10.*d* 12. *Molf.tr.*4.*c.*14.*n.*45.*Theſaur.deciſ.*130.Gutierez. *in can.q* *l.*1.*c.*24.*Bonac.de matr.q.*4 *p* 4.*Comitulus in Reſp.Moral l.*1.*c.*140.*& ſeqq. Nald.v.vxor. num.*21. Admonẽt tamen quia nonnunquam mulieres parua magnifacere ſolent,non eſſe facile credendum,etiam ſi valde à maritis ſe timere aſſerãt, cum plerumq, vani timoris conuincantur, cuius nulla ratiõ hab ri ſolet. *Dec & Cagnol.in l in omnibus pro facto,& in l.vani timoris ff.de reg.iur. Socin.cõſil.*286.*Tuſch v.metus concl.*215.*Maſcard.de probat.vol.*2 *concl.* 1053.*& ſeq.Menoch l.*2.*de arbitr. iud.caſu* 138.*Nat conſ.*16 vbi plurib. exornat cautionem non eſſe præſtandam, niſi adſit iuſti timoris cauſa,& qualis debeat eſſe iſte timor declarãt idem *Sanch.d.*18.*nu.*24 Et veritas eſt,quod in praxi hoc Iudicis arbitrio committitur. *Farinac.de delict.car.q.*143.§.*ſaeuitia.nu* 150.

Et quidem vxorum chriſtiana prudentia, ac patientia multum momenti, & roboris ad maritorũ virtutes adiicit,eorumq.vitiis maiorem in modum medetur. Ideo *Apoſt.*1.*ad Corinth.*7. Sanctificatur ait,vir infidelis per mulierem fidelem. *in ſumma.* 28 *q.*1. Cui conſonat *textus in l.eum qui.C.de Epiſcop.& cler.vbi Bald.* obſeruat mulierem bonam bonum virum efficere. *Arg.D.Aug.l.*9.*confeſſ.c.*9.

Caſus, & quæſtionis reſolutio.

I. Q. RESOLVTIO.

REſp Felicem recte reſpondiſſe,& iuſtum cõſilium dediſſe,cum dixit,Claudiam ſuã *Pa*rochianam ob manifeſtã adulterii ſæuitię,& ad delictum nefandum prouocationis, cauſam,tuta conſcientia ab eo diuertere poſſe,etiam ſi ecclaſiaſtici Iudicis Decretum nõ intercedat;nam quò ad adulterium,& pellicis in domo retentionem,res eſt clara,& per ſe patet,ita vt nulla opus ſit ꝓbatione, cũ non tantum Parocho,ſed & omnibus viciniæ hominibus hoc innotẽſcat.vt conſtat ex *c. dixit Dñs.* 32.*q.*1. Et ratio eſt quia iure naturæ frangenti fidẽ fides ſeruanda non eſt. *l.cum proponas.C. de pactis.* Cum ergo vir adulter ſæpius coniugii iura violauerit,ſequitur innocentem ſecum habitare, & debitũ reddere non teneri,ſed propria ſponte ab eo diſcedere poſſe,& ad parentes,proprioſq. Penates ſe recipere. *ſanchez.l.*10.*de matr.diſp.*12.*num.* 31.*Gutierez.de matr.c.*129.*Ricc.in prax.matri deciſ.*236. *Reginald.l.*31.*n.*334.*Coninch.diſp.*35.*dub.*1.*nu.*2. *Molfeſ.l.c.nu.*20.vbi ſubdit quod ſi aliqua incommoda,vel ſcandala,ex hoc ſubſequi poſſe probabiliter timeretur, Iudicis ſententia expectanda foret, cum nil cum ſcandalo fieri debeat; ad quod euitandum multa contra ius inducta reperiuntur. *c.nihil. vbi Abbas,& Fel ext.de præſcrip. Duard.in cõment. Bulla Cœnæ Dñi.l.*1.*c.*2.*q.*3. Obſeruat & idẽ *Molf. num.*19.*& tom.*1.*ad conſuet.Neap.par.*6.*q.*5.*n* 55. *& ſeq.* in praxi in foro externo,ob ſolum viri adulterium, diuortium fieri non ſolere,niſi ille fœminã tanquam pellicem,& concubinam retineat;tunc.n.

Digitized by Google

vxoris mors, vel ex concubinæ, uel ex eiuſdem mariti inſidijs, probabiliter timeri conſueuit. Idem tenet *Bonac. de matr. q. 4. p. 5. nu. 25.* & alii.

II. Q. RESOLVTIO.

QVò ad 2. diuortij cauſam dico Claudiam nõ potuiſſe ab Aurelio coniuge propria authoritate ſeparari, nam etſi ob nefandum vitium, nempe ſi maritus ad illud ſcelus trahere vxorem tentauerit, diuortium ſaltem ad tempus fieri poſſit, donec ſcilicet vir pœnitentia ductus reſipiſcat, & à tali flagitio abſtineat. *c. flagitia. c. non ſolũ. 32. q. 7.* non tamen in foro externo ſolus cõqueſtus vxoris ſufficit ſe fuiſſe de hoc ſcelere ſolicitatam; q a in facto proprio teſtis foret, & per conſequens fidẽ non faceret, niſi aliud indicium concurrat, vt quia cum aliis hoc crimen perpetrare ſoleat. &c. ne vxoribus uiros accuſandi anſa præbeatur, ſiquidẽ ſic frequens, ac facilis eſſet diſiungendi matrimonii modus. *l. null. 10. ff. de teſtibus. l. omnibus.* C. *eodem. Dec. in l. ſi qua mulier. C. de ſecun. nupt. & in l. pacta quæ contra.* C. *de pactis. Clarus in §. ſodomia. verſ. Item propter. Farinac. de delict. carn. q. 143. §. ſodomia. Ricc. in praxi matr. deciſ. 238. Molfeſ. tr. 4. c. 14. nu. 38. Barboſa de Epiſc. p. 2. alleg. 44. nu. 18. Menoch. l. 2. de arbi. Iud. caſu 286. Sanch. de mat. l. 10. d. 4. n. 6.*

III. Q. RESOLVTIO.

QVod uero ad 3. cauſam ſpectat, illud reſoluẽdum videtur, ipſi Claudiæ ob grauem Aurelii ſæuitiam, ab eo diuertere licuiſſe; exploratiuris eſt, viri duritie thorum ſeparari, & uxorem cũ eo cohabitare non teneri, etiam ſi, ut multis placet, cautionem præſtet. *§. mitiores in Auth. de nuptiis. c. litteras. ext. de reſtit. ſpol. Io. And. & alii in c. 1. de diuortiis.* Inter quam diuertendi cauſam verberatio; & congrui victus, & ueſtitus denegatio potiſſimum connumeratur. *Syluest. Aldobr. conſ. 71. nu. 48. Farinac. de deli t. carn. q. 143. §. ſæuitia. nu. 150.* Nam ut ait D. *Chryſoſt.* in *priorem Apoſt. ad Corinth. epiſt.* Summa iniuria eſt vitæ ſociam, & in rebus neceſſariis antea ſibi coniunctam tanquã mancipiũ ignominia afficere. *Tuſch. v. vxor. concl. 386. Farinac. l. c. q. 143. §. verberatio.* vbi ampliat ut unus, uel binus actus ſæuitiæ ſufficiat: nam ſemel malus, &c. Et q; ſeq ait ſæuitiam cenſeri probatam per publicã vocem, & famam multo magis ſi vnus teſtis accedat. Et certe nullos fere ex his, qui probi, ſapienteſque habiti ſunt, legimus, uxores ſuas quantumcunque moleſtas uerberaſſe, ſed potius earum uitia, aut diſſimulaſſe, aut molliter, & blande correxiſſe, eũ marito ex iuſta cauſa leuis, & modica tantum caſtigatio permittatur. *d. c. litteras. ext. de reſtit. ſpol. Ricc. deciſ. 235.* Et inter onera quæ maritus de iure ſubire debet, illud præcipuum eſt, uxorem alere, ſiue dotẽ hẽat, ſiue nõ, & ut ueſtitũ præſtare teneatur, ſic enim alimentorum nomine conuenientes quoque ueſtes continentur. *l. victus. vbi Alciat. ff. de verb. ſignſ. Tuſch. in v. alimentorum appellatione. concluſ. 282. Tholoſ. in ſyntag. iur. l. 9. c. 18.* Quãdoquidem ſi nulla conſtituta dote uxorem duxit, ſibi imputare debet, qui onus hoc coniugio annexum ignorare nõ potuit; præſertim quod ut ait Apuleius philoſophus Platonicus *Apolog. 2. Magia.* Virginem formoſam, etſi oppido pauper ſit, abunde tamen eſſe dotatam; cui concinit Ouidius,

Dos eſt ſua forma puellis.

Et ex ſentẽtia Plauti in *Aular. & Abb. c. 1. de adul.*

Dũmodo morata recte veniat, dotata eſt ſatis.

Hinc Etas *apud Auſon.*

Quàm dos matronis pulcherrima vita pudica.

Proinde vir vitioſus teſte *Tholoſano. l. c.* vxorem ſic indotatam extra domum alere cogitur, & neceſſario commeatu inſtruere, ſi eum eo habitare nolit, aut non poſſit; vt in caſu noſtro etiam reſoluit *Marius Ant. l. 2. var. reſol. reſol 48. num. 10. Surdus de alimentis. tit. 6. q. 5. Sanch. de matrim. l. 9. d. 5. & l. 1. d. 60. Tuſch. v. maritus. concl. 100. num. 11. v. alimenta. concl. 287. n. 132. Molf. l. c. n. 17. Gutier. l. 1. canon. qq. c. 24. & de matr. c. 129.*

Porrò facta quò ad thorum, & cohabitationem ſeparatione, ſi ab eccleſiaſtico Iudice in loco honeſto permanere iubetur, in paterna domo moram trahere ei licebit, ita vt in monaſterium ſe recipere non cogatur. vt per *Sac. Romanam Rotam* deciſum. refert *Ricc. deciſ. 242. & idem Molfeſ. num. 48.* Obſeruat autem *Sanchez. de matrim. lib. 10. d. 18. num. 49.* celebrato diuortio ad tempus tantum ratione ſæuitiæ, ad experiendum nũm crudelis coniux ingenium mutet, ab iræque impetu (quæ furoris ſpecies eſt) ſe contineat, aut vt ſufficientem cautionem præſtet, qua altet poſſit tuto cum illo commotari, innocenti haud integrum eſſe, ad religionẽ conuolare; quia cum diuortium perpetuum nõ ſit, ſed temporalis, ius coniugale amiſſum non eſt, ſed ad tempus eſt eius executio ſuſpenſa. At quando eccleſiaſticus Iudex abſolutam diuortij ſententiã pronuntiauit, vt quia de coniugis ſæuientis correctione deſperetur, & tantam eſſe impotentiam, animiq. effrænationem arbitretur, vt nulla incolumitatis alterius coniugis ſufficiens cautio præſtetur, tunc innocenti, altero vel inuito, ad religionẽ tranſire licebit, quia hoc diuortium perpetuum, & abſolutum eſt, ſicut illud quod ratione adulterij perpetrati celebratur, iuxta ſanctiones *c. Agathoſa. 27. q. 2. c. conſtitutus. c. veniens. extra de conuerſ. coniug.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. dico, quod licet lethali ſcelere ſe obſtringat Parochus, qui non præmiſſis denuntiatio-

tiationibus, matrimonio aſſiſtit, à quo etiam non excuſantur ipſi contrahentes, qui in id cõſentiunt, ſiquidem in *c. fin ext. de cland. deſpon. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. de matr. c. 1.* grauib. verbis id præcipitur, materia pariter grauiſſima eſt, ex earumq. omiſſione, multa mala ſubſequi ſolent. Cum tamen de eſſentia non ſint, ſed tantum modum quo matrimonium recte fiat, reſpiciant, dicendum eſt etiam illis omiſſis, validum eſſe, vt ex cõi ait *Sanchez l. 3. d. 5. num. 3. Gutierez c. 56. nu. 2. Molfeſ. trac. 4. c. 8. Filliuc. l. 10. c. 5. nu. 72. Bonac. de matr. q. 2. p. 6. n. 6. Ricc. in praxi fori eccl. deciſ.* 257. cõtra aliquos præſertim *Menoch. l. 1. conſ. 69. nu. 71.* Multi tamen ut *Sanchez. Gutierez. & Bonac.* reſoluunt culpa vacare, & ipſum matrimonium in ſua validitate ſubſiſtere, ſi denuntiationes alio die quàm feſto à Parocho fierent, eo nempe die, quo ingens hominũ multitudo ad eccleſiam conflueret, vt accidit quando inſignis eccleſiaſticus orator concionem habiturus eſſet. Ratio eſt, quia finis *Conc. Trid. l. c.* præcipientis ut à proprio contrahentium Parocho trib. continuis diebus feſtiuis inter miſſarum ſolemnia publice denuntietur, inter quos coniugium ineundũ ſit eſt, vt multi facilius impedimenta detegant. Cui quidem fini ſatis ſit, quando ingenti populi copia ad eccleſiam conuolante, etiam ſi dies feſtus nõ ſit, ipſæ denuntiationes fiunt, ratio. n. cuiuſque diſpoſitionis eam ad ipſius rationis limites reſtringit. *l. cũ pater §. dulciſſimis.* vbi *Bart. & alij ff de leg. 2.* E cõtra vero conſtitutio diſponẽs minores ordines diebus Dominicis, atque alijs feſtis conferendos eſſe, *c. de eo. ext. de temp. ord.* de feſtis ſub præcepto intelligenda eſt. Et ſic Apoſtolicum diploma vulgo dictum Extra tempora, quò ad ordines ſacros conferendos, interpretandum eſt. *Ricc. in praxi matr. reſol. 273.*

Parochi in præſenti caſu partes.

AD Parochum pertinere cõiugum animos diſſidentes conciliare, non obſcure indicare videtur Apoſtolus ad *Timot. 2.* cum inter alias boni Paſtoris conditiones requirat, vt ſit bene præpoſitus domi ſuæ, & filios ſubditos habeat, ideſt eos in obedientia, & obſeruantia contineat. Et ad memoriam reuocabit, tria eſſe bona matrimonij, ſi quis eo bene, & recte vtatur, prolem, & fidem, & gratiã ſacramenti. Et quidem prolis generatio, & bona educatio, in primis quærenda eſt, ſi quis iuxta diuinam, & canonicam legem, coniugio vti velit; ut proinde è contra grauiſſimę peccet, qui non ſobolẽ ex eo, ſed ſolam carnis voluptatem procurat, ut tradidimus in *Comment. de hum. vit. ſtat. p. 2. cap. 19* Fides in eo poſita eſt, ut coniuges intelligant, corpus ſuum non eſſe ſuum, ſed cõiugis; & ſicut nemo alteri debitum negare non poteſt, ſic copiam ſui corporis alteri quàm proprio coniugi facere nefas eſt. D. *Paulus ad Corint. 7.* Cuius rei ſymbolum eſt annulus. *c. noſtrates. 30. q. 5. Lapus alleg. 57. Tuſch. in v. Annulus. concl. 343.*

Gratia ſacramenti eſt, quam Deus ipſe piorum coniugum cordibus infundit, ſi dum matrimoniũ legitime celebratur, ipſi coniuges bene diſpoſiti, ac parati inueniantur. Ea vero gratia mirum in modũ ad inter eos beneuolentiam conciliandam conducit, ac iuuat, quamuis ingenia, mores, morbi, variæ corporis, & animi diſpoſitiones facile iurgia, ſimultates, & inimicitias ferere poſſint. *Bellarmin. de art. mor. l. 1. c. 15.*

Hoc & veteres illi Ethnici ſignificabant, nam cum Iunoni ſacra faciebant, fel in eis non adhibebant, ſed è victima exemptum iuxta aram infodiebant. Qua in re oſtendebatur, bilẽ prorſus, iramuę, atque odium, & amaritudinem, à coniugali iucunditate eſſe ſequeſtranda. Iuno enim Dea nuptialis erat, viri que ac mulieris coniunctam vitam innuebant, cum matrimonium diffiniatur, vt ſit viri, ac fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. vt auctor eſt *Plutarchus in præcept. connub.* Et annotauimus in *2. p. rt. 8. c. 4. q. 11 & de hum. vita ſtat p. 2 c. 19.*

Sapienter Alphonſus Arragonum Rex dicere ſolebat, tunc demum matrimonia tranquille exigi ſi vir ſurdus, vxor cæca ſit, nam ſi hic autium vſu careret, ne alterius profuſam garrulitatem audiret, illa oculos non haberet, ne mariti intemperantiam videret, non tot rixa, & iurgia, in hoc ſtatu excitarentur, non tam frequens foret querelarum anſa, & quò ad thorum, & habitationem diſiungendi coniugij cauſa.

Admoneat vt mutuo ſe ament, & alter alterius onera porter, inuicem ſibi compatiendo, vt ſic legẽ Chriſti adimpleãt: vt. n. ſunt vna caro, ut ait *Apoſt. ad Galat. 6.* ita ob animorũ concordiam, decet eſſe vnum vtriuſq. ſpiritum, & indiuiduam vitæ conſuetudinem ſimul retinere; vt proſequitur *Tertul. l. 2. ad vxorem.* & *Lud. à Ponte de chriſt. hom. perfect. tom. 2 tr. 4. §. 1. & 2.* Ad quod reconciliationis officium pręſtandum Parochus Epi opera vti debet, quẽ ſęt vt ait *Marc Ant. Genuen. in Man. Paſtor. c. 85* vigilare oportet, circa matrimoniorum ſeparationem, in quibus de animarum periculo agitur. *DD. in c. porro o. ext. de diuortiis.*

Ad hæc Aurelium, qui domi, uel extra domum, concubinam tenuit, & tam graui iniuria Claudiã vxorem affecit, infamiæ notam ſubijſſe, vt pulchre per *Decium conſ. 539 num. 4.* vbi cõſuluit eum, qui tale facinus perpetrat, tanquam turpem perſonam inſtitui nõ poſſe, & iure merito cõfirmat, *Theſ. dec. 130.* nihil enim hoc peius, & indecentius, & reipub. chriſtianæ pernicioſius, vt etiam obſeruauit *Bart.*

in l. 1. ff. de his qui not. infam. & Ruinus l. 3. conſ. 5. Aymon conſ. 229. ac Maſcard. de probat. vol. 1. conſ. 340. Aegid. de iure honeſt. art. 8. num. 6.

QVAESTIO XXVII.

Votum religionis per errorem emiſſum an adimplendum ſit. Num ſponſus violans ſponſam ſimplici religionis voto obſtrictam, incidat in caſum reſeruatum afficientẽ violantes puellam voto caſtitatis, vel religionis ligata. Et an ſi eam inuitis fratribus, ſub quorum cura degit, abducat, raptum committat, & in pœnas in Concil. Trid. contentas incidat. Vtrum dubitans an votum emiſerit, illud adimplere teneatur. Et an Parochus poſſit in votis diſpenſare, vel ea commutare. &c.

OCtauia poſt libere & ſponſe inita ſponſalia cum Georgio, cum quoſdam impudicos ractus ab Alberto procaci adoleſcente, paſſa fuiſſet, & ob aliorum aſſertionem ſibi, falſo tamen, perſuaderet, huiuſmodi tactus proprio ſponſo ante matrimonii celebrationem aperiendos eſſe, ne cum tanto rubore, honoris, ac famæ diſcrimine, ſeipſã ſponſo prodere cogeretur, ſimplex religionis votũ (inſcijs fratribus, ſub quorum cura degebat) emiſit.

Secundo eum prædictus Georgius ſponſus ante contractum coniugium, eam ſtuprare conaretur, & ipſa omnino etiam ſuum votum ſignificando reſiſteret, vi tandem illata, illam violauit, & inuitis ipſis fratribus, eam tamen volentem, ad contrahendũ matrimoniũ ad ſuã villam abduxit. Tertio ipſemet ſponſus apud Parochum ſuam animã expians, dubitat an & ipſe alias votum caſtitatis emiſerit, & ædis Lauretanæ pedeſtrem peregrinationem pariter Deo promiſerit. Hinc tres potiſſimæ inſurgũt dubitationes. Primo an Octauia votum illud religionis nuncupatum exequi teneatur. Secundo cũ in ea vrbe ſit caſus Epiſcopo reſeruatus, ſi quis puellam etiam ſimplici caſtitatis, vel religionis voto aſtrictam violauerit, vel ſtuprare tentauerit, an in prædictum caſum inciderit, & raptus etiam peccatum commiſerit. Tertio vtrum Parochus in dubio dictum Georgium ad ſeruandum tàm caſtitatis, quàm peregrinationis votum obligare teneatur, vel potius eo petente, ſi ab Epiſcopo facultatem cõmutandi vota habeat, poſſit ea diſpenſare, & quænam in praxi ſint in his quæſtionibus Confeſſarij, & Parochi partes.

I. Q. RESOLVTIO.

REſp. Prima propoſita quæſtio ſic reſoluenda videtur, votum ab Octauia emiſſum non valere, quę reſolutio ex illo principio deducitur, quod ceſſante cauſa ceſſat effectus. *l. adigere* §. *quamuis. ff. de iure patr. c. cũ ceſſante. ext. de appel.* iuxta illud,

Effectum perimit cauſa perempta ſuum.

Eſtq. dictum *Ariſt. in 2. Phiſic.* vt fuſe inſiſtit *Tiraq. in tract. ceſſante cauſa ceſſat effectus. nu. 36. & ſeq.* vbi ait aliud cenſendum ſi cauſa tantum impulſiua foret, quæ illa dicitur, qua non exiſtẽte, opus adhuc fieret, ſed non ita libenter, aut cito, vel eodẽ modo. Et certũ eſt ẽtq votũ factũ p errorẽ, aut dolũ, circa ſubſtantiã, & rẽ promiſſam verſantem nõ obligat, cum nil magis contrarium ſit conſenſui, quam error. *l. ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. iud. l. nihil.* § *nõ videatur. ff. de reg. iur. vbi Decius. Cagnol. Menoch. tom. 12. & 13. conſ. 1148.*

Errare. n. eſt aliud pro alio putare, vt proinde errantis nullus ſit conſenſus, vt ait *Azo in ſumma. C. de iuris, & facti ignor. &* Tuſch. *v. error. concl. 315.* Errare quoq. eum exiſtimat. *Faber in l. id quod noſtrum eſt. ff. de reg. iur.* qui metuit, quoniam inquit, qui metuit, ignorat, & errat, ignorantis autem, & metuentis nulla eſt voluntas. Errandi vero facilitatem cognatam eſſe hominibus, propter corruptę naturæ fragilitatem, vnuſquiſq. in ſe ipſo experitur, & comprobat Catullus ad Varrum dicens,

Suus cuiq. attributus eſt error,
Sed non videmus, manticæ quod in tergo eſt.

Et vt ait *Caſtr. in l. quamuis ff. de cond. & demonſt. & Alex. in l. diuortio. ff. ſoluto matrim.* conniuere, & ſæpius falli, propriũ hominis. Hinc in Adagiorum Collectaneis nata eſt parœmia, Nemo mortalium omnibus horis ſapit; & eius ſenſus, vel citra interpretem liquet, neminem eſſe, qui non aliqua parte vitæ deſipiat, erret, ac peccet. Certum eſt autem in propoſito caſu errorem circa cauſam finalem verſari, cum ſponſa non habeat onus ſponſo tactus impudicos manifeſtandi, vi cuius oneris ad votum emittendum inducta eſt, vt ab hoc onere eximeretur, ac proinde dicendum eſt votum religionis ab ea nuncupatum, non ſubſiſtere, cum de ratione voti ſit vt promiſſio voluntaria exiſtat. Et ſic reſoluit. *Bonac. de legib. d. 4. q. 2. p. 3. §. 2. ex Sanchez. l. 4. de præcept. c. 2. & Leſſio l. 2. c. 40. dub. 2. num. 12. & ſeqq.* Vbi ẽt ſubdunt, ſi adhibita debita diligentia, ad veritatem aſſequendam, adhuc dubitetur, an error cauſa finalis, vel impulſiua fuerit, cenſendum cauſam impellentem, vel minus principalem fuiſſe, quia in dubiis ius pro cauſa actus præſumit, tum quia poſſeſſio ſtat pro voto, q cõſtat cõmiſſum fuiſſe, & quia ſic in externo foro iudicaretur, quãuis alij ſentiant non obligari, eo quod in dubio melior ſit conditio voluntatis ſuam libertatem poſſidentis, de qua re infra dicemus.

II. Q. RESOLVTIO.

RD ſecundã q. dicimus quod ſi Octauię puellę religionis votum non valet, Georgius ſpõſus qui eam violauit, in caſum reſeruatum, quo afficitur

ficitur, puellam voto caſtitatis, vel religionis aſtrictam corrumpens, non incidiſſet. Imo à tali caſu excuſatus cẽſeretur, ẽtſi votum illud ſubſiſtere diceremus, ſi ignoraſſet puellam tali vinculo ligatã, & ſimplici verbo pœnitentis Confeſſarius, & Parochus credere deberẽt, quia non eſt veriſimile quod cum mendacio ad confeſſionem accedat, & vt ſæpe reperiuimus, etiam in foro conſcientiæ, vbi eſt dubium aſſertioni illius ſtandum eſſet. *Abbas in c. ſi vero. el 1. ext. de ſent. excom. Henriq. l. 6 de pœnit. c. 26. num.* 4. Quin etiam & ſi voto illo conſtringi puella affirmaret, cum ante ſponſalia illud non ſignificauerit, in foro externo ei credere ſponſus non teneretur, cum præſumere poſſit ad impediendum futurum matrimonium, hoc in medium afferre. Nihilominus in aliquibus diœceſibus caſu reſeruato afficiuntur, qui poſt ſponſalia, ante legitime contractum matrimoninm cum ſponſa rem habent. Nam & ſi oſcula, tactus, & amplexus non impudici vt beneuolentiæ ſymbolum, inter ſponſos à Doctoribus permittantur (quia ſicut matrimonium licitã copulam efficit, ita etiam ſponſalia quę ſunt, ad cõiugium via, illos tactus licitos reddit, modo pollutionis periculum non ſubſit) nullo tamen modo carnalis congreſſus eis licitus eſt, ideo ſacra Cardinalium Congregatio pluries cenſuit, vt ſponſi matrimonium de præſenti quàm primum contrahere admoneantur, & Ordinarij id curare debent, quò ſtupri periculum, aliaq. peccata euitentur. *Tolet. l. 5 c. 14. Nau. c. 16. n. 12. Azor. p. 3. l. 3. c. 25. q. 2. Sanch. l. 9. diſt. 46. num. 7. Bonac. q. 4. p. 9. q. 4. num 6. Molfeſ. tract. 4. c. 15. num. 11. vt notauimus etiam in Cõment. de caſ. reſer. p. 2. c. 4. ſect. 4. & ſuper tract. 6. c. 13. q. 63.*

III. Q. RESOLVTIO.

QVod vero attinet ad illud caput an raptũ admiſerit Georgius, cum Octauiam rus ad cõtrahendũ matrimoniũ, volẽtem tñ abduxit, dico q nõ, nam diſpoſitio *Conc. Tri. ſeſſ.* 24. *c.* 26 quod ſancit, vt Primo inualidum ſit matrimonium inter raptorem, & raptam contractum. Secundo vt raptor ſiue coniugium ineat, ſiue non, ad dotandam raptã teneatur. Tertio vt qui rapuit, & omnes conſilium, & opem ferentes, ſint excommunicati, perpetuo infames, & omnium dignitatum incapaces, illa in quam ſanctio non habet locum dum ſponſus propriam ſponſam de futuro uolentem rapit, etiamſi illi, ſub quorum cura degit, reclament. *c. pen. ext. de rapt. Sanchez. l. 7. de matr. d. 13. num.* 15. *Molfeſ. tr. 4. c. 10. nu.* 33. & eſt communis. De qua raptus materia egimus in 1. *par. tract. 7. c. 24. q.* 107.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD quartã q. reſpondendo dico, quod cum ex vulgato axiomate, In rebus dubijs melior, & potior ſit conditio poſſidentis *c. in pari. de reg. iur. in 6.* quod non ſolum in materia iuſtitiæ, ſed etiam in omni alia virtute procedit, quia eadem eſt ratio, & dum alia certitudo haberi nequit, forus interior, & exterior, ſpeciem non variant, Georgius ad caſtitatis, & peregrinationis votum adimplendum à Parocho adſtringendus non eſt. Et licet aliqui hoc in voto, & iuramento non probent, quia debet quis tutiorem partem eligere, & ſic votum, & iuramentum adimplere, multi tamen DD. contra ſentiunt, vt ex pluribus probat. *Sanchez. l. 2. de præceptis c.* 10 *& Bonac. de legibus d. 2. q. 3. pun. 3. num. 18. & d. 4. q. 2. p. 5. §. 4. nu. 9. & 10. & de contract. d. 1. q. 2. p. 2. §. incidens Filliuc. tract. 21. c. 4. q. 10. vt etiam innuimus ſup. tr. 5. c. 10 q.* 64. Quorum quidem ſẽtentia ſatis probabilis eſt, & eam quis tuta conſciẽtia ſequi poſſet, cum præſertim votum, vel iuramẽtum facile adimpleri non poteſt; & propterea vi illius principii extrinſeci, nimirum inter opiniones ꝓbabiles, licere hãc vel illã eligere, in eligendo nullum peccatum admittimus; nam quamuis minus tuta videatur, illud tamen ſequimur, quod facere licet, & quod eſt à iure, vel à Doctoribus cõceſſum. Nihilominus in praxi prior opinio eligenda videtur, ſiquidem in cæteris, cum duæ ſententiæ pares ſunt, ſed altera eſt tutior, ea vt plurimum eſt anteferenda, cum iure conſtitutum ſit vt in dubiis id q ſecurius eſt teneamus. *c. iuuenis. ext. de ſponſ.* vt etiã ſup. tradidimus *tr. 5. c. 9. q. 60. &* conſenſit. *Molfeſ. tr. 8. c. 9. num.* 65. Nec dicendum eſt poſſeſſionem voluntatem adiuuare, quia licet ſuam libertatem habeat, tutiorem partem non amplectitur, nec ſecundum rectum charitatis ordinẽ eadem libertate vtitur, neq. ſuæ conſcientiæ conſulit, quam omni alii tẽporali negotio preferre debet. *l. ſancimus C. de ſacroſanct. Eccleſ. c. ſancimus. 1. q. 7. Abbas conſ.* 63. *Menoch. conſ.* 16*. & 401. ac 402. *Tuſch. v. an. nec ſauore. concl.* 333 *Nau. con. ſ. 4. de off. ord.*

V. Q. RESOLVTIO.

AD illud autem quod quætebatur an Parochus in talibus votis dubiis diſpenſare poſſit, vel ſaltẽ ea commutare, dico, ei non licere, nam poteſtaa hæc diſpenſandi, vel commutandi ſolia *Prælatis* iuriſdictione in foro externo fungentibus cõpetit, at Parochi *Prælati* non ſunt, nec eam iuriſdictionem habent. Item quia & ſi ex conſuetudine poſſint in feſtis, ac in ieiuniis, diſpenſare vbi ad Epiſcopum aditus non eſt: attamen hæc conſuetudo ad vota extendenda non eſt. Quod etiam verum eſt quamuis eo voto ligatus, in mortis articulo ſit conſtitutus, quia ſola abſolutio à peccatis omnibus, & excommunicationibus quantumuis reſeruatis, deficiente Superiore tunc conceditur, vt

Digitized by Google

pote quæ ad ſpiritualem morientis ſalutem neceſſaria eſt. *Sanchez l.4. de præcep. c.38. num. 25.*

Quod ſi delegata ab Epiſcopo poteſtate in votis diſpenſandi gaudeat, eadem etiam commutandi facultas tributa cenſetur, per regulam quæ habet, quod cui conceditur quod eſt maius, & minus conceſſum eſſe videtur. *c. cui licet. de reg. Iu. in 6.* Et in fauorabilibus beneficium Principis large eſt interpretandum. *l. 3. ff. de conſtitut. Principum.* Quamuis exactior prudentia in commutandis votis quàm in diſpenſandis exigatur, nec hoc onus propterea ab eo ſuſcipiendum ſit, qui in animarũ regimine non eſt verſatus, vt ex Bartholomæo Medina admonet. *Sayrus l. 6. cl. reg. c. 12. num. 21.*

E conuerſo autem data poteſtate ea vota commutandi, non cenſetur eo ipſo diſpenſandi facultas conceſſa, vt poſt alios quos refert, & ſequitur, reſoluit. *Suarez l. 6. c. 12. num. 10. Leſſ. l. 2. c. 40. num. 94. Sayrus l. 6 clauis regia c. 11. num. 116. Reginald. l. 18. num. 339. Molfeſ. tr. 11. c. 15. num. 201. Barboſ. p. 2. alleg. 37. nu. 24. contra Sanchez. l. 4 de præcept. c. 53. num 4.* Propterea in dubio quò ad illa vota, à Georgio emiſſa, ex Epiſcopi conceſſu, poſſet in illis diſpẽſare, vel ea commutare; ſiquidem regulariter quãdo dubium eſt de validitate alicuius voti Sum. Põtifici reſeruati, licet dubitatio talis ſit vt vouentẽ ab obligatione voti nõ excuſet, ſi.n. excuſaret diſpenſatione opus nõ eſſet, Epiſcopus, & ab eo facultatem habens, in huiuſmodi voto diſpenſare valet, cum enim reſeruatio diſpenſationis odioſa ſit, & reſtringenda, de veris votis nullam ambiguitatẽ implicantibus intelligenda eſt, ut proinde Epiſcopi, uel Confeſſarii ea poteſtate ſuffulti diſpenſatio ſufficiat *Molfeſ. tr. 11. c. 15. n. 140. Bonac. de leg. d. 4. q. 2. p. 7. §. 4. num. 17. Suarez l. 6. de voto c. 26. num. 6. Sanchez. l. 4 de præcept. c. 40. nu. 26.* Quod etiam in oĩ alia reſeruatione procedere dĩt, cũ reſeruatio ſit pœnalis, & uerba eius ſtricte ſint intelligenda, & caſus dubii delicti non ſit peccati ſimpliciter, ſed ſm q ıid, ıõ in abſoluta criminis, uel caſus reſeruatione non comprehenditur, ut ſentiunt. *Suarez. to. 5. diſp. 40. ſect. 6. Sanchez. l. 1. de præcept. c. 10. Henriq. l. 6. de pænit. c. 26. n. 6. Sanctarel. de hæreſi c. 45. dub. 1. nu. 6. quidquid dicat Armilla v. caſus nu. 13. Cordub. in reg. D. Frãc. c. 7. q. 4 pun. 1. caſu 5.* Quod intelligitur, niſi pro illius delicti admiſſi veritate, in eo euentu, fori externi eſſet præſumptio, ut v.g. quod aliqua percuſſio in eccleſiaſticam perſonam illata, eſſet grauis, & Papæ reſeruata; tunc namq. poſſeſſio pro eo ſtaret, atq. adeo illi etiam in foro externo ſtandũ foret. Vel niſi in dubio quoq. eius reſeruatio ſciperetur, ut de caſib. reſeruatis Papæ, qui ex Decreto Clem. viii. etiam in dubio abſoluendi non ſunt. *Filliuc. tract. 21. cap. 4. quæſt. 12. nu. 172. Vgol. de Epiſcop. p. 2. c. 37. §. 2. Floron. de caſ. reſer. p. 1. c. 5. §. 3. Henr. l. 3. de pænit. c. 21. nu. 7.*

Admonitio in actu practica.

Vnde quò ad hanc partem illa reſolutio manere debet, Parochum habentem ab Epiſcopo authoritatem tantum commutandi vota ad ſe ſpectantia, nõ poſſe in dubio caſtitatis, & Lauretanæ peregrinationis voto diſpenſare, cũ diſpenſatio commutatione maior ſit, in quã exercenda cum admodũ difficilis, & periculoſa in actu practico ſit, maxima diſcretione ei opus erit. Primo enim conſiderare debet, an cõmutandi cauſa ſubſit, quid liceat, ſecundum æquitatem, conando vt quantũ fieri poteſt, commutatio in æquale bonum fiat. Secundo quid deceat, ne ſcilicet ex tali commutatione ſcandalum aliquod conſequatur. Tertio qđ expediat, & quò ad ipſum vouentem, & quò ad pximum, *vt per DD. in c. magna extra de voto. & per Sayrum l. c.* Et licet tutius ſit, vt cum commutatio à confeſſario peragitur, in actu confeſſionis agatur multi tamen tenent, vt etiam extra illam fieri poſſit, tũ quia nullo iure præſcribitur, vt comutatio in ſacramento confeſſionis fiat, tũm quia diſpenſatio, vel voti commutatio, nil ad forum pænitentiæ pertinet. *Sanchez l. 4. de præcept. c. 54. nu. 15 Bonac. de legibus d 4 q. 2. p. 6. n. 16. Molfeſ. d tr. 11 c. 15. n. 11. & alij communiter.*

Nec hic illud omittendum uidetur, quod ex *Plinio lib 8 natur. hiſtor. c. 16.* tradit. *Nau conſ. t. de voto.* uotis tunc maxime locum eſſe, cum ſpei uitæ nullus eſt, ſiquidem multa magna mortis pericula, ęgris in lecto, ualentibus in præliis, & in mari nauigantib. & in carcere detentis occurrũt, & multi ob iram, & alias animi perturbationes, uota emittũt, & poſtmodũ cũ diſcrimina euaſerint, ea nũcupaſſe ipſos pœnitet, ac ideo diſpenſationẽ, vel commutationem quærunt, propterea Parochus, & Cõfeſſarius cauti ſint, uideãtq. an ad diſpenſandũ, vel commutãdum, neceſſaria, ac iuſta cauſa ſubſit, quæ ſi exiſtat, delegata, ſi eis deſit, facultatẽ utantur.

QVAESTIO XXVIII.

Vtrum ſine cauſa à ſponſalibus reſiliens peccet mortaliter, & pœnam appoſitã ſoluere teneatur. An ſi fornicẽt, hãc circumſtantiã exprimere teneatur. Nũ turpiter cognoſcendo fœminã, quã ſponſæ conſobrinam falſò putabat, hanc & circumſtantiam fateri aſtringatur, & matrimonio impedimentum præſtet. An ſoluto per mortem coniugio, priora ſpõſalia adimplenda ſint.

IVlius poſtquã ſponſalia cum Liuia contraxit, & illa iuramento cõfirmauit, & pœna vtrimq. appoſita

Digitized by Google

poſita roborauit, cum Lucia fœmina ſe turpiter immiſcuit, quam ſponſæ conſobrinam erronca conſcientia putabat, cum tamen re uera non eſſet, at qa tum per hanc copulam impediri de iure matrimonium putabat, tum quod priorum ſponſaliorum eũ pœnitebat, ex patria diſceſſit, & in vicina vrbe cum Margarita matrimonium de præſenti contraxit, qua defuncta, ad proprios lares reuertitur, & prædicta ſuo Parocho narrat, quęritur quid in pręſenti caſu conſulere debeat.

RESPONSIO.

QVatuor in præſentiarum potiſſimum, quãtũ percipere potui, quæruntur. Primo an Iulius à ſponſalibus cum Liuia contractis reſiliendo, quę iuramento, & pœna firmata erant, mortaliter peccauerit, & pœnã appoſitam in foro conſcientiæ ſoluere teneatur. Secundo an fornicando hanc circũſtantiam neceſſario in confeſſione aperire teneatur. Tertio num etiam carnaliter cognoſcendo Luciam, quam ſponſæ conſobrinam falſo putabat, nõ ſolum fornicationis, verum etiam inceſtus peccatum admiſerit, ita vt hanc quoq. circũſtãtiam exprimere debeat, & tale delictum matrimonio cum Liuia incundo impedimentum præſtet, Quarto an diſſoluto per mortem matrimonio, priora ſponſalia cum Liuia facta adimplenda ſint.

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1. q. dico Iulium abſq. cauſa ſponſalium fidem violando, lethali culpa animam ſuam ſauciaſse, ſiquidem obligatio ex contractu ad iuſtitiam ſpectat, & ſub mortali in re graui obligat, talis autem eſt obligatio ex ſponſalibus deſcendens. *Arg. l. 1. ff. de conſtit. pec. & l. 1. ff. de pactis. c. 1. 2. & 3. ext. eodem tit. de pactis.* Et fides teſte Cic. *l. 1. de off.* ſic dicta eſt, quod fieri debeat, qđ dictum, & promiſſum eſt. Dixi abſq. cauſa, quia ſponſus promiſſionem futuri matrimonij adimplere non teneretur, quando ex illo matrimonio magnum ſcandalum, vt rixas inter contrahentium parentes, aut aliud graue incommodum, & infelicem exitum futurum pręuideret. &c. Sine legitima vero cauſa ab eis recedens, præter culpam, Iudicis arbitrio, vt trãſgreſſor puniri poteſt; imo cum adſit iuramentum ipſa ſponſalia ſeruandi, in eum tamquam periurum animaduerti poteſt. Et quia famæ ſponſæ nocere dicitur, in bonis, vt alibi dixi, eſſet mulctandus, dãnũ quod puella patitur per pecuniam compenſãdo, *c. ex literis. el 2. & c. requiſiuit.* vbi omnes ſcribẽtes: *ext. de ſponſ. & in c. 1. ext. de ſponſa duorum Sãch. l. 1. c. 27.* Reginald *l. 31. num. 250. Coninch. d 22. num. 8. & ſeq. Gutierez. c. 4. Bonac. q. 1. p. 2. Molſeſ. tract. 4. c. 5. Fillinc. tr. 10. c. 7. q. 10. Ricc. Deciſ. 233.*

Quò vero ad pœnam in ſponſalibus appoſitam dico, Iulium ad illã ſoluendam non teneri, cum huiuſmodi conuentio, & pænæ conſtitutio, à legibus improbetur, & ipſo iure irrita ſit, vt propterea eam pœnam annectẽtes, lethali culpa animam grauẽt, niſi ratio ignorantiæ, vel inaduertentiæ excuſentur, ſiquidem matrimonia libera, & voluntaria eſſe debent. *c. Gemma. ext. de ſponſ. Tuſch. v. matrimonium concl.* 133. at aliquis pænæ timore, à ſe, vel ab amicis, vel à propinquo ſoluendæ, minus uoluntarie, & libere contraheret. *Sanchez. l. 1. d. 30. n. 32. & 35. Bonac. c. penult. Fillinc. q. 10. nu. 263.* & alii, vbi addunt hoc procedere, etiam ſi pæna adiecta iuramẽto firmetur, quia ut dictum eſt, hæc pænæ prohibitio ob publicam vtilitatem eſt inducta, nempe vt matrimonii libertati conſulatur; actus autem ob publicum fauorem prohibitus, iuramenti nexu non roboratur, neq. ullam obligationem parit, etiã ſi aliqui contrariũ ſentiant. *vt. Leſſ. l. 2. c. 14 dub. 7 nu. 56. & Coninch. d 22. dub. 5. nu. 24.* Ampliatur etiã aſſertio, quãdo pœnalis conuentio facta fuiſſet, vt pœna ſoluatur ſi ſponſalia ſine cauſa, & iniuſte diſſoluta fuerint, cum iura prohibentia abſolute, & indiſtincte loquantur, contra eundem. *Coninch. n. 29. & Molinam de iuſtitia, & iure. d.* 151. Excipitur Primo quando pœna non in diminutione proprii patrimonii, ſed in lucro acquirendo conſiſteret, vt ſolent eſſe legata, quæ aliquibus relinquuntur, ſi matrimonium cum certis perſonis contrahant, aliàs legatum amittant. *Molſeſ. conſ. 12. & d. tract. 4 c. 5. num. 38.*

Secundo concluſio limitatur in arrhis, ſponſalia enim contrahentibus integrum eſt pignora matrimonii complẽdi tradere, v. g. anulum, vel aureũ torquem, ea conditione, ut dans ea amittat, ſi ſponſalium fidem fregerit, accipiens uero ob ſuam culpam ab illis reſiliendo, in ea quantitate, in qua inter ipſos ſponſos conuentum eſt, reſtituere teneatur. *l. vlt. C. de ſponſ.* Ratio uero cur arrhæ, & non pœnæ imponi poſsint ea eſt, quia ipſæ arrhæ maturiori conſilio, & ipſo facto traduntur, pœnæ vero non ſtatim ſoluuntur, ſed in futurum ſoluẽdę promittuntur, & quilibet ad verba de ore quàm ad pecuniam ex crumena depromendam facilior eſt, vnde eſt illud Germanorum adagium, verba mar ſupium nõ implent, & huc illud. *Plauti in Epidico* ſpectat.

Nam quid igitur te mihi eſſe retulit
Beneficũ oratione, ſi ad rem auxilium mortuũ eſt?

Arrha itẽ in coniugii ſecuritatẽ tribuitur, at pœna ut contrahentes aſtringat; quare illa actum fauorabilem, hæc odioſũ reſpicit, unde illa valet, nõ pœna, vt cõmuniter Doctores ſupracitati reſoluũt.

Verũ omnium ſcribentium calculo receptum

eſt

eſt arrhas ſoluendas non eſſe, quando ſponſalia Iudicis authoritate diſſoluuntur, aut per religionis ingreſſum tolluntur. Hic enim caſus prudentis viri iudicio, in arrharum promiſſione exceptus cenſetur, cum ubi culpa non adeſt, ibi etiã pœna abeſſe debeat.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2.q. dico Iulium, qui poſt ſponſalia cũ Liuia inita cum Lucia, poſtmodum fornicatus eſt, hanc circunſtantiam in foro pænitentiæ neceſſario fateri non teneri, quia quamuis ea fornicatio iniuriam iuſtitiæ contrariam, ac circunſtãtiam diuerſam ſpecie, aduerſus ius ſponſæ per ſponſalia acquiſitum, contineat; attamen cum ea iniuria prudentum arbitrio, & etiam vulgi opinione leuis in fornicatione ſponſi de futuro reputetur, limites venialis culpæ non excedit, ac proinde hæc circunſtantia de neceſſitate non eſt in confeſſione detegenda. Quod ſecus eſt in turpi ſponſæ peccato, quod atrox eſt ſpõſi iniuria, exponiturq. probabiliſſimo conc[i]piendi periculo, atq. ita iniuſtitiæ erga futurum virum, qui ſobolem eſse ſuam alet, in bonis q. eius ſuccedet; vt ex verſiori, & pbabiliori ſnſa reſoluit *Sanchez.l.1.d.2.& Bonac.q.2.p.10.nu.12.* Quã etiã fit ut ſi vterq. poſt ſponſalia fuerit fornicatus, ſponſus reſilire poſſit, ſponſæ autem non cõcedatur, quia in hoc caſu ex parte ſponſi, non autẽ reſpectu ſponſæ cõpenſatio datur, cum delicta valde imparia ſint, longeque ignominioſius ſit, ſponſo talem ducere, quàm ſponſæ tali nubere & ex ſponſæ turpitudine admiſſa, longe grauius damnũ ſpõſo immineat. Nec refert quod vir adulter vxorem pariter adulteram repudiare nequeat, quia valde difficilior eſt tori, quàm ſponſalium ſeparatio. ut cum communiori placito ſentit. *Henriq.l.11.c.14.n.6.& Coninch d.23.dub.7.n.63.Molſ.tr.4.c.5.n.27.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3.q. rñdendo, ad pdictæ cõſequẽter qõnis reſolutionem, dicimus, quod licet aliqui ſentiant, circunſtantiam ſponſalium eſto adulterium non conſtituat, eſſe neceſſario fatendam, tàm ex parte ſpõſæ de futuro, ſi cum alio fornicetur, quã ex parte ſponſi, ſi ad aliam accedat, quia in vtroq. caſu ipſorum ſponſalium ius, & fides, violetur, vt fuit opinio *Rebelli l.8.de ſponſ q.8.ſect.2.num.9.& Gutierez c.13.num.20.* Coninch.*d.22.dub.1.nu.6. Nald.v.ſponſalia.num.12.* Cum tamen, vt ſupra firmauimus, tantummodo circunſtantia ſponſæ explicanda ſit, Iulius ad illam aperiendam non tenebitur. Nam illud peccatum ſimplex fornicatio, nõ adulterium, nec inceſtus, dicetur, cum ſponſalia nõ matrimonium, ſed tantum ſint futurarum nuptiarum promiſſio, & inceſtus non ſit niſi cõſanguineorum, vel affinium abuſus. At ſi ad finem impediendi ſine cauſa futurum matrimonium cum Lucia rẽ habuiſſet, falſo exiſtimãs eſſe Liuiæ conſobrinam, hanc circunſtantiam confiteri iure deberet, ſponſalia tñ ualerẽt, certũ eſt.n. ea tũc diſſoluẽda fore ſi ſpõſus in primo, uel ſecũdo gradu cũ cõſanguinea ſpõſæ copulã uere habuiſſet, nã per hmõi copulam ſponſæ fieret affinis, affinitas autẽ ex illicito cõgreſſu deſcendens, vſq. ad ſecundum gradum matrimonium dirimit. Vnde quamuis qui cum aliqua fœmina rem habet, quam falſo conſanguineam, uel affinem eſſe exiſtimat, non ſolum peccato fornicationis, uerumetiam inceſtus peccet, itaut huiuſmodi actus qualitatem in ſacramentali iudicio aperire eum oporteat, dicendo cum ea ſe deliquiſſe, quã conſanguineam, uel affinem eſſe credebat, ſi tamen re uera non erat, inceſtus non efficitur, nec cõiugio contrahendo impedimentum objicitur, ſicut etiam aliàs diximus per erroneam conſcientiam, ucc cenſuram aliquam, neque irregularitatem incurri. *ex Vict.in ſumma.de excommun.num.11.Sayro l.4.de cenſ.c.7.num.4. Henriq.de pænit.l.7.c.nu.2.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4.q. reſpondendum ducimus, Iulium mortua Margarita uxore, & matrimonio diſſoluto, non teneri primis ſponſalibus ſtare, nam priora ſponſalia, ita per ſubſequens ualidum matrimoniũ extinguuntur, ut ſoluto etiam cõiugio omnino expirent, cum obligatio ſemel extincta nõ reuiuiſcat, etiam ſi celebrata ſponſalia iuramẽto firmata ſint, niſi ratione damni illati, ut ſi forte virginem ea ſpe violaſſet, &c. *vt per* DD. *in c.1. ext. de ſpon.* vt ex pbabiliori, & communiori ſententia reſoluit *Sanch. l.1.d.48.num.3.* Gutierez.*c.29.num.3. Bonac.q.1.p.5.nu.18.* qui tamen *p.7.num.3.* ſñiam mutans quando interuenit iuramentum, ſe retractat. Nec mirũ, ob id.n. *Bald.in l.labeo.ff.de ſeruit.ruſt.præd.* excuſat Doctores, qui diuerſis temporibus cõtraria uota, & conſilia dederunt, uel propter memoriæ imbecillitatem, cum ſit fragilis, & caduca, uel ob opinionum mutationem, cum noua, vt aiũt, in nobis quotidie generentur phantaſmata. &c.

Parochi, & Confeſſarii partes.

PArtes Confeſſarij, & Parochi erunt, pœnitẽtes, & ſubditos admonere, quò matrimonium, q quis inire cupit, probe feliciterq. ſuccedat, Chriſtum præ cæteris, & ante omnes, ad nuptias uocandum, tunc uero eũ uocatũ ad nuptias dici, cum ipſe velut præcipuus finis, & ſcopus præfigitur. i. quando quis uxorem ducit, quò melius Deo ſeruiat,

eiuſq.

eiuſq.legem obſeruet, quò naturæ ſatisfaciat, ac fornicationem, omnemq. libidinem coniugio vtendo excludat. *Sanchez.l.2.de matr.diſp.29.q.3.Molfeſ.tr.4.c.3.num.*20. At ſi auaritiam, & Plutonē ante omnes inuiter, ſi pulcritudinem, & diuitias ſpectet, nil ab hoc futuro matrimonio boni ſperandum eſt. Teſtem Saram producere licet, quæ ſeptem quidem maritos habuit, ſed his à Dæmonio interfectis, quod tanquam equi, & muli ad eam acceſſiſſent, ſoliusq. formæ, & facultatum intuitu, cum illa coniugium contraxiſſent virgo, & illibata, relicta, tandem Tobiæ coniuncta eſt, *Tob.c.6.* Qui pulchtam tātum coniugem quęrunt, tādiu amant, quandiu corporis decor durat, qui ſtatim deficit,

Alba liguſtra cadunt, Et
Florem decoris ſinguli carpunt dies.

Vt omittam difficile cuſtodiri quod multi appetunt, Qui vero ſolum diuitem expetunt, non coniugem, vel ſociam, ſed dominam, & imperatricem ſibi accerſunt. iuxta illud Iuuenalis in Satyr.

Veniunt à dote ſagittæ.

Quod etiam expertus ille apud Plautū dolēter dixit.

Argentum accepi, dotem, imperium perdidi.

Vnde lex fuit à Lycurgo lata præcipiens, vt virgines ſine dote nuberent; cauſam autem cur hoc feciſſet percunctatus, reſpondit, vt neq. propter inopiam vllæ mulieres innuptę relinquerentur, neq. ob diuitias expeterentur, ſed vt iuuenum quiſque ad puellæ mores reſpiciens, ex uirtute electionem faceret. *Beſſens dom.2.poſt.Epiph.Tiraq.v.l.cōnub.Inſt.in Tob.c.6.verſ.3.Docum.2.* De qua re infra agemus.

Addet Confeſſarius honeſtatem quidē, & caſtitatē oīb. tā marib. quàm fœminis conuenire, maiorē tñ in fœmineo ſexu ob naturalem eius imbecillitatem requiri. *gloſſ.in l.palam §.penult ff.de ritu nupt. Alexan.conſ.24.l.2.* qui etiā. *conſ.13.l.7.* ait in foro externo muliebrē in honeſtatem per teſtes ſingulares probari, & ſufficere, ſi vnus teſtis de vno impudico actu deponat, alius de alio. Item ſi mulier ſola cum ſolo in loco ſuſpecto viſa eſt, & paſſa fuit ſe turpiter tangi. &c. *Taſch.in v.* Honeſtas.*concl.*156.

QVÆSTIO. XXIX.

Vtrum matrimonium valeat nō habito certo nuncio de morte viri, & ruri vbi raro habitare ſponſi ſolent, ſit cōtractum. Et quid ſi diſpenſatio in gradu prohibito facta ſit per Vicarium, cum tamen per Epiſcopum delegatum à Papa exequenda eſſet. Et cuius expenſis ſoluenda ſit obtenta diſpenſatio.

PORtia nobilis fœmina, cum Albertus eius vir ad bellum profectus eſſet, & per decem annos nihil de eo audiſſet, credens eum iàm vita functū, ruri quò tàm colligendarum frugum, tùm animi recreādi cauſa ſe contulerat, coram illo Parocho matrimoniū cōtraxit cum Sigiſmundo ſibi quarto affinitatis gradu coniuncto; cuius ſane impedimenti diſpenſationem Summus Pontifex Anaſtaſio Epiſcopo loci exequendam commiſerat. Nunc merito quęritur, vtrum hoc matrimonium valeat, tum quia ante certum habitum nuntium de viri Alberti morte initum eſt, tum etiam do quod ruri vbi Portia raro admodum commorari. ac habitare ſolebat, coram illo Rectore celebratū eſt, tandēq; diſpenſatio per Vicarium executioni mandata eſt, cum tamen ad Epiſcopum eſſet directa, & quid quò ad vtrumq. forum tàm internum agendum ſit? Et pariter cuiuſnam expenſis ſoluenda ſit obtenta diſpenſatio.

I. RESOLVTIO.

EX illo capite matrimonium hoc non ſubſiſtere videtur, quod ad illud contrahendum tanta certitudo adhibita non ſit, quanta ad credendum ſufficit, priorem coniugem certo mortuū eſſe; hæc enim moralis certitudo per abſentiā mariti, etiam multorum annorum ſpatio productam, non habetur, ſicut nec hauritur per ſolam famam, cum fama ex auctore incerto, & plerumq. fallaci oriatur, iuxta illud Naſonis,

Fama loquax peruenit ad aures.
Deinaira tuas, quæ veris addere falſa
Gaudet, & omnino ſua per mendacia creſcit.

Niſi forte cum fama tot, & tanta concurrant indicia, vt nullus dubitandi de morte locus relinquatur, vt quando ipſius Portiæ uir, prælium ingreſſus non amplius comparuiſſet, & communis fama eſſet, ipſum periiſſe. Aut quando per eorum literas, qui bello interfuerunt, acceptum eſſet, cum uitam, cūm morte commutaſſe, & alia huiuſmodi Iudicis, & boni viri arbitrio, qui in particularibus caſibus iudicabit, an ſufficientes coniecturæ ſuppetant, quæ ad nouum matrimonium contrahendum, veriſimilem præſumptionē pariunt. *c.in præſentia, vbi ſcribentes ext.de ſponſ.c.2.ext.de ſecundis nuptijs.* Quandoquidem cum ſit cōtra rationem matrimonii à Chriſto in Sacramentum īſtituti, vt vnius viri plures ſimul ſint vxores, vel vnius vxoris plures ſimul ſint viri, dubium non eſt, quin per legitimum matrimonium habere iam coniugem, ſit tale ligaminis impedimentum ad ſecundum contrahendum, vt ipſum omnino inualidum reddat. Quod verum eſt non modo cum prius matrimonium fuerit carnali copula iam conſummatū, ſed etiam cum tantum ratum extiterit. Atq. hinc eſt vt ſi mulier probabiliter exiſtimans virum ſuum mortuum eſſe, ſecundo viro, authoritate, iudicioq. Eccleſię, nubat, etiam ſi cū eo diutiſſime manſerit, non ideo tamen prius matrimonium diſſoluatur, ſiq. prior vir ipſius reuertatur ad illum redire debeat, ut communi uoto aſtruunt DD.

Et

Digitized by Google

Et qui probabiliter ſciens coniugem adhuc viue-re, ſecundam ducit, varijs punitur pænis. *Primo* letha-li ſcelere ſe obſtringit. Secūdo in pane, & aqua, quadragинta diebus ieiunare debet. Tertio irregularis efficit̃. Quarto infamiā contrahit, Quinto in praxi ſi ob libidinem hoc agat, pœna triremium eccleſiaſtici Iudicis arbitrio afficitur. Si vero id faciat, quia male de hoc ſacramēto ſentiat, prout eſt error, in quo verſatur, de leui, vel de vehementi abiurare deberet, & ſic per Inquiſitores hereticæ prauitatis, etiā de intentione torqueri poſſet. vt per *Simancam in Cathol. Inſtit. tit.* 40. *num.* 2. *Molfeſ. tr.* 4. *c.* 10. *num.* 58. *Farinc. de hereſi q.* 188. *num.* 71. Propterea cauere debēt *P*arochi, ne aliquos matrimonio coniungāt, non obtenta facultate ab Ordinario, apud quem de morte alterius coniugis probationes fieri ſolent; & ea in re ipſi *P*arochi cum caſus in facto occurrit; ad eccleſiaſticum Iudicem recurrere tenētur, nec propria authoritate, ſed de illius licentia procedendum eſt. *Maſcard. de Probat. concluſ.* 749. *&* 1705. *Sanch. l.* 2. *de matrim. d.* 46. *Gutierez. c.* 51. *Reginald. l.* 31. *num.* 69. *Riccius in praxi matrim. Deciſ.* 265. *Bonac. de matr. q.* 3. *p.* 10. *num.* 16. *Menoch. de arbit. Iud. l.* 2. *cent.* v. *caſu* 420.

II. ASSERTIO.

SEcundo dico ex illa ēt parte matrimoniū nullum reddi, q per ruralem Parochū celebratū eſt, abſq. licentia proprii contrahentium, qui rus colligendorū fructuum, vel animi relaxandi gratia profecti ſunt, & ibi ſaltē per mediam anni partem non morantur. Licet enim ad matrimonii validitatem ſufficiat, ſi coram *P*arocho ſiue, viri, ſiue fœminæ contrahatur, quando vir vnius, & fœmina alterius eſt parochiæ, vt Congregationem *C*ardinalium declaraſſe refert *Rebel. l.* 2. *q.* 8. *& Bonac. l. c. nu.* 7. Sacerdotis enim alterutrius partis præſentia omnem falſitatis præſumptionem excludit, cū abundantioris bonitatis, ac integritatis, quā laicus, à iure cenſeatur. *Gemin conſ.* 49. *Menoch. vol.* 3. *conſ.* 221. Nihilominus idoneus presbyter ruris nō cēſetur ille, ad quod quis reficiendi animi cauſa, aliquoties in āno, poſt paucos dies reuerſurus, diuertit. vt Romanam Rotam decidiſſe, multis idem *Menoch*. refert *conſ.* 398. *& Belletus in Diſq. cler p.* 1. §. 5. vbi eadem ratione ex communi reſoluunt, habentem domiciliū in Ciuitate, & ſe rus animi cauſa, & ruralia opera in eo exercēdi, transferētē, ſi non electa ſepultura, ibidem decedat, in dictæ villæ eccleſia ſepeliendum non eſſe, ſed in ſua parochiali, vel in ea, in qua maiorum ipſius ab antiquo extitit ſepultura, quia per huiuſmodi acceſſum illius ruralis parochi ſubditus non fit. *c.* 1. *& ibi Francus, & alij de ſepult. in* 6. uideatur de firmata reſolutione etiam *Sanch. l.* 3. *d.* 23. *Gutierez. c.* 63. *Bonac. l. c. num.* 3.

III. ASSERTIO.

TErtio ex eo capite hoc matrimonium etiā infringi dicimus, quod affinitatis impedimentum illud inualidum reddens, non ab Epiſcopo, cui cauſa cōmiſſa eſt, ſed ab eius Vicario per diſpenſationem ſublatum fuit. Nam licet, vt aliàs diximus, Epiſcopus & Vicarius vnum tribunal conſtituant, & nomine Epiſcopi, vbi idem Vicarius non excluditur, & eſt res q̃ ei ex officio conueniat, ipſe generalis Vicarius intelligatur. vt per *Sbrozium l.* 2. *de off. Vicarij q.* 42. *& q.* 201. *Sanchez. l.* 3. *de matr. d.* 29. *num.* 16. *Lazar. de monit ſect.* 1. *q.* 6. attamē Epiſcopalis Vicarius, cā matrimonialem diſpenſationem explicare non potuit, neq alia ſuo Antiſtiti delegata exequi, niſi in reſcripto ea verba eſſent addita, *E*piſcopo, ſeu eius Vicario. Siquidem ſuus Epiſcopus nō vt Ordinarius cauſas ſibi commiſſas cognoſcit, verum vt Delegatus, quas ſuo Vicario committere non videtur, cum illum deputat, eiq. cauſas decidendas, vel exequendas remittit, ſed eas tantū quæ iure Ordinario ei competunt. *Alex. in l. more ff. de iuriſd. omnium Iud. Abb. in c. quoniam. ext. de off. Deleg. Zerula in* Praxi *Epiſcopali p.* 1. *v. Vicarius dub.* 5. *Sbroz. l. q.* 36. *& q.* 135. *Campanil. in Diuerſ. Iur Can. Rub.* 11. *c.* 23. *num.* 148. Sicuti etiam cōmiſſa Epiſcopo, vel eius Vicario, non poſſunt expediri per *V*icarium *C*apituli ſede uacante, cum non Epiſcopi, ſed Epiſcopalis iuriſdictionis ſit Vicarius. *Quaranta in Bullario v capitulum q.* 3. *Genuenſ. in praxi Neap.* 186. *Barboſa de Epiſcop op.* 3. *Alleg.* 54 *nu.* 142. Proinde quò ad praxim, confeſſarius Sigiſmundo, & *P*ortiæ ſignificare debebit, contractum inter eos matrimonium inualidum eſſe, & ideo reficiendum; atq. in primis diſquirendum eſt, an prior coniux ad huc viuat; mulier enim vere ſibi perſuadere debet, primum ſuum uirum mortuum eſſe, alioqui contra conſcientiā ageret, quod nō licet. Et quando credit, cum ſupereſſe, à ſecundo recedere tenetur, & poſt huiuſmodi notitiam petendo, vel reddendo debitum, lethaliter peccat, & adulterium cōmittere dicitur. Si vero non certo nouit illum ſuperſtitem, & tantummodo dubitat, exiſtente dubio, debitum petere ei integrum non eſt. alioqui adulterii ſe periculo exponit; alteri tamen cōiugi debitum reddere tenetur, quandiu priorem maritum viuere non conſtat. *c. inquiſitioni ext. de ſent. excommunic. Sanchez. l.* 2. *de matr. d.* 41. *Gutierez. c.* 49. Deinde cum mulieres id tale quòd ſibi perſuadendū faciles ſint. nam ut ille cecinit,

Scilicet iſta fuit veterum natura virorum,
Fallere fæmineum, credula corda, genus.

Et ut ſcribitur de quadam fœmina *in. l. nimia. C. de action. & obligat.* Nimia credulitate circumuentas. &c. neceſſe eſt, ut non leui de cauſa, ſed iuſta, & argumento moraliter certo, id credat: quod argumentū cum triplex aſſignari poſſit, iuxta *gl. in c. fin. ext. de ſte-*

no m

non conteſt. nempe certus nuntius,cõmunis fama,& vt dixi,indicia quæ vehementem præſumptionem gignant, vt quod prior vir fuerit valde ſenex, & multis annis abſuerit; aut quod prælium ſit ingreſſus, nec amplius ſit viſus, neq. de eo aliud ſit auditum. At depoſitio vnius teſtis bonæ famæ de morte viri ſufficeret, præcipue dum in partibus longinquis res agenda eſſet, nec pro examinandis aliis teſtibus acceſſus haberi poſſet. *Sanchez d. 46. Reginald.l. 31.num.69.Molf.ſ.d.c.10.num.55.*

Secundo cum,vt ſupra diximus,proprius *Paro*chus, ruralis non dicatur, qñ apud eum per maiorem, vel ſaltem dimidiã anni partẽ mora non trahitur,ſi de morte prioris viri conſtiterit, in propria, ſiue viri, ſiue fœminæ *Parochia*,præmiſſis à Concilio Tridentino requiſitis, iterum celebrandum eſt; ſi tamen prius à Romana ſede ſuper affinitatis impedimento diſpenſatio rurſus petatur, & impetretur,cum vt ante vidimus, ipſa diſpenſatio inualida cenſenda ſit,quę nõ ab Epiſcopo,cui commiſſa eſt, ſed ab eius Vicario,excutioni demandata,& expedita ſit. arg. *Molf.ſ.tr.4.c.12 & Bonac q.3.nu.198. Reginal.l.31.nu.138.Filliuc.tr.10.p.2.c.10.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2.q.dico quod,&ſi matrimonium hoc non ſubſiſtat,expenſæ tamen in impetranda diſpenſatione factæ ab eo ſoluendæ ſunt, qui onus illius impetrandæ ſuis ſumptibus in ſe ſuſcepit; ſiquidem contractus ex conuentione partium legem accipiunt,& per pactionẽ libere ſine dolo, ui, aut metu factam, iuri ſuo ceſſiſſe cenſetur, ſeq. ad diſpẽſationem ſuis ſumptibus obtinendã ſua promiſſione obſtrinxiſse, fides autem alteri data omni iure ſeruanda eſt.*l.1.ff.de pactis c.1.ext.eodem tit. Cicerol. 1.& 3.off.* Hinc Neptolemus apud Sophoclẽ.

Promiſſam temeraſſe fidem exprobatio magna eſt.

Si quis vero hoc onus in ſe non ſuſcepit, diſpẽſatio communibus expenſis obtinẽda eſt:qui enim commodum ſentit,par eſt, & rationi conſentaneũ, vt incommodum ſentiat,iuxta illud legale,

Commoda qui ſentis, iungas onus emolumentis. l.ſecũdum naturam ff.de reg.iur.c.qui ſentit. de reg. Iu.in 6. Nã in mutua promiſſione matrimonij cõtrahẽdi cum conſanguinea, vel affini, tacitã etiam conuentionẽ,vel conſenſum communibus ſumptibus diſpenſantionis petendæ includi dicẽdum eſt. Imo etiam ſi alter coniux, vel ſponſus,pactum ſoluendarum expenſarum ex inconſideratione iuris ſui non ineat, adhuc mutuo pendendas eſſe dico, ad eas namq. ius habet, nec ob inaduertentiam cõdonare cenſeatur, quia voluntas in incognitum nõ fertur. *l.cum de indebito.ff.de probat. Alciat.de Præſumpt.reg.1.Præſumpt.32.Menoch.de arbit. Iud.caſu.88.* ita reſoluit *Sanchez l.8.de matr.diſp.36.Bonac.de leg.diſp.1.q.1.pun.9.*

CAP. XI.

QVÆSTIO. XXX.

Regularis an tutor, & matrimoniorum conciliator eſſe poſſit. Sponſa habent occultum vitium,quod ſi ſponſus ſciret, à ſponſalibus reſiliret, an illum aliqualiter dubitãtem ad adimplenda ſponſalia cogere poſſit. Confitens tempore paſchatis cauſa conſilij capiendi,ad auertendũ aliquod malum an eccleſiæ præcepto ſatisfaciat. Procurans abortum fœtus, de quò dubium eſt an ſit animatus nũm irregularitatem,& excommunicationem cõtrahat. Regularis dans pecuniam pro abortu procurando,an contra paupertatis votum peccet, & accipiens an retinere poſſit. An habẽs facultatem vt ab homicidio voluntario abſoluere valeat, à peccato abortus liberare poſſit.

EVphemia puella parentibus orbata, & ſub cura, vel tutela Lactantii regularis viri, ac patrui ſui cõſtituta cũ occulte à Lucio procaci iuuene violata fuerit,ſponſalia cum Henrico contraxit, qui cum poſt aliquot dies,alicuius viri muſſitatione de hac re dubitet, ac proinde ab ipſis ſponſalibus reſilere velit,ipſa Euphemia d.Lactantium,qui in vrbe confeſſarij munere fungitur,adijt,ac petẽdi conſilij, ac auxilij cauſa,ſacrali confeſſione totũ negotium manifeſtauit,ac ſe grauidam eſſe ambigẽs, id etiam ei detexit. Qui ſtatim in iudicio corã Vicario inſtituto,ipſum Henricum ad matrimonium cum ea ineũdum coegit: poſt quod contractum, vt ſcandalum,& infamiam,quæ oriri poſſent, auerteret,idem Lactantius Sebaſtianum medicum data pecunia impulit,ut per pharmaca abortũ procuraret. Quem poſtea tempore Paſchatis ſibi confitẽtẽ, ab huiuſmodi exceſſu abſoluit.

Ex qua facti ſerie hæ quæſtiones elici poſſunt. Primo an tuta conſcientia Euphemiæ neptis tutela à Lactanrio ſuſcipi potuerit. Secundo an matrimonij conciliator ad illud cum illa puella contrahendum Hẽricum cogere valuerit. Tertio nũ rum ipſa Euphemia paſchali tempore nõ primario fine animæ ſordes detergendi,ſed conſilij capiendi,& tpalis incõmodi cauſa vitãdi, d.ſuo patruo confeſſa ſit,eccleſiæ præcepto ſatisfacerit, & confeſſio ſit valida. Quarto an cũ dubiũ eſſet nũ fœtus rõnali aĩę præditus foret tã cõfeſſarius q̃ medicus lethaliter deliquerit,& in aliquam cenſuram inciderit. Quinto nunquid peccuniam pro maleficio illo committẽdo date potuerit, & ipſe medicus retinere. Sexto verum cum hic pœnitentię ſacramenti mi

niſter

niſter facultatem habeat ab Epiſcopo, vt ab homicidio abſoluere poſſit,& eum abſoluerit, ſit rite à perpetrato abortu abſolutus. Et quid in his caſibus Patochus conſulere debeat.

I. Q. RESSOLVTIO.

Et conſectaria documenta.

REſp.cũ hoc loco præuijs inſpectionib.& ſuppoſitionibus opus eſſe nõ videatur,ad qq reſolutionem calamuũ vertimus. Et ad 1.q.dicimus. Primo ex probabiliori ſententia, abſq.graui culpa, niſi bona fides,vel Superioris licẽtia eũ excuſet Lactãtio nõ licuiſſe Euphemiæ neptis tutelã ſuſcipere, ſiue ea ſit teſtamẽtaria, ideſt tributa in teſtamẽto à patre filijs ſuis; ſiue datiua, quæ à Iudice deſignatur,quando tutor legitimus, ſeu teſtamentarius nõ adeſt, aut ſi aliqui ſunt illam ſubire nolunt; ſiue etiã ſit legitima, quæ à lege conſanguineis ab inteſtato ſucceſſuris defertur, quando pater nullum in teſtamento tutorem deſignauit; Cum regularibus, ac religioſis munus hoc ne à diuinis miniſteriis auocẽtur, interdicatur. §. *Deo autem amabiles.collat.9. in Authen.de ſanctiſs.Epiſcop.c.fin. diſt.86.c.generaliter.* 16.*q.* 1. *Roſella in v.tutela num.* 2. *Molina tom.* 1.*de Iuſtitia diſp.*221.*Io.Bapt.Coſt.a de ſubſid.remed.remed.*72.*n.*7.*Sanchez.l.*6.*de præcept c.*14.*n.* 25 *& ſeq.* Vbi etiam hanc poſitionem extendit, vt nec miſerabilium perſonarum tutelã aſſumere teneantur,inter quas pupilli,etiam ſi diuites ſint,cõnumerãtur.*vt per Menochium de arbit.Iud.l.2.caſu* 66.*Tuſch.v.miſerabiles.concl.*263.*Roland.à Valle.l.*1.*conſ.*76. Non enim apparet quomodo religioſi ad hoc obligari poſſint, cum nec bona poſſideant, quæ pro tutela adminiſtranda vlli obligationi ſubiiciant, & tutelæ officium ualde à religioſo ſtatu ſit alienum.*Gutier.de tutel.*2.*p.c.*9.

A primis ſeculis chriſtianæ religionis diſplicuit, clericos, ac Dei miniſtros huiuſmodi negotiis implicari; quãto magis ea munera religioſis denegaſſent. *D.Cypr.ep.*66.Merito miratur *Cardin. Baron. tom.*2.*Annal.eccl. anno* 257. zelum Epiſcoporum, qui multis ciuilibus legibus tutelæ fauentibus, ab hac lege ſancienda non ſunt deterriti,quæ eccleſiaſticos ab eo munere liberat,quæ pietatem ſapit.

Nec omittam ex Paulo Montano in *tract.de tutelis.c.*26.tutelam affectantem,de improbitate ſuſpectum reddi,ut ſi per interpoſitam perſonam,ſe tutorem ſcribi teſtamento fecit,vel à Prætore dari, forte aliquo dato, vel promiſſo; nam vt ſubdit ex Menãdro. Hoc tempore plus audacia quàm ſapientia valet.&c.

Secundo dico non bene egiſſe Lactantium, qui matrimonii inter Henricum, & Euphemiam contrahendi author, & conciliator fuit, nam vniuerſaliter loquendo. Primo hæc actio religioſum dedecet,qui quò ad poteſt,chriſtianos omnes ad maiorem perfectionem,hoc eſt ad virginitatem, & uitã cælibem conſeruandam hortari debet, iuxta illud *D.Hier.ep.*2.*ad Nep.* Prædicator continentiæ nuptias ne cõciliet. Scdo multa incommoda inde ſeq ſolent, qui enim coniugium inter innuptos ineundum ſuſcepit,ex facili procorum odium comparat, qui puellam, uel forma, uel diuitiis præſtantem, ſibi expetebant. Hanc ubi ſibi ereptam uidẽt, ac alii traditã, perſuaſione religioſi, qui earum nuptiarũ interpres fuit,prædam ſibi è manibus effugiſſe opinantur. Hinc illud iracunde à multis ſcomma prolatum, Iam nullũ matrimonium,niſi uel eccleſiaſticis viris,uel religioſis conciliatoribus,fieri. Deinde ſæpe accidit,ut coniuges naſcente inter eos diſcordia,uel propter morum diuerſitatẽ, uel ob aliã cauſam,illi iraſcantur,& aduerſus eum odium concipiant,qui primus de ſuo cõnubio uerba fecit,eiq. male precẽtur. Vt merito huius incommidi timor. SS.viros, Ambroſiũ, Auguſtinum, Carolũ Borromæum,& alios ab huiuſmodi conciliationibus deterruerit.teſte Poſſidio ĩ vita *S. Aug.c.*27.*N.Carol. à Baſ.Petri l.*3.*vitæ D.Carol.c.*9. *Nigron. de negot. ſecul.tr.*1.*c.*2.§. 14.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2.q.dico ex iuris rigore,ſponſum ad fidem ſponſalium,quæ ualida ſint,ſeruandam cogi potuiſſe. qñ Euphemia occulte à Lucio uiolata foret,cuius vitii ſi ſpõſus cõſcius fuiſſet, licet poſt aliqualiter dubitaret ab eis iuſte reſilire valuiſſet. Sicuti etiam dicimus coniugem adulterum occultum,ius debitum exigendi non amittere,ſed poſſe petere, licet coniux innocens alterum fornicatum eſſe ſuſpicaretur. Leuia enim indicia,ad eum ab hoc iure in foro conſcientiæ eximendum, non ſufficerent; ſiquidem alter non ſe prodere, nec ſuum crimen fateri tenetur: nec innocens ius habet, eundem hoc exigendi iure ſpoliandi, donec eius delictum ſufficienter conſtet. *Sanch.l.*1 *de matr.d.*68. *l.*6.*d.*27.*& l.*9.*d.*20.*nu.*11.*Coninch.d.*13.*dub.*12.*num.*97.*Reginal.l.*31.*num.*267.*Gutierez.c.*34.*nu.*10.*Bonac.de matrim.q.*4 *p.*5.*num.*22.*Sà in v.adulterium.num.*3.*Filliuc.tom.*1.*tr.*10.*c.*8.*q.*11. & alii magis communiter contra alios aliter ſentientes.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3.q. aſſerimus, Euphemiam grauiter peccaſſe,& eccleſiæ præcepto,ob confeſſionem inualide factam,non ſatisfeciſſe, ſi ſola intentione temporalis commodi conſequendi, aut incommodo

do uitandi fiat, excluſo expreſſe principali fine, qui eſt reconciliatio cum Deo, ſeu peccatorum remiſſio. Non vero ſi is finis ab ea ſit propoſitus, dato & quod confeſſionem nullatenus feciſſet, ſi talis com modi, uel incommodi motiuum non interueniſſet: ſiquidem inter conditiones quas legitima exigit confeſſio, illa connumeratur, ut ſit pura. i. cum debita intentione inſtituatur, ad Deũ ob perpetrata delicta placandum. Secũdario nihilominus poteſt confitens, ſicut & aliud opus bonum faciens, aliqd aliud ſpectare, dummodo licitum ſit, vt in aliquo imminenti periculo conſilium, alicuius infirmitatis, vel infortunij euaſionem, &c. quia ut DD. loquuntur, cauſa impulſiua, & motiuum ſecũdarium principalem finem non excludit. *Reginald. l. 6. c. 3. n. 64. Henriq. de pœn. l. 5. c. 3 n. 3.* vbi ex D. *Ant. 3. p. tit. 14. c. 19.* §. 15. ait, quod ſi quis infamia, uel inferni timore, tempore præcepti confiteretur, aliàs non confeſſurus, eccleſiæ præceptum non impleret, quod interpretandũ eſt, inquit, ſi expreſſe excludat, ſecus tamen ſi eſt in habituali animæ fragilitate, ut ſecluſo eo motiuo, animam ſuam non expiaret, prout alibi in materia de pen. ſacramento diximus. vt etiam per *Tab. in v. confeſſio nu. 7. Syluest. nu. 9.* Et ut ait *Zerula in praxi pen. c. 1 q. 1.* in hunc lapidem multi impingunt, qui quodammodo coacte confitenſ, raro enim aut uix ſemel in anno, ad pœnitentiæ ſacramẽtum accederent, niſi præcepto adigerentur: & potius formidine pœnæ, quàm uirtutis amore, abſq. vera contritione hoc agunt, quia textus *in c. omnis ext. de penit. & remiſſ.* ſancit vt viuus ab eccleſia arceatur, & mortuus eccleſiaſtica careat ſepultura. Cum nihilominus homo chriſtianus tria præcipua ad uirtutem incitamenta, & præſidia habeat, nempe rite, & recto fine factam confeſſionem, ſacram Euchariſtiam, & concionem. Hinc *David in virid. chriſt c. 36.*

Quid mage chriſtiadas virtutis ad ardua ducit?
Concio, rite piare animũ, & ſacroſancta ſynaxis.

IV. Q. RESOLVTIO.

Ad 4. q. reſpondendo hanc reſolutionem affirmus, tàm Lactãtium, quàm Euphemiam, & Sebaſtianũ Medicum, qui quocunq. mõ abortũ procurarunt, & in lethalis culpæ reatum, & in excommunicationis cenſuram à Sixto V. latam (cuius abſolutio Epiſcopo reſeruatur) incurriſse. Siquidẽ non licet fœminæ, neq. alii, quò famam, uitamq. tueantur, quæ probabili ſunt periculo expoſita, fœtus conceptionem impedire, aut ipſius etiam nõdum animati abortum procurare; hoc. n. eſt intrinſece prauum: nec ſunt facienda mala, ut eueniant bona. *c. deniq 4. q. 5.* teſte *Sanchez.* quem pene omnes ſequuntur *de matr. l. 9. diſp. 20. nu. 10. Benac. de contract. d. 2. q. ult. ſect. 1. p.* 8. Et cõis eſt ſnia, ut alibi dictũ eſt, abortũ efficere, vel quocũq. mõ ei cõſentire, fauere, uel cooperari, mortale peccatũ ſecũ inuoluere, ſiue impediatur fœtus ne concipiatur, ſiue ut iam conceptus ante animæ rationalis infuſionem eiiciatur, ſiue ut iam animatus excludatur: his. n. tribus modis abortus contingere poteſt. Ratio eſt, quia ſemper ad tollendam hominis uitam tendit: & quando non eſt animatus etiam tunc naturæ ordini repugnat, cum ab ea fœtus concipiatur, ut animetur, animatus in lucem edatur. Eſt autem leuius, uel grauius delictum, prout ad animationem, & ad perfectum homicidium accedit. Quare grauis erit culpa, ſi conceptio impediatur, grauior ſi poſtquam eſt conceptus, grauiſſima, poſtquã eſt animatus. In quo poſtremo gradu, & irregularitas contrahitur, & excommunicatio lata à Sixto V. in Conſtit. incip. *Effrenatam.* cum moderatione Greg. XIV. in Bulla quæ incipit *Sedes Apoſtolica.* Per quam pœnæ priuationis, inhabilitatis, degradationis, traditionis curiæ ſeculari, & præuentionis, ab ipſo Sixto V. impoſitæ non tolluntur, ſed ſolum eius rigor tẽperatur in partem quò ad abſolutionem à peccato, & excommunicationem in foro conſcientię tãtum, Ordinario, ut dixi, reſeruatã, ita tamen vt ab ea abſolui poſſit per quemlibet approbatum Cõfeſſarium habẽtem ab Epiſcopo ſpecialem delegationem. Quando vero fœtus non eſt animatus, Sixti Conſtitutio in totum tollitur, & ad terminos iuris cõis reducitur. *vt in c. ſicut. el 2. & c. ſi aliquis. ext. de homic.* Aĩari vero fœtus in mare dicitur per infuſionẽ animæ rationalis, poſt 40. dies. ſed in fęmina poſt 80. Quod ſi dubitatur an maſculus, uel fęmina ſit, poſt 40. dierũ ſpatiũ mas, & aĩatus eſſe pręſumitur, vt proinde abortui cauſam pręb ns, etiam ſi dubium ſit an fœtus ration ali anima ſit præditus, quia de facto dubitatur, irregularitatem, vt dictum eſt, & excommunicationem non effugiat, nam in tali dubio facti, quis irregularis, & cenſura innodatus cenſetur, quò ad priuationem ſuſcipiendi ordines, atque in illis adminiſtrandi. Secus vero quò ad alias pœnas, quæ à Iudice pro irregularitate, & cenſura imponi ſolent, qualis eſt beneficiorum priuatio, & huiuſmodi, pęna. n. ordinaria certo delicto ſtatuta, delicto dubio infligenda non eſt, ſed extraordinaria, pro dubii qualitate, &c. *Sayr. in clau. reg l. 1. c. 13. n. 24. Suar. de cenſ. d 40. ſect. 6. n. 6. Salas. 12 q. 21. tr. 8. d. 1. ſect. 19. nu. 176. Vaſq. 1. 2 q. 19. art. 6. d 66. c. 1. nu. 5. Sanchez. de præcept. l 1. c. 10. nu. 43. & 45. Farinac. de homicid. q. 122. p. 6. nu. 138. Barboſa. de Epiſc. par. 3. alleg. 51. caſu 9. Filliuc. com. 2 tr. 29. c. 6. q. 1. Duar. in Bulla Cœna Domini. l. 1. c. 3. q. 5. Quaran. in ſum. ma Bullary. in v. abortus. Menoch. de arbit. Iud. caſu*

fo 357. *Cherub in ſchol. ad dictas Bullas Sixti V. & Greg. XIV. Sayr. de cēſ. l. 3. c. 35. Graff. in deciſ. aur. l. 2. c. 63.*

Vbi notādum, quod licet quis ab excommunicationis huius pœna ob ignorantiam, & inſcitiam excuſari poſſit in foro cōſcientiæ, ſiquidem ut obſeruat idem *Graff. ibi nu.* 28. ad incurrendam excōmunicationem, ſemper oculus habendus eſt, ſi huiuſmodi contrauenien s inobediens, & contumax dici poſſit, ab irregularitatis tamen labe immunis eſſe non poterit, cum etiam ab eo, qui illam à iure impoſitam ignorat, contrahatur, ut ſi quis alterum occideret, neſciens ob id irregularitatem incurri, ut eſt cōmunis, & uerior DD. ſenſus. videatur inter alios. *Vgol. de irregul. c.* 15. *nu.* 9. *Suarez. tom.* 5. *d.* 40. *ſect.* 5. *nu.* 8. *Reginald. l.* 30. *c.* 2. *nu.* 15. Contra *Sanchez. l.* 9. *de matr. d.* 32. *num.* 16. *Coninch. d.* 18. *dub.* 4. *nu.* 28.

V. Q. RESSOLVTIO.

AD 5. q. reſpondendo dico Lactantium religioſum mortale peccatum furti, & contra votiuam paupertatem commiſiſſe, ſi abſq. licentia ſui Superioris expreſſa, vel tacita, aliquid notabile puta duos, vel tres Iulios, illi medico dedit, vel donauit, & conſequenter ipſum recipientem ad reſtitutionem teneri; ſicut enim religioſus iniuſte dedit cū alicuius dominij in particulari incapax ſit: ita ille iniuſte recepit, ut proinde ad inſtitutionē monaſterio, vel eius Præfecto faciendā teneat, niſi bona fide receperit, in quo caſu ſi res extat, illius in ſpecie reſtitutioni obnoxius eſt, aut ſi nō extat, inquātum ditior factus eſt, ad reſtituendum iure cogitur. *ita D. Ant.* 3. *p. tit.* 16. *c.* 1 §. 11 *Sylueſt. v. religio.* 6. *q.* 7. *vt Nau. l.* 3. *de reſtit. c.* 1. *num.* 204. *Nau. in c. non dicatis num.* 44. 12. *q.* 1. *Leſius l.* 2. *c.* 41. *dub.* 8. *Lopez. par.* 2. *Inſtruct. conſc. c.* 6. *Bonac. de cont. d.* 2. *q.* 10. *p.* 13. *Fillinc. tom.* 2. *tr.* 34. *c.* 3. *Sanchez. de precept. l.* 7. *c.* 19 *num.* 108. *& ſeq.* vbi etiam air, Superiorē poſſe id debitum remittere, & condonare, quando talis res eſt, de qua ipſe ex iuſta cauſa, abſq. conſenſu, diſponere poterat, quamuis initio ipſemet turpiter dediſſet. Nam regulariter loquendo etiā patrato aliquo opere illicito, de quo patrando cōtractus, vel promiſſio inita erat, promittens pretiū ſoluere tenetur, & accipiens ad reſtitutionem non aſtringitur, ex probabiliori ſententia, quam habet idem. *Bonac. d.* 1. *q.* 3. *pun.* 3. De qua re alibi à nobis dictum eſt. Obſeruat vero. *Fillinc. l. c. num.* 65. ad incurrendas pœnas conſtitutionis Clementis 8. (de qua à multis dubitatur an vbiq. ſit recepta) requiri materiam ſubiectam pœnis externi fori, & in iudicio punibilem, quæ proculdubio ea maior eſt, quæ ad mortalem culpam conſtituendam ſatis ſit; & duorum, vel trium aureorum quantitas eſſe cenſetur. &c.

VI. Q. RESOLVTIO.

AD 6. q. reſolutionem deueniendo, dico Primo non recte feciſſe Lactantium, cum Sebaſtianum medicum in delicto abortus complicem Paſchatis tēpore, ab illo crimine Epiſcopo reſeruato abſoluit; ſiquidem haud decet, vt in culpa ſocius à Cōfeſſario ſacramentali abſolutione donetur; nā nemo ſacerdotis officio vti debet, niſi ab illis ſit immunis, quæ in aliis vindicat. *D. Iſiderus de ſummo bono l.* 3. *c.* 32. Nam ut ait Menander.

Omnes ſumus in admonendo ſapientes,

Nos vero ipſos aberrantes non cognoſcimus.

Inſuper ibi verecundia abeſt, quæ peccati pœnam ſatis diminuit. Qua ratione Mediolani, inter caſus reſeruatos Decretum enumerati ſolet, quo prohibetur, ne Cōfeſſarius in delicto participē audiat, vel abſoluat. *teſte Bonac. de ſacram pænit. diſ.* 5 *q.* 7. *pun.* 5. *num.* 10 Et vt ait. *Corrad. in reſponſ. caſ. conſc. q.* 13. In aliquibus diœceſibus ſub excōmunicationis pœna interdictū eſt, ne Confeſſarius abſoluere valeat perſonam, cum qua rem turpem habuit, quidquid ſit de abſolutionis valore. de qua re etiam *Vgolinus de officio Epiſc p.* 1. *c.* 15. §. 8. *nu.* 11. At conſtat Lactantium inualide medicum abſoluiſſe, nec enim ſufficit quod ab Epiſcopo facultatem abſoluendi ab homicidio habuerit; nam cū homicidij volūtarij reatus ſi fœtus erat animatus, perpetretur, non ſolum hac reſeruatione afficitur, ſed etiam in excommunicationem, vt ſupra dixi, Epiſcopo reſeruatam incidit, ad quam relaxandā ſpecialis delegatio ab Ordinario faciēda requiritur; proinde neceſſe erit, licentia ab Epiſcopo obtenta, ſub ipſa cenſura liberare, & ſi confeſſio bona fide facta reficienda non ſit. Confeſſarius namq. qui pœnitentem à caſibus à quibus nō poterat, abſoluit, facultatem abſolutionis beneficium impendendi procurare debet, & poſt eam habitam, præſentem abſoluere, quod ſi abfuerit, ei cauendum eſt, ne eum abſoluat cū Decretū Clementis VIII. repugnet, ſed illum, & ſe ipſum, Deo commendet; nullum enim ſupereſt remedium, cum abſens certior fieri nequit; pœnitens vero huius rei ignarus coram Deo abſolutus remanet, nec ſuo fraudatur merito; & cum ei innotuerit, abſolui non potuiſſe, ea tantum peccata confiteri ſufficit, à quibus prior Cōfeſſarius liberare non poterat. *Sot. in* 4 *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 5. *Henriq. de ſacr pænit. l.* 3. *c.* 15. *Philiarc. tom.* 1. *de off. Sacerd. l.* 2. *c.* 26. *&* 29. *Gambarup. de caſ reſ. c.* 3.

Sicuti etiam verum eſt abſolutionē valere, quæ ignoranter ſuper peccata impertitur alicui excommunicato, qui excōmunicatione irretitum ſe eſſe neſcit, vel ſi ſcit, ignorat tamen ſacrilegiū eſſe,

à pec-

Digitized by Google

à peccatis prius abſolutionem obtinere, cum multi fieri prohibeantur, quæ tamen facta tenent, vt per *Caiet. in v. abſolutionis impedimenta Con. inc. a nam iter par.* 1. §. 6. *concl.* 3. *de ſent. excomm. in* 6. *Nau in c fratres num.* 48. *de pænit. diſt.* 5. *Zerul. in praxi pænit. c.* 21. *q* 5. vbi inferunt, hoc eſſe antidotum quo multorum Deum timentium animabus confeſſarius medeatur, & eoſdem conſoletur, qui excommunicati confeſſi ſunt, ignorantes ferales eſſe, ſi enim bona fide peccata ſua aperuerunt, neq. ſe excommunicationis cenſura ligari meminerint, & à peccatis abſoluti fuerint, conſulendum eſt vt ab excommunicationibus quidem abſoluantur, non autem vt confeſſionem reficere teneantur. Atq. huc facit quod in conflictu opinionum, ſi commode fieri poteſt, ſemper pro æquitate contra rigorē pronunciandū eſt. *gloſſ. in c. ſuam ext. de pænis. Menoch conſ* 401. *nu.* 319. *Natta conſ.* 136. *nu.* 10. & *conſ* 452. *nu.* 43. *Farinac. in qq crim l.* 1. *q* 27. *num.* 116. *Azor. p.* 1. *l.* 2. *c.* 11. Hinc & *Ariſt. lib.* 5. *Ethicorū* 5. *c.* 10. Æquus vir eſt, inquit, qui ius in peiorē partem exa cte nō amplectitur, ſed de ſuis commodis, detrahi patitur, & ſi lege tueri ſe poſſit.

QVÆSTIO. XXXI.

An votum caſtitatis ſubſequens promiſſionem cum aliqua contrahendi, ſit iuſta cauſa ſponſalia diſſoluendi. Numquid in ſponſalibus mutua debeat eſſe verbalis promiſſio. An quod ſponſa à ſponſo accepit, vt à ſponſalibus reſiliret, ſit reſtituendum. Num ſponſalia inualida publica honeſtatis impedimentum praſtent.

COnſtantius adoleſcens parentibus orbatus Margaritę puellæ, quę elegātis formę ſibi videbatur, & ſub auiæ ſuæ poteſtate conſtitutæ promiſit ſe illam in vxorem ducturum, & coram teſtibus cū iuro fidem dedit, ipſa tamen nō expreſſe repromiſit, ſed promiſſionem acceptauit dicens, ago tibi gratias. Poſtea pœnitendo animum mutauit, & perpetuam caſtitatem quaſi ex improuiſo vouit, & vt facilius à ſponſalibus etiam reſiliret, centum aureos dictę Margaritę reclamante tamē ipſa auia, largitus eſt. Interim Margarita ob peſtilentialem febrem, breui tempore à morte correpta, ſentiens ſe difficile caſtitatem ſeruare poſſe, vellet Luciam defunctæ ſororem in matrimonio ſibi coniūgere, quæritur, an poſsit, & quomodo in hoc caſu ſe gerere debeat Parochus.

RESPONSIO.

QVadruplex in præſenti caſu videtur inuolui difficultas. Prima eſt an votū caſtitatis ſubſequens promiſsionem cum aliqua contrahendi ſit iuſta cauſa ſponſalia diſſoluendi. Secūda an in ſpōſalibus neceſſario mutua expreſsis verbis debeat eſſe promiſsio. Tertia an acceptum à ſponſa vt à ſponſalium contractu reſiliat, poſsit in conſcientia retineri. Quarta an ſponſalia inualida publicæ honeſtatis impedimentum patiant.

I. Q. RESOLVTIO.

REſp. Primæ difficultati ſatisfacio dicēdo, ſpōſalia non ſolum per actualem ingreſſum religionis, ſed etiam per ſimplex votū caſtitatis, modo ſit deliberatum, & validum, poſt ipſa ſponſalia emiſſum, diſſolui, quandoquidem in ſponſalibus iſta conditio ſubintelligitur, niſi perfectior vitę ſtatus eligatur, non enim chriſtianam perfectionem impedire debent; cūm autem per caſtitatis votum excellentioris, & gratioris Deo ſtatus electio fiat, vt de fide determinatum eſt, ſequitur, per caſtitatis votum Deo factum, ſponſalia dirimi, & ipſorum obligationem ceſſare. Quod verum eſt etiam ſi dicta ſponſalia iuramento firmata ſint, cum iuſiurandum iniquitatis, vel iniuſtæ promiſsionis vinculū eſſe non debeat. Licet, vt alibi animaduertimus, aliud cenſendum ſit, quando quis poſt defloratā virginem cum promiſſione matrimonij, ipſum caſtitatis votum nuncupauit. Ita quidquid aliqui, præſertim. *Graff. l.* 2. *Deciſ. aur. c.* 79. *nu.* 8. ſentiant, reſoluit ex communi. *Bonac. q.* 1. *pun. v. nu.* 13. & *Gutierez. c.* 26 cōtra *Sanch. l.* 1 *diſp.* 46. *n* 9 *Reginald. l.* 31. *n.* 259. *Mo'ſ ſ. tr.* 4 *c.* 5. *nu.* 32 & *alios* Quorū rū ſententiam etiam in praxi quis ſequi poſſet, cum Deus non accepter promiſſionem in alterius præiudicium factam. &c.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. difficultatem reſpondetur, in ſponſalibus neceſſario mutuam eſſe debere promiſsionē, nam ſpōſalia nihil aliud ſunt, quàm mutua futuri matrimonij pmiſſio, propterea ad eorum validitatem non ſufficit vt vnus tantum promittat, ſed vterq. & promittere, & promiſſionē acceptare dēt. Quod ſi vnus nō ſpondeat, ſed ſolum alterius ſponſionem admittat. ut ſi dicat placet, vel accepto, vel gratias ago de tanto beneficio, non dicitur ſponſalia celebrare, & per conſequens ratione ſponſalium promiſſionem ſtare non tenetur. *Sanch. l.* 1. *d.* 5. *nu.* 1. *Gutiarez. c.* 5. *Bonac. q.* 1 *pun.* 1.

III. Q. RESOLVTIO.

TErtię difficultati ſatisfit dicēdo, quod ſi Margarita huiuſmodi pecunias accep t ob recō-

Digitized by Google

penſationem alicuius damni, ex diſſolutione ſponſalium de futuro ſibi obuenientis, vt ob aliquod famæ detrimentum, quod fortaſſe erat paſſura eo q Conſtantius, ob votum caſtitatis ſuperueniens, à contractu ſponſalium reſiliebat, ſi illi opinioni adhærendũ ſit, quę tenet votũ caſtitatis poſt cõtracta ſponſalia nuncupatum, illa non vitiare, quia cum per talem promiſſionem præſertim iuramẽto roboratam, puella aliquam actionem in promittentem acquiſierit, videtur eum in præiudicium ſuæ creditricis conſiliũ mutare nõ potuiſſe, maxime cum illud votum ex ſubito pene mentis impetu emiſſum, requiſita deliberatione carere videatur. Confirmatur, quia ſi Conſtantius illos centum aureos alicui tertio ea intentione dediſſet, ut à dicta puella etiã ſub auiæ poteſtate conſtituta, remiſſionem promiſſionis ſponſalium obtineret, certum eſt illam tertiam perſonam non teneri ad reſtituendas pecunias ſibi ob dictam cauſam impenſas, igitur nec Margarita cui ex fracta fide eſt illata iniuria, & illa centum à Conſtantio ob relaxanda promiſſa offeruntur, tenebitur illa reſtituere. Præterea quamuis regulariter pœna in ſponſalibus appoſita inualida ſit, ne matrimonij libertas impediatur. *c. gẽma. de ſponſ.* quando tamen ratione alicuius damni emergentis, ſeu nõie iniuſtitiæ quò ab iniuſte promiſſionem ſponſalium violante, adhibetur, iuſte peti poteſt, nec ob eam cauſam donatum reſtitutioni obnoxium erit. *Betap. 1. reſp. caſ. conſ. caſu 1. Sanch. l. 1. d. 30. Coninch d. 22. dub. 5.* Bonac. *d. 1. pun. vlt.*

IV. Q. RESOLVTIO.

QVartæ difficultatis nodus ſic diſſoluitur, q ex ſponſalibus inualidis publicæ honeſtatis impedimentum non conſurgit Nam *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. c. 3.* duo præcipue ſtatuit. Primo nulla ſponſalia, quæ iure non ſubſiſtunt, matrimonium impedire. Secundo vbi valida ſunt, illud non niſi vſq. ad primum gradum incluſiue dirimere. Hinc ſequitur, publicę honeſtatis impedimentũ nõ induci, qñ quis ficte conſenſit cũ mutuus, & uerus aſſenſus ad valorẽ, & eſſentiam matrimonij exigatur. Item ex eijdem ſponſalibus metu, aut errore, ſeu etiam ſine mutua promiſſione cõtractis, nullum naſci impedimentum. Infertur etiam arguendo à minori ad maius, publicæ honeſtatis impedimentum non ſolum ex ſponſalibus conſurgere, ſed etiam ex matrimonio rato produci, & vſq. ad quartum gradum extendi, ita vt vir mortua vxore, ante conſummatum matrimoniũ, vxoris conſãguineam vſq. ad quartum gradum ducere nõ poſſit. vt declarauit Pius V in Conſtitut. Incip. *ad Romanum.* Quodquidem matrimonium modo ex defectu conſenſus inualidum non ſit, ipſum publicę honeſtatis impedimentum inducit. vt per *Sanch. l. 7. diſp. 70. nu. v. Tuſch. v. matr. concl.* 140. *Bonac. q. 3. punct. 11. Molf. ſ. tr. 4. c. 10. num. 72.* & alii communiter.

Conſectarium monitum.

PОrro in publicæ honeſtatis obice, quod ex validis ſponſalibus, & matrimonio ratonaſci ſolet, diſpenſare ad ſolum Summum Põtificem qui iuri communi præeſt, pertinet. *vt per DD. in c. ſignificaſti ext de elect. & Euerard in top. leg. in loco à plenit. poteſt. Con. de ſponſ. par. 2 §. 6. num. 6.* Verum quãdo hoc impedimentum ſimul cum illo affinitatis concurrit, vtrumq. in petitione diſpenſationis explicandum eſt; ut qui ſponſalia cum Lucretia celebrauit, poſtea cum Lucia Lucretiæ ſorore copulam habuit; neutram enim ducere poteſt, ob impedimentum publicæ honeſtatis ex ſpõſalibus cũ Lucretia celebratis conſurgens; q matrimoniũ cum ipſius conſanguineis in primo gradu dirimit. Neque Lucretiæ ipſi nubere valet, cũ affinitatis impedimentum obſtet, ortum ex copula cũ Lucia eius ſorore habita, quod matrimonium uſq. ad ſecundum gradum diſſoluit, ut communis eſt omnium ſententia, curiæ praxi comprobata, à qua omnium legum interpretatio ſumitur. ut per ſcribentes *in c. dilecti. ext. de conſuetud. & in l. labeo ff. de ſtatu liber. & in c. cx. literis de conſtit. Roland. à Valle tom. 2. conſ 2. num. 8 Hyppol. de Marſ. Singul.* 128.

QVAESTIO XXXII.

An Epiſcopus ſuper diuini officij recitatione diſpenſare poſſit. Num qui non eſt Doctor poſſit Pœnitentiaria literas legere, ac aperire. Numquid qui ſuper matrimonio inualido diſpenſat, coniuges de nullitate prioris conſenſus admonere teneatur. Et an poſt executas literas dilaniare neceſſario debeat. Coniuges infideles ſi conuertantur, ac baptizentur, an matrimonium renouare teneantur. Vtrum Vicarius vi. cap liceat delegare poſſit abſolutionem Summo Pontifici reſeruatam. An Epiſcopus poſſit Parochum à riſidentia eximere, & ſimplex beneficium cõferre. Vtrũ bona Parochi morientis extra Parochiam ſpectẽt ad Cameram Apoſtolicam. &c.

LAzatus Sacerdos in urbe Parochus uir eruditus, & in ſacra Theologia Laureatus, cum oculorum morbo laboraret, nec perſpicillorũ uſu, ad legẽdum, & ſtudijs incũbendum, iuuari poſſet, ab Epiſcopo ſuo per diſpenſationem obtinuit, ut loco horarum canonicarum, quas perſoluere ſolebat, coronam B. V. M. recitaret. Secundo cũ ad eũ

S. Ro-

S. Romana Pœnitētiariæ literæ eſſent directæ ut diſpenſaret ſuper quoddam inualidum matrimonium, ob impedimentum affinitatis occultum, vt quia v. g. Lucretia cum Matthæo conſobrino ſui uiri Gabrielis ante matrimonium contractum rē habuiſſet, poſtq́ ope Andreę ſubſtituti ſui eas legit, & executus eſt, de nullitate, ut aiūt, conſenſus, coniuges certiores nō fecit, nec ipſas literas ut in Bulla præcipiebať, dilacerauit, ſed parti reſtituit. Necnō cū duo cōiuges Hebræi ad fidē cōuerſi, in ſua Parochia ſint baptizati, nouū conſenſū renouare, & ſacrā benedictionē dare omiſit. Tertio cū Eugenius ſuus ſubditus in quoddam ſanctimonialium monaſterium ad malum finem eſſet ingreſſus, & res eſſet occulta, abſente nūc Epō, ab eius Vicario facultate vi Concilij Trid. obiecta, eum à cenſura abſoluit. Quarto cum beneficium ſit tenue, & capellanum, vel ſubſtitutum habeat, idem Epiſcopus vt aliquod ſolarium ei triſtitia, & mœrore confecto afferret, eundē à reſidētia perpetuo exemit, & aliud ſimplex beneficiū ei cōtulit. Quinto cū ad oculorū morbum depellendum, & ſanitatem comparandam, ad balnea longe ab vrbe acceſſiſſet, extra patriam, & parochiā, repentina morte, ex melancholia inducta, ex hac vita deceſſit. Vnde hæ quæſtiones reſoluendæ inſurgunt. Prima an Epiſcopus cū ſuper diuini officij recitatione lege ſoluere potuerit, vel commutare vt eius vice B. M. calculos, vel coronam recitaret. Secundo an cum nō per ſe ipsū ſed per alium, ideſt per ſuum Capellanum ſimplicem Sacerdotem, literas legerit, & ſuper matrimonio diſpenſando coniuges de conſenſus inualiditate nō admonuerit, ipſum matrimonium valeat; & an literas non lacerando, in cenſuram aliquā inciderit, & an peccauerit, cum illorum coniugum Hebræorum ad fidem conuerſorum, conſenſum non renouauit, nec ſacram benedictionem impertiuit. Tertio vtrum abſolutio à Lazaro Eugenio impenſa, iure ſubſiſtat, &c. Quarto an Epiſcopo licuerit eūdem Lazarum à reſidentia eximere, & illud ſimplex beneficium ei conferre. Quinto nūquid cum extra parochiam mortuus ſit, eius hæredes in beneficij bonis ab inteſtato ſuccedant, vel potius tanquam ſpolia ad Apoſtolicam, ut aiunt, cameram pertineant.

I. SVPPOSITVM, *& prima prauia inſpectio.*

SVppono, & præmitto Primo, pretioſiſſimum, & gratiſſimum ſenſum oculorum eſſe, cum ſit omnium membrorum lucerna, & propterea in eminentiori corporis parte ſedem ſortitus eſt; & cum teſte *Philoſopho in 2. de anim. c. 9.* viſum ſēſuum præſtantiſſimus ſit, eius priuationem maximum animi mœrorem naturaliter inferre neceſſe eſt. Vnde Lipſius in epiſtolis cōqueritur, Gemina ſidera mea caligare incipiunt. & ad vitrea auxilia deuolui. Et merito Tobias nullū ſe habere poſſe gaudium cenſuit, qui corporeo viſu careret, quod non modo ad legendum, ſtudendum, & ad animi lętitiam, & rerum multarum ſcientiam adipiſcendam, quam omnis homo naturaliter deſiderat, ſit neceſſarius, ſed etiam ad illa omnia, quæ animalium vita requirit: nam viſus inquit idē philoſophus, ineſt talibus ſalutis cā, vt ad alimenta moueanť, & nociua fugiāt, Hinc ſolis, lunæ, ſtellarū, maris, terræ, herbarum, florum, fructuum, fluminum, camporum amœnitaris, aliarumque rerum innumerabilium, non modicam afferentium voluptatem, aſpectu priuari, maximū fuit Ægyptiorum ſupplicium. Sicuti etiam in ſimili, cum maris imperium Mitylenenſes tenerent, ſocijs qui deſciuerant, hanc pœnam inflixerunt, ut liberos ſuos, nec literas, nec liberales artes docerent, omnium ſuppliciorum hoc grauiſſimum cenſentes, in inſcitia, & ignorantia vitam tranſigere. Nā vt ait Cicero pro Archia poeta, literarum ſtudia, & ſcriptiones, pro ſolatio tempore aduerſitatis ſunt, cum teſte *Apoſt. Rom. 15.* per conſolationem ſcripturarū potiſſimum diuinarū, pacem habeamus. *In Rin. in Tob. c. 5. verſ. 12. T holet. in ſyntag. In p 3. l. 31. c. 36.*

II. SVPPOSITVM.

SEcūdo præmittendū eſt, bonam valetudinem humanæ felicitatis maximā partem eſſe, ea. n. neglecta, nulla eſt cæterarum rerum voluptas. Et nemo proſperę valetudinis pretium ponderat, niſi qui morbis exercetur. Ac inter ſumma Dei, ac naturæ beneficia, hoc vnum tanti eſſe debet, vt ex hoc tota vitę degendę, recteq́, agendi ratio dependeat. Vnius ſolius dentis dolor, aut extremi digiti, vel oculi affecti ſenſus, ſic mentem, animumq́, totum hominis rapit, vt nec legere, nec cogitare, nec vlli rei intendere libeat. &c. Ideo Sapiēs *Eccl. c. 30.* Melior eſt, ait, pauper ſanus, & fortis viribus, quàm diues imbecillis, & flagellatus malitia. Ex quo cōficitur, animi, corporiſq́, ægritudines malum eſſe quoddam, & pœnam, Deoq́, auctore eſſe propulſandas, quod ingenia bona impediant, quę quiſq́, vel Deo deferret, vel ſibi, ſeu communi bono, ſanus ac valens impenderet. *Crobet. de Bud Perfect. l. 1. c. 11. & tradidi in Comment. de hum. vitæ Stat par. 2. c. 8.* Ideo optima cum ratione corporis, ac ſanitatis cura ad virtutum maxime exercitium laudatur *à gloſſ. c. at ſi Chriſtus. ext. de iureiurādo. & D. Ant. p. 1. tit. 6. c. 2. §. 2. Actius. de inſtr. par. 1. c. 42. Iacob. Fulig. in vita Card. Bellarm. c. 6.* Et propter valetudinē tuendam, vel amiſſam recuperandam, multa à iure conceduntur. *Vt per Pariſium de reſignat. l. 5 q 3.*

q.3 à nu.144. Quo fit vt quãuis multi DD, exiſtimauerint, ad voluptatem potius, & ad effœminandos homines balnea eſſe inuenta, ac proinde improbanda, ac fugienda; excipiunt tamẽ niſi ad depellẽdos morbos, vel ex alijs neceſſariis cauſis adhibeãtur. Quo caſu & clericis, & religioſis, & omni die etiam feſto, permittuntur, *c. peruenit. de conſec. diſt 3. Toleſ. par. 2 l. 28. c. 26. D. Benedictus in Reg. c. 36. D. Auguſtinus in reg. c. 122. Nigron. reg. 17.*

III. SVPPOSITVM.

Tertio præmittẽdum exiſtimo, præter à nobis adducta *p. 1. tr. 4. c. 5. q. 43.* multas eſſe cauſas, quæ ab horarum canonicarum recitatione, & fructuum reſtitutione excuſare ſolẽt, ſed prima, & præcipua eſt impotentia, vt ſiquis eſſet cæcus, qui legere nequiret, nec memoriter pſalmos, vel lectiones teneret. Si tamen commode poteſt ſibi ſocium adſciſcere, qui cum officium recitet, ei debere ſe adiungere, multi DD. ſentiunt. Vel ſi alia legitima, & ſufficienti corporis infirmitate detineatur, qua arbitrio prudentis, ac Deum timentis medici, diuinum penſum perſoluere non poſſit. *Suarez. l. 4. de hor. can c. 28. Garzias p. 3. de benef c. 1. nu. 216. Reginal l. 18 nu. 183.* Secunda eſt actionis præſentanee neceſſitas, ſi honeſta ſit actio, & talis, vt ĩ aliud tempus differri nequeat, nec occupatio anticipatã recitationem permittat, & viri boni, ac ſapientis iudicio, præcepto recitandi officium præualeat, vt curare infirmum, concionari, vel confeſſiones excipere. &c. Et rõ ex benigna eccleſiæ intentione demitur, quæ cum tanto grauamine obligare nõ præſumitur. *Molfeſ. tr. 5 c. 4 nu. 36. Bonac. de hor. can. d. 1. q. 6. pun. 2. Fillinc. tr. 22. c. 10. q. 8.* Tertia cauſa eſt Summi Pontificis diſpenſatio, qui ab hoc onere eximere poteſt, cũ horæ canonicæ de iure humano inſtitutæ, ſint adeo vt etiamſi diſpenſatio ſine cauſa facta eſſet iniuſta, adhuc tamen valida foret, quia iuris humani limites non excedit, vt ex communi tã Theologorum, quàm Canoniſtarum placito teſtatur *Suarez. nu. 38. & Fillinc. nu. 303.* Epiſcopus vero neminem hac lege proprie loquendo ſoluere poteſt, quia in iure communi Epiſcopus non diſpenſat, niſi in caſibus ei expreſſe, vel tacite conceſſis, vel ab eodem iure communi, ſeu à conſuetudine permiſſis, qualis non eſt hic de quo agimus. *Barboſ. p. 2. alleg. 33 nu. 21.* Dixi proprie loquẽdo, quia in caſu occurrenti ei integrum eſſet per modum potius interpretationis quã diſpenſationis licentiam dare.

Addunt aliqui cum res eſſet dubia, ad cautelã hoc agere poſſe, quia Epiſcopus in caſibus qui frequenter accidunt, diſpẽſare poteſt, ſæpe autem de neceſſitate diſpenſationis dubitari contingit, *Salas. de legibus. diſput. 20. ſect. 3. num. 28. & in v. diſpenſatio. num 1. Molfeſ. tract. 11. cap. 15. num. 140.* Idem de Prælatis regularibus dicunt, reſpectu ſuorum ſubditorum: nam ij etiam ſicut conſuetudine ad horas obligantur: ita ẽt ſi ex ea huiuſmodi Prælati diſpenſare non ſoleant, nec poſſe putandum erit; quia conſuetudo ſicut dare, ita tollere iuriſdictionem poteſt, & c. *Fillinc. num. 304. Bonac. de hor. can. diſp. 1. q. 2. num. 9. Rodriq. in qq. regul. tom. 1. q. 24. art. 7.*

IV. SVPPOSITVM.

Qvarto ſuppono nõnulla ſeruãda eſſe à Cõfeſſario, vel Parocho, dum aliqua diſpenſatio de mandato Summi Pontificis expedienda eſt (cũ ex vſu, & ſtylo curiæ ſup impedimẽto matrimonij ẽt occulto ſolus Papa diſpenſare ſoleat. *Marc. Ant. reſol. 1 t 2. caſu 54.*) Illo prius obſeruato, hoc eſſe diſcrimẽ inter diſpenſationes, q̃ pro foro externo, & eã q̃ p foro conſcientiæ cõ conceduntur, quod illæ locorũ Ordinarijs ſaltem extraiudicialiter cognoſcendæ committuntur: hę vero Confeſſario delegari ſolent, qui illas ſeruatis ſeruandis, audita partiũ confeſſione executioni mãdare debeat. *Seraph. dec. 172. Sanchez l. 8. de matr. d. 34. n. 23. & ſeq. Bonac. de legibus. d. 1. q. 2. p. 2.* Vnde in eo.

Primo requiritur, vt ſit approbatus ab Ordinario, etiamſi ad certum tantum perſonarum genus ſit admiſſus, tùm quia verum eſt hunc ab Ordinario approbatum eſſe, tùm quia in materia fauorabili verſamur, & per conſequens extendẽda in matrimoniali præſertim cauſa. Quæ ſententia licet cõmunior ſit, recepta tamen praxis ei repugnat, nam v. g. approbatus ad confeſſiones virorum tantum, eligi non poteſt à fæmina ad expediendam diſpẽſationem ſibi conceſſam. Pænitens tamen, qui virtute eius priuilegij facultatem habet eligendi ſibi Cõfeſſarium ab Ordinario approbatum, qui has literas exequatur, poterit confeſſarium eligere, etiã ſi ab Epiſcopo alterius diœceſis ad confeſſiones audiendas ſit admiſſus, vt ex probabili multorũ ſententia tradit. *idem Bonac. l. c. & de ſacramen. d. 5. q. 7. Barboſa de Epiſcopo p. 2. Alleg. 25. nu. 15. Gutier. de mat. c. 28. n. 19.*

Secundo vt ad Doctoratus lauream in Theologia, vel Iure Canonico, ſit promotus, in diſpenſante enim ne in re magni momenti erret, ſcientia requiritur, quę in Doctore præſumitur. Sed vt alias diximus, p Regulares ẽtſi Doctores nõ ſint, ex Pontificiis priuilegijs expediri poſſũt, modo ſpecialis facultas Superioris accedat. Hæc tamen Doctoratus qualitas in ſolo diſpenſationem executuro exigitur, non in eo à quo aperiuntur, vel leguntur, cum hoc nullo iure caueatur, vt notat. *Sanchez. d. di*

34.

34 *num. 12. & Bonacinus, num. 3.*

Tertia conditio eſt, vt Confeſſarius non niſi ex iuſta cauſa diſpenſet, propter quam Pontifex diſpenſandi facultatem demandauit. Triplici vero de cauſa potiſſimum diſpenſationes ad contrahenda matrimonia conceduntur, nempe Primo ex defectu dotis. Secundo ex defectu viri inęqualis. Tertio ex timore incontinentiæ. *Sanchez l. 8. d. 19. Reginal. l. 31. nu. 194. Coninch. de ſacr. & conſ. d. 33. n. 37. Henriq. l. 12. c. 3. §. 4. Ricc. in collect. Deciſ. p. 3. coll. 709. Gutier. in can. qq. l. 2. c. 15. Genuẽſ. in prax. Neap. c. 25. Barboſa in remiſſ. ad Conc. ſeſſ. 24. c. 5. Molfeſ. tr. 4. c. 12. num. 53.*

Quarto requiritur, ut Confeſſarius debeat cauſæ ueritatem ab ipſo pænitente indagare, ac monita, & opportuna conſilia præbere, niſi res notoria ſit, uel aliunde cõſtet. Vnde diſpẽſatio abſq. cauſę cognitione impenſa inualida foret, cum uerba in reſcripto apponi ſolita, cõditionem importent. &c. *Filliuc. tr. 10. c. 10. nu. 354.*

Quinto ut impedimentum ſit occultum, ideſt, quod nõ ſit publicum, ſeu publica non laboret infamia, nempe quod neſcitur à maiori parte uiciniæ parochiæ, uel oppidi, uel collegij, modo in eo ſaltem decem perſonæ repetiantur, etiamſi forte ab aliquibus ſciatur, ut probari poſſit. Et occultum cenſetur etiam ſi res ipſa, uel delictum ſeu copula habita ſciatur, ſed ſecundum rationem impedimẽti ignoretur. *Sanchez. nu. 56. Reginald. nu. 219. Sà. in v. Epiſcopus num 34.*

Sexto ut confeſſio pręcedat, quoties in eo præſcribitur, ut fere ſemper exprimitur In illis uerbis.

Audita prius ſacramentali confeſſione. &c. hæc enim clauſula conditionem confeſſionis importat. *Reginald. nu. 216. Molfeſ. nu. 56. Bonac. nu. 8.* contra alios ibi relatos. At hęc neceſſe eſt ut in illa pia opera imponat, quæ in Bulla exprimuntur, aliàs ſi non aperiuntur, liberum ei erit ea iniungere, quæ prudenter expedire iudicauerit. Ac nunc et prolẽ ſuſceptam, uel ſuſcipiendam, in foro conſcientiæ legitimam fore, hoc eſt ut ſacrorum ordinum, & cuiuſcumq. eccleſiaſtici beneficij ſit capax.

Septima conditio eſt, ut Confeſſarius cui facultas diſpenſandi ſuper matrimonium conceditur, q̃ forte cum impedimento affinitatis occulto inualide fuerat celebratum, ante diſpenſationem (ſi cõmode, & ſine ſcandalo fieri poteſt) coniuges ſeparari curet, uel ſaltẽ ſi abſq. ſcandalo ſeiungi nequeant, ut tanquã frater ac ſoror ſimul habitent. *Genuenſis l. c. nempe c. 25. nu. 5.*

Itẽ ut coniuges de nullitate matrimonii, & conſenſus certiores faciat, ſi abſq. incõmodo, & ſcandalo, ut ſupra dixi, hoc effici ualeat; maximũ nãq. in praxi immineret periculum, ſi mulier quę ante contractum matrimonium, cum fratre, uel alio cõſanguineo uiri in ſecundo gradũ. rem habuit, uellet aliquibus uerbis ad inſtaurandum matrimonium, conſenſum elicere, ut etiam aduertit *Sanch. l. 2. de matr. d. 36. Reginal. l. 31. nu. 276. & ſeq. Molfeſius n. 59. & Corr. a. in reſponſ. caſ. conſ. q. 141. in Addit.* ubi ex Soto, & aliis ait, ſufficere actum maritalem, coniugem amplexandi, oſculandi, & ſecũ congrediendi, cum pro conſenſu hęc habeãtur, nec neceſſarium eſſe de nouo iterum contrahere, quãdo iuxta. *Conc. Trid. ſanctionẽ. ſeſſ. 24. de reformat. c. 1.* publice coram Parocho, & teſtibus celebratum eſt, ac proinde ſatis eſſe, ſi conſenſus pręd̃icto modo renouetur.

Octaua conditio eſt ut literę dilacetentur, quoties in priuilegio id præſcribitur: ſiquidẽ Summus Pontifex aliquando ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendę præcipit, & interdum appoſita conditione, ut parti non ſuffragentur, ſi ei reddantur. Quod tamen in foro externo intelligitur, nam in foro poli etiam ſi parti tradantur, ſuum ualorem non amittunt. *Sanchez. nu. 42. Bonac. nu. 16. Filliuc. nu. 358.*

Cui conditioni adiungitur, vt pro expedienda diſpenſatione nihil omnino exigatur; nam in ſacrę Pænitentiariæ literis hęc clauſula apponi ſolet, Gratis ſubiq. Vbi tamen annotandum eſt, videri ea tñ munera prohiberi, quæ ante expeditionẽ exhibẽtur, ſecus ſi peracta diſpenſatione, aliquid gratitudinis ergo datum reciperet, quod prohibitionis cauſa hic ceſset, ut ait *Sanchez. l. c. d. 45. nu. 14. & Filliuc. nu. 363. Et* vt obſeruat etiam *Gutiarez. c. 128. nu. 2. & Bonac. n. 17.* ea dona interdici cenſentur quibus recipientis animus corrumpi poteſt, & à iuſtitiæ tramite auelli. Nam ut dicitur *in c. Et ſi quaeſt. ext. de ſimon.* Q̃d ſcriptum eſt. *Iſaia. c. 33.* Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere, de illis donis dictum eſt, quæ accipientis animum allicere, uel peruertere ſolent. *vbi gloſſ.* ſubdit,

Muneribus dandis attendas quatuor iſta,

Qui dans, quiue petẽs, qua res, quæ cauſa petendi.

Arg. Platus de Card. c. 10. Menoch. de praeſumpt. l. 5. Praeſumpt. 8. num. 10. & Cherub. in notis ad Bullam 61. Clem. 8.

V. SVPPOSITVM.

QVinto loco premittendum uidetur, Parochũ in ſua eccleſia reſidere dẽre, nã curata bñficia his conferri oportet, qui per reſidentiam, & per ſe ipſos curam exercere valent. Imo non excuſatur Parochus, cui ob ſcię defectũ, vel ob aliã forte cauſam, coadiutor datus eſt, ſiquidem Paſtor de iure diuino ſuas oues agnoſcere tenetur, & parochialia munera præſtare, quæ abſens, & per alium curam exercens, obire nequit. *c. quia nonnulli c. conquerente, & tot. tit. de cler. non reſid. c. licet canon. de elect.*

cleſ.l.6.cōc.Trid.ſeſ.6.de refor.c.1.& ſeſ.7.de refor.c.3 & c.1.de ref.ſeſſ.23.Pius 4.in Cōſt.Incip.in ſuprema.Pius v.in Bulla Incip.Cupiētes Gonzal ſuper reg. 8.Cancell.gloſſ.5. §.9.Vgol in.de offic. Epiſcopi par. 1.c.15.§.3.Garzias de Benef.par.3.c.2.Nau.conſ.21.de cler. non reſid. Molfeſ.tr.6.c.11. Tuſch in v.reſidere.cōcl.249. Reginal.l.30.tr.3 n.49. Barb. de Epiſc par.3. Alleg.53.nu.70. vbi ait Parochos ad reſidentiam aſtringi,etiamſi beneficium modici valoris ſit,& etiāſi in illa Parochia tres, vel quatuor eſſent incolæ. Hinc D. Carolus cum quēdā Cardinalem Epiſcopum eſſet cohortatus ut in eccleſia ſua reſideret,ille uero ſe excuſaſſet, quod non magnam eccleſiam habens, eam potius deberet aliena opera,cuſtodiaq. adminiſtrare,reſpondit,nedum multa millia, ſed animam ſolam,ampliſſimi cuiuſuis Antiſtitis præſenti cuſtodia dignam. *Carolus à Baſ.Pet.in eius vita l 7.c.23.*

Vndeetiam *Miranda in Man. Pralat. tom. 2.q.9.art.5.* ſupradictis authoritatibus adductus, tradit, in vniuerſū oēs Prælatos regulares intra oues ſuas, & intra ꝓprias diæceſes ſine legitima cauſa non reſidentes, mortaliter peccare; & ſi tales ſunt, qui temporales habeant fructus aliquo ſibi ratione deputatos, illos ipſo facto, & abſq. ulla declaratione; ad inſtar parochorum amittere; & in hac ꝑſonali reſidentia generalem Præfectum, aut alium Papa inferiorem, diſpenſare non poſſe.

Populus Iſrael deliquit,cum uitulum adorauit, Id uero quādo accidit,niſi cum Moyſes, qui populo præerat abſuit? Et quamuis in bonum populi,& à Deo uocatus receſſerat, & in montē Syna ad legem populo referendam detineretur,& non niſi ꝑ 40 dierum ſpatium tantū,eius tñ abſentia plebi nimis nocuit. Videant ergo Prælati quantum dāni, & iacturæ gregi ſibi commiſſo afferant, ſi ad libitum,& multis receſſerint diebus.&c.ait *Labata in Appar.cōcinat.v.ſuperior. Prop.1*, vt merito Pius 4. in Bulla Incip. *In ſuprema* cauerit, vt ſi Parochus abſens extra ſuam Parochiā moriatur, bona ex beneficio acquiſita tanquam ſpolia ad Apoſtolicam Cameram pertineant,non obſtante quocunque priuilegio, quo ei permiſſum eſſet ut de illis bonis diſponere poſſet, vt etiam obſeruat. *Vgol.de off.Epiſc.c.15.§.4.& Barb.par.3.de Epiſc.alleg.53.num 94.*

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1.q.ex 3. ſuppoſito reſpondendo,dico Epiſcopum non potuiſſe Lazarum Parochum ab onere diuini officij perſoluendi eximere; ſi per ſe vel ope ſocii, ſi commode eum ſibi aſciſcere poterat, horas canonicas non recitauit: nam onus diuini officij à iure cōi eccleſiaſtico impoſitum eſt; Eps autem regulariter loquendo in illud poteſtatem non habet, ſed tantum ex cauſa in caſu occurrenti, vel dubio, vt dixi, diſpenſare, vel commutare ei integrum foret. vt per *Suarez.tom.2. de relig c.28.num.40. Filliuc.tom.2.tr.23.c.10.nu.304. Bonac.de hor.can.d.1.q.1.p.2.& de legib.d.1.q.2 p.1.* Quippe, ut ſæpe diximus, ad ſolum Pontificē ſpectat, aliquē in vniuerſum, ac in perpetuum, ab horis canonicis dicendis immunem reddere, cum illæ Iure humano canonico ſint præceptæ, & Papa ſuper illud liberas habenas teneat. Qui tamen vt ait *Nauar.de hor.can.c.10.nu.31.* niſi grauis vrgeat cauſa, vix id efficere ſolet: nam & de ſeipſo refert, quod cum literis operam Tholoſæ nauaret, & huiuſmodi diſpenſationem procuraret, à Sum. Pōtifice eā obtinere non potuit; eo quod ex ſe melius eſt orare, quam ſtudere, vel legere, & ut ille dixit, Maledictum ſtudium propter quod diuinum officium relinquitur.

Ad Epiſcopum autem pertinet curare vt ſacri canones, & concilia diſtricte obſeruentur, proinde qui eorum cuſtodes, & executores dicuntur, ſi trāſgrediantur, vel alios tranſgredi permittant, magis quam alij peccāt. *Sot.de ratione teg. vel deteg. ſecr. membro 3.q 2 concl.2* Et ipſe Epiſcopus ſuper canonicas leges diſpenſare nequit, niſi in caſibus ſibi à iure permiſſis, iuxta veriorem *DD.* ſententiam. *Archid.in c.nulli.d.38.Innocent.& Abb. in c. cum ad monaſterium.ext.de ſtat.monach.Barb.p.2.Alleg.33.nu.21*, Et cum diſpenſare contingit, vrgens cauſa, iuſtaq. ratio, & maior quandoq. utilitas, interuenire debet. *ex Conc.Trid ſeſſ.25.de refor. cap.18. Marc.Ant.Gennen.in Man.Paſt.c.92.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2.q.dico nihil referre, ſi Lazarus cum diſpenſationis diploma per ſe ipſum oculorum morbo impeditus legere non potuit, per ſuum Capellanum Doctoratus laurea carentem ſibi legi fecit, cum, vt ſupra dixi in quarto ſuppoſito. Doctoratus conditio ſolum in eo requiritur, per quem literæ expediri debent. Nec ipſa diſpenſatio inualida redditur, eo quod Gabrielem de prioris conſenſus nullitate certiorē non reddidit, illa. n. verba de matrimonii nullitate certiorantis, ex vſu, & praxi conditionem, & formam non important, ſed Confeſſarii inſtructionem de eo quod facere debet, ſi commode, & ſine ſcandalo poteſt; ſiquidem huiuſmodi diſpenſationes ſæpe ſuo valore fruſtrantur, ob varia incommoda, quæ ex parte fœminæ suboriri poſſent, ſi ipſa conſenſus nullitatem neceſſario detegere cogeretur, vt obſeruat. *Sanch.l. de matr. 8.d.34 nu.61.Reginald.l.31.nu.220 Bonac.de legi. d.1.q.2.pun.2. nu.15.* Et certum eſt vt ſcandalum

euite

euitetur, multa contra ius fieri permitti, ut fuſe p ſequitur. *Felynus in c. 2. de praeſcript. & Tuſch. v. ſcandalum. concl. 52.*

Pariter dicendum eſt, Lazarum in excommunicationem non incidiſſe, quod diſpenſationis iā expeditæ literas non dilaniauerit, ſed parti reddiderit, quando id bona fide egiſſet, eum bona fides, obliuio, & incogitantia, à peccato mortali, & per conſequens ab excomunicatione excuſet. Nec non fatendum eſt, diſpenſationem ſuo valore non fruſtrari, ſi poſtquā hæ literæ parti redditæ fuerint, dilacerentur, aut ſine recuperationis ſpe amittantur, quia hæc merito creditur eſſe Sacræ Pænitentiariæ mens, vt hæ literæ non proſint, dum apud partem manſerint, imo ſi apud eam permanſerint, in foro conſcientiæ valere, licet in forenſi tribunali non ſuffragentur, ut omnes DD. ſupra citati aſtruunt.

Quò uero ad illud caput quod in hac quæſtione inſerebatur, an Lazarus rectè fecerit cum illorū infideliū, & Iudęorū, qui ad fidem conuerſi in ſua parochia baptizati ſunt, cōſenſum non renouauit, nec benedictionem eis impertiuit, dico illum iure, & inculpate feciſſe; ſiquidem infideliū matrimonium dum ambo ſalutari lauantur aqua, ſacramentum efficitur, gratiamq. eis confert, nec ad eius firmitatem alius nouus conſenſus, & benedictio requiritur. vt late proſequitur *Sanchez. de matrim. l. 2. d. 9. Coninch. d. 26. nu. 55. & ſeq. Molfeſ. tr. 4. c. 6. nu. 25. contra Bonac. de matrim. q. 2. p. 2. nu. 4.* & alios ibi relatos.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. dicimus, quod etſi Epiſcopus, & Vicarius unum tribunal conſtituant. *c. 2. de conſib. l. 6. c. Romana. de app. l. 6. Lazarius. de monit. ſect. 1. q. 6. Sbrozius de off. Vicarij. l. 2. q. 171. Tuſch. v. Vicarius. concl.* 186. quęd am tamen niſi ſpecialiter ei mandentur, ac concedantur, agere, & explicare nequit. *c. qui generaliter. de procur. in 6.* Vnde *Nauar. in conſ. 11. de priuileg. & Sanch. l. 2. de mat. d. 40. nu. 17. Gutierez. c. 42. & Barboſ. de Epiſc. p. 2. alleg. 39. nu. 11. & par. 3. alleg. 54. nu. 59.* & alii, cōmuniter aſſerunt, Vicarium Epiſcopi ex generali commiſſione Vicariatus, non gaudere poteſtate, quæ Epiſcopo datur, *à Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 6.* niſi id ſpecialiter committatur. Hinc etiam dicit *Zerula in praxi pœnit. c. 14 q. 19.* ad cognoſcendum quomodo Epiſcopi poſſint, uel debeant, authoritatem ſuam Pœnitentiario, uel alteri, concedere, ad hoc ut ab omnibus caſibus, & cenſuris Epiſcopo reſeruatis, abſoluere valeat, non ſufficere ſi ſolum ſuos caſus reſeruatos impertiat, cum caſuum appellatione cenſuræ non ueniant, ſed debet explicite concedere abſolutionem à caſibus, & cenſuris, diſpenſationem uotorum, irregularitatū, ſuper quibus pſe Eps diſpenſare poteſt, ea. n. quæ ſpecialiter concedi ſolent, ſub generali conceſſione non cadunt. *c. fin. de off. Vicar. l. 6.* Secus ſi diceret, Do tibi omnem meam facultatem in foro conſcientiæ; nā ſufficeret intentio ipſius omnia prædicta unico uerbo conedcatis, per illam regulam,

Quidquid agunt homines intentio iudicat oēs. hæc ille.

Quando vero Epiſcopus ei prædicto modo facultatem abſoluēdi, & diſpenſandi virtute *d. c. liceat.* commiſit, non dubium eſt eam poſſe alijs demandare, ac ſubdelegare (vt etiam dc Pœnitentiario DD. dicunt.) *Nau cōſ. 21. de pœnit. & remiſ. Tuſch. v. vicarius concl.* 185. *Marc. Anton Gennen. in Praxi Neap c. 67. Arg. Zerula l. c. q. 17. Riccius in praxi var. reſol reſol.* 179.

Ideo ad dignoſcendum an valeat abſolutio data à Lazaro Parocho ſuper excomunicationem, quam Eugenius ob ingreſſum monaſterij monialium contraxerat, quam Vicarius ei demandauit, videndum erit, quouſq. eius poteſtas ſe extendat: ex conceſſionis namq. tenore ab Epiſcopo factæ, id innoteſcere poterit, vt ait. *Vgol. de Epiſcop. c.* 15. §. 7. & nos tradidimus in *Comment. de hum. vitę ſtat. par. 1. c. 7.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. reſpondendum duximus, non licuiſſe Epiſcopo Lazarum à reſidentia perpetuo eximere, & concedere, vt p ſubſtitutū parochialia munia obiret, etiam ſi curatum beneficium ſit tenue, vt patet ex iuribus, & authoritatibus in quinto ſuppoſito adductis. Si tamen Lazarus oculorū morbo laboraret, & in loco parochię medicorum, medicinarūue defectu, curari non poſſet, tūnc triū, vel quatuor menſium dilatio dari potuiſſet, vt in vicinioribus locis ſanitatis cauſa maneret, vel ad balnea etiam aliquantulum diſtantia ſe cōferret, ſi peritorum iudicio id profuturum credebatur, interim ab ipſo Ordinario ī Parochia idoneo uicario cū cōgrua portione, ex redditib. eccl æ parochialis, conſtituto. *Garzias de benef. p 3. c. 2. n. 179. Zerula in Praxi Epiſcop. v. reſidentia* §. 7. & 9. *Barboſ. p. 3. alleg* 53. *nu. 90. Sanch. l. 3. de mat. d. 31. n. 11. & 15.*

Innocentius Sextus integerrimæ vitę, ac maxime ſapientiæ vir, poſt coronationem ſtatim conſtituit, vt omnes Prelati, omneſq. qui curata beneficia habebāt, ad eccleſias ſuas ſub anathematis pæna proficiſcerentur: dicebat enim oues paſcuas à proprio Paſtore, non à mercenario cuſtodiri debere, quod ſi non poſſent, renuntiarent. *Platina in eius vita. Daur. in Flor. exēpl. c. v. tit. 59. exemp.* 1.

Diſcat

Digitized by Google

niſter facultatem habeat ab Epiſcopo, vt ab homicidio abſoluere poſſit,& eum abſoluerit, ſit rite à perpetrato aborſu abſolutus. Et quid in his caſibus Parochus conſulere debeat.

I. Q. RESSOLVTIO.

Et conſectaria documenta.

RESp.cũ hoc loco præuijs inſpectionib.& ſuppoſitionibus opus eſſe nõ videatur,ad qq reſolutionem calamuũ vertimus.Et ad 1.q.dicimus. Primo ex probabiliori ſententia, abſq.graui culpa, niſi bona fides,vel Superioris licẽtia eũ excuſet Lactãtio nõ licuiſſe Euphemiæ neptis tutelã ſuſcipere, ſiue ea ſit teſtamẽtaria, ideſt tributa in teſtamẽto à patre filijs ſuis; ſiue datiua, quæ à Iudice deſignatur, quando tutor legitimus, ſeu teſtamentarius nõ adeſt, aut ſi aliqui ſunt illam ſubire nolunt; ſiue etiã ſit legitima, quæ à lege conſanguineis ab inteſtato ſucceſſuris defertur, quando pater nullum in teſtamento tutorem deſignauit; Cum regularibus, ac religioſis munus hoc ne à diuinis miniſteriis auocẽtur, interdicatur. §. *Deo autem amabiles.collat.9. in Authen.de ſanctiſs.Epiſcop.c.fin. diſt.86.c.generaliter. 16.q.1. Roſella in v.tutela num. 2. Molina tom. 1.de Iuſtitia diſp.221. Io.Bapt.Coſta de ſubſid.remed.remed.72.n.7.Sanchez.l.6.de præcept c.14.n. 25 & ſeq.* Vbi etiam hanc poſitionem extendit, vt nec miſerabilium perſonarum tutelã aſſumere teneantur, inter quas pupilli, etiam ſi diuites ſint, cõnumerãtur. *vt per Menochium de arbit.Iud.l.2.caſu 66.Tuſch v.miſerabiles.concl.263.Roland.à Valle. l.1.conſ.76.* Non enim apparet quomodo religioſi ad hoc obligari poſſint, cum nec bona poſſideant, quæ pro tutela adminiſtranda vlli obligationi ſubiiciant, & tutelæ officium valde à religioſo ſtatu ſit alienum. *Gutier.de tutel.2.p.c.9.*

A primis ſeculis chriſtianæ religionis diſplicuit, clericos, ac Dei miniſtros huiuſmodi negotiis implicari; quãto magis ea munera religioſis denegaſſent. *D.Cypr.ep.66.* Merito miratur *Cardin. Baron. tom.2.Annal.eccl. anno* 257. zelum Epiſcoporum, qui multis ciuilibus legibus tutelæ fauentibus, ab hac lege ſancienda non ſunt deterriti, quæ eccleſiaſticos ab eo munere liberat, quæ pietatem ſapit.

Nec omittam ex Paulo Montano in *tract.de tutelis.c.26.* tutelam affectantem, de improbitate ſuſpectum reddi, ut ſi per interpoſitam perſonam, ſe tutorem ſcribi teſtamento fecit, vel à Prætore dari, forte aliquo dato, vel promiſſo; nam vt ſubdit ex Menãdro. Hoc tempore plus audacia quàm ſapientia valet.&c.

Secundo dico non bene egiſſe Lactantium, qui matrimonii inter Henricum, & Euphemiam contrahendi author, & conciliator fuit, nam vniuerſaliter loquendo. Primo hæc actio religioſum dedecet, qui quò ad poteſt, chriſtianos omnes ad maiorem perfectionem, hoc eſt ad virginitatem, & uitã cælibem conſeruandam hortari debet, iuxta illud *D. Hier.ep.2.ad Nep.* Prædicator continentiæ nuptias ne cõciliet. Sec͠do multa incommoda inde ſeq ſolent, qui enim coniugium inter innuptos ineundum ſuſcipit, ex facili procorum odium comparat, qui puellam, uel forma, uel diuitiis præſtantem, ſibi expetebant. Hanc ubi ſibi ereptam uidẽt, ac alii tradita, perſuaſione religioſi, qui earum nuptiarũ interpres fuit, prædam ſibi è manibus effugiſſe opinantur. Hinc illud iracunde à multis ſcomma prolatum, Iam nullũ matrimonium, niſi uel eccleſiaſticis viris, uel religioſis conciliatoribus, fieri. Deinde ſæpe accidit, ut coniuges naſcente inter eos diſcordia, uel propter morum diuerſitatẽ, uel ob aliã cauſam, illi iraſcantur, & aduerſus eum odium concipiant, qui primus de ſuo cõnubio uerba fecit, eiq. male precẽtur. Vt merito huius incommodi timor. SS.viros, Ambroſiũ, Auguſtinum, Carolũ Borromæum, & alios ab huiuſmodi conciliationibus deterruerit. teſte Poſſidio ĩ vita *S. Aug.c.27.N.Carol. à Baſ.Petri l.3.vita D.Carol.c.9. Nigron. de negot. ſecul.tr.1.c.2.§.14.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2.q.dico ex iuris rigore, ſponſum ad fidem ſponſalium, quæ ualida ſint, ſeruandam cogi potuiſſe, qñ Euphemia occulte à Lucio uiolata foret, cuius vitii ſi ſpõſus cõſcius fuiſſet, licet poſt aliqualiter dubitaret ab eis iuſte reſilire valuiſſet. Sicuti etiam dicimus coniugem adulterum occultum, ius debitum exigendi non amittere, ſed poſſe petere, licet coniux innocens alterum fornicatum eſſe ſuſpicaretur. Leuia enim indicia, ad eum ab hoc iure in foro conſcientiæ eximendum, non ſufficerent; ſiquidem alter non ſe prodere, nec ſuum crimen fateri tenetur: nec innocens ius habet, eundem hoc exigendi iure ſpoliandi, donec eius delictum ſufficienter conſtet. *Sanch.l.1.de matr.d.68. l.6.d.27.& l.9.d.20.nu.11.Coninch.d.13.dub.12. num.97.Reginal.l.31.num.267.Gutierez.c.34.nu. 10.Bonac.de matrim.q.4 p.5.num.22.Sà in v.adulterium.num.3.Filliuc.tom.1.tr.10.c.8.q.11.* & alii magis communiter contra alios aliter ſentientes.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3.q. aſſerimus, Euphemiam grauiter peccaſſe, & eccleſiæ præcepto, ob confeſſionem inualide factam, non ſatisfeciſſe, ſi ſola intentione temporalis commodi conſequendi, aut incommo-

do

do uitandi fiat, excluſo expreſſe principali fine, qui eſt reconciliatio cum Deo, ſeu peccatorum remiſſio. Non vero ſi is finis ab ea ſit propoſitus, dato & quod confeſſionem nullatenus feciſſet, ſi talis commodi, uel incommodi motiuum non interueniſſet: ſiquidem inter conditiones quas legitima exigit confeſſio, illa connumeratur, ut ſit pura. i. cum debita intentione inſtituatur, ad Deũ ob perpetrata delicta placandum. Secũdario nihilominus poteſt confitens, ſicut & aliud opus bonum faciens, aliqd aliud ſpectare, dummodo licitum ſit, vt in aliquo imminenti periculo conſilium, alicuius infirmitatis, vel infortunij euaſionem, &c. quia ut DD. loquuntur, cauſa impulſiua, & motiuum ſecũdarium principalem finem non excludit. *Reginald. l. 6. c. 3. n. 64. Henriq. de pœn. l. 5. c. 3 n. 3.* vbi ex D. *Ant. 3. p. tit. 14. c. 19.* §. 15. ait, quod ſi quis infamia, uel inferni timore, tempore præcepti confiteretur, aliàs non confeſſurus, eccleſiæ præceptum non impleret, quod interpretandũ eſt, inquit, ſi expreſſe excludat, ſecus tamen ſi eſt in habituali animæ fragilitate, ut ſecluſo eo motiuo, animam ſuam non expiaret, prout alibi in materia de pœn. ſacramento diximus. vt etiam per *Tab. in v. confeſſio nu. 7. Sylueſ. nu. 9.* Et ut ait *Zerula in praxi pœn. c. 1 q. 1.* in hunc lapidem multi impingunt, qui quodammodo coacte confitenſ, raro enim aut uix ſemel in anno, ad pœnitentiæ ſacramẽtum accederent, niſi præcepto adigerentur: & potius formidine pœnæ, quàm uirtutis amore, abſq. vera contritione hoc agunt, quia textus *in c. omnis ext. de pœnit. & remiſſ.* ſancit vt viuus ab eccleſia arceatur, & mortuus eccleſiaſtica careat ſepultura. Cum nihilominus homo chriſtianus tria præcipua ad uirtutem incitamenta, & præſidia habeat, nempe rite, & recto fine factam confeſſionem, ſacram Euchariſtiam, & concionem. Hinc *David in virid. chriſt c. 36.*

Quid mage chriſtiadas virtutis ad ardua ducit?
Concio, rite piare animũ, & ſacroſancta ſynaxis.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. reſpondendo hanc reſolutionem affirmus, tàm Lactãtium, quàm Euphemiam, & Sebaſtianũ Medicum, qui quocunq. mõ abortũ procurarunt, & in lethalis culpæ reatum, & in excommunicationis cenſuram à Sixto V. latam (cuius abſolutio Epiſcopo reſeruatur) incurriſſe. Siquidẽ non licet fœminæ, neq. alii, quò famam, uitamq. tueantur, quæ probabili ſunt periculo expoſita, fœtus conceptionem impedire, aut ipſius etiam nõdum animati abortum procurare; hoc. n. eſt intrinſece prauum: nec ſunt facienda mala, ut eueniant bona. c. denique 4. q. 5. teſte *Sanchez.* quem pene omnes ſequuntur *de matr. l. 9. diſp. 20. nu. 10. Bonac. de contract. d. 2. q. ult. ſect. 1. p. 8.* Et cõis eſt ſnia, ut alibi dictũ eſt, abortũ efficere, vel quocũq. mõ ei cõſentire, fauere, uel cooperari, mortale peccatũ ſecũ inuoluere, ſiue impediatur fœtus ne concipiatur, ſiue ut iam conceptus ante animæ rationalis infuſionem eiiciatur, ſiue ut iam animatus excludatur: his. n. tribus modis abortus contingere poteſt. Ratio eſt, quia ſemper ad tollendam hominis uitam tendit: & quando non eſt animatus, etiam tunc naturæ ordini repugnat, cum ab ea fœtus concipiatur, ut animetur, animatus in lucem edatur. Eſt autem leuius, uel grauius delictum, prout ad animationem, & ad perfectum homicidium accedit. Quare grauis erit culpa, ſi conceptio impediatur, grauior ſi poſtquam eſt conceptus, grauiſſima, poſtquã eſt animatus. In quo poſtremo gradu, & irregularitas contrahitur, & excommunicatio lata à Sixto V. in Conſtit. incip. *Effrenatam.* cum moderatione Greg. XIV. in Bulla quæ incipit *Sedes Apoſtolica.* Per quam pœnæ priuationis, inhabilitatis, degradationis, traditionis curiæ ſeculari, & præuentionis, ab ipſo Sixto V. impoſitæ non tolluntur, ſed ſolum eius rigor tẽperatur in partem quò ad abſolutionem à peccato, & excommunicationem in foro conſcientiæ tãtum, Ordinario, ut dixi, reſeruatã, ita tamen vt ab ea abſolui poſſit per quemlibet approbatum Cõfeſſarium habẽtem ab Epiſcopo ſpecialem delegationem. Quando vero fœtus non eſt animatus, Sixti Conſtitutio In totum tollitur, & ad terminos iuris cõis reducitur. *vt in c. ſicut. el 2. & c. ſi aliquis. ext de homic.* Mari vero fœtus in mare dicitur per infuſionẽ animæ rationalis, poſt 40. dies. ſed in fœmina poſt 80. Quod ſi dubitatur an maſculus, uel fœmina ſit, poſt 40. dierũ ſpatiũ mas, & afflatus eſſe præſumitur, vt proinde abortui eà uſam prægnans, etiam ſi dubium ſit an fœtus rationali anima ſit præditus, quia de facto dubitatur, irregularitatem, vt dictum eſt, & excommunicationem non effugiat; nam in tali dubio facti, quis irregularis, & cenſura innodatus cenſetur, quò ad priuationem ſuſcipiendi ordines, atque in illis adminiſtrandi. Secus vero quò ad alias pœnas, quæ à Iudice pro irregularitate, & cenſura imponi ſolent, qualis eſt beneficiorum priuatio, & huiuſmodi, pœna. n. ordinaria certo delicto ſtatuta, delicto dubio infligenda non eſt, ſed extraordinaria, pro dubii qualitate, &c. *Sayr. in clau. reg. l. 1. c. 13. n. 24. Suar. de cenſ. d 40. ſect. 6. n. 6. Salas. 12 q. 21. tr. 8. d. 1. ſect. 19 nu. 176. Vaſq. 1. 2 q. 19. art. 6. d 66. c. 1. nu. 5. Sanchez. de præcept. l 1. c. 10. nu. 43. & 45. Farinac. de homicid. q. 122. p. 6. nu. 138. Barboſa. de Epiſc. par. 3. alleg. 51. caſu 9. Fillinc. tom. 2 tr. 29. c. 6. q. 1. Duar. in Bulla Cœna Domini. l. 1. c. 3. q. 5. Quaran. in ſumma Bullary. in v. abortus. Menoch. de arbit. Iud. ca-*

Digitized by Google

à peccatis prius abſolutionem obtinere, cum mulraſieri prohibeantur, quæ tamen facta tenent, vt per *Caiet. in v. abſolutionis impedimenta Con. in c. a nobis iter par. 1. §. 6. concl. 3. de ſent. excomm. in 6. Nau in c. fratres num. 48. de penit. diſt. 5. Zerul. in praxi penit. c. 21. q. 5.* vbi inferunt, hoc eſſe antidotum quo multorum Deum timentium animabus confeſſarius medeatur, & eoſdem conſoletur, qui excommunicati confeſſi ſunt, ignorantes ſe tales eſſe, ſi enim bona fide peccata ſua aperuerunt, neq. ſe excommunicationis cenſura ligari meminerint, & à peccatis abſoluti fuerint, conſulendum eſt vt ab excommunicationibus quidem abſoluantur, non autem vt confeſſionem reficere teneãtur. Atq. huc facit quod in conflictu opinionum, ſi commode fieri poteſt, ſemper pro æquitate contra rigorẽ pronunciandũ eſt. *gloſſ. in c. ſuam ext. de pœnis. Menoch conſ 401. nu. 319. Natta conſ. 136. nu. 10. & conſ 452. nu. 43. Farinac. in qq crim l. 1. q 27. num. 116. Azor. p. 1. l. 2. c. 11.* Hinc & *Ariſt. lib. 5. Ethicorũ 5. c. 10.* Æquus vir eſt, inquit, qui ius in peiorẽ partem exactè nõ amplectitur, ſed de ſuis commodis, detrahi patitur, & ſi lege tueri ſe poſſit.

QVÆSTIO. XXXI.

An votum caſtitatis ſubſequens promiſſionem cum aliqua contrahendi, ſit iuſta cauſa ſponſalia diſſoluendi. Numquid in ſponſalibus mutua debeat eſſe verbalis promiſſio. An quod ſponſa à ſponſo accepit, vt à ſponſalibus reſiliret, ſit reſtituendum. Num ſponſalia inualida publicæ honeſtatis impedimentum præſtent.

CONſtantius adoleſcens parentibus orbatus Margaritę puellæ, quę elegãtis formę ſibi videbatur, & ſub auiæ ſuæ poteſtate conſtitutæ promiſit ſe illam in vxorem ducturum, & coram teſtibus cũ iurõ fidem dedit, ipſa tamen nõ expreſſe repromiſit, ſed promiſſionem acceptauit dicens, ago tibi gratias. Poſtea pœnitendo animum mutauit, & perpetuam caſtitatem quaſi ex improuiſo vouit, & vt facilius à ſponſalibus etiam reſiliret, centum aureos dictę Margaritę reclamante tamẽ ipſa auia, largitus eſt. Interim Margarita ob peſtilentialem febrem, breui tempore à morte correpta, ſentiens ſe difficile caſtitatem ſeruare poſſe, vellet Luciam defunctæ ſororem in matrimonio ſibi coniũgere, quæritur, an poſsit, & quomodo in hoc caſu ſe gerere debeat Parochus.

RESPONSIO.

QVadruplex in præſenti caſu videtur inuolui difficultas. Prima eſt an votũ caſtitatis ſubſequens promiſsionem cum aliqua contrahendi ſit iuſta cauſa ſponſalia diſſoluendi. Secũda an in ſpõſalibus neceſſario mutua expreſsis verbis debeat eſſe promiſsio. Tertia an acceptum à ſponſa vt à ſponſalium contractu reſiliat, poſsit in conſcientia retineri. Quarta an ſponſalia inualida publicæ honeſtatis impedimentum patiant.

I. Q. RESOLVTIO.

REſp. Primæ difficultati ſatisfacio dicẽdo, ſpõſalia non ſolum per actualem ingreſſum religionis, ſed etiam per ſimplex votũ caſtitatis, modo ſit deliberatum, & validum, poſt ipſa ſponſalia emiſſum, diſſolui; quandoquidem in ſponſalibus iſta conditio ſubintelligitur, niſi perfectior vitę ſtatus eligatur, non enim chriſtianam perfectionem impedire debent; cum autem per caſtitatis votum excellẽtioris, & gratioris Deo ſtatus electio fiat, vt de fide determinatum eſt, ſequitur, per caſtitatis votum Deo factum, ſponſalia dirimi, & ipſorum obligationem ceſſare. Quod verum eſt etiam ſi dicta ſponſalia iuramento firmata ſint, cum iuſiurandum iniquitatis, vel iniuſtæ promiſsionis vinculũ eſſe non debeat. Licet, vt alibi animaduertimus, aliud cenſendum ſit, quando quis poſt defloratã virginem cum promiſſione matrimonij, ipſum caſtitatis votum nuncupauit. Ita quidquid aliqui, præſertim. *Graff. l. 2. Deciſ. aur. c. 79. nu. 8.* ſentient, reſoluit ex communi. *Bonac. q. 1. pun. v. nu. 13. & Gutierez. c. 16* cõtra *Sanch. l. 1 diſp. 46. n 9 Reginald. l. 31. n. 259. Mol. ſ. tr. 4 c. 5. nu. 32 & alios* Quorũ tñ ſententiam etiam in praxi quis ſequi poſſet, cum Deus non acceptet promiſſionem in alterius præiudicium factam. &c.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. difficultatem reſpondetur, in ſponſalibus neceſſario mutuam eſſe debere promiſsionẽ, nam ſpõſalia nihil aliud ſunt, quàm mutua futuri matrimonij pmiſſio, propterea ad eorum validitatem non ſufficit vt vnus tantum promittat, ſed vterq. & promittere, & promiſſionẽ acceptare dẽt. Quod ſi vnus nõ ſpondeat, ſed ſolum alterius ſponſionem admittat, ut ſi dicat placet, vel accepto, vel gratias ago de tanto beneficio, non dicitur ſponſalia celebrare, & per conſequens ratione ſponſalium promiſſioni ſtare non tenetur. *Sanch. l. 1. d. 5. nu. 1. Gutiarez. c. 5. Bonac. q. 1 pun. 1.*

III. Q. RESOLVTIO.

TErtię difficultati ſatisfit dicẽdo, quod ſi Margarita huiuſmodi pecunias accepit ob recõ-

penſationem alicuius damni, ex diſſolutione ſponſalium de futuro ſibi obuenientis, vt ob aliquod famæ detrimentum, quod fortaſſe erat paſſura eo ꝙ Conſtantius, ob votum caſtitatis ſuperueniens, à contractu ſponſalium reſiliebat, ſi illi opinioni adhærendū ſit, quę tenet votū caſtitatis poſt cōtracta ſponſalia nuncupatum, illa non vitiare, quia cum per talem promiſſionem præſertim iuramēto roboratam, puella aliquam actionem in promittentem acquiſierit, videtur eum in præiudicium ſuæ creditricis conſiliū mutare nō potuiſſe, maxime cum illud votum ex ſubito pene mentis impetu emiſſum, requiſita deliberatione carere videatur. Confirmatur, quia ſi Conſtantius illos centum aureos alicui tertio ea intentione dediſſet, ut à dicta puella etiā ſub auiæ poteſtate conſtituta, remiſſionem ꝓmiſſionis ſponſaliuṁ obtineret, certum eſt illam tertiam perſonam non teneri ad reſtituendas pecunias ſibi ob dictam cauſam impenſas, igitur nec Margarita cui ex fracta fide eſt illata iniuria, & illa centum à Conſtantio ob relaxanda promiſſa offeruntur, tenebitur illa reſtituere. Præterea quamuis regulariter pœna in ſponſalibus appoſita inualida ſit, ne matrimonij libertas impediatur. *c. gēma. de ſponſ.* quando tamen ratione alicuius damni emergentis, ſeu noīe iniuſtitiæ quò ab iniuſte promiſſionem ſponſalium violante, adhibetur, iuſte peti poteſt, nec ob eam cauſam donatum reſtitutioni obnoxium erit. *Bета p. 1. reſp caſ. conſ. caſu 1. Sanch. l. 1. d. 30. Coninch d. 22. dub. 5. Bonac. d. 1. pun. vlt.*

IV. Q. RESOLVTIO.

QVartæ difficultatis nodus ſic diſſoluitur, ꝙ ex ſponſalibus inualidis publicæ honeſtatis impedimentum non conſurgit Nam *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. c. 3.* duo præcipue ſtatuit. Primo nulla ſponſalia, quæ iure non ſubſiſtunt, matrimonium impedire. Secundo vbi valida ſunt, illud non niſi vſq. ad primum gradum incluſiue dirimere. Hinc ſequitur, publicę honeſtatis impedimentū nō induci, qñ quis ficte conſenſit cū mutuus, & uerus aſſenſus ad valorē, & eſſentiam matrimonij exigatur. Item ex eijdem ſponſalibus metu, aut errore, ſeu etiam ſine mutua promiſſione cōtractis, nullum naſci impedimentum. Infertur etiam arguendo à minori ad maius, publicæ honeſtatis impedimentum non ſolum ex ſponſalibus conſurgere, ſed etiam ex matrimonio rato produci, & vſq. ad quartum gradum extendi, ita vt vir mortua vxore, ante conſummatum matrimoniū, vxoris conſāguineam vſq. ad quartum gradum ducere nō poſſit. vt declarauit Pius V in Conſtitut. Incip. *ad Romanum.* Quodquidem matrimonium modo ex defectu conſenſus inualidum non ſit, ipſum publicę honeſtatis impedimentum inducit. vt per *Sanch. l. 7. diſp. 70. nu. v. T uſch. v. matr. concl. 140. Bonac. q. 3. puncto 11. Molf. ſ. tr. 4 c. 10. num. 72.* & alii communiter.

Conſectarium monitum.

POrro in publicæ honeſtatis obice, quod ex validis ſponſalibus, & matrimonio ratonaſci ſolet, diſpenſare ad ſolum Summum Pōtificem qui iuri communi præeſt, pertinet. *vt per DD. in c. ſignificaſti ext de elect. & Euerard in top. leg. in loco à plenit. poteſt. Con. de ſponſ. par. 2 §. 6. num. 6.* Verum quādo hoc impedimentum ſimul cum illo affinitatis concurrit, vtrumq. in petitione diſpenſationis explicandum eſt; ut qui ſponſalia cum Lucretia celebrauit, p. ſtea cum Lucia Lucretiæ ſorore copulam habuit; neutram enim ducere poteſt, ob impedimentum publicæ honeſtatis ex ſpōſalibus cū Lucretia celeb. atis conſurgens; ꝙ matrimoniū cum ipſius conſanguineis in primo gradu dirimit. Neque Lucretiæ ipſi nubere valet, cū affinitatis impedimentum obſtet, ortum ex copula cū Lucia eius ſorore habita, quod matrimonium uſq. ad ſecundum gradum diſſoluit, ut communis eſt omnium ſententiā, curiæ praxi comprobata, à qua omnium legum interpretatio ſumitur. ut per ſcribentes *in c. dilecti. ext. de conſuetud. & in l. labeoſſ. de ſtatu liber. & in c. ex. literis de conſtit. Roland. à Valle tom. 2. conſ 2. num. 8 Hyppol. de Marſ. Singul. 118.*

QVAESTIO XXXII.

An Epiſcopus ſuper diuini officij recitatione diſpenſare poſſit. Num qui non eſt Doctor poſſit Pœnitentiaria literas legere, ac aperire. Nunquid qui ſuper matrimonio inualido diſpenſat, coniuges de nullitate prioris conſenſus admonere teneatur. Et an poſt executas, literas dilaniare neceſſario debeat. Coniuges infideles ſi conuertantur, ac baptizentur, an matrimonium renouare teneantur. Vtrum Vicarius vi. cap liceat delegare poſſit abſolutionem Summo Pontifici reſeruatam. An Epiſcopus poſſit Parochum à riſidentia eximere, & ſimplex beneficium cōferre. Vtrū bona Parochi morientis extra Parochiam ſpectēt ad Cameram Apoſtolicam, &c.

LAzarus Sacerdos in urbe Parochus uir eruditus, & in ſacra Theologia Laureatus, cum oculorum morbo laboraret, nec perſpicillorū uſu, ad legēdum, & ſtudijs incūbendum, iuuari poſſet, ab Epiſcopo ſuo per diſpenſationem obtinuit, ut loco horarum canonicarum, quas perſoluere ſolebat, coronam B. V. M. recitaret. Secundo cū ad eſſ

S. Ro-

S. Romana Pœnitẽtiariæ literæ eſſent directæ ut diſpenſaret ſuper quodđam inualidum matrimonium, ob impedimentum affinitatis occultum, vt quia v. g. Lucretia cum Marthæo conſobrino ſui viri Gabrielis ante matrimonium contractum rẽ habuiſſet, poſtq̃ ope Andreę ſubſtituti ſui eas legit, & executus eſt, de nullitate, ut aiũt, conſenſus, con iuges certiores nõ fecit, nec ipſas literas ut in Bul la præcipiebať, dilaceranit, ſed parti reſtituit. Nec nõ cũ duo cõiuges Hebræi ad fidẽ cõuerſi, in ſua Parochia ſint baptizati, nouũ conſenſũ renouare, & ſacrã benedictionẽ dare omiſit. Tertio cũ Eugenius ſuus ſubditus in quoddam ſanctimonialium monaſterium ad malum finem eſſet ingreſſus, & res eſſet occulta, abſente nũc Epõ, ab eius Vicario facultate vi Concilij Trid. obtẽta, eum à cenſura ab ſoluit. Quarto cum beneficium ſit tenue, & capel lanum, vel ſubſtitutum habeat, idem Epiſcopus vt aliquod ſolatium ei triſtitia, & mœrore confecto afferret, eundẽ à reſidẽtia perpetuo exemit, & aliud ſimplex beneficiũ ei cõtulit. Quinto cũ ad oculorũ morbum depellendum, & ſanitatem comparandam, ad balnea longe ab vrbe acceſſiſſet, extra patriam, & parochiã, repentina morte, ex melancholia inducta, ex hac vita deceſſit. Vnde hæ quæſtiones reſoluendæ inſurgunt. Prima an Epiſcopus eũ ſuper diuini officij recitatione lege ſoluere potuerit, vel commutare vt eius vice B. M. calculos, vel coronam recitaret. Secundo an cum nõ per ſe ipſũ ſed per alium, ideſt per ſuum Capellanum ſimplicem Sacerdotem, literas legerit, & ſuper matrimonio diſpenſando coniuges de conſenſus inualiditate nõ admonuerit, ipſum matrimonium valeat; & an literas non lacerando, in cenſuram aliquã inciderit, & an peccauerit, cum illorum coniugum Hebræorum ad fidem conuerſorum, conſenſum non renouauit, nec ſacram benedictionem impertiuit. Tertio vtrum abſolutio à Lazaro Eugenio impenſa, iure ſubſiſtat, &c. Quarto an Epiſcopo licuerit eũdem Lazarum à reſidentia eximere, & illud ſimplex beneficium ei conferre. Quinto nũquid cum extra parochiam mortuus ſit, eius hæredes in beneficij bonis ab inteſtato ſuccedant, vel potius tanquam ſpolia ad Apoſtolicam, ut aiunt, cameram pertineant.

I. S V P P O S I T V M,

& prima praxis inſpectio.

SVppono, & præmitto Primo, pretioſiſſimum, & gratiſſimum ſenſum oculorum eſſe, cum ſit omnium membrorum lucerna, & propterea in eminentiori corporis parte ſedem ſortitus eſt; & cum teſte *Philoſopho in 2. de anim. c. 9.* oĩum ſẽſuum præſtantiſſimus ſit, eius priuationem maximum animi mœrorem naturaliter inferre neceſſe eſt. Vnde Lipſius in epiſtolis cõqueritur, Gemina ſidera mea caligare incipiunt, & ad vitrea auxilia deuolui. Et merito Tobias nullũ ſe habere poſſe gaudium cenſuit, qui corporeo viſu careret, quod non modo ad legendum, ſtudendum, & ad animi lætitiam, & rerum multarum ſcientiam adipiſcendam, quam omnis homo naturaliter deſiderat, ſit neceſſarius, ſed etiam ad illa omnia, quæ animalium vita requirit: nam viſus inquit idẽ philoſophus, ineſt aĩalibus ſalutis cã, vt ad alimenta moueaĩ, & nociua fugiãt. Hinc ſolis, lunæ, ſtellarũ, maris, terræ, herbarum, florum, fructuum, fluminum, camporum amœnitatis, aliarumque rerum innumerabilium, non modicam affectentium voluptatem, aſpectu priuari, maximũ fuit Ægyptiorum ſupplicium. Sicuti etiam in ſimili, cum maris imperium Mitylenenſes tenerent, ſocijs qui deſciuerant, hanc pœnam inflixerunt, ut liberos ſuos, nec literas, nec liberales artes docerent, omnium ſuppliciorum hoc grauiſſimum cenſentes, in inſcitia, & ignorantia vitam tranſigere. Nã vt ait Cicero pro Archia poeta, literarum ſtudia, & ſcriptiones, pro ſolatio tempore aduerſitatis ſunt, cum teſte *Apoſt. Rom. 15.* per conſolationem ſcripturarũ potiſſimum diuinarũ, pacem habeamus. *In Bin. in Tob. c. 5. verſ. 12. Thol. in ſyntag. lu. p. 3. l. 31. c. 36.*

II. S V P P O S I T V M.

SEcũdo præmittendũ eſt, bonam valetudinem humanæ felicitatis maximã partem eſſe, ea. n. neglecta, nulla eſt cæterarum rerum voluptas. Et nemo proſperę valetudinis pretium ponderat, niſi qui morbis exercetur. Ac inter ſumma Dei, ac naturæ beneficia, hoc vnum tanti eſſe debet, vt ex hoc tota vitę degendę, recteq. agendi ratio dependeat. Vnius ſolius dentis dolor, aut extremi digiti, vel oculi affecti ſenſus, ſic mentem, animumq. totum hominis rapit, vt nec legere, nec cogitare, nec vlli rei intendere libeat. &c. Ideo Sapiẽs *Eccl. c. 30.* Melior eſt, ait, pauper ſanus, & fortis viribus, quàm diues imbecillis, & flagellatus malitia. Ex quo cõficitur, animi, corporiſq. ægritudines, malum eſſe quoddàm, & pœnam, Deoq. auctore eſſe propulſandas, quod ingentia bona impediant, quę quiſq. vel Deo deferret, vel ſibi, ſeu communi bono, ſanus ac valens impenderet. *Crebet. de Bud Perfect. l. 1. c. 11. & tradidi in Comment. de hum. vita ſtat par. 2. c. 8.* Ideo optima cum ratione corporis, ac ſanitatis cura ad virtutum maxime exercitium laudatur *à gloſſ. c. at ſi Chriſtus. ext. de iureiurãdo. & D. Ant. p. 1. tit. 6. c. 2. §. 2. Aſtius. de inſtr. par. 1. c. 42. Iacob. Fulig. in vita Card. Bellarm. c. 6.* Et propter valetudinẽ tuendam, vel amiſſam recuperandam, multa à iure conceduntur. *Vt per Pariſium de reſignat. l. 5*

34 *num. 12. & Bonacinus. num. 3.*

Tertia conditio eſt, vt Confeſſarius non niſi ex iuſta cauſa diſpenſet, propter quam Pontifex diſpenſandi facultatem demandauit. Triplici vero de cauſa potiſſimum diſpenſationes ad contrahenda matrimonia conceduntur, nempe Primo ex defectu dotis. Secundo ex defectu viri inęqualis. Tertio ex timore incontinentiæ. *Sanchez. l. 8. d. 19. Reginal. l. 31. nu. 194. Coninch. de ſacr. & conſ. d. 33. n. 37. Henriq. l. 12. c. 3. §. 4. Ricc. in collect. Deciſ. p. 3. coll. 709. Gutier. in can. qq. l. 2. c. 15. Genueñſ. in prax. Neap. c. 25. Barboſa in remiſſ. ad Conc. ſeſſ. 24. c. 5. Molfeſ. tr. 4. c. 12. num. 53.*

Quarto requiritur, ut Confeſſarius debeat cauſæ ueritatem ab ipſo pœnitente indagare, ac monita, & opportuna conſilia præbere, niſi res notoria ſit, uel aliunde cõſtet. Vnde diſpẽſatio abſq. cauſę cognitione impenſa inualida foret, cum uerba in reſcripto apponi ſolita, cõditionem importent. &c. *Fillinc. tr. 10. c. 10. nu. 354.*

Quinto ut impedimentum ſit occultum, id eſt, quod nõ ſit publicum, ſeu publica non laboret infamia, nempe quod neſcitur à maiori parte uiciniæ parochiæ, uel oppidi, uel collegij, modo in eo ſaltem decem perſonæ reperiantur, etiamſi forte ab aliquibus ſciatur, ut probari poſſit. Et occultum cenſetur etiam ſi res ipſa, uel delictum ſeu copula habita ſciatur, ſed ſecundum rationem impedimẽti ignoretur. *Sanchez. nu. 56. Reginald. nu. 219. Sà. in v.* Epiſcopus *num. 34.*

Sexto ut confeſſio pręcedat, quoties in eo præſcribitur, ut fere ſemper exprimitur in illis uerbis.

Audita prius ſacramentali confeſſione. &c. hæc enim clauſula conditionem confeſſionis importat. *Reginald. nu. 216. Molfeſ. nu. 56. Bonac. nu. 8.* contra alios ibi relatos. At hęc neceſſe eſt ut in illa pia opera imponat, quæ in Bulla exprimuntur, aliàs ſi non aperiuntur, liberum ei erit ea iniungere, quæ prudenter expedire iudicauerit. Ac nunc et prolẽ ſuſceptam, uel ſuſcipiendam, in foro conſcientiæ legitimam fore, hoc eſt ut ſacrorum ordinum, & cuiuſcumq. eccleſiaſtici beneficij ſit capax.

Septima conditio eſt, ut Confeſſarius cui facultas diſpenſandi ſuper matrimonium conceditur, ꝙ forte cum impedimento affinitatis occulto inualide fuerat celebratum, ante diſpenſationem (ſi cõmode, & ſine ſcandalo fieri poteſt) coniuges ſeparari curet, uel ſaltẽ ſi abſq. ſcandalo ſeiungi nequeant, ut tanquã frater ac ſoror ſimul habitent. *Genuenſis l. c. nempe c. 25. nu. 5.*

Itẽ ut coniuges de nullitate matrimonii, & conſenſus certiores faciat, ſi abſq. incõmodo, & ſcandalo, ut ſupra dixi, hoc effici ualeat; maximũ nãq. in praxi immineret periculum, ſi mulier quę ante contractum matrimonium, cum fratre, uel alio cõſanguineo uiri in ſecundo gradũ. rem habuit, uellet aliquibus uerbis ad inſtaurandum matrimonium, conſenſum elicere, ut etiam aduertit *Sanch. l. 2. de matr. d. 36. Reginal. l. 31. nu. 276. & ſeq. Molfeſius n. 59. & Corrad. in reſponſ. caſ. conſ. q. 141. in Addit.* ubi ex Soto, & alijs ait, ſufficere actum maritalem, coniugem amplexandi, oſculandi, & ſecũ congrediendi, cum pro conſenſu hęc habeãtur, nec neceſſarium eſſe de nouo iterum contrahere, quãdo iuxta. *Conc. Trid. ſanctionẽ. ſeſſ. 24. de reformat. c. 1.* publice coram Parocho, & teſtibus celebratum eſt, ac proinde ſatis eſſe, ſi conſenſus prędicto modo renouetur.

Octaua conditio eſt ut literę dilacerentur, quoties in priuilegio id præſcribitur: ſiquidẽ Summus Pontifex aliquando ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendę præcipit, & interdum apposita conditione, ut parti non ſuffragentur, ſi ei reddantur. Quod tamen in foro externo intelligitur, nam in foro poli etiam ſi parti tradantur, ſuum ualorem non amittunt. *Sanchez. nu. 42. Bonac. nu. 16. Fillluc. nu. 358.*

Cui conditioni adiungitur, vt pro expedienda diſpenſatione nihil omnino exigatur; nam in ſacrę Pænitentiariæ literis hęc clauſula apponi ſolet, Gratis ſubiq. Vbi tamen annotandum eſt, videri ea tãtũ munera prohiberi, quæ ante expeditionẽ exhibẽtur, ſecus ſi peracta diſpenſatione, aliquid gratitudinis ergo datum reciperet, quod prohibitionis cauſa hic ceſset, ut ait *Sanchez. l. c. d. 45. nu. 14. & Fillinc. nu. 363. Et* vt obſeruat etiam *Gutiarez. c. 128. nu. 2. & Bonac. n. 17.* ea dona interdici cenſentur quibus recipientis animus corrumpi poteſt, & à iuſtitiæ tramite auelli. Nam ut dicitur *in c. Et ſi quaſt. ext. de ſimon.* Qđ ſcriptum eſt. *Iſaia. c. 33.* Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere, de illis donis dictum eſt, quæ accipientis animum allicere, uel peruertere ſolent. *vbi gloſſ.* ſubdit,

Muneribus dandis attendas quatuor iſta,

Qui *dans, quiue petẽs, qua res, quæ cauſa petendi.*

Arg. Platus de Card. c. 10. Menoch. de præſumpt. l. 5. Præſumpt. 8. num. 10. & Cherub. in notis ad Bullam 61. Clem. 8.

V. SVPPOSITVM.

QVinto loco pręmittendum uidetur, Parochũ in ſua eccleſia reſidere dẽ ;nã curata bñficia his conferri oportet, qui per reſidentiam, & per ſe ipſos curam exercere valent. Imo non excuſatur Parochus, cui ob ſciẽ defectũ, vel ob aliã forte cauſam, coadiutor datus eſt, ſiquidem Paſtor de iure diuino ſuas oues agnoſcere tenetur, & parochialia munera præſtare, quæ abſens, & per alium curam exercens, obire nequit. *c. quia nonnulli c. conquerente, & tot. tit. de cler. non reſid. c. licet canon. de elect.*

Digitized by Google

cleſ.l.6.cõc.Trid.ſeſ.6.de refor.c.1.& ſeſ.7.de refor.c.3 & c.1.de ref.ſeſſ.23.Pius 4.in Cõſt.Incip.in ſuprema.Pius v.in Bulla Incip.Cupiẽtes Gonzal ſuper reg. 8.Cancell.gloſſ.5. §.9.Vgolin.de offic.Epiſcopi par. 1.c.15.§.3.Garzias de Benef.par.3.c.2.Nau.conſ.21.de cler.non reſid. Molfeſ.tr.6.c.11.Tuſch in v.reſidere.cõcl.249. Reginal.l.30.tr.3 n.49. Barb. *de Epiſc par.3. Alleg.53.nu.70.* vbi ait Parochos ad reſidentiam aſtringi, etiamſi beneficium modici valoris ſit, & etiãſi in illa Parochia tres, vel quatuor eſſent incolæ. Hinc D. Carolus cum quẽdã Cardinalem Epiſcopum eſſet cohortatus ut in eccleſia ſua reſideret, ille uero ſe excuſaſſet, quod non magnam eccleſiam habens, eam potius deberet aliena opera, cuſtodiaq. adminiſtrare; reſpondit, nedum multa millia, ſed animam ſolam, ampliſſimi cuiuſuis Antiſtitis præſenti cuſtodia dignam. *Carolus à Baſ.Pet.in eius vita l 7.c.23.*

Vnde etiam *Miranda in Man. Prælat. tom. 2.q. 9.art.5.* ſupradictis authoritatibus adductus, tradit, in vniuerſũ oẽs Prælatos regulares intra oues ſuas, & intra ꝓprias diæceſes ſine legitima cauſa non reſidentes, mortaliter peccare; & ſi tales ſunt, qui temporales habeant fructus aliquo ſibi ratione deputatos, illos ipſo facto, & abſq. ulla declaratione; ad inſtar parochorum amittere; & in hac pſonali reſidentia generalem Præfectum, aut alium Papa inferiorem, diſpenſare non poſſe.

Populus Iſrael deliquit, cum uitulum adorauit, id uero quãdo accidit, niſi cum Moyſes, qui populo præerat abfuit? Et quamuis in bonum populi, & à Deo uocatus receſſerat, & in montẽ Syna ad legem populo referendam detineretur, & non niſi ꝑ 40. dierum ſpatium tantũ, eius tñ abſentia plebi nimis nocuit. Videant ergo Prælati quantum dãni, & iacturæ gregi ſibi commiſſo afferant, ſi ad libitum, & multis receſſerint diebus. &c. ait *Labata in Appar.cõcinat.v.ſuperior. Prop.1.* vt merito Pius 4. in Bulla Incip. *In ſuprema* cauerit, vt ſi Parochus abſens extra ſuam Parochiã moriatur, bona ex beneficio acquiſita tanquam ſpolia ad Apoſtolicam Cameram pertineant, non obſtante quocunque priuilegio, quo ei permiſſum eſſet ut de illis bonis diſponere poſſet, vt etiam obſeruat. *Vgol.de off.Epiſc.c.15.§.4.& Barb par.3.de Epiſc.alleg.53.num 94.*

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1.q.ex 3. ſuppoſito reſpondendo, dico Epiſcopum non potuiſſe Lazarum Parochum ab onere diuini officij perſoluendi eximere; ſi per ſe vel ope ſocii, ſi commode eum ſibi aſciſcere poterat, horas canonicas non recitauit: nam onus diuini officij à iure cõi eccleſiaſtico impoſitum eſt; Eṗs autem regulariter loquendo in illud poteſtatem non habet, ſed tantum ex cauſa in caſu occurrenti, vel dubio, vt dixi, diſpenſare, vel commutare ei integrum foret. vt per *Suarez.tom.2. de relig.c.28.num.40. Fillius.tom.2.tr.23.c.10.nu.304. Bonac.de hor.can.d.1.q.1.p.2.& de legib.d.1.q.2 p.1.* Quippe, ut ſæpe diximus, ad ſolum Pontificẽ ſpectat, aliquẽ in vniuerſum, ac in perpetuum, ab horis canonicis dicendis immunem reddere, cum illæ iure humano canonico ſint præceptæ, & Papa ſuper illud liberas habenas teneat. Qui tamen vt ait *Nauar.de hor.can.c.10.nu.31.* niſi grauis vrgeat cauſa, vix id efficere ſolet: nam & de ſeipſo refert, quod cum literis operam Thóloſæ nauaret, & huiuſmodi diſpenſationem procuraret, à Sum. Põtifice eã obtinere non potuit; eo quod ex ſe melius eſt orare, quam ſtudere, vel legere, & ut ille dixit, Maledictum ſtudium propter quod diuinum officium relinquitur.

Ad Epiſcopum autem pertinet curare vt ſacri canones, & concilia diſtricte obſeruentur, proinde qui eorum cuſtodes, & executores dicuntur, ſi trãſgrediantur, vel alios tranſgredi permittant, magis quam alij peccãt. *Sot.de ratione teg. vel deteg. ſecr. membro 3.q 2 concl.2* Et ipſe Epiſcopus ſuper canonicas leges diſpenſare nequit, niſi in caſibus ſibi à iure permiſſis, iuxta veriorem *DD.* ſententiam. *Archid.in c.nulli.d.38. Innocent.& Abb. in c. cum ad monaſterium.ext.de ſtat.monach. Barb.p.2. Alleg.33.nu.21.* Et cum diſpenſare contingit, vrgens cauſa, iuſtaq. ratio, & maior quandoq. utilitas, interuenire debet. *ex Conc.Trid ſeſſ.25.de refor. cap.18. Marc.Ant.Gennen.in* Man. *Paſt.c.92.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2.q. dico nihil referre, ſi Lazarus cum diſpenſationis diploma per ſe ipſum oculorum morbo impeditus legere non potuit, per ſuum Capellanum Doctoratus laurea carentem ſibi legi fecit, cum, vt ſupra dixi in quarto ſuppoſito, Doctoratus conditio ſolum in eo requiritur, per quem literæ expediri debent. Nec ipſa diſpenſatio inualida redditur, eo quod Gabrielem de prioris conſenſus nullitate certiorẽ non reddidit, illa.n. verba de matrimonii nullitate certioratis, ex vſu, & praxi conditionem, & formam non important, ſed Confeſſarii inſtructionem de eo quod facere debet, ſi commode, & ſine ſcandalo poteſt; ſiquidem huiuſmodi diſpenſationes ſępe ſuo valore fruſtrarentur, ob varia incommoda, quæ ex parte fœminæ suboriri poſſent, ſi ipſa conſenſus nullitatem neceſſario detegere cogeretur, vt obſeruat. *Sanch.l. de matr. 8.d.34 nu.61. Reginald.l.31.nu.220 Bonac.de legi. d.1.q.2.pun.2. nu.15.* Et certum eſt vt ſcandalum

cuite-

euitetur, multa contra ius fieri permitti, ut fuſe p̄ſequitur. *Felynus in c. 2. de præſcript. & Tuſch. v. ſcandalum. concl. 52.*

Pariter dicendum eſt, Lazarum in excommunicationem non incidiſſe, quod diſpenſationis iā expeditæ literas non dilaniauerit, ſed parti reddiderit, quando id bona fide egiſſet; cum bona fides, obliuio, & incogitantia, à peccato mortali, & per conſequens ab excomunicatione excuſet. Nec non fatendum eſt, diſpenſationem ſuo valore non fruſtrari, ſi poſtquā hæ literæ parti redditæ fuerint, dilacerentur, aut ſine recuperationis ſpe amittantur, quia hæc merito creditur eſſe Sacræ Pœnitentiariæ mens, vt hæ literæ non proſint, dum apud partem manſerint; imo ſi apud eam permanſerint, in foro conſcientiæ valere, licet in forenſi tribunali non ſuffragentur, ut omnes DD. ſupra citati aſtruunt.

Quò uero ad illud caput quod in hac quæſtione inſerebatur, an Lazarus rectè fecerit cum illorū infideliū, & Iudæorū, qui ad fidem conuerſi in ſua parochia baptizati ſunt, cōſenſum non renouauit, nec benedictionem eis impertiuit, dico illum iure, & inculpate feciſſe; ſiquidem infideliū matrimonium dum ambo ſalutari lauantur aqua, ſacramentum efficitur, gratiamq; eis confert, nec ad eius firmitatem alius nouus conſenſus, & benedictio requiritur. vt late proſequitur *Sanchez. de matrim. l. 2. d. 9. Coninch. d 26. nu. 55. & ſeq. Molfeſ. tr. 4. c. 6. nu. 25. contra Bonac. de matrim. q. 2. p. 2. nu. 4.* & alios ibi relatos.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. dicimus, quod etſi Epiſcopus, & Vicarius unum tribunal conſtituant. *c. 2. de conſib. l. 6. c. Romana. de app. l. 6. Lazarius. de monit. ſect. 1. q. 6. Sbrozius de off. Vicarij. l. 2. q. 171. Tuſch. v. Vicarius. concl 186.* quędam tamen niſi ſpecialiter ei mandentur, ac concedantur, agere, & explicare nequit. *c qui generaliter. de procur. in 6.* Vnde *Nauar. in conſ. 11. de priuileg. & Sanch. l. 2. de mat. d. 40. nu. 17. Gutierez. c 42. & Barboſ. de Epiſc. p. 2. alleg. 39 nu. 11. & par. 3. alleg. 54. nu. 59.* & alii, cōmuniter aſſerunt, Vicarium Epiſcopi ex generali commiſſione Vicariatus, non gaudere poteſtate, quæ Epiſcopo datur, *à Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 6.* niſi id ſpecialiter committatur. Hinc etiam dicit *Zerula in praxi pœnit. c. 14 q. 19.* ad cognoſcendum quomodo Epiſcopi poſſint, uel debeant, authoritatem ſuam Pœnitentiario, uel alteri, concedere, ad hoc ut ab omnibus caſibus, & cenſuris Epiſcopo reſeruatis, abſoluere valeat, non ſufficere ſi ſolum ſuos caſus reſeruatos impertiat, cum caſuum appellatione cenſuræ non ueniant, ſed debet explicite concedere abſolutionem à caſibus, & cenſuris, diſpenſationem uotorum, irregularitatū, ſuper quibus p̄e Eps diſpenſare poteſt; ea. n. quæ ſpecialiter concedi ſolent, ſub generali conceſſione non cadunt. *c. fin. de off. Vicar. l. 6.* Secus ſi diceret, Do tibi omnem meam facultatem in foro conſcientiæ; nā ſufficeret intentio ipſius omnia prædicta unico uerbo concedentis, per illam regulam,

Quidquid agunt homines intentio iudicat oēs. hæc ille.

Quando vero Epiſcopus ei prædicto modo facultatem abſoluēdi, & diſpenſandi virtute *d. c. liceat.* commiſit, non dubium eſt eam poſſe alijs demandare, ac ſubdelegare (vt etiam de Pœnitentiario DD. dicunt.) *Nau. cōſ. 21. de pœnit. & remiſ. Tuſch. v. vicarius. concl. 185. Marc. Anton. Gennen. in Praxi Neap c. 67. Arg. Zerula l. c. q. 17. Riccius in praxi var. reſol reſol. 179.*

Ideo ad dignoſcendum an valeat abſolutio data à Lazaro Parocho ſuper excomunicationem, quam Eugenius ob ingreſſum monaſterij monialium contraxerat, quam Vicarius ei demandauit, videndum erit, quouſq. eius poteſtas ſe extendat: ex conceſſionis namq. tenore ab Epiſcopo factæ, id innoteſcere poterit, vt ait. *Vgol. de Epiſcop. c. 15. §. 7.* & nos tradidimus in *Comment. de hum. vitę ſtat. par. 1. c. 7.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. reſpondendum duximus, non licuiſſe Epiſcopo Lazarum à reſidentia perpetuo eximere, & concedere, vt p̄ ſubſtitutū parochialia munia obiret, etiam ſi curatum beneficium ſit tenue, vt patet ex iuribus, & authoritatibus in quinto ſuppoſito adductis. Si tamen Lazarus oculorū morbo laboraret, & in loco parochię medicorum, medicinarūue defectu, curari non poſſet, tunc triū, vel quatuor menſium dilatio dari potuiſſet, vt in vicinioribus locis ſanitatis cauſa maneret, vel ad balnea etiam aliquantulum diſtantia ſe cōferret, ſi peritorum iudicio id profuturum credebatur, interim ab ipſo Ordinario ī Parochia idoneo uicario cū cōgrua portione, ex redditib. eccłæ parochialis, conſtituto. *Garzias de benef. p 3. c. 2. n. 179. Zerula in Praxi Epiſcop. v. reſidentia §. 7. & 9. Barboſ p. 3. alleg. 53. nu. 90. Sanch. l. 3. de mat. d. 31. n. 11. & 15.*

Innocentius Sextus integerrimæ vitę, ac maxime ſapientiæ vir, poſt coronationem ſtatim conſtituit, vt omnes Pręlati, omneſq. qui curata beneficia habebāt, ad eccleſias ſuas ſub anathematis pœna proficiſcerentur: dicebat enim oues paſcuas à proprio Paſtore, non à mercenario cuſtodiri debere, quod ſi non poſſent, renuntiarent. *Platina in eius vita. Daur. in Flor. exēpl. c. v. tit. 59. exemp. 1.*

Diſcat

Digitized by Google

Diſcat proinde Parochus aliquem ſibi virum non auribus prurientem, ſed grauem, prudentẽ, ac piũ deligere, à quo interdum quærat quem dicunt homines eſſe filium hominis, an pecuniç cupidum an libidine, ac delitijs diffluentem, an gregis ſui parũ amantem, quę ſua ſunt non quæ Ieſu Chriſti quærentem? &c. Cum ſapientis ſit alios de motibus vitaq. ſuæ actionibus conſulere, vt ſi quid perperam actum eſt, corrigatur, ſi quid prouidendum eſt, ex aliena ſententia rectius deliberetur. *Paleot. p. 1. in Arch. Bonon. ſerm. 1. Genuenſis in Man. Paſt. c 93.*

Dico tamen quò ad 2. quæſt caput, integrum fuiſſe Epiſcopo, aliud ſimplex beneficium cõferre, ſi primum ad honeſtam ſuſtentationem non ſufficiebat, cum vtrumq, vt aiunt, cõpatibile ſit, & primum tantum perſonalem reſidentiã requirat. *Garzias p. 3. c. 5. num. 304. Barb. par. 3. Alleg. 62. nu. 4. & 5. & in remiſſ. ad Conc. ſeſ. 7. c. 4. de refor. Gonzal. ad reg. 8. Cancell gloſſ. 15. num. 16.*

V. Q. RESSLVTIO.

AD 5. q. reſpondendo illud reſoluendum videtur, Lazari bona, qui extra Parochiam in balneis repentina morte, condito tñ prius domi teſtamento, ex triſtitia inducta, ex hac uita deceſſit, non ad Cameram Apoſtolicam, ſed ad hæredes, qui de iure ſuccedere debent, pertinere, vel ut mul ti volunt, ad ipſam ſuam eccleſiam, ſiue etiam ad ſucceſſorem in beneficio. *Clarus in §. teſtamentum. q. 27. Sà v. beneficiũ. n. 54.* Siquidẽ bona fide ab Epiſcopo ſuo à reſidentiæ obligatione ſolutus abfuit: nam Bulla Pij Quarti Incip. *In ſuprema* ſtatuẽs, vt ſi Parochus extra ſuam parochiam abſens moriatur, bona ex beneficio acquiſita, ad Apoſtolicũ fiſcum ſpectẽt, intelligitur exceptis caſibus, in quibus abeſſe licet, quamuis in diſpenſatione expreſſum non fuerit, vt ex citata conſtitutione colligitur, & notat *Vgol de Epiſc. c. 15. §. 4.*

Quã quidẽ iuſta credulitas à dolo, fraude, & per conſequens à pęna excuſat. *Bald. l. 4. conſ. 212. & in l. obſeruari. §. proficiſci ff. de off. Proconſ. Tuſch. in v. cauſa. concl. 152.*

Monita, & documenta.

ATque hinc cernere licet quantum affectus doloris, melancholiæ, ac triſtitię, animo, corporiq. officiant, ſapientes. n. triſtitiam mortem appellant, quia nihil ſit, quod magis lædat, ac interimat; hic. n. Parochus ob triſtitiam ob oculorũ amiſſum vſum conceptam, dolore profundius ad vitalia penetrante, ſubita morte interijt.

Pro ſuæ infirmitatis antidoto, ſi humana remedia, & curatio, non proderant, debebat ad illud ſapientis confugere. *Prouerb c. 12.* Non contriſtabit iuſtum quidquid ei acciderit, ſiquidem nil ei contra votum contingit, quod in ipſum Deum tranſtulit, à cuius voluntate, & beneplacito, quidquid peccatum non eſt, ſubmiſſa ceruice accipit. *Et Eccleſ. c. 11.* Bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honeſtas à Deo ſunt, ita vt ſi aliquo modo iuſtus ob carnis infirmitatem turbetur, non tamen conturbetur, ſicut Ethnicus mundi ſapiens de ſe iactabat; quod horrendum quendam ſpecum pertranſiens moueretur quidem, ſed non commoueretur. Vnde cum aliquando, vt refert Bloſius, in *monili ſpirituali c. 11. Iuſtin. in Tob. c. 20. verſ. 3. in docũ.* B. Geltrudi Ieſus apparuiſſet, in dextra ſanitatem, & in ſiniſtra infirmitatem gerens, atq. quod uellet eligendi optionem dediſſet, ab utraque ſe Domini manu auertens dixit, Domine ego toto corde deſidero, ut non meam voluntatem reſpicias, ſed tuum beneplacitum; nempe certiſſime confidens, tã aduerſa, quàm proſpera, ſibi in bonum diuina prouidẽtia ceſſura. ut per *Io. Choch. l. 2. Polit. c. 16. & Roder. in exercit. ſpirit. p. 1. tr 8. c 1 & ſeq.*

Contra triſtitiam, & mœrorem, qui eſt animæ paſſio nata ex præſentia rei cognitæ ut malæ, remedium eſt, reputatio conditionis humanę malis obnoxiæ, quorum pleraq, vitari non poſſunt, quod in hominis poteſtate nõ ſint. Animi magnitudo, eiuſque in aduerſos caſus præparatio, ac rerum humanarũ deſpicientia, ut ait *Pereg. de affect. anim. c. 3. & Beſſeus in Arca medica in v. triſtitia. & v. impatientia. in morbis.* Vbi etiam ſic loquitur, Conſidera ſi cæcus es, te occaſionem habere multa peccata cauendi, omnia. n. peccata B. Ioannes in priori epiſtola, ad tres fontes reuocat, concupiſcentiam carnis, oculorum, & ſuperbiam vitæ. Quod antidotum & Ethnici philoſophi ſuis in ſolatium præſcripſere. Oculos te perdidiſſe ploras? inquit Seneca. Habet & nox ſuas uoluptates. Quam multis cupiditatib. via interciſa eſt? Non intelligis partem innocẽtiæ eſſe cæcitatem? &c. In quem ſenſum etiam dicebat Plato. Tunc ſane mentis oculus acute cernere incipit, cum corporis oculus hebeſcit.

Conſidera eorum exempla, qui cęcitatem æquo animo tulerunt, vt Tobiæ ſenioris, qui calidis hirundinum ſtercoribus excæcatus, nil contriſtatus gratias Deo egit, ob quam patientiam anno quarto tranſacto, viſum mox per Angelum recipere meruit; ſurſumq. Deo gratias agens, dixit, Benedico te Domine Deus Iſrael, quia tu me caſtigaſti, & tu ſal uaſti me *Tob. c. 11.*

S. Lutgardis virgo, auctore Thoma Cantiſpratenſi apud *Surium. tom. 2.* cæca facta, magis quàm ante diuinis viſionibus clarnit, eamq. Chriſtus per uiſum monuit, ut patienter cæcitatem tolerarer, liberam ſiquidem à Purgatorio fore, & multa in cæ-

lis

lis viſuram, quæ hic in terris non videtet,

Perfectionem vitæ, quæ in clericis, & eccleſiaſticis hominibus exigitur, in diuina charitate Patres poſuere, tres in eo gradus, ſiue ſtatus diſtinguẽtes, videlicet vitæ inc pientis, proficiẽtis, atq. perfectæ, quarum prima in conuellendis uitijs. Secunda in virtutib. comparandis. Tertia in diuini amoris partibus explendis potiſſimum verſatur. Quocirca perfectus hic erit, qui expugnatis vitijs, partisq. virtutibus, ad iuſtam charitatis mẽſuram adoleuerit, qua & Deo propter ipſius bonitatẽ, & proximo pp. Deum arcte ſocietur, ac cõiugaſ. eaq. de cauſa ingruentia mala ſuſtinere, & in arrepto uoto perſiſtere poſſit *Io. Carmel. in inſtruct. Princ c.4.*

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ait Apoſt. *ad Rom.* 8. Siue aduerſis, ſiue ſecundis ventis nauigent, *Idem Inſtit. c.3. verſ 1. documen. 2. to. 2 S. Gem. l.4. de ſimilit. c.* 23 vbi ait, quaſi calidiſſimi paſſeres ſunt Deum feruenter amantes, qui etiam venenoſa iuſquiami, ideſt aduerſa, & periculoſa mundi mala, ſine aliqua læſione, imo cum fructu ſuſcipiunt.

QVAESTIO XXXIII.

Parochus an aliquãdo denuntiationes remittere poſſit; an coniungendo in matrimonio ſponſos, chriſtianam doctrinam ignorantes, præter culpam in aliquam cenſuram inciderit; & cum in confeſſione cognouerit impedimẽtum affinitatis in primo gradu inter eos ſubeſſe, eorum matrimonium celebrando, in excommunicationem inciderit. An diſpenſare valeat, vt quis eleemoſynam, quam pauperi dare vouit, ſibi applicare poſſit. Cõplicem in delicto an complicem abſoluere queat, & matrimonio intereſſe, ſi per Epiſcopum hoc prohibeatur &c.

Martinus Parochus cum ſuſpicaretur matrimonium inter Robertum, & Anaſtaſiã cõtrahendũ iniuſtè impeditum iri, & Epiſcopus, Vicariuſq. abeſſent, denuntiationes, quæ à ſacris ſanctionibus præmitti iubentur, omiſit; & cum omnibus iam paratis, ſponſi ad ecc leſiam conueniſſent, legitimas nuptias celebraturi, in confeſſione eos chriſtianam doctrinam ignorantes inuenit, ac inter ipſos impedimentum dirimens deprehendit, Robertus. n. ſponſus Anaſtaſiæ ſponſæ ſororem, ſe ante cognouiſſe faſſus eſt. Vnde non obſtãte, quod Epiſcopus ſub ſuſpenſionis pœna prohibuerit, ne ad matrimonium contrahendum admittantur, qui orationem Dominicam, Salutationem Angelicã, Symbolum fidei, & Decalogi præcepta non didicerint, & etiam ſciret, ſub excõicationis cenſura, matrimonium in gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis prohibitis ineuntes, ipſo facto excommunicatos eſſe, eos in dicto matrimonio coniũxit. Cum vero ipſe Robertus vouiſſet, ſi Deus dediſſet cum Anaſtaſia cõtrahere, Lucretiæ pauperi, ſed honeſtæ viduę, centum aureos in eleemoſynam daturũ, nunc cum eius quam cupiebat ſit compos factus à Martino petit ut ſecum diſpenſet, quò illa centum ſibi ipſi tanquam pauperi applicare poſſit. Tandẽ Horteſius Parochus q̃dã inhoneſtã fœminã turpiter cognouit, & ſpe iubilei à peccatis abſoluit, eius matrimonij celebrationi interfuit, cum tñ in ſua diæceſi Epiſcopus ſub pœna excommunicationis, & ſuſpenſionis, vel priuationis muneris audiendi confeſſiones ipſo facto incurrendæ, prohibuerit ne quis complicem delicti in confeſſione audire præſumat, nec aliquod ei ſacramentum miniſtrare. Vnde quæritur Primo an Parochus denuntiationes remittere potuerit. Secundo an præter culpam, in ſuſpenſionem ab Epiſcopo latam inciderit. Tertionũ etiam contraxerit excommunicationem à iure inflictam in *clem. 1. tit. de conſang. & affinit.* Quarto an Parochus diſpenſare poſſit ut quis eleemoſynam quam vouit, ſibi applicare valeat. Quinto an abſolutio cõplici data, & matrimonium valeant. &c.

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1. q. breuiter reſpõdeo, Martinum propria auctoritate, ſine denuntiationib. matrimoniũ illud inter Robertũ, & Anaſtaſiam celebrare potuiſſe, neq. adeo nõ peccaſſe, nec ab officio per trienniũ ſuſpẽdendũ eſſe, iuxta diſpoſitionẽ. *c. cum inhibitio. § ſi. ext. de cland. deſpon.* ſi ex iuſta cauſa, nempe rationabiliter ſuſpicando, ne matrimonio illi obſiſteret, ille interfuit, ſi Epũs, vel Vicarius cõmode adiri non poterat; dummodo tñ inito coniugio, eos de re acta admonuerit, & ante conſummationem matrimonij, poſtmodum denuntiationes factæ ſint, niſi ipſe Ordinarius, cuius prudentiæ *Concil. Trid. ſeſſ. 24 de reform c. 1.* hoc committit, aliter fieri debere iudicauerit. *vt per Henriq. l. 11. de matrim c. 5. Emanuel Sà in v. matrim. nu. 5 Sanchez l. 3 diſp. 7. num. 17 Poſſeu. de off cur c. 10. nu. 11. Menoch conſ. 69. num. 61. Mar. Ant. l. 1. var. reſol. reſol. 112. caſu 4. Coninch d. 27. nu 53. Barboſa de Epiſc. par. 2. alleg. 32. nu. 20. & 21.* vbi etiam ex cõi notat eum malitioſe facere dici, qui non iuſte impedire nequit, & cum ſacrum Concilium non diffiniat, quib. coniecturis iniuſte animus impedientium detegatur, recte facturos Ordinarios, ſi obſiſtentibus iuſiurandũ præſtent, quo iurare eos cogant, non malitioſo animo ſe impedimenta afferre. Animus. n. non niſi iuramenti religione probari poteſt: qui tamen nequiter, & impie vt matrimonia impediant, falſa deferunt impedimenta, arbitraria pœna in foro externo puniri poſſunt. *ex Menoch. l. 2. de arbit. In dic.*

dic.cent.5.caſu.453.& Vgol. de off.Epiſc. par.1.c. 15.§.11.*num.6.*

Lethali vero affici culpa Parochum, qui ſine facultate, ac legitima cauſa, matrimonium omiſſis denuntiationibus celebrarer, necnon contrahētes ipſos, & teſtes, qui ſcienrer illi inrereſſent, eadem inuolui culpa, cum in re graui eccleſiæ præceprum violerur, & ex earum omiſſione mulra mala, & incommoda ſequi poſſint, concors eſt Doctorū ſententia.

Non tñ vllo modo dicendum eſt matrimoniū abſq. illis celebrarū, inualidū eſſe, cū nō de ſubſtātia, uel forma, ſed tñ de præcepto ſint, quidquid falſo dixerit *Ceph.l.3.conſ.*421.*& Menech.l.*1.*conſil.*79.teſte ōt *Barboſ.* ſcribērium torrentē afferente *d alleg.*32.*nu.*1.*&* 2 Er ſic declararum eſſe per ſacram Cardinalium Cōgregarionem. refert *Ricc. praxi matr.deciſ.*257.*& Molfeſ.tr.*4.*c.*9.*nu.*24.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2.q. dico, quod licet nonnulli aſſeruerint, aliquem à marrimonio contrahendo arceri poſſe ſi chriſtianam doctrinam ignotet, donec ſaltem orationem Dominicam, & Angelicam Salutationem, Symbolum fidei, & Decalogi præcepra memoria retineat, niſi præ ſenio, aut ingenij tarditate incapax eſſet, alijs tamen verius vī, abſolute, & per longum tempus prohiberi non poſſe, cum matrimonij prohibitio regulariter non niſi in caſibus à iure expreſſis inducenda ſit, & inter carmina, in quibus coniugiorum impedimenta dilucidātur, ut ſunt error, conditio ac huiuſmodi, interdictum non extet; præſertim cum marrimonialis cauſa fauorabilis ſit, adeo vt in dubio pro ea iudicandum ſit, ut per *Trinſ.p.*1.*deciſ.*28. Vnde ſacr. Congreg. Card. ſuper negotijs Epiſcoporum prępoſitam, bis atq. iterum locorum Ordinarijs inhibirum fuiſſe, ne volentibus matrimonium inire, ob hāc cauſam illis reluctentur, ſcribit. *Ricc.in praxi fori eccleſ.deciſ.*638. Expedire tñ ſuauiter abſq. vi, bono modo, & prudenti ratione ad breue tempus impedire, ut ſic doctrinæ addiſcendæ curam habeant, ſiquidē,

Peragit tranquilla poteſtas: quod violēta nequit. prout tener *Sanch l* 3.*de matr.d* 15.*ſub n.*19. *Campan.in diuerſ.iur.can.Rub* 11.*c.*14.*num.*7.*& Barboſ.l.c.num* 174.*& p.*3.*alleg.*76.*nu.*41.

Quibus pp reſoluendū videtur, Martinū Parochū tàm à culpa motali, quàm à pœna ſuſpenſionis ab Epiſcopo latæ excuſari. *arg. Azor.p.*1.*l.*8.*c.*8. *q.*5. *& Sanch.l.*2.*de praecept.c.*3.*nu.*21. *Beia. in reſponſ. caſ.conſc.p* 3.*c* 27.*Zerula.in praxi epiſc. v. doctrina chriſtiana.* Vbi tradunt, hos ignaros non eſſe à ſacramentali confeſſione reijciendos, quia ſæpe inuincibili ignorantia laborant, & eius addiſcendæ incapaces ſunt, uel ad tempus abſolutionem ipſam differendam, donec inſtruantur, dummodo tamen ſingulos articulos credant, quando ſibi ab eccleſiæ miniſtris proponuntur, ac ſciant de illis, & de præceptis Decalogi reſpondere, cum de his quò ad ſubſtantiam interrogantur; & Deum deprecari norint ſaltem virtualiter ad ea intendentes, quæ in Dominica oratione continentur. Et aliàs deduximus ſuſpenſionem, vtpote grauem pœnā, nō niſi pro graui, & lethali culpa infligi poſſe. &c. ex *Suarez. tom.*5.*d.*28.*ſect.*4.*Miranda in Man Pralat.regul. tom.*2.*q.*36.*artic.*6.*Conich.de ſuſpen. d.*15.*dub.*3. *nu.*24.

III. Q. RESOLVTIO.

TErtiæ q. reſolutio illius pariter dubitationis deciſionem petit, an Parochus notitia in ſacramentali confeſſione comparata ad externum regimen vti poſſit, de qua re plurib. locis egimus, ꝑ ſertim *tr.*1.*c.*4.*q.*21.*& tr.*5.*c.*21.*q.*121 *& tr.*11. *c.*10.*q.*23. vbi ex tutiori, & receptiori placito diximus, cōfeſſariū confeſſionis ſciā ad externā gubernationē uti non poſſe, ſed ita ſe gerere debere, ac ſi nihil audiuiſſet, quando confeſſio odioſa reddi poſſet, & homines ab ipſa retraherentur; quod procul dubio facile eueniret, ſi hoīes ſcirent, vel ſuſpicarentur ſe ob peccatum in confeſſione auditū, à matrimonio ineundo, aut ab aliquo ſacramento percipiendo repelli poſſe, puta quia uxorem ducere uolens confeſſus fuit, ſe antea illius ſororem turpiter cognouiſſe. Quare in praxi Parochus intra confeſſionem, pœnitentem illius impedimenti admonere debet, quod ex præfato inceſtu profectum eſt, & matrimonium nullum reddit; qui ſi abſtinere nolit, & ne contrahat ſuaderi non poteſt, tenebitur Paſtor pręſentiam ſuam exhibere. Extra confeſſionem vero de hac re ei loqui non licet, niſi prius à pęnitente loquendi de auditis in confeſſione facultatem obtinuerit; quamuis.n. proprie ſigillum non frangat, cum ipſo pœnitente abſq. licentia ſermones miſcendo, nihilominus grauiter peccat, & ipſius ſacri ſigilli religionem quodammodo violat. *Molfeſ.tr.*7.*c* 23.*nu.*49. *Bonac.de ſacr.d.*5.*q.*6.*p.*4. *nu.*10. *Bosfeld.de ſacr tempore neceſſ.adm. de matr. q.*12.contra *Onuphr.de ſacro ſigillo. ſect.*4.*q.*5.*& Filliuc.tr.*7.*c.*9 *q* 5.

Adde ex probabili multorum Doctorum ſententia, Epiſcopum in hoc vrgenti caſu ſi nulla euadendi cōmode reperiatur uia, & nullū aliud ſuppetat remedium, in hoc dirimenti impedimento diſpenſare poſſe cuius quidem detectio notabilem infamiam probabiliter pareret, utpote quia vehemens ſuſpicio alicuius criminis in confeſſione patefacti oritura ſit, ſi ſponſus, uel ſponſa iam omnibus reb. paratis, & inſtructis, à nuptijs abſtinere velit, aut

differre

Digitized by Google

differre, dum Pontificia diſpenſatio obtineatur.

In actu etiã practico obſeruant DD. quod ego alias animaduerti, quando Confeſſarius, vel Parochus in ſacramentali confeſſione aliquod dirimẽs impedimentum detegit, ad vitandam alicuius delicti coniecturam, vel infamiæ inter ſponſos orituræ ſuſpicionem, hoc præſentaneo remedio vti poſſe, vt videlicet vir, vel fœmina, caſtitatem ad menſem voueat, deinde conſanguineis, aut alijs dicat, ſe caſtitatis voto obſtrictum eſſe, ſibiq. à Cõfeſſario mandatum, ut à matrimonio ineundo abſtineat, donec ab Apoſtolica Sede diſpenſatio impetretur. Cauere tamen debet ne dicat uotum fuiſſe ad tempus emiſſum, ne audientes Epiſcopi diſpenſationem ſufficere aſſerant, ſicq. remedium eludatur. vt conſuluit. *Sãchez de matr. diſp. 40. Gutierez. c. 49. num. 11. Reginald. l. 31. nu. 205. Bonac. q. 3 pun. 15. num. 6. Molfeſ. tr. 4. c. 12. num. 35. Barboſa p. 2. Allegat. 35. num. 6.* & alii.

Vnde ex his deducitur Martinum Parochum non incidiſſe in excommunicationem latam in *clem. 1. de conſanguin. & affinit.* contra eos, qui diuino timore poſtpoſito, in ſuarum animarum perniciem, in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis conſtitutione canonica interdictis, matrimonium contrahere præſumunt. de qua *Sayrus l. 3. de cenſ. c. 35. num. 15.* tum quia Sacerdotes eidẽ matrimonio aſſiſtentes ſanctio illa non comprehendit, vt intuenti conſtat, tùm quia etiãſi eos complecteretur, cum principales ſponſi contrahentes in hoc caſu non ligentur metu ſcandali eos excuſante, iuxta à nobis tradita. *tr. 5. c. 9. q. 58. & Duardo in Bulla cœna Domini l. 1. c. 2 q. 3.* ergo nec acceſſorij illa cẽſura irritientur. *arg. l cum Principalis ff de reg. iu.* Eius tamen partes erunt, ſi pro impedimenti diſpẽſatione, Epiſcopali remedio vſus non eſt, facultatẽ à Romana curia obtinere; qua h b ta non ſatis eſt idem impedimentum ceſſare (prout morte vnius coniugis etiam ipſius coniugij impedimentum eſſe deſinit.) vel per diſpenſationem tolli, ſed neceſſe eſt vt nouus vtriuſq. partis tàm internus, quàm externus conſenſus accedat licet opus non ſit Concil. Tridentini formam ſeruare, nec iterum eccleſiæ benedictionem accipere. vt per *Sanchez l. 2. diſp. 35. Reginald. l. 31. c. 38. nu. 276. & ſeqq. Bonac. l. c. num. 7. Fillinc. tom. 1. tr. 10. c 3. q. 9.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. reſpondendo dico, quod licet quilibet poſſit propria authoritate, vota in melius, & vt aliqui etiam probabiliter ſentiunt, in rem æqualem commutare. *c. peruenit. extra de iureiu. Hẽriq. l. 2. de pænit. c. 20. num. 5. Sot. l. 10 de iuſt. & iu. q. 4. art. 3. Leſſius l. 2. c. 40. dub. 16. num. 105. Sanchez. l. 3. de præcep c. 19. num. 9 Bonac. de voto diſp. 4 q. 2. pun 6. num. 8. Molfeſ. tr. 11. c 15. num. 197.* Ratio primi dicti eſt, quia qui votum in melius commutat, nullam Deo iniuriam infert, cum rem illi gratiorẽ exhibeat eiuſq. volũtati ſatisfaciat. Secũdi etiam ratio ab eiſdem DD. affertur, quod nullã pariter eidem iniuriam irrogamus, cũ res illi æque grata per cõmutationem voti factã reddatur. &c. Nihilominus nec Robertus vouens poteſt eleemoſinam quam pauperi illi viduæ promiſit, etiamſi ei non innotuerit, ſibi adiudicare, &, ſi pauper ſit; nõ enim voto ſatisfacere dicitur. Sicut & is cui pro ſacramentali pœnitentia eleemoſyna eſt iniuncta, eam ſibi applicãdo, obligationem nõ implet. Neq. Confeſſariis etiam Parochis, ſeu quibuſcumq. aliis animarum curam gerentibus, in ſuorum ſubditorũ votis, ſeu iuramentis, in vtroq. foro diſpenſare, neque etiã ea commutare fas eſt, vt ex cõi tradit. *Barboſa de Epiſcopo par. 2. Alleg. 36 num. 16. Molfeſ. l. c. Sanchez d l. 4 c. 38. num. 25.* Vbi hoc verum eſſe aſſerit, etiamſi voto ligatus eſſet in mortis articulo, quia ſolum abſolutio a peccatis omnibus, & excõmunicationibus quantumuis reſeruatis, Superiore deficiente, tunc conceditur, vtpote quæ ad ſpiritualem morientis ſalutem neceſſaria eſt.

V. Q. RESOLVTIO.

QVinta q. ſic reſ lu ẽ. Primo Hortẽſium Parochum etiam illo tempore Iubilei nõ potuiſſe turpem illam fœminam cũ qua ſacrilege ſe coniunxerat, in ſacramentali confeſſione abſoluere, cũ ex Epiſcopi Decreto audiens, & abſoluens in confeſſione delicti complicem, ipſo facto inuncta etiã excommunicationis pæna, officio audiendi confeſſiones priuetur, & per conſequens approbatus ab Ordinario, vt in Bulla Iubilei requiritur, nõ cenſeatur. Et prohibitionis rõ eſt quia confeſſio cum pudore, & verecundia inſtitui debet, quo fine confeſſio cum ſocio in crimine facta fruſtratur, imo anſa liberius ac licentius delinquendi arripitur. vt per *Bonac de ſacr. d. 5. q. 7 pun. 5. n. 10. Corrad in reſp. caſ. conſc. q. 13.* vt ẽt ſupra *q. 30. reſ. 6.* aduertimus. Secundo mihi dicendũ videtur matrimonium coram Hortenſio Parocho cõtractum valere, ac viribus ſubſiſtere, quãdoquidem ex communi Doctorum placito, eſſentialis, vt loquuntur, huius ſacramenti miniſter, non ſacerdos, ſed ipſi contrahentes ſunt, & ſi ex Trid. Cõc. ſanctionibus *d. matrim. ſeſſ. 24. c. 1.* proprius Curatus, vel alius de illius licentia, vt conſuetos in eccleſia ritus adhibeat, adeſſe debeat. *Sanchez de matr. l. 2. d. 5. Gutierez c. 41. Reginald. l. 3. num. 52.* Vnde etiam ex vniuerſa Scribentium cohorte reſoluit *Bonac. de matr. pun. 8. q. 2. num. 18. & ſeq.* validum eſſe matrimonium cũ

Parochus aſſiſtit, qui ab Epiſcopo adeſſe prohibitus eſt cum adhuc iuriſdictionẽ retineat, & multa fieri prohibeantur, quæ tamen facta teneant, *l. patre, ff. de his, qui ſunt ſui. &c.* Imo etiamſi à Superiore ob inſcitiam, vel ob aliam cauſam ſacramenta adminiſtrare ſit ei vetitum, valide illud celebrare poſſe, cum huiuſmodi aſſiſtentia non ſit proprie adminiſtratio ſacramenti ſed vt dicunt, auctorizatio.

QVAESTIO XXXIV.

Matrimonium vi, vel metu contractum an valeat. Collatio beneficij criminoſo facta an valida ſit. Legatum factum mulieri ſi caſte vixerit an ſi turpes tactus in ſe admittat, illud amittat. &c. Verũ ratione ſcandali vitãdi in caſu neceſſitatis, Epiſcopus in voto caſtitatis diſpenſare valeat. Voti memor tempore Iubilei illud tamen nec commutari, nec ſuper eo diſpenſari voluit, an poſtea à ſuo Parocho diſpenſationem petere poſsit.

IVlianus prima tonſura initiatus, & quodam ſimplici beneficio donatus, non tamen in clericali habitu incedens, cum Adrianum adoleſcentem cum Lauinia ſorore ſua turpiter ludentem deprehendiſſet, minatus eſt ſe illi mortem illaturum, niſi illam in vxorem duceret, qui cum ob metum, & vim, matrimonium cum ipſa puella cõtraxiſſet, ante conſummationẽ, illa ex humanis deceſſit, cui ab Alberto ſuo patruo 300. aureorum legatum factum fuerat, ſi honeſte, & caſte vixiſſet. Qua quidẽ defuncta, cum Liuia eiuſdem Lauiniæ conſobrina ſpõſalia iniuit, cum qua in eadem domo versãs, & ipſe turpes, & obſcœnos actus exercet. Ex qua facti ſpecie hæ quæſtiones inſurgunt. Primo an tã primum, quam ſecundum matrimonium ſubſiſtat. Secundo an cum d. Iulianus mulieroſus ſit, & ebrietati deditus, quæ vitia ſi Epiſcopus ſciuiſſet, beneficium illud ei non contuliſſet, collatio ipſa valuerit, & num per matrimonium contractum vacet, Tertio numquid Lauinia legatum illud ſit viuens lucrata, & ea mortua ad fratrem ſuperſtitem tranſmittatur. Quarto an ad auertendum ſcandalum, & ipſius Iuliani incontinentiam euitandã, Epiſcopus in voto caſtitatis, quod olim ſe emiſsiſſe nunc meminit, diſpenſare valeat. Et an ſuus Parochus cui tempore Iubilei ſua peccata fuerat confeſſus, eo tranſacto, poſſit in voto ædẽ Lauretanam, & terram ſanctam viſendi, diſpenſare, etiam ſi tunc voti emiſsi memor eſſet, noluit tamẽ ſibi per diſpenſationem tolli, quia illud exequi intendebat.

I. Q. RESOLVTIO.

REſp. Omiſſis ſuppoſitis, & præuijs inſpectionibus, quas cum alibi attulerimus, hic repetendas non ducimus, ne plane fiat quod prouerbij vice celebratur, Iouis Corinthus, in eos iactati, qui eadem ſæpius repetunt, & eãdem cantilenam recinũt, ad quæſtionum reſolutionem currenti calamo properamus. Et Primam quidem ex illo generali principio reſoluendam putamus, primum matrimonium non valuiſſe, eo quod iuſtus metus ſicut à noxa mortali in lege humana excuſat, ita etiam in his quæ liberum conſenſum requirunt, vt in voto, & matrimonio, obligationem tollit, ſi ab aliquo ad hęc facienda incutitur cum locũ nõ habeat cõſenſus, vbi metus, vel coactio intercedit. *c. veniẽs el. 2. c. cum locum. ext. de ſponſ. & c. 2. ext. de eo qui duxit in matrim. &c. Sanchez. l. 4. de matr. diſp. 17. Reginald l. 31. c. 13. Molfeſ. tr. 4. c. 10. num. 64. Bonac. de Matr. q. 3 pun. 8. Gutierez. c. 76. Filliuc. tra. 10. par. 1. c. 4. q. 1. num.* 104. Vbi tres potiſſimum conditiones requirunt vt matrimonium metu contractum inualidum ſit Primo vt metus ſit grauis nempe mortis, aut cruciatus corporis, diuturnus carcer, rerum amiſſio, infamia, & ſic de alijs huiusmodi, & quod in conſtantem virum cadat, eo quod metum incutiens minas exequi ſoleat, cum aliquando eueniat vt canes timidi, ſicut eſt in adagio, vehementius latrent. Secundo vt ad hunc finem matrimonij contrahendi extrinſece ab homine ſit incuſſus, & illo timore quis coniugium ineat. Tertio vt ipſe metus iniuſte inferatur. Ideo qui promiſſione puellam in vxorem ducendi illam turpiter cognoſcit, iuſte ipſam ducere à Iudice cogitur, modo contrahentium conſenſus poſtmodum accedat, vel tranſacta violẽtiæ cauſa, matrimonium per expreſſam voluntatem ratificet, vt etiã tradit *Riccius in Praxi matr. Deciſ* 253.

Ex hoc ſequitur, ſecundum matrimonium à Iuliano cum Liuia contractum valere, cum ſupponamus ex matrimonio ea defectu cõſenſus inualido, publicæ honeſtatis impedimentum non conſurgere, ſiquidem ex coniugio rato etiã nullo, illud impedimentum vſq. ad quartũ gradũ impediens, & dirimens oritur, modo contrahentium conſenſus non deficiat, vt quia metu, uel errore perſonæ, vel à deſtituto rationis vſu initum nõ ſit, ut declarauit Pius V. in. Bulla incip. *Ad Romanum Pontificem. vt per Sanchez. l. 7. d. 70. Regin. Id. l. 31. num. 128. Coninch. d. 32. nu. 61. Molfeſ. l. c. c. 10. nu. 95. Bonac. pun. 11. Filliuc. tr. 10. c. 6. q. 8.*

II. Q. RESSOLVTIO.

AD 2. q. reſpondeo, Iulianum Baccho, & veneri deditum, ac proinde criminoſum lethali ſcelere ſe obſtrinxiſſe. cum beneficium etiam ſimplex acceptauit, nam vt quis ad beneficium idoneus cenſeatur, iure naturæ morum in primis boni

probi-

Digitized by Google

probitas requiritur, cum ratio dictet Dei, & eccleſiæ miniſtros maxime debere virtutibus eſſe ornatos, quandoquidem monitis, exemplis, ac pijs precibus, alios ad pietatē promouere eos oportet. *c. cū in cūctis. ext. de elect. Cōc. Tri. de refor. ſeſ. 24. c. 12.* Et ſane vt SS. Patres, & DD. monēt, huius cōditionis in electionibus, præſentationibus, & collationibus potiſſima ratio eſt habenda: nam ex huius neglectu ſæpe eccleſiæ pernicies manauit.

Et nihil eſſe quod magis gentium vniuerſitatē ad Dei cognitionem, & cultum adducat, quam fidelium, & iuſtorū probos, ac ſāctos mores, docet. *Ludou. Granat. conc. 2 & 4. in feſto S. Dominici. Iuſtin. in Tob c. 8. verſ. 19. in Doc.* & nos alibi ſæpius. Adeo vero boni ſtomachantur iniquos, & indignos ſubleuari, vt Liberius ſcripſerit, referente *Vincent. in ſpec. hiſt. l. 3. c. 32.* Democritum, non ſibi oculos ad melius ſpeculandum, vt aliqui putant, ſibi eruiſſe, ſed ne malos, & ipſos ſublimatos videret.

Collatio tamen crimineſo facta non eſt ipſo iure irrita, niſi crimen illud cenſuram aliquam, vel irregularitatem annexam habeat: & nihilominus ab eo qui poteſtatem habet irritanda eſt. *cap. inter delictos. ext. de exceſſ. Prælat. Nau. c. 27 n. 251. & in c. ſi quando. except. 1 6. & ſeq. ext. de reſcript. Leſſius l. 2. c. 33. dub. 23. Reginald. l. 30. tr. 3. nu. 174. Azor. p. 2. l. 6. c. 7. Garz. de benef. p. 7. c. 8.* Vbi etiam annotant, peccato mortali infectum, quod ob illius continuationem, vel ſcandalum, aliamue qualitatem, quæ infamiæ notam cōiunctam habeat, lethalem culpam, ſic beneficium ſuſcipiendo, cōtrahere, nec ipſius promotionem ualere, eo quod huiuſmodi infamia irregularitatem inducat; vt in caſu noſtro eſſe poteſt veneri n. & ebrietati Iulianum deditū eſſe, cum ſupponamus hoc in populo, vel in vicinia notum eſſe, dedecus, & ignominiam ei inurit, *c. 13. & ſeq. ext. de vit. & honeſt. cler. Giſber. de vit. & mor. cler. c. 56.* Vnde cum Epiſcopi error circa cauſam finalem verſetur, ſi. n. eum talibus vitijs affectum eſſe ſciuiſſet beneficium ei non contuliſſet, reſoluendum eſt, collationem inualidam eſſe iuxta tradita per *Bonac. de contr. d. 3. q. 1. p. 2. §. 2.* (Atq. vt obiter hoc aduertatur, hic cernere licet, quantam vim in peccatorum cœno conſuetudo valeat, quæ à D. Auguſtino quaſi aſſabricata natura dr, nā à litore virtutis per malæ conſuetudinis cymbā ad dānationis portū peruenit. Hinc Thoma Anglicus in *Pſal. 17.* Sicut, ait, homo longi tēpis poſſeſſione præſcriptionē alicuius rei acquirit, ſic Dæmon uſu ſuper peccatorem præſcriptionem quandā ſibi comparat, adeò vt non niſi per diuinam virtutem, & propriam cooperationem, ab eiuſdem ſeruitutis nexu extricare ſe valeat. &c. vt habetur in vita D. Bernat. & in *7. p. Spec. ſpir. c. de conſuetud.*)

Conſectaria.

ADdo Iulianum lethalē noxā non effugiſſe, cum beneficio donatus, clericalem habitū ꝑ multū tpis nō geſſit, cū ſacras ſāctiones violauerit. *c. pen. de vit. & hon. cler. Conc. Tri. ſeſ. 14 de refor. cap. 6. Sixtus V.* in Bulla incip. *Cum ſacroſanctam.* vbi ſtatuit, ut clericus habens beneficium, aut penſionem ſexaginta aureos de camera excedentem, ad tonſuram, & talarem habitum teneatur, alioq; ipſo facto beneficio ſit priuatus. *Reginald. l. 30. tr. 3. c. 2. nu. 10. Vinald in Cand. aur. in c. explicat. Bulla. Quar. in ſumma Bullarij. v. habitus clericalis. Bonac. de ſacram d 8. p vlt. Barboſ. de Epiſc. p. 2. alleg. 9 Carol. de Graſſis de effect. cler effectu 1.*

Inſuper per matrimonij contractum, beneficiū amiſiſſe. In iure. n. conſtitutum eſt, beneficium per coniugium à beneficiario initum vacare, quia eo ipſo quod vxorem ducit, ipſo iure beneficij titulo etiamſi matrimonium conſummatum non ſit, priuatur, ita vt in fauorem tertij reſignari nō poſſit; q; procedit etiamſi ex aliquo impedimento non ſubſiſteret, modo ex defectu conſenſus non ſit nullū. *c. 1. vbi Abb. ext. de cler. coniug. Sanchez. d. l. 7. d 42. nu, 3 & 4 Reginal. d. tr 3 nu. 312. & ſeq. Garzias. p. 11. c 8. Gutierez de matrim. c. 48. Molfeſ. tract. 6. c. 12. Barboſa. p. 3. alleg. 57. nu. 202,* & alii communiter. Atq. idem de penſione ſi illam haberet, dicendum eſt, ut. ſ. per contractum matrimonium amittatur. ut per *Gigantem de penſ. q 54. eūdem Sanch. d. 44. Garziam. p. 1. c. 5. n. 108.* & alios.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q dicimus, Lauiniā, quæ amplexus, vel impudicos tactus Iuliani paſſa eſt, & ſponte admiſit, in foro conſcientiæ non amiſiſſe legatum ſub conditione ſibi relictum, ſi caſte, & honeſte vixerit; modo ſemel tantum, vel bis in huiuſmodi laſciuos actus inciderit. Secus ſi toties in eos lapſa fuiſſet, ut boni viri arbitrio impudica, ac Ihoneſte viuens dici poſſet, uel etiam ſi ſemel eſſet fornicata, cum. n. ille actus ſit perfectus, fœminam illam ſimpliciter impudicam denominat *Sāchez de matrim. d. 9 1. nu. 38 & 40. Bonac. de contr. d. 3. p. vlt. nu. 22.* contra *Mant. de coniect. vlt. vol. nu. l. 11. tit. 19. nu. 35.* Proinde dicendum, hoc legatum ſi iuxta hanc diſtinctionem non amiſerit, ad fratrem ſuum vtpote hæredem trāſmittere. Hi porto actus in foro externo per teſtes etiā ſingulares probātur. &c. ut per *Tuſch. v. honeſtas. concl. 156.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. probabiliter mihi dicendum uidetur, Epiſcopum poſſe in voto caſtitatis à Iuliano

olim emiſſo diſpenſare, quò abſq. peccato cum Liuia ſponſa cum qua turpiter commiſceri ſolet, matrimonium ineat. Siquidem quandocumq. magnũ incontinentiæ periculum ſubeſt, nec ob paupertatem, uel temporis anguſtiam, aut aliam iuſtam cauſam, ad Papam eſt facilis recurſus, integrum eſt Epiſcopo in perpetuæ caſtitatis voto diſpenſare. Ratio eſt, quia cum neceſſitas tunc vrgeat, Papa reſeruationem intendere non cenſetur, ſed Ordinario permittere, vt poteſtate, qua ſepoſita reſeruatione potitur, vti poſſit. Conſentaneum eſt .n. de pio Paſtore ſentire nolle reſeruationem in animarum deſtructionem, ſed in ædificationem tendere: nec eſt veriſimile eum uelle, vt animæ laqueis irretitæ in tanto periculo verſentur *text. in c. veniens ext. qui Cler.* vel viuentis. Prædictæ tamen mulieri iniungendum erit, vt illud tantum matrimoniũ ineat, & defuncto marito caſtitatem ſeruet, ac ſemel in menſe animam à peccatis expiet, & quotidie aliquod pium opus ab Epiſcopo præſcriptum, iuxta Sacræ Pœnitentiariæ morẽ, præſtet. *Sancher. l. 4. de precept. c. 40. num. 34. Reginal. l. 18. num. 336. Molfeſ. tract. 11. c. 15. num. 142. Suar. l. 6. de voto c. 26. num. 8. Leſſius l. 2. c. 40. dub. 13. num. 106. Roder. in qq. regul. tom. 1. q. 63. art. 6. Barboſ. par. 2. Alleg. 37. num. 8. Megal. conſ. 66.*

V. Q. RESSLVTIO.

QVintam pariter q. preſſe ſic reſoluimus, votum de viſenda æde Lauretana, quod eſt Epõ nunc de conſuetudine reſeruatũ, teſte *Sancher. l. 4. de precep. c. 4. num. 10.* & à Iuliano emiſſum, poſſe ab eius Parocho per diſpenſationem tolli nã quamuis Iubilei tempore, voti emiſſi memor diſpenſationem poſtulare noluerit, tranſacto tamen Iubileo eam petere illi integrum eſt; Atq. idem dico de diſpenſatione in irregularitate, & cæteris in Iubileo conceſſis; quandoquidem etſi ſemel eo priuilegio vti renuerit, cum nihilominus id perpetuum ſit, nec pro caſibus ante Iubileum admiſſis tempori ſit alligatum, mutata ſententia, eo vti poteſt. idem *Sanchez l. 8. de mtr. diſp. 15 num 18. & de precept. l. 4 c. 54. nu 4. Leo. de poteſt. confeſſ. temp. Iub. par. 2. q. 17. nu. 206.* Quo vero ad votum Hieroſolimitanæ peregrinationis dico nec Iubilei tempore, neq; extra illud ab ipſo Parocho diſpenſari potuiſſe niſi in diplomate, generalibus, vel ſpecialibus verbis, authoritas ſit conceſſa: cum .n. Papæ ſit reſeruatũ *c. 5 in extrauag. de pœnit. & remiſſ.* nec Epo, nec Confeſſario fas eſt aliquem eius lege ſoluere non ſolum quando in ſubſidium, & ita ad terrã ſctã m ab hoſtiũ faucib. eruendã emittitur, verum etiam ſi pietatis, ac deuotionis cã ad S. Domini Sepulchrum, & Sacra illa loca iuramentum, vel votum nuncupetur. Sicut etiam Papali excommunicatione ligantur qui illud ſola pietatis cauſa abſq; licentia peregrinantur *Suarez. tom. 5. diſp. 22. ſect. 6. nu. 9.* Idq; attento ſtylo atq; communi praxi, quæ etiam contra communem ſententiam pro lege ſeruanda eſt, *ex Tuſch. in v. Practica. concl. 456. & v. Stylus concl. 695.* Atq; ita ex communiori placito reſoluit *Sayrus. in claui. reg. l. 6. c. 15. nu. 36. Sancher. l. 4 c. 40. nu. 6. Barboſa de Epiſcopo Alleg. 37. num. 4.* vbi etiam duo primi explicant, qualiter excommunicationem incurrant quinq; vota commutantes, aut in eis diſpenſantes.

QVAESTIO XXXV.

Quid Parochus conſulere debeat ſuo ſubdito illum de matrimonialis ſtatus electione interroganti.

BLaſius vir Ciuilis, & Politicus, cum præterito anno votum non cognoſcendæ feminæ emiſerit, & nũc matrimonialem ſtatum elegerit, & vxorem ducere uelit, ab Anſelmo Parocho ſuo iuriſprudẽtiæ, & moralis theologiæ perito uiro quærit, an illo uoto non obſtante, coniugiũ inire queat, & quid ſibi agendum, & obſeruandum ſit, quò in eo ſtatu chriſtiano homine dignam vitã traducat, & poſt confectum præſentis ſæculi curſum, æternã ſalutem conſequi valeat. Quæritur quid ei conſulere debeat.

RESPONS.

AAnte omnia primæ dubitatiunculæ ſatisfaciendo, dico, quod cum quæritur, an eũ Blaſius uotum de non cognoſcendis feminis emiſit, actum et coniugalem comprehendere intelligatur, ita ut matrimonium contrahere nequeat, uouentis motiuum inſpiciendum eſſe, nam ſi ea ratione nuncupatum fuit uotum, eo quod fornicationib. deditus erat, uel quia damnum aliquod ex fornicario actu incurrit (quod .n. de impudica muliere ſcribit Sapiens. *Prouerb. c. 5.* nimirum ipſius conſuetudinem primum iucundam, ac ſuauem eſſe, verum ad extremum abſinthio amariorem inueniri, hoc ad ſenſus, ac carnis uoluptates nõ inepte refertur) votum de non fornicando cum fœmina intelligendum eſt, & ſic coniugium inire poterit. Si autem ex caſtitatis motiuo, ut ſe à mulieris concubitu abſtineret, & cælibem uitam duceret, uotum emiſiſſet, licet uotum caſtitatis non ſit, ex quo contra naturam, uel uoluntaria pollutione peccando, abſque fœminei cuncubitus deſiderio, & abſque in illam copulam moroſa delectatione, quamuis grauiſſimum ſcelus perpetraretur, attamen contra uoti leges non delinqueret, & ac ſi eſſet uotum caſtitatis, matrimonium contrahere prohiberetur. Verum uouentis intentio ex circunſtantijs colligi nequit

non

Digitized by Google

no à abſtinentiam à qualibet copula, ſed ab incon ceſſa, à communiter accidentibus, & ex communi intelligentia uouiſſe præſumendum eſt, & per conſequēs ex ui illius uoti, à matrimonio abſtinere nō cogetur. ut late proſequitur *Sanch. l. 4. de præcept. c. 21. nu. 27. & reaſſumit Molf. tr. 4. c. 7. num. 22. Bonac. de legib. d. 4. q. 2 p. 5.* & alij communiter.

Porro prudenter, ac ſapienter Blaſius egit cum de hoc ſerio negotio peragendo Parochum, & Paſtorem ſuum conſuluit, qñquidē vt ait Climachus *gradu 26. de diſcr.* & *D. Doroth. ſerm. 5.* Quicunq. Dei beneplacitum noſſe volunt, in primis omni p prio ſenſu expurgato, in quadam animi æqualitate ſeſe conſtituere debent, ita vt nullam in partem magis propendeant, ſed ad omnes Dei nutus ſe promptos, agileſq. conſtituent: deinde cum ſimplici fiducia ad ipſius voluntatem dignoſcendam, patres ſpirituales rogare eos conuenit, atque eorum conſilium tanquam ex diuino ore excipere.

Atque huc ſpectat præclarum pronuntiatum *Io. Nid. in conſol. conſc. p. 2 §. tertia oritur.* Quilibet in credendis, plus debet conſentire fidei, quàm ſibi; & in agendis, plus dēt aliis credere, quam ſibi ſiqui dem virtus difficilis inuentu eſt, rectorem, ducemque deſiderat.

A propria etiam profeſſione aliena non faciet Parochus, ſi ex diuinę legis præſcripto, & rectę propriæ conſcientiæ dictamine, interrogatū veritatem annuntiabit; & ſi n. ſacerdos, & Deo cōſecratus vir, à matrimoniorum conciliatione abſtinere debeat, cum id genus negotiorum eum dedeceat, qui chriſtianos ad maiorem pe fectionē, id eſt ad cęlibem uitam conſeruandam hortari debet, non autem tractare coniunctionem, per quam virginitas cum aureola cæleſti perditur, & vitæ cælibis fructus diſſipatur, ei tamen qui ex cauſa coniugalem ſtatum iā ſuſcipere ſtatuit, modum, & rationem illius inſtituendi tradere, ab eius munere non diſcrepat.

Suppoſita, & prænotiones.

QVò plures ob hominum prauitatem in matrimonii ſacramentum irrepſerūt abuſus, eò diligentiorem curam adhibere debet Parochus, ut ea, qua decet ſanctitate, reuerentia, intentione, ſeruatiſq. his omnibus, quæ à ſacris Canonib. & Conciliis præcipiuntur, rite celebretur. Solet. n. nequiſſimus humani generis hoſtis, illis præſertim chriſtianæ religionis inſtitutis conari, vt fallaciæ, & laquei adiungantur, in quibus humana fragilitas in carnalibus deſideriis potius, quàm in ſpiritualib fructibus colligendis occupatur. Currit homo cæco impetu ad nuptias, & vix vllū adhibet mentis iudicium, quod ſi in omni noſtra actione non antecedit in maxima nos conijcimus incommoda. Præpoſtere amat, antequam iudicet, qui error dici non poteſt, quàm multa in uitam noſtram inuehat mala. ut mirum uideri nō dêat, ſi tot coniuges diuortium ad inuicem faciant, quippe quos intempeſtiuus affectus, imprudenſq. copulauit. *Menoch. vol. 1. conſ. 69. Neuiz. in Sylua nupt l. 2. nu. 118.*

Et verum eſſe comperiatur, quod Phauorinus philoſophus dicebat nuptias, & ſenectutes ſibi eſſe affines, vtramq. n. habere cupimus, poſtquam uero nacti ſumus, triſtamur. Hinc matrimonium cōtrahens cum eo, qui in periculis nauigat, comparari ſolet, nam qui coniugium init, is tanquam aleam fortunæ iacens, dubio euentui ſe ſubiicit, & in uarias tempeſtates, ac ſyrtes ſe conijcit. *gl. in c. 2. 17. q. 1.*

Quapropter ipſe animarum Curator non tantum tempore, quo de matrimonio agitur, fideles illos qui ſanctè coniungi petunt, huius Sacramenti præſtantiam, & quæ ad illud celebrandum requiruntur, edocere debebit, ſed etiam populum vniuerſum ſuæ cuſtodiæ commiſſum, ſæpius infra annum in concionibus habendis, & confeſſionibus excipiendis, opportune ſumpto aliquo argumento, plura declarare, ac explicare ſtudebit; quæ ad huius Sacramenti doctrinam pertinent, vt quo fine ineundum ſit, quæ ſint eius indiſſolubilis bona, & vtilitates, quæ ſint viri & vxoris officia, ac alia ſimilia, quæ fideles excitare poſſunt, vt mentis oculos terrenarum rerum ſomno grauatos, ad myſteria in hoc Sacramento incluſa conſideranda attollant, neq; opes, voluptates, & temporalia commoda tantum ſpectent, ſed ante omnia Dei honorem, & gloriam, ſuarumq; animarum ſalutem in eo intueantur, ac cupiant, matrimonia n. inter formæ, vel diuitiarum amore obcæcatos contracta, vt plurimum infelicem exitū habent *Menoch. vol. 1. d. conſ. 69. Gutierez. l. 1. can. qq. c. 20. nu. 18.* Hoc ergo ſuppoſito.

I. Monitum.

PRimo docebit, cum matrimonium ſit Sacramentum præcipue ad procreandos filios, qui cœleſtem hæreditatem accipiant, à Chriſto Domino inſtitutum ſancta, & incorrupta intentione incundū eſſe, vt Tridentini Patres in Catechiſmo Romano de Sacramento matrimonij admonuerunt. Peccatur ſane non leuiter à pleriſq; qui dum matrimonij rationem parum intelligunt, non ita affectum, vt oportet, animum ad eam rem afferūt, *Sanchez d. 2. d. 29. Reg. l. 31. num. 63. Molfeſ. tr. 4. c. 25. num. 21. Nald. in v. matrim. num. 1.* Quod potiſſimum contingit cum ob pulchritudinem, diuitias aut alios huiuſmodi fines, quis matrimonium principaliter contrahit: ſiquidem primarius coniugij finis in eo conſiſtit, vt ſoboles procreetur, & coniuges ſibi mutuo adiutorium exiſtant; nec tan-

L 3 tum

tum in hoc peccant, ſed etiam ex politica lege non recte agunt, nec ſatis ſuis commodis proſpiciunt: ſi cut. n. amicitia in voluptate fundata inſtabilis à Philoſophis moralibus vocatur, eo quia voluptas cum ætate in horas mutatur, ita & cõiugalis amor fixo nequit hærere pede, ſi tam fugaci innitatur fundamento &c. Vnde quicunq; ex forma, vel alia corporis oculis grata ſpecie accenditur amor, ſimilis eſt igni in paleis, uel leporinis pilis, ut ait *Plutarchus in præcept. connub.* Appoſite *Terentius*,

Forma impulſi noſtra nos amatores colunt,
Hac ubi immutata eſt, illi ſuum animum aliò conferunt &c.

Porro matrimonium ob diuitias, uel formam principaliter inire, & ſi DD. inter ſe hinc inde diſceptent, alijs contendentibus, nullum eſſe peccatum, alijs contra aſſerentibus, lethali culpa non carere, probabilius tamen illi cenſuerunt, qui in hoc ueniale tantum peccatum agnoſcunt *Sanchez. de matrim. l. 2. d. 29. q. 3. Tiraquel. l. 2. connub. num. 98.* Et cum pleroſque non tantum pulchritudinis, ſed multo magis lucri ſpes ad coniugia ineunda excitet, *vt ſupra dixi*. Iure Lycurgus uirgines ſine dote nubere uolebat, cum iſta ratione vtriſq; conſultum crederet tàm viris ne mulieres dotis magnitudine inſolentiores fierent, quàm mulieribus, vt ſola caſtitate, & probitate inſignes, non tam opulentiam, quam bonos mores æſtimari cernerent.

Nec omitto, Catonem conſuluiſſe, matrimoniũ, inter pares contrahendum, vt bene ſuccedat, quia Pares cùm paribus &c. Hæc autem paritas, & diſparitas, varijs ex cauſis perpenditur, videlicet nobilitate, potentia, diuitijs, honore, ętate, & moribus, Non eſt tamen neceſſe in omnibus, & per omnia conuenire, ſed ſi vnus in aliqua re excedit, alter in alia re compenſet. *Tiraq. l. 5. & 6. coniug. Tuſch. v. nuptia concl. 157. vt dixi in comment. de hum. vit. ſtat. par. 2. cap. 19.*

II. Monitum.

SEcundo aduertet, an qui hunc ſtatum eligere vult, libera voluntate ducatur, vt ſignum diuinæ vocationis agnoſcatur: cum .n. de matrimonio hodie præceptum non ſit, liberum, & voluntarium eſſe debet, ita vt merito *Tridẽtini Patres. ſeſſ. 24. c. 9.* excommunicationis ſententiam in Dominos, ac Magiſtratus tulerint, qui quocunq; modo directe, vel indirecte, ſubditos ſuos, vel quoſcunq; alios cogunt, quominus libere, ac ſponte, matrimonia contrahant. *Tuſch. 2. matrim. concl. 133.* Et ſane quæ nuptiarum incommoda Socrates de ducenda vxore rogatus commemorat, perpetua ſeruitus, & ſolicitudo, querelarum contextus, dotis exprobatio, affinium graue ſupercilium, & garrula ſocrus lingua, incertus liberorum euentus &c. ſatis docent, quàm rationi conſentaneum ſit, liberam debere eſſe eius voluntatẽ, qui hunc ſtatum eligit, & in hæc diſcrimina ſe conijcit, ne poſtea de alijs ſed de ipſo conquerendi cauſam habeat, quod ſibi ipſi malam fortunam fabricauerit. Deliberandum eſt .n. diù, quod ſemel fieri debet. Nec ſapientis eſt dicere. Non putaueram. *Sylua nuptialis l. 4. n. 2. Iuſtin. infra cit.* Hinc Democritus interrogatus cur homo proceræ ſtaturæ, tam paruam duxiſſet vxorem? Ego inquit in malo eligendo, maturo conſilio, quod minimum erat elegi. Nec abludit illud Diogenis. Nec fœminam, nec pannum ad candelã eme. &c. Atq. ne nimia peccetur indulgentia, aut negligentia, fieri sẽper debet mutuo voluntario contrahentium aſſenſu, accedente etiam parentum placito; quod tamen haud neceſſarium eſt, ſed parentibus ipſis hoc reuerentiæ, & obſeruantiæ officium præſtitiſſe conuenit quo prætermiſſo, multa ſcandala exoriri quotidianus docet vſus. *Surius. tom. 1. die 1. Ian. Daur. tom. 3. cap. 5. tit. 2. D D. in dom. 2. poſt Pent. Iuſtin. in Iob. c. 6. verſ. 13. docum. 1. & 2.*

III. Monitum.

TErtio Perſpicere eum oportet, an liber ſit vtriuſq; partis conſenſus, nam niſi ipſi inuicem coniuges ſibi perplaceant, non poſſunt indiuiduam vitam perpetuo agere, quod .n. quis non eligit, non diligit *c. præſens 20. q. 3.* Hinc omnes Doctores vnanimi conſenſu affirmãt, legatum alicui relictum, vt ſecundum alterius arbitrium nubat, valere etiamſi non nubat; quia perinde eſt, ac ſi conditio non ſit adiecta, ut quæ cogeret ad contrahendum cum illa, quæ nullo modo placeret, & matrimonij libertatem aliquo pacto impediret, *vt per Beiam. p. 4. reſp. caſu 19.* Itẽ videre an cõtrahentes aliquo canonico laborẽt impedimẽto, ſiquidẽ ut aliàs tetigi, prima infeliciũ in matrimonijs euentuũ cã, diuinæ, atq. eccleſiaſticæ legis tranſgreſſio ſolet eſſe, præcipue circa illos prohibitos gradus, qui matrimonium illicitum reddunt, ac proinde contractum nullum efficiunt; quia diuina iuſtitia tales coniugatos punit, aut per ipſius matrimonij diſſolutionem, aut per alterius coniugis mortem, aut ſterilitatem &c. *c. quædam lex. 35. q. 3.* Propterea, vt ex ante dictis annotatum eſt, quò ſi quod impedimentum ſubeſt detegatur, antequam celebretur denuntiationes ter in Eccleſia à proprio contrahentiũ Parocho, trib. cõtinuis dieb. feſtis ex præcepto Eccleſiæ, vel loci cõſuetudine, fieri debẽt. Licet & aliquãdo, vt ſupradiximus, fieri poſſint extra Eccleſiam in loco, ad quem magna populi multitudo confluit, vt in prædicationibus accidit, &

alio

alio die, quam feſto, eo. ſ. die, quo ingens hominũ copia cauſa alicuius inſignis concionatoris audien di accedit. *Sanchez. l. 7. d. 9. Gutier. c. 56. Reginald. l. 31. nu. 227. Bonac. q. 2. p. 6. Barboſa. de off. Epiſc. p. 2. alleg. 32. num. 172.*

Ex quo etiam fit, ius dicta impedimenta detegendi, cuilibet ſcienti incumbere, & ſi ſecreta ſint, cum, ut alibi diximus, hic non agatur de pœna alteri infligenda, ſed de vitando damno ſpirituali ipſorum contrahentium, & eorum filiorum, qui illegitime naſcerentur. *Sanchez. l. 3. d. t. 3.* Sicuti etiam non eſt peccatum detractionis, capienti, ut aiunt, informationem, ob matrimonium aliquod ineundum, vel ad aliquod collegium ingrediendum, &c. delictum alicuius reuelare. *Bonac. de cont. d. 2. q. 4. pun. 8.*

IV. *Monitum.*

QVarto curare debet, ut ſponſi, & ſponſæ antequã matrimonium ineant, orationibus, alijſq. piis operibus ſe patent, & ſaltem triduo ante conſummationẽ matrimonij peccata confiteantur, & ſacram Eucharistiam, ſumant christianam doctrinam calleant (aliqui. n. cenſuerunt à matrimonio contrahendo arceri poſſet ſi illam ignorent. ex *Sanchez l. 3. de matr d. 15 Barboſa. l. c. nu. 173.*) ut hoc ſancto agendi initio mutua poſtmodum charitate, & continua pace viuant, & ipſius cõiugii bona ſubſequentur, videlicet proles, fides, & ſacramentum. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1.*

Eſt. n. aliquorum ſententia, lethali peccato affectum mortali etiam culpa ſe obſtringere, cum indigne ſacramentum illud recipiat; quod ſi per procuratorem contrahat, debere in gratia conſtitutum eſſe cum uero ſimiliter putat procuratorem cõtrahentium eſſe. Non parua namq. ſapientia coniugibus opus eſt, ut tranquillam, & concordem vitã tranſigant. *Sanchez. l. 2. d. 6. num. 30. Nald. in v. matrim. n. 2 t. Labata in v. matrim propoſit. 1.*

Siquidem matrimonio copulati quò poſsint ita viuere, vt bene ſe mori poſſe cõfidant, his bonis recte uti debent. vt Primo fine animæ læſura degant, & ut prolis generatio, ad Dei gloriã, & humani generis conſeruationem, ab eis quæratur & bona ipſius educatio inſtituatur. Quod ſi aliquando pij cõiuges ex filiorum multitudine grauentur, quos præ inopia alere, & cómmode educare nequeant, remedium eſt honeſtum, & Deo gratum, exemplo nonnullorum Sanctorum, ex mutuo cõſenſu, à thoro ſeparari, & orationi, ac ieiuniis deinceps vacare. *Daur. tom. 3. Flor. exempl. c. v. tit. 13. Bellarm. de art. mor. l. 1. c. 15.* Fidei bonum in eo poſitum eſt, vt coniuges intelligant, corpus ſuum non eſſe ſuũ, ſed coniugis. Et ſicut vnus alteri debitum negare non poteſt; ſic ei nõ licet copiam ſui corporis alteri quàm proprio coniugi facere, cuius rei Symbolum, & ſignum eſt anulus, nam benedictione peracta ſponſus, de Parochi manu acceptum anulum ſponſæ digito induit, idq, dum facit, myſteriis ſacris refertа profert verba, vt ille mutuæ fidei, & dilectionis ſit pignus. Prorſus. n. deteſtandum eſt, & abominandum adulterii crimen, vt quod animalia etiam rationis expertia ad indignationem moueat *vt per Tiraq. l. 13. connub. & Schol. ad Alciat. embl. 47. Dionyſ. Carthuſ. de conuerſ. pec. art. v. Menoch. cent. v. de arbit. Iud. caſu. 919.* Sicut è contra improbandus eſt nimis ardens in coniugem amor. Vñ *D. Hier. l. 1. in Iouinian* In aliena vxore, inquit, omnis amor turpis eſt, in ſua nimius. *Et D. Aug. ſerm. 105. in Nou.* tractans illud Apoſtoli. Sciat unuſquiſq. veſtrum vas ſuum poſſidere, in ſanctificationem &c. Si immoderatius ait, vxore tua vſus fueris, tametſi re tua vtatis; tamen re conceſſa immoderatius vtendo, corrumpis in te templum Dei, vt proinde ſapienter reſponderit D. Aegidius ſocius D. Franciſci cuidam ſeculari glorianti, quod caſte viueret, fidemq. vxori ſeruaret, An ex ſuo quoq. ipſius dolio, non poteſt aliquis ebrius fieri? *Mangot. Monit. 10. D. Ned l. 2. de off. Eccleſ. c. 19. Maſchar. de Probat. concl. 1034. Card. Tuſchus in v. annulus conc. 343. Sanchez. l. 1. d. 22. & dixi ſup. tr. 7. c. 14. q. 66.* Hinc tertium bonum idq. nobiliſſimum conſurgit, quod eſt gratia Sacramenti, quam Deus ipſe piorum coniugum cordibus infundit, ſi dum coniugium celebratur, bene diſpoſiti, ac parati accedant. Ea vero gratia, ut alibi dixi, præter alia commoda, quæ ſecum affert, mirum in modum iuuat ad conciliandam inter coniuges beneuolentiam, quamuis ingenia, mores, morbi, variæ tàm animi, quàm corporis diſpoſitiones, facile iurgia ferere poſſint, vt nec de hac re deſunt nobis exempla, vt S. Monicæ, matris S. Auguſtini, quæ cum uirum haberet ferocem, proteruum, & à Deo alienum, ſic tamen eum prudenter, ac pie tolerauit, ut ab eo ſemper amaretur, & ad Chriſtum tandem ipſe adduceretur *D. Auguſt. l. 9. confeſſ. c. 9.* Et D. Homoboni, qui moleſtam ſuæ uxoris garrulitatem, & contumelias æquo aĩo tolerabat. Notum eſt nãq. matrimonium maxima ſecum onera trahere. Hinc *Plut.* uis ſemper uexari? eme nauem, aut duc uxorem nam hæ duæ res nunquam ſatis ornantur, & ſemper aliquo egent. *Et D. Greg. Nazianz.* vxorem honoratũ onus appellat. *&c. Daur. l. c tit. 9 exempl. 12. Bellarm. de art. mor. l. 1. c. 15. Surius in vita D. Homob. tom. 6. die 13. Nouemb.*

Ex hoc etiam tertio matrimonii bono indiſſolubilitas manat, quod. n. Deus coniunxit, homo non ſeparet. *Matth. c. 19.* Quippe matrimonii ſeruitutẽ (ſic. n. ss. Patres coniugalem ſtatum appellant) omnem aliã ſuperare ex eo ẽt patet, quod reliqui ſerui

ſerui omnes libertatem, vel aliquam redemptionem uel heri ſui munificentia,ubi diu, fideliterq; ſeruierint,ſperare poſſunt;quin & olim iis,qui acerbiore ſeruitute premebantur,ad ſtatuam confugere licebat, & uenditionem poſtulare, & ſic aliquo ſaltem pacto, dominorum ſæuitiam immutare; at cõiugii ſeruitutem ſola mors ſoluit &c. §.*deinceps. in auth. de nuptijs. Taſch. v. mors.concl.391.* Quò etiam fit,ut in eadem domo,& thoro cohabitate teneantur, iuxta illud,

Sit modus, & finis,ſine damno,ſolue,cohære,
Sit locus,& tempus;tactus,ne ſpernito votum.
Molfeſ. tract. 4.c.13.

Et per illud uerbum cohære mutua cohabitatio ſignificatur. Vnde ut ſentit,& loquitur, *Toletus.l.7. c.25.Angleſ.q.de ſoluendo debito.diff.* 3. *Marc. Ant. Genuen.in Manu.Paſt.c.* 84. Peccant illi qui dimittunt uxores ſuas, & per alienas prouincias uagantur,noluntq.ad eas redire;nec ſunt abſoluendi donec firmum ſaltem propoſitum habeant abſq. mora redeundi,

V. *Monitum.*

PRopterea Parochus antequã ſponſos in Eccleſia matrimonio iungat,aliquo breui ſermone ex Catechiſmo petito,de hoc triplici nuptiali bono aget,nẽpe fide,ut.ſ.matrimonii fœdus nunquã uioletur,prole,ut filii religioſe in uia Domini educentur, ſacramento, ut ſe inuicem diligant,& nunquã ſe disiungant. Nec eorum coniugiis interſit, qui prima fidei rudiméta ignorant,neq.quò ad fieri poteſt permittat, ut ante benedictionem in Eccleſia ſuſceptam,in eadem domo habitent,dicente *S. Ambroſio l.8. epiſt.epiſtola* 1. Cũ ipſum coniugiũ uelamine ſacerdotali, & benedictione ſignificari oporteat, quomodo poteſt cõiugium dici ubi non eſt fidei concordia? *Conc.Trid. ſeſſ.24.c.1.de mat Sanchez.l.3.c.12.Comiuch.d.27.nu.72.Molfeſ.t.4.c.8. num 68.Gutierez.c.106.Bonac.q.4.pun.6.num.2.*

V I. Monitum.

POſt matrimonium celebratum,Parochus librũ habere debet,in quo coniuges, teſtes, diem, menſem,& annum ſcribat,prout decernitur in *Conc.Trid.ſeſſ.24.de refor.c.*1. Et cum hæc ad ſacramenti ſolemnitatem pertineant, propter finem lites,& diſcordias euitandi,ſub lethali procul dubio culpa obligant. *Sanchez.l.3.diſp.15.num.*22. *Gutierez.c.60.num.9.Reginald.l.31.num.* 242. Vnde nouiſſimo iure,defunctis teſtibus, & Parocho,ſolo huiuſmodi libro,abſq.alijs adminiculis,matrimonium contractum plene probari dicẽdum eſt, quia in hoc Curati fides, & induſtria à ſacro Concilio electa fuit,ut per *Nicol. Genu.lib.5.de ſcript.priuata.q.1.& ſeqq.Bellett.in diſq.cler.p.1.tit.de cler. teſte* §.1. Sicuti etiam ex libris baptiſmi à Parocho confectis,baptizatum eſſe aliquem,& illius ætatem probari, necnon ex eiuſdem Parochi codice,mortem,& ſepulturã, plene teſtata fieri, communis eſt ſententia. *vt per Barboſ. de off.Epiſ alleg.*32 *n.*177.

V I I. Monitum.

ADuertere tamen debet Parochus, quod licet de natura matrimonij ſit perpetuo cohabitare,cũ ſupra diffinitũ ſit,illud eſſe maris,& fœminæ coniunctionem, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinentem;plures tamen cauſæ dantur,quæ ad diuortium faciendum,remanente ſemper ipſius coniugij vinculo,ſufficiunt. Primo ob alterius adulterium,ſi innocenti conſtet, nam in foro conſcientiæ non requiritur,ut adulterium ipſum probetur,cum probatio pro foro externo à iure exigatur. &c. in quo et cũ difficilis ſit probationis, violentæ probationes boni viri arbitrio ſatis erunt. Secundo ob alterius ſæuitiam,ad quã referturі moleſta cohabitatio propter diſcordias,iurgia grauia, & inter ipſos coniuges frequentiã; nam & Iuuenalis ad repudiũ olim mittendum ſuffi. ciſſe ait, ſi mulier grauis cæpetit eſſe marito,

Collige ſarcinulas dicet libertus, & exi,
Iam grauis es nobis. &c. Tertio furor alterius coniugis ita vehemens, ut alter uitæ periculũ cohabitando ſubeat, diuertendi iuſtam cauſam præbet. Quarto quando coniux coniuhoralem ad peccãdum impellit,& correctione facta,ab hac iniqua actione non deſiſtit,& huiuſmodi, *vt dixi ſup. c.* 10 *q.* 2 *ſupp.* 2. Vtrum vero vir facto diuortio,teneatur vxorem alere,aut ſaltẽ in interno foro alimenta vxori adulteræ occulte denegare;affirmant. DD. de diuortio agentes. *vide Sanchez.l.10. de matrim. d.8.& 18.Menochius conſ.853.Riccium decis.235.Gutierez.de matr.c.129 Ant. Thes.decis.* 230. *Marin Anton. l.1.var.reſolut.reſol.35.Maſcard. vol.1. de probat.concl.53.& 63.Reginal.l.31.c.41.num.*317. *Bonac de matrimon.q.4.p 5.Molſ.tr.4.c.4.* & alios. Fatentur & cõiter ſcribentes , caſtitatis votum cõi cõſenſu emiſſum,efficere vt licite coniuges quò ad thorũ ſeparẽt,cũ ſibi obligationẽ reddẽdi debitũ inuicẽ remiſerunt,imo ut ambo religionem ingredi poſſint,& in ea profiteri. Quod ſi nolint,uel non expediat,eo quod prolis multitudine grauentur, quam præ inopia non facile ſuſtentare queant, remedium honeſtum,& Deo etiam gratum eſt,à thoro diſiungi,& orationi,ac ieiuniis deinceps vacare, prout ſupra ex expedita Patrum ſententia ſignificaui. *Ant. Daur.in Catechiſ.hiſt.tom.3.c.5.tit.*13.

VII.

VIII. Monitum.

HOrtetur ut pacem, & concordiam inuicē ſeruēt, ut ex B. Lyduuina Hollandica virgine monet Surius in eius vita. 14. Apr. Et teſte *D. Chryſoſt. ſerm. 4. in epiſt. Pauli ad Tit.* 2. Dilectio, & pax, eſt tranquillitatis, & felicitatis inter coniuges fundamentum. Hic nihilominus amor recte rationi conſentaneus eſſe debet, ne in zelotypiam conuertatur. Siquidem inter omnes animi perturbationes, & affectus, ſi quis diceret nullū eſſe qui acriorem, ac ſæuiorem cruciatum hominibus afferat, & horribiliora facinora perpetret, zelotypia, credo haud mentiretur; & de harum rerum tragœdiis, & exemplis dicere non eſſet finis, cum plenæ ſint hiſtoriæ, nec pauca propriis oculis quotidie uideamus. Hinc Sapiens *Prouerb. c. 6.* Zelus, & furor uiri non parcet in die uindictæ. Vbi nonnulli obſeruant, zelum, ſeu zelotypiam cum furore coniungi, eo quod coniuges etiam, aliàs qui natura mites, per hanc necdum in iracundiam, ſed in furorem adigi ſoleant, & in mutuas neces, aliorumq. armari, & impelli. *Tiraq. l. 16. connub. Laured. in ſylua mor. v. Zelotypia.*

Porro an hic immoderatus amor in delictis, quo ad vtrūq; forum excuſet, conſulantur à Parocho, & Confeſſario. idem *Tiraq. de temp. pœnis cauſa 4. & Farinac. eodē tract. q. 98. & quæ nos tradidimus par. 1. tract. v. c. 12 q. 80. & tract. 7. c. 3. q. 17. & par. 2. tr. 10. c. 4. q. 11. reſol. 2.*

Finis Tractatus Decimi Tertij.

TRA-

ARTICVLI, QVÆSTIONES, ET CASVS, ſuper quos aliquæ interrogationes formari poſſunt pro his, qui ad ſimplicia beneficia, & ad Canonicatus, ac dignitates promoueri petunt. Cap. I.

QVÆSTIO I.

An qui ſine debita ætate, & ſine animo perſeuerandi in ſtatu clericali, beneficium ſimplex accipit, & horas canonicas volũtaria diſtractione recitauit. p m. & fructus reſtituere teneatur, & an eccleſiã pauperem reſtaurare teneatur, &c.

GEorgius annum agens decimum tertium cũ dimidio, accepit beneficiũ ſimplex, quod tamen ordinẽ ſacrũ non requirit, animo non perſeuerãdi in clericali ſtatu, nec ad ſacros ordines aſcendendi, & q̃uis ſemp exceptis primis ſex menſibus horas canonicas perſoluerit, illas tñ uoluntaria diſtractione recitauit, & plerunq. clericalem habitum non detulit. Itẽ & ſi patrimonio diues ſit pauperem tamen Eccleſiam ſui beneficii reparare detrectat. Quæritur an lethaliter deliquerit, & fructus perceptos reſtituere teneatur & quid Iuris circa reliqua ſtatuendum ſit.

I. SVPPOSITVM.

R. Suppono multas conditiones requiri, ad hoc ut uel ad ſimplex beneficium quis idoneus cenſeatur. Prima eſt conueniens ætas, nam ad beneficium huiuſmodi qualecunq ſit, ut minimum ætas 14. annorum inchoatorum exigitur, ex *Conc. Trid. ſeſ. 23. c. 6.* Ex quo loco DD. collationẽ inualidam eſſe colligunt *Caual. deciſ. 29. Tol. l. v. c. 79.* Nec Epiſcopus, ſed ſolus Pontifex poteſt ſuper hac ætate diſpenſare; qui tamen ſi beneficium confert puero rationis compoti, & ſeptenniũ egreſſo, non eo ipſo eum à penſo horarum canonicarum liberat, ne duo ſpecialia circa idem concurrant &c. *Azor p. 1. l. 10. c. 13. q. 12. Nald. v. beneficium nu. 17.* Secunda animus principaliter Deo inſeruiẽdi determinata intentio ſtatus Eccleſiaſtici, & ordinis muneri ſuo neceſſarii non. n. par eſt, ut Eccleſiaſtica beneficia dentur iis, qui Eccleſiæ miniſterio ſe mancipare non ſtatuerunt, *Sanchez. l. 7. d. 45. nu 14. Gazzaſ. p 3. c. 4. Nald in v. beneficium nu. 3. Zechius de repub. Eccleſ. tit. de benef. num. 4. & v. Craſſus de effect. Cler. effectu 6. num. 42.* Tertia legitimus thorus, ſiquidem Sacri Canones omnes ex illicita copula natos ab ordinibus; & eccleſiaſticis beneficiis excludũt, donec vel per Pontificium reſcriptum, uel per ſubſequens matrimonium, legitimentur. Et ſi Epiſcopus, ut alibi animaduerti, ex cauſa diſpenſare ualeat, ut ad minores ordines, & ad unum tantum beneficium ſimplex, promoueatur. Tertia Bonitas uitæ, quia infames, & alii criminoſi ab eo arcentur. Quarta debita ſcientia, quod beneficium illud expoſcit, & ad minus, ut latine legere ſciat, & quod legit intelligat, & ut diuinum officium decenter recitare ualeat *Zerula in v. beneficia ad. v* Vbi ait, q quia ex *Ariſt. in 3. Eth.* Oĩs ignorans malus, Epiſcopi eos examinare debent, quibus beneficia etiam ſimplicia cõferre uolent, & iuxta loci, & beneficii qualitatem neceſſe arbitrarium. Ordinatus tamen ſacris ordinibus præſumitur habilis ad beneficia ſimplicia, & non poteſt denuo à ſucceſſore Epiſcopo examinari, niſi noua cã poſt promotionem ſuperueniat. &c. *Ricc. in prax. fidei reſ. 192. Gennen. in Praxi. Neapol. c. 119.* Et in his beneficiis ſimplicibus animarum cura carentibus, & exceptis Canonicatibus ex multorum ſententia etiam in vtroq; foro, dignum omiſſo, digniori eligere ſufficit. *Pariſius de reſignat. l. 1. q. xi. Belar. in Annot. ad dec. xi. Ludouiſ. Arrag 22. q. 63. not. 2. Rebell. l. 3. q. 4.* Quinto Clericatus exigitũ, & licet regulariter nõ requiratũ ordo ſacer, ſed minores ordines ſuffieiãt, imo ſatis ſit ut beneficio ſimplici donandus prima tonſura ſit initiatus; ſi tamen ex tabulis, & literis inſtitutionis, certum ordinem requirit, qui illo caret, eſt ad illud beneficium inhabilis niſi conſuetudine legitime præſcripta aliud ſit receptum &c. vnde ſi teſtator leget, uel vſu ſit inductum, vt prouiſus de capellania ſit ſacerdos neceſſe eſt ut Capellanus futurus tali ordine ſit inſignitus. *c. ei cui. de præbend. in 6.* Probabile tamen eſt, ut patronus cum Epiſcopo concedere poſſit, ut ei qui non ſit actu ſacerdos Capellania conferatur modo ſit clericus, & in ætate, ut intra annum ad ſacerdotium promoueri poſſit. *Zech. l. c. Nald. v. Capellania.*

Addo

Addo tamen quod licet Laicus ſit beneficij incapax; ſi nihilominus de proximo ſit ordine initiandus, aptus ad illud redditur, & per patronum præſentari poteſt. *Garzias.p.7.c.1.num.25. Molfeſ.tr.6.c.7.num.*50 Religioſus autem, vel regularis, et ſi Sacris initiatus ſit, ſimplicis beneficij acquirendi incapax eſt, niſi Pontificia diſpenſatione muniatur; quãuis beneficij curati diſpenſante Epiſcopo capax eſse queat. *Sanchez.l.7 de precep.c.29.nu.6.* Sexto neceſſe eſt vt ad beneficium promouendus cenſura, vel irregularitate, tam ex parte animæ, quàm ex parte corporis non ſit irretitus, ita vt collatio ei facta nulla ſit, nec per ſubſequentem abſolutionem, vel diſpenſationem, conualeſcat. Sed in praxi, vt alibi dixi, dum quis à Summo Pontifice beneficium obtinet, vt habilis reddatur ſolet ab omni cẽſura abſolui, & ſuper quolibet canonico impedimento diſpenſari. *Idem Garziaſ.p.7 c.13.num.3. Nald.in v. beneficium nu.46.& v.excomm.num.*40. intelligendo vt infra.

II. SVPPOSITVM.

Secundo ſupponendum multas eſſe obligationes, quas beneficiarius etiam ſacro ordine carens contrahit.

I. Beneficiarÿs obligatio.

Prima eſt reſidentia, quam de iure communi beneficia, vel ſimplicia requirunt; licet nunc ex generali conſuetudine, exceptis Canonicatibus id non procedat *Pet. Rebuff. in Praxi de diſpenſat. de non reſid. num.* 8. Vbi etiam ſubdit, nos ad ſeruiendum Deo eſſe tanquam teſtudines, & cancros, nam pigre accedimus, & veluti cancer retrorſus imus. Et licet contrario vſu, vel etiam ſpeciali iure, vt beneficiarij ſimplices ad reſidentiam teneantur introduci poſſit, nihilominus aſſerenti hanc reſidẽdi obligationem adeſſe, probandi onus incumbit. *Garz.p.3.c.2.num.5.& 6 Molfeſ.tract.6.c.xi.nu.18.& ſeq. Borellus in ſumma Deciſ.tit.x.nu.* 15.

II. Obligatio.

Secunda eſt, quod canonicarum horarum penſum ſoluere tenetur etiamſi beneficium ſit tenue, vt cõmunior eſt ſententia, *vt per Molfeſ.tract.5.c.3.num.*27.& infra dicemus. Quas licet ſi in excommunicatione, & peccato mortali recitauerit, pręcepto dicendi horas ſatisfaciat, & pœnam, ac peccatum, euitet; cum tamen interior attentio ad eſſentiam, vt inquiũt DD. vocalis orationis requiratur, fit vt Clericus beneficiatus voluntarie, & ex propoſito ſe diſtrahens, & mente vagans, præter lethalem culpam, quam admittit, perceptos fructus, perinde ac ſi non recitaſſet, reſtituere debeat, vt ex communi ait *Nau. de oratione c.13.num.22. Lopez in inſtruct. conſc p.2.c.246. Beia p.2. reſp. caſu vlt. Sayruſ. de cenſ.l.3.c.4. num.23. Suarez. tom.2. de relig. l 4 de hor. can.c.14.num.10.& c.26. nu.26. Azor p.1.l.10.c.14.q.8. Garzias. tom.1.p.3 c.1.num.186. Graffiuſ.l.2. Deciſ aur.c.51. num.7.*

Sed nemo ita ꝓpriæ ſalutis immemor piũ ẽdus eſt, vt diuinum officium recitans, ſponte, ac voluntarie diſtrahatur, quis. n. hoc de ſpirituali homine, ac Deo dicato credat, cum optime nouerit, Deum eſſe cordis ſcrutatorem, ac cogitationum inſpectorem? Sed ad debitam attentionem ſeruandam illud præſidij Clerici habent, ſi mentem ſuam, & affectum circa verborum ſenſum exerceant, dum .n. in eo mens occupatur, vanis, & inutilibus cogitationibus aditus intercluditur. Quid ſunt Pſalmi, ſacræq; lectiones, niſi cœleſtes theſauri, in quibus diuinæ opes aſſeruantur, quàm ergo indignum eſt, huiuſmodi theſauros perpetuo verſare, & illorum virtutem ignorare? Clerici ergo vel Canonici, qui ſacræ ſcripturæ ſcientia deſtituti ſunt, nec pro illius intelligentia comparanda ſtudent, ſunt tanquam pſitacus, vel pica, qui humanam quidem vocem ex vſu quodam emittunt, quid autem vox illa ſignificet, non intelligunt. *Baſſ. de eff van.c.19.* vide, quæ diximus ſupra *tr.10. de reſtit.c.4.q.*14.

III. Obligatio.

Tertia obligatio eſt Clericalem habitum deferre, quæ quidem obligatio, vt ſæpe aliàs meminimus, ad lethalem culpam aſtringit, præſertim poſt editam Conſtitutionem Sixti V. Incip. cũ *Sacroſanctam*. Qui quidem habitus debet ordini ſuo, & dignitati reſpondere, vt .i. veſtibus talaribus nigri coloris, vt non exquiſitis, ita nec ſordidis vtãtur; anulum non geſtent, niſi ſolum in aliquo gradu conſtituti. Etenim non veſtis, nec corporis cultus pretioſus clericum facit, aut ſacerdotem, ſed caſtę mentis intentio. At nunc ea eſt ætas, vt multos Clericos luxu perditos ferat, qui bona, quæ ad victum ſibi, Eccleſiæq. deſeruientibus, ſubminiſtrare debẽt, quodq; ſupereſt, Chriſti pauperibus elargiri, in uanos vſus profundunt. *Abb.& alÿ in c. Clerici. ext. de vita, & honeſt. Cler. Io. Bapt. Corradus in reſponſ. caſ conſc. Reg.l.30.tract 2.n.10.& ſeq. Marc. Ant. in Praxi Neap.c.46.*& alij communiter

Reſolutio cum quatuor animaduerſionibus.

His ſic pro fundamento præiactis, dico Primo, Georgium inualido titulo ſimplex illud beneficium poſſidere, cum ante legitimam

ætatem

ætatem nempe 14. annorum illud acceperit, ac proinde non ſolum ad fructuum reſtitutionem, ſed etiam ad beneficii reſignationẽ teneri, niſi à Papa confirmeĩ, vel fructus condonentur &c. Secũdo ex alio capite, & lethalis culpæ nexum, reſtituendiq; fructus obligationẽ ipſo facto contraxiſſe; non quidem ea ratione, quod beneficium illud receperit animo ad tempus retinendi eiuſq. fructibus fruendi, & poſtea ad coniugalem uitam tranſeundi, cũ hoc nullo iure prohibeatur teſte *Sanchez. de matr. l. 7. d. 45. n. 13.* & aliis, ut etiam ſuperius animaduertimus, ſed quod voluntaria diſtractione canonicas horas recitauerit, & clericalem habitum non geſtauerit. Et quamuis Conc. Later. & Conſtitutio Pii V. Incip. *Ex proximo.* ex communi ſententia, in primo ſemeſtri ad fructus reſtituendos diuinum officium omittentem non cogant, à mortali tamen culpa non excuſant. *Graff. l. c. Garz. p. 3. c. 1*

Vbi etiam tria animaduertenda ſunt.

PRIMA ANIMADVERSIO.

PRimo non modo eum q. horas canonicas recitate, recuſat, mortaliter peccare, ſed etiã qui notabilem partem, puta dimidiam horam omittit.

II. ANIMADVERSIO.

SEcundo difficultatem eſſe, an beneficii tenuitas à recitatione horarum canonicarum Clericum ordine maiori non initiatum excuſet, quidquid autem aliqui aſſerant, contraria ſententia tàm valide probitur, vt illi acquieſcere cogat, quæ etiam communiori ſcribentium calculo comprobata eſt, vt per eũdem *Garzian. l. c. num. 39. Reg. l. 20. nu 34. Volfeſ. tract. 5. c. 3. nu 27. Arg. Genuenſis in Pract. Eccleſ. q 673.* vbi ait Clericum pauperem artificio, & agricultura victum ſibi quærere poſſe, dummodo diuinis officiis non deſit. Sicut. n. vir vxorem alere tenetur, etiamſi illa pauper ſit, ſic iſte licet tenui fruatur beneficio, ita vt victui neceſſaria ſibi ſuppeditare nequeat, Eccleſiæ ſuæ deſeruire cogitur, & cum Apoſtolo dicere, ſcio abundare, & penuriam pati. *gl. in c. 3. d. 91.*

III. ANIMADVERSIO.

TErtio abſq. vlla ſententia pro rata non recitati officii, reſtitutionem in fabricas beneficii, vel in pauperum vſus faciendam eſſe, ſic vt quo die totas omiſit, fructus omnes eidem diei reſpondentes amittat. Pro matutino prætermiſſo dimidium, pro quauis aliã hora ſextam partem. Ideq; eſt faciendum ei, qui vt Clericus penſione fruitur, ſi officium B. Mariæ non recitet. Et ſi talis Clericus pauper eſt, poteſt ſibi de Confeſſarii conſilio retinere. *Emanuel. Sa. in v. beneficium. num. 56. Valenz. conſ. 98. Mant. de coniect. vlt. volunt. l. 10. tit. v. Molfeſ. tr. 13. c. 11. num. 37. vt etiam tradidi tr. 9. c. 11. q. 35.*

IV. ANIMADVERSIO.

QVarto ad pdicta conſequenter dicẽdũ, Georgium ex proprio patrimonio Eccleſiam ruentem reparare teneri, & ſibi imputandum eſſe, quod ſine dote, vel pauperẽ acceperit, ſicut, vt dixi inopem vxorem ducens ei de neceſſariis prouidere obligaĩ. *gl. in c. 3. d 91. Tuſch. v. maritus. cõcl. 93.*

QVESTIO II.

Beneficiarius habens vnum beneficium ad honeſtum victum ſufficiens, an vt pietatis, ac beneficentiæ operibus incumbat, poſſit aliud impetrare. Et quid ſi eiuſdem beneficij obtenti fructus in ludos inſumat &c. Dubitans an ſit illegitimus, an obtenta beneficia retinere poſſit, & in paternis bonis ſuccedere.

BErnardus ſacerdos cum vnum poſſideat ſimplex beneficiũ, ad decenter honeſteq; viuendum ſibi ſufficiens; attamen vt commodius valeat beneficentiæ, & pietatis operibus incumbere, & præſertim, vt ipſe allegat, egentibus ſuis cõſanguineis ſubuenire, aliud ſatis pingue ab Epiſcopo imperrat; quo habito parua eleemoſyna illis quotannis erogata, reliquos redditus in ludis, & luxibus conſumit. Item cum defuncto patre dubitet an ſit legitimus, petit à Confeſſario an pdicta beneficia retinere poſſit, & nũm in paterna hæreditate cum cæteris fratribus ſuccedere ei integrum ſit. Quæritur quid ei à Confeſſario conſulendum ſit.

Prænotiones, & ſuppoſita.

I. SVPPOSITVM.

RAnte reſolutionem ſuppono ex D. Thoma *Quodlib. 9 art. 15. & Tolet. l. v. c. 8.* triplicẽ eſſe actionum ordinem. Quædam .n. inſeparabilẽ deformitatem in ſe continent, ut mendacium, fornicatio &c. Quædam ſunt indeferentes, ut deambulare, ridere, & hmõi. Quædã aliæ abſolute cõſideratæ quandam malitiam adiunctam habent, ſi tamen debitis circunſtantiis ueſtiantur, licite fieri poſſunt, ut eſt occidere; ſi quis etenim defenſionis gratia, aut executionis iuſtitię cauſa mortem alicui inferat, iure licitũ eſt. Quãuis ergo beneficiorum ſimplicium pluralitas non ſit res in primo genere mala, eo quod in multis caſibus ſuper hoc Iura Canonica diſpẽſent, nec etiam ſit res indiffereñs, ut eſt plures ueſtes tenere; in earum tamen rerum gradum numeratur, quæ mali ſpeciem inuoluunt, & ma-

& maximo diſcrimini, ac periculo ſunt expoſitæ, vt conſtat. *ex cap. de multa*, *& cap. exturpanda. tit. de prębendis, & cap. execrabilis eodem tit.* vbi mala enumerãtur, quæ ex hac beneficiorũ multitudine naſcuntur, niſi ex cauſa quis, ab hac lege ſoluatur, *vt per Riccium in Praxi variar. reſol. reſol. 446.* recenſet cauſas ad diſpenſandum circa beneficiorum pluralitatem. Ex curſu tamen decem, vel uiginti annorum, in dubio diſpenſationem ad plura beneficia præſumi reſoluir *idem Author. in Praxi Fori Eccleſ. Deciſ. 701. & Pariſius de reſignat. benef. l. 3. q. 6. num. 74. Mareſ. l. 2. var. reſol. c. 24.*

Primum malum pluralitatis beneficiorum.

PRimũ ergo malũ eſt ꝙ diuinus cult⁹ minuit, ac defraudat, ac magnã iacturã patitur, ſiquidẽ plura beneficia poſſidens non facit plura ſacra, nec plura recitat officia, ſed unum, & ſic de aliis, & tamen præcipue ad Dei cultum augendum ipſa beneficia inſtituta ſunt &c.

Secundum malum.

SEcundo quod Eccleſia ſuis miniſtris deſtituitur, dũ unus pluri perſonas induit, & naturali rationi repugnat per ſe ipſum beneficium recipere, & uelle poſtea per ſubſtitutum deſeruire, præſertim cum regulariter beneficiarii induſtria ſit electa. Hinc. & Calixtus 3. Pont. Max. pluralitatem beneficiorum aſpernatus, prius quam ad ſacrum Põtificatus culmen euectus eſset, unico duntaxat contentus, bene illi, & pie deſeruiebat, rogatus autem cur cum poſset plura accipere, recuſaret, quia, aiebat, unicam eãq. virginem in uxorem accepi, nec plures accipere uolo, nec poſsum, nec debeo. Vnde *Plato l. 2. & 3. de repub.* Nemo inquit, ad omnia rite peragenda ſufficit, ſe ſingula melius fiũt, & facilius, quando ſinguli ſingula ab aliis ceſſantes efficiunt. Qui plura pertractat, in ſingulis tandem ita deficit ut in nullo euadat egregius. In eadem ſententia fuit *Ariſt. l. 4ib. Politic. cap. 15.* rationem proferens, quod melius ſingulæ curæ ſingulis commiſſæ expediuntur. Hoc ipſum in praxi ſequitur eccleſia, quæ videns beneficia curata magni eſſe ponderis, & totum hominem requirere ſanxit, ne abſq; expreſſa Summi Pontificis licentia duo alicui conferantur *c. cum ſingula. ext. de præb. Conc. Trid. ſeſſ. 7. de ref. c. 2 & ſeſſ. 24 c. 17.* Et in præficiendo eas potiſſimum dotes exigit, quæ officio illi præclare, & recte obeundo propriæ, & accommodatæ ſunt, vt probitas, peritia, & prudẽtia, nam quò ad alias, vt nobilitas, amicitia, ſanguinis coniunctio &c. tàm ſunt intempeſtiuæ, q̃ ſerra dentata ad ſcribendũ, vel terebrandũ. Hinc illud ẽt malum.

Tertium malum.

TErtio loco cõſurgit quod auaritia, luxuria, ambitio, & cætera uitia per hoc fouent, & diſtributiua iuſtitia violatur, dũ vnus abundat, & alij forte digniores eſuriunt &c. *Perez. 2. de Capellanijs l. 2. c. 3. num. 12.* Eccleſiaſticarum rerum policia præſens, ordo, & diſciplina quantum ab antiqua Chriſtianę eccleſiæ integritate, & pura ſynceritate diſter, vix eſt quiſpiam pia, mente, & religioſo affectu imbutus, qui non videat, & ſeculi huius corruptelas ægre ferat, vt dicere cum *Plinio l. 4. cap. 25.* libeat. Quò te vertas? quæ remedia cõquiras? vbiq. vitia remedijs fortiora. An autem Epiſcopus diſpẽſare poſſit, vt quis duo beneficia ſimplicia vniformia ſub eodem tecto renere poſſit, *vide Barboſ. p. 2. Alleg. 62.*

Quartum malum.

QVarto fideles, & fundatores ſua intẽtione fruſtrantur, dum illa miniſteria non obeuntur, quorũ intuitu plura beneficia ſunt erecta, vt perquirẽdo varias fũdationes; omnib. quotidie palã fit vt proinde merito communiter Doctores inſonent, miſerum eſſe in Dei Eccleſia aliquos beneficijs accumulandis perinde inhiare ac famelicos canes oſſibus, idque ingens eſſe piaculum, & certiſſimã animarum perniciẽ cõtinere, vt vere dixerit Bernardus à D. Thoma inde *art. 15.* citatus, Qui non vnus, ſed plures in beneficiis eſt, non vnus, ſed plures erit in ſuppliciis. Id quod experientia docuit in illo Cancellario Pariſienſi, qui cum morti proximus à Guilielmo Epiſcopo admoneretur, vt communem aliorum Doctorum ſententiam ſecutus, omnia ſua beneficia vno excepto reſignaret, ne cum tanto damnationis diſcrimine ex hac vita migraret, acquieſcere noluit, dicens, mox experturum, an ea doctrina vera eſſet; ſicq. miſerrimus poſt paucos à morte elapſos dies, prædicto Epiſcopo apparuit, & dixit, ſe propter tria perpetuò damnatum eſſe, quorum vnum erat beneficiorum pluralitas, quæ vltra ſtatus ſui neceſſitatem, & decentiam cõtra iura retinuit, *Et Barboſ de off. Ep. tit. 2. gloſſ. 15. Thomas item Cantip. l. 1. Apum. c. 19.* non paucos plura beneficia poſſidentes infeliciſſima morte extinctos, & ſe idcirco damnatos eſſe commemorantes allegant, vt eorum proinde exemplo beneficiarii diſcant, iuxta illud;

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Timeant Clerici ait *D. Ber. in Cant. ſerm. 23.* timeant miniſtri Eccleſiæ, qui in terris Sanctorum quas poſſident, tàm iniqua gerunt, vt ſtipendiis, quæ ſufficere debeant, minime contenti ſint, ſuperflua quibus egeni ſuſtentandi ſunt impie, ſacrilegeq; ſibi retineant, atq. in vſus ſuæ ſuperbiæ, atq; luxuriæ, victum pauperum conſumere non vereantur, duplici profecto iniquitate peccantes, quod & aliena diripiunt, & ſacris in ſuis vanitatibus, ac turpitudinibus abutantur. *Nau. Miſcell. 62. de oratione Ludulph. de vita Chriſti p. 1. c. 68. Vaſquez. c. 4. de benef. §. 2. dub. v. n. 160. Reginal. l. 30. tract. 3. num. 276. Garzias. p 11. c. 5. num. 276. Molfeſ. tract. 6. c. 9. num.*

g. num. 41. licet etiam fate um ſit dari iuſtas aliquas cauſas ob quas Pontifex circa beneficiorum pluralitatẽ (vt dicunt) diſpenſare ualeat, vt eſt alicuius ſcientia, vel nobilitas, ſeu etiam Eccleſiæ vtilitas, & neceſſitas. *D D. in c. de multa de præb. Ric. reſol.* 446.

II. SVPPOSITVM.

SEcundo ſupponendum, ſufficiens beneficium, quò ad redditus iudicari, ſi ex eius fructibus beneficiarius cum eius familia, habita ratione conſuetudinis regionis nobilitatis, ſcientiæ, &c. honeſte ſuſtentari queat, Nec in conſideratione habendum eſt patrimonium, ſiquidem, vt alibi etiam dixi ex communi ſententia, Clericus illud conſeruare poteſt, & beneficii fructus in proprios vſus conuertere. Quinimo in dubio Clericus fructus beneficii in alimenta, & impenſas ſibi neceſſarias cõſumpſiſſe præſumitur, & redditus patrimonii poſteris reſeruaſſe, ſicut etiam bona à clerico in emphyteuſim conceſſa multi volunt patrimonialia, & propria ipſius Clerici, niſi aliud conſtet, præſumi, *Abb. in c. Epiſcopus. ext. de præb. Con. in c.* 2. *de teſtam. Mol. tom.* 1. *de iuſt. & iure d.* 145. *Menoch. l.* 2. *de arb. Iud. cent.* 6. *caſu* 520. *Gratian. in Diſcept. forenſ. c.* 381. *Plat. de dignit. Card. c.* 25. *Comit. l.* 1. *reſponſ. qu.* 81. *Bisfeld. in Ench. Theol. paſt. de Iuſt. Cler. in ord ad benef. c.* 13. *Polid. Ripa. in ſing. obſerat. obſer.* 66. *Surd. tit. ix. de alim q.* 12. *Bellett. in Diſq. Cler. p.* 1. *tit. de bonis Cler.* §. 6. & 7.

Et ne detur exceſſus bñficiatius conſiderare dẽt, vt quantũ ipſe alteri ſimilis conditionis pro decenti victu daret, tãtum ſibi retineat. Et qm̃ nimis ad nos met ipſos, & ad extollentiam oculorum noſtrorum afficimur, nec ſecure hac in re nos ipſos iudices conſtituimus, cum ſæpius quæ vtilia tantum ſunt, ac ſpecioſa, neceſſaria reputemus, aut decentiam noſtri ſtatus, plus quàm par eſt, extendamus &c. tutius ac ſalubrius eſt, cuilibet Eccleſiaſtico ad frugalitatem, & parcitatem ſui ſtatus declinare, vt ſemper aliquid pauperibus erogandum relinquatur; nam vt admonet D. Bernardus *e piſt.* 2. *ad Fulionem*, Quidquid præter neceſſarium, ac ſimplicem veſtitum de altari retinet Clericus, ſuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt.

Et licet omnes Doctores conueniant, clericum ſuam ſororem, vel conſanguineam etiã illegitimã, dotare poſſe, varie tamẽ controuerſum eſt, quomodo ratio ſit habenda, an. ſ. ſit conſiderandus ſtatus, in quo erat cognata antequam beneficiarius beneficium obtineret; an vero oculus ad eum ſtatum dirigendus ſit, in quo eſt cognatus, eo ipſo quod ipſum beneficium adeptus eſt, verior tamen, ac cõmunior videtur eſſe ſententia eorum, qui tenent, alimenta, vel dotem, & reliqua ad vitam neceſſaria ſanguine coniunctis ſolũm eſſe tribuenda iuxta ſtatum, in quo erant priuſquàm beneficiarius clericus ad beneficium promoueretur, quia contrarium videtur eſſe quodãmodo cõſanguineos opib. ditare, & redditibus augere, quod ſacris ſanctionibus interdicitur *Cõc. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 1. *de ref.* Atq. ſic ſentit *Maior. in* 4. *d.* 24. *q.* 19. *Abul. ſuper Matth. q.* 75. *Roſella Syl Ang. & Armill. in v. clericus.* & alii contra nõnullos ſ'ertim *Nau. de redd. eccleſ. q.* 91. *admo.* 12. & *Mol. tr.* 2. *diſp.* 146. Quorum ſententia, & ſi minus vera, ac minus tuta cenſeatur, in praxi tamen quò ad hoc miſerũ ſeculũ recipi videtur &c. Et quia huiuſmodi occaſione populi ſolent Prælatorum dignitati detrahere, animaduertendum eſt. Antiſtites etiam malos, & ſi non habeant diadema ſanctitatis, inſigne tamen dignitatis geſtare, quæ ex ſe non peccauit, ac proinde ob illam eos honore afficiendos eſſe, &c. *Nald. in v. Prælatus. num.* 6.

III. SVPPOSITVM.

TErtio cum maxime inter Doctores illa agitetur quæſtio, an clerici fructuũ ſuorum beneficiorum dominum ſint, ita vt ad libitum de illis diſponere valeant, probab lior tamen eſt illorum ſententia, qui partem affirmantem tuentur. Et licet opinio negãs ſecurior ſit, nihilominus nullius eſt cõſcientia grauanda, quãuis conſilium de eo quod melius eſt, dandum ſit. Ex quo ſequitur vt quãuis clerici male redditus expendentes, nec quæ ex his bonis ſuperfuerint, in pauperes non conferendo, lethalis culpæ rei fiant, non tamen reſtituendi obligationem contrahunt, cum ſuæ portionis, quæ ſibi ex quatuor illis partibus pro ſuo miniſterio obeũdo aſſignata eſt, vero dominio potiantur. *c. quatuor* 12. *q.* 2. *Beia. p.* 4. *reſpõſ. caſu* 31. *Leſſius l.* 2. *c.* 4. *dub.* 6. *Mol. tract.* 2. *d.* 144. *Reg. l.* 30. *tract.* 3. *nu.* 84. *Arrag.* 22. *q.* 86. *art.* 2. *Bãneſ.* 22. *q.* 32. *art.* 6. *Val. tom.* 3. *d* 10. *q.* 3. *puncto* 7. *Molfeſ. tract.* 6. *c.* 10. *nu. ix. Garzias. p.* 2. *c.* 1. *num.* 5. *Vaſquez. de redd. eccleſ. c.* 1. §. 2. *dub.* 1.

I. Q. RESOLVTIO.

HIs ſic præmiſſis, ad propoſitam quæſtionem reſpondendo dico, Bernardum in neutro foro tutum eſſe, ſiqdẽ habens ſimplex beneficium ad commodam ſuſtentationem ſufficiens, aliud ſalua conſcientia, etiam diſpenſante Epiſcopo, obtinere non potuit. Epiſcopus namq; diſpenſandi poteſtate non gaudet, niſi quando primum beneficium ad honeſtam beneficiarii ſuſtentationem non ſatis eſſet; at tria vel plura etiam ad conuenientem ipſius victum non ſufficientia Epiſcopo eidem beneficiario conferre integrum non eſt; quoniam id per

Sacri

ſacri Concilij Tridentini ſanctionem prohibetur. *ſeſſ.24.de refor.c. 17.* & ita pluries per ſacrã Card. Cõgreg.declaratum eſſe refert. *Garziaſ.par.11.c.5.nu.310.Molfeſ.tract.6.c.9.n.24.Genuẽſ.in Praxi Neap.c.65.num.3. Flam.de reſignat.l.3 q.1.n.138. & l.5.q.6.num.115.Azor p.1.l.2.c.12 poſt princ.& l.5.c.19. Beia.p.1.caſu 59. & p.4.caſu 26. Regin.l.c.num.283.Tuſchus in qq.pract.lit.B.concl.61.Salon.22.q.63.art.2.Riccius reſol.359.Barboſa de officio Epiſcopi tom.3.Alleg.62.* vbi ait habenti in penſionibus ſufficientem ſuſtentationem Epiſcopum aliud beneficium conferre poſſe.

Addo quod cũ ſubuenire cognatis,& cõſanguineis egenis non ſit iuſta cauſa,plura beneficia obtinendi,quando vnum honeſtę,ac decenti vitæ ſuſtentationi ſatis eſt, vt ex *Conc.Trid,ſeß.24.c.17.* omnes Doctores colligunt ; multo.minus à graui ſcelere excuſari Bernardus potuit, qui fructus decentem ſui ſuſtentationem excedẽtes,in profanos, ac illicitos vſus inſumpſerit.Sicuti etiam à lethali delicto immunes non ſunt religioſi,& moniales, q annuos redditus,& peculium in propriũ vſum conſumendum,à ſuis Præfectis cõceſſum,in profanos, & illicitos vſus expendunt. *Beia.p.4.reſp.caſu.32.* Quippe eccleſiaſtici ſuperflua bona habentes,ſtrictius ad illud quod ſupereſt, pauperib. & aliis piis operibus erogãdum,quàm ſeculares homines obligantur ; nam ratione eminentioris ſtatus maiori charitate fulgere debent eccleſiaſtici. Hinc Canonici,& alii clerici ſupplere tenentur de ſuper abundantibus redditibus ſuarum præbendarum,quando quarta quam Epiſcopus pro eccleſiæ ſuæ fabricatione dat,non ſufficit &c. Qua de cauſa frugalius etiam eos viuere oportet, & ſeculi pompas contẽnere vt habeant vnde neceſſitatẽ patienti tribuant. *Germ.de Indult Card §.quibuſuis. Barbat. conſ.26.Berous.conſ.3. Campan. in Diuerſor. iuris canon. Rub.4.* Bellet.*in Diſq.cler p.1.§.13.*

Ad hæc cũ eorũ vita cõtinentiæ voto munita ſit, nemini,vt Apoſtolus loquit. more ſæculariũ quos poſterorum cura tangit, theſaurizare tenentur. Quandoquidem dubium non eſt, mutari ſtatum, cum eccleſiaſticæ militiæ quis nomen dat, & eo magis ſi curam animarum ſuſcipit,quia ſacrũ connubium cum ſua eccleſia contrahit,propter quam parentes, & conſanguinei relinquendi ſunt,& adhærendum vxori ſuę. Quamobrem à nonnullis creditur D.Carolum non ſe Borromæum,ſed S. Praxedis Cardinalem noſtri voluiſſe,hujuſq. rei illud Dauidis tanquam cauſam adiunxiſſe, Extraneus factus ſum fratribus meis &c. Illud .n. D.Laurẽtij Iuſtin.mente tetinebat, Quãdo in mundo ſumus, debitores nos conſtat eſſe parentum,poſtquam vero ad Dei ſeruitium vocati ſumus, ab eorum neceſſitatibus cognoſcamus nos eſſe ſolutos.

Poſtremo qm̃ in ſacris Canonib. *vt c.quia 16.q.1.* Clericorum bona ſingulari modo pretia peccatorum,& patrimonia pauperum prædicantur, atq; eis iniungitur, vt ſuperflua pauperibus (ſub quo nomine tamen egeni ſanguine coniuncti compræhenduntur) liberali manu tribuant. Vnde & Tridentini Patres, vt ſupra inſinuaui. *ſeſſ.25. de refor. c.1.* Clericis eccleſiaſtica beneficia obtinentibus omnino interdixerunt, ne ex redditibus eccleſiæ conſanguineos,familiares ue ſuos augere ſtudeãt; ſed ſi pauperes ſint, his vt pauperibus res eccleſiaſticas diſtribuant. Et grauiter admonent vt omnem humanum hũc erga fratres,nepotes, propinquoſq; carnis affectum, ex quo multorum malorũ in eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant. Hinc inter alios Adrianus Vi.Pont.Max.rariſſime & non niſi difficulter cognatos, propinquoſq; ad beneficia promouebat, non quidem quod ſi idonei eſſent eis non faueret,ſed quia, vt dicebat,ædificare Syon in ſanguinibus nolebat &c. *c. graue ext. de praben. Platus de dignit.Card c.25.Tympius in ſpec.epiſc.Sig 13.Laur.Beyer.in Apoſt. Chriſt. in v. Beneficium,& v.eccleſia bona.Staplet.in dom.2.poſt epiph.Baſſus de cur.anim.p. 1.c.10.*

II. Q. RESOLVTIO.

SVppoſito,cum qui eccleſiaſticum beneficium vult obtinere,his conditionibus prẹditum eſſe debere. Primo vt morum probitate fulgeat. Secundo debita ſcientia ſit fultus. Tertio in ea ſit ætate,quam beneficium expoſcit. Quarto ordinẽ hẽat quẽ ipſum beneficiũ exigit. Quinto nulla cenſura,vel canonico impedimento ſit detentus. Sexto legitimis natalibus ſit procreatus, nã Sacri Canones ex illegitimo toro natos, ab ordinibus, & beneficiis excludunt, donec vel per ſubſequens matrimonium, vel per S. Pontificem legitimis natalibus reſtituantur. Epiſcopus.n. cum his tantum diſpenſare poteſt vt ad minores ordines promoueantur, vel vt vnum tantum ſimplex beneficium habere queant, *vt per Molfeſ.de cõmuni ſtẽtẽ.tr.6 c.7.* Et vt alii uolunt.concedere valet, vt illigitimus etiam penſionẽ obtinere ualeat. *Garzias par.1.c.5.nu.159.* Hoc inquam ſuppoſito, dico breuiter, Bernardum dubitantem an in natalibus deficiat, multo minus abſq; ſedis Apoſtolicæ diſpenſatione, illa plura beneficia retinere poſſe; ei tñ integrum eſſe,facta prius ad ueritatem aſſequendam debita diligentia, paternam hæreditatem cum fratribus diuidere: tùm quia poſſeſſio illi fauet,& melior eſt conditio poſſidentis, tùm quia in foro externo eadem hẹreditate non priuabitur,fori autem interni, & externi idem eſt iudicium, quando hoc falſa præſumptione non nititur, ut ex communi

tradit *Bonac. de cont. diſp.* 1. *q.* 2. *puncto* 2. §. *incidens, num.* 12.

QVAESTIO III.

An non ſacerdos poſſit capellaniã obtinere, & an poſtea Sacerdotio initiatus, & in certo loco celebrare obligatus, poſſit aliquando vacare, & alibi rem ſacram facere. Et an promittens ſacrum, & poſtea illud omittens, mortaliter peccet, & an preces in Breuiario præſcriptas omittens pariter peccet.

MArtinus cum eſſet Diaconus, obtinuit capellaniam, in cuius fũdatione cauebatur, quod ſacerdotes præſentarentur, & quotidie ibi pro fundatoris ipſius ſuffragio, celebrare tenerentur, poſt annum ſacerdos creatus eſt, & per duorum annorũ ſpatium ſemel in hebdomada à ſacro in eadem capella faciendo vacauit, ſed alibi accepta ſtipe celebrauit. Quæritur an nondum ſacerdotio initiatus, illius capellaniæ onus ſuſcipiendo, & poſtmodum ſacerdos factus, alibi eo modo ſacrificando, charitatem, & iuſtitiam violauerit, ita vt præter culpam, reſtituere teneatur. Item cum Vincentio amico ſuo, qui vxorẽ ducturus erat, ſacrum de Spiritu ſancto, quod liberum habet, ſe facere promiſiſſet, hoc officium præſtare omiſit, ipſiuſq. amici fidẽ deluſit. Quæritur pariter an in hoc caſu lethalem culpam, & in iuſtitiã commiſerit. Inſuper cum Romani Breuiarij Rubricæ admoneant, vt certis quibuſdam diebus, vt in vigilijs, & tempore Quadrageſimæ, nonnullæ preces flexis genibus recitentur, ſtans, vel ambulans, illas adhibere ſolet, & à prandio in Quadrageſima veſperas dicere. Vnde hic ẽt quęritur an ſic agens ſatisfaciat, & nũm peccet.

I. PARTIS RESOLVTIO.

R. Quò ad primam partem dico, Martinum nullo modo peccaſſe, ſi .n. fundator ſacerdotalem capellaniam inſtituat, vel dicat, quod ſacerdotes præſentẽtur, & non alii, adhuc ſufficiet, in ea ætate eſſe conſtitutos, vt ſaltem intra annum ad persbyteratus ordinem promoueri valeant, & interim per ſubſtitutum inſeruiant &c. iuxta *c. licet. canon. tit. de elect. l.* 6. Nec eſt veriſimile teſtatorem ad miſſam vnius potius, quàm alterius ſe reſtringere voluiſse, cum miſſa ſit ſacrificium, quod per alium etiam Deo offerri poteſt ex qua veriſimilitudine diſponentis mens eſt interpretanda. Prout etiam aliqui de loco ſiue eccleſia dicunt ceſſante teſtatoris coniectura, cũ de loco ad perſonas argumentum valeat; ſiquidem idem eſt ſi pro illius anima in vna, vel altera eccleſia, celebretur, *Grat. loco infra citandus*, & *c.* 63. Secus ſi expręſſum ſit, ꝙ talis capellanus præſentandus ſit actualiter ſacerdos, & verba ſint negatiue concepta, dicendo non admittatũ niſi actu ſacerdos, &c. tunc .n. eius voluntas ſeruanda erit, nec ſufficiet, ꝙ intra annum, aut ſtatim promoueri valeat. Niſi tamen regionis conſuetudo repugnet, vel niſi talis capellania in Cathedrali Eccleſia inſtituta ſit, cuius redditus principaliter in quotidianis diſtributionibus conſiſtere ſolent, & non niſi iis qui per ſe ipſos interſunt, & celebrant, diſtribui *Gonzales reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. *n.* 104. & *ſeq. Garzias p.* 7. *c.* 1. *num.* 98. *Barb. in remiſſ. ad conc. ſeſſ.* 24. *de ref. c.* 12. *Grat. in Diſcept. Forenſ. p.* 1. *c.* 133. *Barb. de Epiſcopo p.* 2. *Alleg.* 24. *num.* 29. *Mar. Ant. l.* 1. *var. reſol. reſol.* 3. & 4 & *Campan. infra citand.* Qui addit, quod ſi capellania cum ea cõditione inſtituta fuerit, vt in ea præſentatus inſtitueretur. qui in propria familia ſacerdos reperiretur, nihilominus quando ſacerdos non extaret, ex pręſumpta teſtatoris mente, ſimplicem clericum de eadẽ familia inſtituere liceat, dũmodo cum primũ poterit, ſacerdotium aſſumendi intentionẽ hẽat &c.

Vbi etiam aduerte ex *Marc. Anton. Gennen. in Praxi. eccle q.* 340. quod cum nõ extãt ſcripturę, uel tabulæ, decennalis celebratio miſſarum capellanũ ad celebrãdum in futurum obligat; nam fauore pię cauſæ decennij tempus eſt modus obligationem inducendi, vt etiam per *Riccium in Praxi rerum ad ſacrif miſſ. pert. reſol.* 366. Et ibi *reſol.* 365. tradit celebrationem miſſarum per dictum ſacerdotis nõ probari, ſed per librum Aeditui, vel Officialis. Ego tamen quò ad hoc ſpectata ſacerdotis religione, & integritate, ac fide, eius aſſertioni ſtandum eſſe dicerem *Nau conſ.* 16. *de teſtam, Ann. Rober. l.* 1. *rerũ Iud. c.* 3. *Tuſchus in v. Aſſertioni. concl.* 805. *nu.* 10.

II. PARTIS RESOLVTIO.

QVò ad ſecundam partem dico, Martinum ſemel in hebdomada vacando, & alibi ſtipẽdio accepto rẽ diuinam faciendo, graui culpa animam propriam ſauciare, & niſi per alium ſacerdotẽ ſuppleat, iuſtitiæ quoq; leges lædere. Eſt .n. generalis regula, ſacerdotem contra charitatem, & iuſtitiam peccare, qui per ſe ipſum, vel per alium, miſſas non celebrat, quot, & quales, & quo in loco, vel tempore, ex fundatione; vel pacto, celebrare tenetur, niſi aliud ex interpretatiua fundatoris voluntate conſtet; vel niſi aliud honeſtas, & debita deuotio ſuadeat. vt diximus ſup. *tr.* 4. *c.* 13. *q.* 123. Ex quo ſequitur, Capellanum obligatum tot miſſas in hebdomada celebrare, non poſſe eas pro alio dicere, qui pro ſacro faciendo ſpecialem ſtipem tribuit, quandoquidem ex communi ſententia, miſſa plus illis prodeſt, pro quibus particulariter offertur, ideo ſi pro multis ſacrificium applicetur, non tantundem illis ſingulis ſatisfaciet. Item eo die quo ex

ſua.

Digitized by Google

fũdatoris cõceſſione, vel honeſtatis cauſa, ſemel in hebdomada miſſam intermittere licet, non poſſe alibi, aut pro alio celebrare, niſi prius aliquem in ſui locum ſubrogauerit, & conſequenter ſacerdoti qui titulo capellaniæ quotidie celebrare tenetur, haud integrum eſſe, vna die in hebdomada accepta ab alijs eleemoſyna, in eadem eccleſia rem ſacrã facere, & ſacrificium ſtipem tradenti applicare, vt ex communi tradit *Fraxinellus. de obligat. miſ. ſect. 4. concl. 4. §. ix. Bonac. de ſacr. d. 4. q. vlt. p. 7. §. 2. Io. Campan. in Diuerſ. Iuris can. Rubrica 7. c. 6. nu. 15. & ſeq. Nald. in v. Capellani, num. 11. & in v. miſſa. num. 7. & 11.* Probabiliter tamen ſubdit, ex aliqua ingruenti neceſſitate, Capellano licere aliquando per annum, puta quater, vel ſexies pro ſe ipſo, vel ſibi coniuncto, ad aliquam à Deo gratiam obtinẽdam celebrare, id. n. pius Capellaniæ Inſtitutor nõ negaſſet, ſi de tali caſu cogitaſſet, vel de hoc interrogatus fuiſſet, ſiquidem vt communiter DD. aſſerunt, teſtatoris voluntatem dobus modis interpretari poſſumus, primo quod re ipſa teſtator ſenſerit, ſcd'o ſi hoc aduertiſſet, ita diſpoſuiſſet; vnde in dubio teſtator illud ſenſiſſe videtur, qđ æquus, ac prudens uir ſentire debuit, *vt ait Mant. de coniect. vlt. volunt. l. 3. tit. 2. Sardus vol. 4. conſ. 250. nu. 11.* Vide ſup. à nobis tradita *trac. 5. c. 13. q. 122. et ſeqq.* Communiter tamen DD. concedunt, Capellanum infirmum non teneri per alios celebrare, ſi infirmitas per octo, vel decem dies perduraret, quando quidem etiam famulo ſtipendium currit, ſi per tale tempus ægrotet, & Dominus de iure alimenta iuxta infirmi ſtatum præſtare tenetur &c. *Pet. Nau. de reſtit. l. 2. c. 2. num. 210. Gen. in Praxi. Neap. c. 56. Barb. de Epiſcopo par. 2. alleg. 24. nu. 31. Riccius in Praxi Capell. Deciſ. 403. Molfeſ. tr. 6. c. 1. nu. 79. Idem Campan. l. c. num. 14. & alij DD. ſupra citati.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. breuiter dico, aliquibus videri promittentem liberaliter vnum ſacrum animo ſe obligandi, omittentemq; lethaliter delinquere, & iuſtitiam violare, quia detrimentum ſpirituale ex ſacro omiſſo eſt magnum, grau iuſq; quocunq; temporali. Item quia vouens Deo ſacrum, & non implens mortaliter peccat &c. *vt per Pet. Nau. l. 2. de reſtit. c. 2. dub. 7. num. 329. in noua editione.* Sed alijs nimis rigida hæc ſententia uidetur, quia adiudicandum, an ſit damnum graue conferendum eſt temporale cum temporali, & ſpirituale cum ſpirituali. In genere autem damnorum ſpiritualium non eſt tanti momenti omiſſio ſacri liberaliter promiſſi, vt mortalis cenſenda ſit. Nec eſt ſimile de voto, nam ad religionem pertinet, & in ordine ad Deum refertur, & ita multo ſtrictius obligat; qui .n. voueret quotidie tertiam virginei circuli partẽ recitare, ſemel omittẽs à lethali noxa nõ excuſaretur, quod ſecus eſſet ſi homini promitteretur, *vt per Sanchez. l. 1. de mat. diſp. 5 nu. 24. & Gutierez. c. 5. num. 15.* Nihilominus in ſpecie præmiſſa diſficile Martin⁹ à graui ſalſẽ culpa nõ eximerẽ, ratione grauis dãni, vel ſpiritualis, vel temporalis, quale eſt negotium ineundi matrimonij, quod Vincentio contingere poteſt per ea, quæ diximus ſupra *tr. 4. c. 14. q. 132.* Et certum eſt externam promiſſionẽ acceptatam, ſi ſerio ſiat animo promittendi, & res quę promittitur notabilis ſit, ſub mortali culpa obligare. *Bonac. de cont. d. 3. q. xi. p. 2. Filliuc. tr. 32. c. 3. num. 28. & Sanchez. l. c.* & aliis communiter, vt traditũ eſt, ſup. *tr. ix. c. 10. q. 22.* Et communis eſt fere reſolutio, eum qui aliquid in re graui promiſit, & promiſſionem iuramento firmauit, cum non impleuit, duo peccata lethalia commiſiſſe neceſſario in confeſſione aperienda, vnum fracti iuramenti, alterum non impletæ promiſſionis *Fernandus. p. 4. c. 17. §. 2.*

At ſecluſo iuramẽto, valde probabile eſt promittentẽ aliquid in re graui cum aĩo ſe obligãdi tantũ ad venialem culpam ſub leuis etiã culpę reatu promiſſionem adimplere teneri. *Sanchez. l. 1. de mat. d. ix. Suarez. l. 3. de legib. c. 47. Bonac. de cont. d. 3. q. xi. puncto 2.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. dico quod ſi Martinus in choro ad quem teneretur, illas preces non genuflexus recitaret, ſaltem venialem culpam admitteret ſi extra chorum, aliquibus videtur ab ea excuſari, quamuis etiã extra illum à Breuiario ritus præſcriptos obſeruare ualde deceat, ob rationem allatam à *D. Thom. 22. q. 84. ar. 2.* Sicq. *Nau. c. 4. de hor. can. concl. 3. & Comit. l. 1. reſp. q. 64.* his verbis hanc quęſtionem reſoluere videntur. Qui priuatim orat, poteſt citra peccatum orare, pedes, eques, procumbens, iacens, vel recũbens, ambulans, vel quieſcẽs, *ex Innocent. in c. 1. de celeb. miſſ.* dummodo id agat ſine aliorum ſcandalo &c.

Addo quod ſpiritualis vitæ magiſtri, *vt Bloſ. in ſpec. ſpir. c. x. & Auila. p. 1. epiſt. v.* permittunt orantes imbecilliores aliquando ſedere, cum ſeſſio eſt orationi profutura; dolor .n. qui ex incommoda genuflexione gignitur, attentionem tollit, ac minuit, quæ tamen orationi apprime neceſſaria eſt; atq; D. Auguſtinus à D. Simpliciano conſultus ſic rẽdiſſe fertur. At difficile Martinus à veniali labe. eximi põt, ſi abſq. cauſa has ceremonias prætermittat; ſicut etiam ab ea immunis non eſt, ſi abſq; rationabili cauſa veſperas in Quadrageſima à prãdio recitet. *Tol. l. 2. c. 13. Azor. p. 1. l. 10. c. 9. q. 9.*

QVAESTIO IV.

An capellania in religioſum, & alienigenam conferri queat. An capellanus valorem miſſæ ſibi debitũ, accepto ſtipendio, alteri applicare poſſit. Nunquid Falcidia, vel Trebellianica de legatis ad pias cauſas, pijs etiam locis factis, detrahi valeat. Legatarius alimentorum ſi religioſus fiat, an cõſequatur legatum etiamſi non ſtet in loco vbi teſtator iuſſerit vt alimenta præſtentur. Quid nomine alimentorum veniat. & quando, ac quomodo ſoluẽda.

MElchior laicus in quadam Confraternitate capellaniam congrua aſſignata dote inſtituit, vt ibi propriæ p̃riæ ſacerdos, quotidie pro aĩæ ſuæ ſuffragio, miſſas (vt dicunt) de requiem per ſeipſum celebraret. Ipſius Melchioris hæredes Felicem ſacerdotem regularem exterum, & alterius diœceſis, qui hoc munus impleret, elegerunt, qui quidem non pro defunctis, vel de requiem, ſed vel de ſanctis, vel de feria occurrentes miſſas celebrauit, & medium ſacrificij valorem pro animæ dicti Melchioris, & Inſtitutoris redemptione, ſpecialẽ vero pro alijs ſibi ſtipem tribuentibus applicauit. Item cum dictus teſtator præfatæ Cõfraternitati, & ſocietati 500. aureos reliquiſſet, ipſi hæredes ex legato Trebellianicã deducere volunt. Et cũ centum aureos Franciſco filio Andreæ eiuſdem ſocietatis pro alimentis reliquiſſet, ſi in paterna domo cum parentibus habitaret, ipſe religionem eſt ingreſſus. Vnde quatuor potiſſimum quæruntur. Primo an capellania in Felicem religioſum, & alienigenam conferri potuerit. Secundo an valorẽ Miſſæ ſibi debitum alteri, accepto ſtipendio, applicare tuta conſcientia valuerit, & alias miſſas quam à teſtatore præſcriptas celebrare. Tertio num quartã, falcidiã, vel trebellianicã, de dicto legato 500. aureorum detrahere licuerit. Quarto an Franciſcus legatum alimentorum centum aureorum conſequi debeat, etiamſi in loco vbi Melchior teſtator iuſſerat non maneat, ſed in monaſterio ubi tyrociniũ egit, & profeſſus eſt. An appellatione alimẽtorum veniant libri, & qũo vel quãdo ſoluẽda ſint.

SVPPOSITVM.

REſp. Suppono ex charitatis ordine, poſt conſanguineos, concíues, & ex propria patria genitos, præ alijs extraneis magis diligendos eſſe, nam ex *D. Thom. 2. 2. q. 80. art. 1.* Poſt Deũ, patriæ, & parentibus, homo maxime debitor eſt. Et vt ait *Tullius. l. 1. off.* Omniũ ſocietatũ nulla gratior, nulla charior, quàm ea quæ cum reſpublica eſt, chari ſunt parentes, chari liberi, ſed omnium charitates vna patria amplexa eſt, pro qua quis non dubitat mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus. Et ut cecinit Ouidius,

Neſcio qua fatale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

l. qui habebat. vbi gl. & DD. ff. de legatis 3. & in l. veluti. ff. de iuſt. & iure. & in c. 1. ext. de conuerſ. infidel. D. Ant. 1. p. tit. 6. c. 2. §. 2. Ideo legata incerta circa locum, ad certitudinem reducuntur, vt locus patriæ, & domicilij electus intelligatur. *Rom. concl.* 408. *Tuſch. v. patria. concl.* 133. Quando pariter ciuitas penuria laborat, ciues collectum frumentũ indigenis potius, quàm exteris illud vẽdere cogendi ſunt. *Bar. in l. 1. de metal. l.* 10. *Cou. l. 3. var. reſol. c. 14. nu. 6. Graffius. l. 2. aur. deciſ. c. 57. nu.* 11. Sic eleemoſyna, quæ ex incertis rebus facienda eſt, cõ ciuibus potius, quàm extraneis eroganda eſt, idem *Bart. in l. 2. C. de ann. ciuil. l.* 11. Ac in beneficijs cõferendis cæteris paribus clerici qui ſunt in patria, forenſibus præferẽdi ſunt. *Abb. in c. ad decorem. ext. de inſtit. Fuſch. de viſit. eccl. l. 2. c.* 5. *Viuianus in praxi. de iure patron. p. 2. l. 6. c.* 6. Propterea alicubi non eſt improbanda particularis lex, vel ſtatutum, quo præcipitur, ne beneficia alijs, quàm naturalib. ciuibus conferantur. *ex D. Thom. in 4 ſent. d. 24. q. 3. ad 1. & Sot. l. 4. de iuſt. & iure. q. 6. ar. 2.* Siquidem cum indigenæ eccleſiam loci in quo nati, ac educati fuere, intenſiori amore proſequantur, eius etiam vtilitati, honori, ac augmento, diligentius ſtudẽt. Imo, ut multis placet, licet exteri doctiores, ac ſanctiores reperiantur, naturales tamen, & conterranei, ob iſtum innatum amorem vtiliores, & conſequenter digniores ſunt, cum hæc dignitas ab eccleſię vtilitate petenda ſit, & in eccleſijs certius quàm exteri, & alienigenæ reſident, qui ſubinde vias, ac rationes exquirũt, quibus, reſignationibus, permutationibus, & alijs modis à reſidẽtia eximantur. *Salon. 22. q. 63. art. 2. §. in quibuſdam.* Vnde & Leo X. in Bulla quadam incip. *Dum ſingularem.* ſtatuit ut beneficia vacantia in vrbe, vel diſtrictu, nonnullis exceptis, non niſi Romanis ciuibus conferantur. Et Greg. XIII. ingenita, ut ipſe ait, charitate erga patriam ſuam Bononiam motus, in ſua Conſtitut. pariter Incip. *Ingenita* prudẽter cauit vt Ciuitatis beneficia alijs, quàm ciuib. Bononienſibus, ac ciuium Bononiẽſium filiis, beneficia vero diœceſis alijs quam eiſdem ciuibus, aut diœceſanis Bonon. cõferri nõ poſſint. Et quia ſua cuiq; patria chariſſima, atq. gratiſſima eſt, hinc fit ut Legumlatores inter grauiſſimas pœnas ſceleribus impoſitas atrocioribus, ſtatuerint patriæ priuationem per exilium, aut deportationem; quę pœna eſt acerbiſſima, & inter capitales pœnas numeratur, ſiquidem à patria exulare duriſſimum, ac ab omni humanitate alienum eſt. *Theleſ. in Syntag. Iur. l. 31. c. 6. num. 13. Anchar. conſ.* 75. Hinc Cicero cũ exul

eſſet,

eſſet, prope muliebriter lachrymans patriæ priuationem paſſim deplorabat, vt in eius epiſtolis videre licet, tanta erat patriæ recordationis dulcedo. Et q diligentius noſſe cupit, quã dulce ſit mortalibus natale ſolum, legat *Liliũ Beſciolam. tom. 1. hor. ſubſ. l. 17. c. 1. & 2. Lorinum in comment. Act. Apoſt. c. 7.* Tiraq. *l. leg. connub. a nu. 65. Caſſan. in catalogo gloria mũdi, p. 12. conſid. 17. Iul. Negron. in Aſect. tit. de amore pat. cohib.*

His ſic præiactis ad primam quæſtioneem ſic reſpondendum cenſeo,

I. Q. RESSOLVTIO.

QVod licet Religioſus beneficij iurispatronatus ſecularis capax non ſit (regularia .n. bñficia Regularibus, ſecularia ſecularibus ſunt conferenda, vt habetur in *Conc. Trid ſeſſ. 14. de refor. c. 10. in formae.* Card. *Mãtica. deciſ.* 68 *& Rot. Rom. Card. Seraph dec.* 165. *&* 1305.) non prohibetur tñ quin capellaniã obtinere nõ poſſit, in eaq. quotidie ex conuentione facta celebrare, modo Superioris aſſenſus acceſſerit; qñquidem capellaniæ titulo carẽtes beneficia non cenſentur, ac ideo teſtatoris, ac fundatoris hęredes abſq. Ordinarij authoritate, quib. volũt cõferre poſſunt, vt ex cõi reſoluit *Ricc. in* Praxi *capell. deciſ* 406. Cum tamen teſtatoris mens non ſit ſeruata, vt ſcilicet alienigenæ ad illam ſuam erectam capellaniam non admittãtur, ſed tantum indigenæ, & propriæ patrię ſacerdotes, illam obtinere valeant, dicendum eſt Felicem in ea rem ſacram facere non poſſe, neque ob eam ſtipendium iuſte accipere. Teſtator enim cuius placitum uim legis habet. *vt per* Euerard *in topica leg. in loco à lege ad teſtatorem* in limine fundationis quaſcumq. conditiones apponere poteſt, niſi aliàs à iure improbatæ ſint. *Lambert de iure patr. l. 1 p. 1. ar. 1. q. 9. nu. 52. Viuianus d. p. 2. l. 6.* Vbi ait, qđ & ſi apud Deum non ſit acceptio perſonarum cuiuſcunq. nationis quis ſit, ſiue ciuis, ſiue exterus. *Act. c. 10. c. nouit. ext. de iud.* ſi tamen in fundatione ſit expreſſum, ut tales tantummodo præſententur, & admittantur, illud exequendum, & ſeruandum eſt.

Vnde etiam à S. Card. Cong. Conc. ſub Vrbano VIII. declaratum eſt, ſi in beneficii erectione cautum ſit, ut Epiſcopo liceat iniunctum miſſarum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam Decreta de hac re edita non ſuſtulerũt, eſſe ualidam, ac obſeruandam.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico Felicem ex probabiliori ſentẽtia ſpecialem miſſæ valorem, qui ſibi debetur accepto ſtipendio alteri applicare non potuiſſe, rationib. adductis. *tract. 4. c. 14. q. 125.* Quib addo deciſionem Congregationis Pœnitentiariæ Mediolani in hæc verba, Nõ poteſt ſacerdos miſſam celebrans ſeipſum ſpeciali illo valore priuare, qui ſibi celebranti debetur, illumq. alteri applicare, vt duplicatam pro eadem miſſa mercedem accipiat. Imo quod duobus ſtipendijs pro duab. miſſis propter duplicem miſſæ fructum, medium ſcilicet & ſpecialẽ, ſacerdos ſatisfacere nõ poſſit. *Decreto ſacra Congr.* Conc. ſub Vrbano VIII. prohiberi vř, quo ſub obteſtatione diuini iudicii pręcipitur, ut abſolute tot miſſæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemoſynæ, etiam ſi incongrua, & exigua ſit, præſcriptæ fuerint. *vt per Fraxinellum. de ſacerd. obligat. pro miſſis celeb. 3 praenot. 3.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD illud vero quod quęrebatur, an obligationi ſuę ſatisfecerit, cũ non miſſas de requiẽ, ſed alias, prout diei occurrenti ab eccleſia pręſcriptũ eſt celebrauit, dico, eũ ſatisfeciſſe; regulariter .n. capellanus, & ſacerdos q quotidie rõne ſui muneris pro his qui deceſſerunt, ſacrum funebre facere debet, ſi in eum diem aliqua incidat celebritas quæ in eccleſiaſtico officio duplex, aut ſemiduplex appellatur, citra peccatum eiuſmodi ſacrum dictę celebritati conueniens facere poteſt. Imo aliquando ſatius eſt, tùm quia eſt potius Miſſalis regulis, pręceptionibus, & Rubricis parendum, quàm teſtatoris verbis, qui mentem ſuam, & voluntatẽ eccleſiæ inſtitutioni accommodare debet; & ex parte ſacrificii, ęque prodeſt una ac altera miſſa. ut eſt cõcors omnium uotum. *Azor p. 1. l 10. cap. 32. q 5. Suarez tom. 3 d. 83 ſect. 3. & Bonac. de cõi. ſe ſtans. de miſſa. d. 4. q. vlt. pun.* 7. §. 2. & alii.

Hinc ſequitur, vt Indulgentia plenaria per modum ſuffragii animæ conceſſa, pro qua ſuper tali altari priuilegio dotato miſſa celebratur, potius vnam miſſam, qua alteram non requirat, niſi aliud exprimatur. *Nauar. de pœnit. & remiſſ. conſ.* 37. vbi hæc uerba ſubdit, Quò ſit ut ego qui habeo priuilegium à S. D. N. datum, eo quod nõ exeo domo, ut miſſa, quam domi dixero pro aliquo defuncto, tantum proſit ei, quantum ſolebat prodeſſe illa, quam dicere ſolebam, cum exibam domo, in altari priuilegiato ſanctiſſimę Trinitatis, interdum ſoleã dicere miſſam de defunctis, & frequentius alias, quę occurrunt de ſanctis, & aliquot feriis. Hęc ille, vide ſup. *l. c. tr. 4. c. 14. q. 126.*

Vnde hanc caſus partem reſoluendo dico Felicem, qui conditionem à teſtatore requiſitam non habens, utpote quod exterus ſit, capellanię onus ſuſcepit, tàm à peccato, quàm à reſtituendi acceptũ ſtipendium obligatione eſſe ob bonam fidẽ immu-

nem

nem; in poſterum vero teneri ab huiuſmodi munere ſe abdicare.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. laconice reſpondendo dico, de relictis dictæ confraternitati, nec Trebellianicam, nec Falcidiam detrahēdam eſſe, cum certi ſit iuris, Cōfraternitates eſſe loca pia, quæ his priuilegiis gaudēt, vt ipſa Trebellianica & Falcidia ab his non detrahātur. *Gutierez. l. 2. can. 99. c. 35. Riccius in Praxi* Confrat. *reſol. 142. Melfi c. ſer. 13. c. 5. num. 179. Tuſchus in v. Fraternitates. concl. 455. Alex. l. 7. conſ. 102.*

IV. Q. RESOLVTIO.

QVartam uero quæſtionem ſic reſoluendam ducimus, ſi dicamus, Franciſcum, cui à Melchiore teſtatore legatum centum aureorum pro alimentis relictum eſt, ſi in paterna domo cum ipſis parentibus habitaret, illud conſequi debere, ſi religioſus fiat, & in propriæ religionis monaſteriis habitet; vita enim ſpiritualis, & contemplatiua religioſorum, qui ſe per tria vota Deo dicarunt, vita ſeculari, & actiua melior, potior, & dignior eſt. §. 1. *in Authen. de monachis. Clem. exiui. de verb. ſignif. Menoch. l. 1. conſ. 169.* Hinc eſt quod ſi alicui relinquatur legatum cum conditione vt illi non debeatur, ſi legatarius religioſus fieret, talis conditio tanquam vitam ſpiritualem maius bonum impediens, à legato reiicitur, & legatū ipſum perſolui debet, etiamſi legatarius religionem ingrederetur, vel clericus, vt aliqui volunt, efficeretur. *Baldus in l. cum ita ff. de condit. & demonſtrat.* *Carolus Tapia in Authen. Ingreſſi c. 1. nu. 11. C. de Sacro Sanct. Eccleſ.* vbi tamen hoc procedere ait, quando prohibitio generalis eſt, ſecus ſi particularis eſſet, ne .ſ. legatarius in hanc vel illā ingrediatur, in qua forte vota non obſeruantur. Nam vt aliàs diximus, & ſi in religione cōplectenda in vniuerſum quidē errari non poſſit, attamē in hoc, vel illo ordine eligēdo, nos aliqn̄ errare cōtingit.

Vnde reſolutioni inhęrendo dicimus, quod licet legatum alimentorum factum cum conditione, vt legatario in certo loco alimenta præſtari debeant, aliàs ſi alimentarius ibi ea ſumere nolit, illud amittat, & extra eum locum illi non debeatur. *Menoch. de Arbit. Iud. l. 2. caſu 168 num. 11. & de Præſumpt. l. 4. Præſumpt. 157. num. 52. Tuſch. v. alimenta concl. 297.* Nihilominus ſi legatarius religioſum ſtatum aſſumere velit, & ſe Deo dicare ſtatuat, extra illum locū legatum illud conſequi valebit. *Ant. Card. in l. ſi quis à liberis §. ſi quis nu. 174 ff. de lib. agnoſcen. Carol. Graſſus. de effectu Cler. in Prælud. nu. 407.* Legatum vero regulariter non eſſe annuum, ſed unicum, ita ut ſemel tantum ſolui debeat, certo cōſtat, per ea quę tradit. *Gionagnon. l. 1. reſpon. 84. Surd. Deciſ. 165. & de alimentis. tit. 8. Priuil. 25. Menoch l. 4 de Præſump. Præſump. 132.* Vbi conſtituunt regulam, legatum non annuum, ſed ſimplex præſumi, & vt ſit annuum neceſſe eſſe vt aliud etiam concurrat, quàm vltimæ voluntatis, & religionis fauor, ſed ad hoc, vt legatum ſimpliciter relictum ſit annuum oportere vt illud pro alimentis ſit relictū (niſi aliud ex teſtantis verbis conſtet) vel ſit factum per verba ex ſe reiterationem inferentia.

Porro alimentorū noīe, veniūt cibaria pro victu, habitatio, veſtitus, medicinæ, medici, ſtipendiū, lectus, & oīa, quæ ad humanam vitā ſunt neceſſaria. *Iaſ. in l. cū hi §. qui tranſigit ff. de tranſact. & in l. cū antiquitas. C. de teſt. Roland à valle vol. 1. conſ. 22. Tuſch. v. alimenta concl. 282. Alciat. in l. verbo victus ff. de verb. ſignif.* At expenſæ ſtudii, prout libri &c. victus, vel alimentorum legato non compræhenduntur, niſi iure ſanguinis ex legis diſpoſitione, id debitum contractum ſit, vt in patre, qui filiū alere debet, idoneiſq; præceptoribus inſtruendum committere. Quod etiam in fratre dicendum eſt, vt per eundem. *Alciat in l. cætera ff. codē, & Tuſch. l. c. num. 25. Surd. de alimen. tit. 4. q. 6.*

Huius autem legati ſolutio initio cuiuslibet anni facienda eſt, quia ſtatim ac annus incipit, debetur, & ſi cępto anno legatarius decedat, monaſterio heredi relinquit, iuxta etiam illud *gloſſ. in §. qui hoc anno. Inſtit. de inut. ſtipul.*

Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni.

Anno ſi debes, in fine teneberis anni. vt in caſu noſtro, commodo .n. legatarii teſtator conſulere voluiſſe pręſumitur. *Surd. l. c. q. 17. Perez. de anniverſ. & Capell. l. 1. c. 9. Tuſch. v. ſoluere. concl. 335.*

QVÆSTIO V.

Minor 14. annis, an ad beneficium ſimplex admitti poſſit, ſi patronus in limine fundationis hanc conditionem appoſuit. Num promiſſio deducendo in vxorem facta prope carnalem copulam ab amore capto ſponſalia inducat. Donatum ad ſacros ordines ſuſcipiendos, an alienari poſſit &c. An in excommunicationem incidat clericus in aliena diœceſi paruo temporis ſpatio igneum tormentum deferens.

OCtauianus clericus prima tonſura initiatus, & tredecim annos natus, à Cornelio patritio laico ad quoddam ſuæ domus eccleſiaſticum beneficium eſt præſentatus, in cuius fundatione Marcus eiuſdem Cornelii auus illam cōditionem appoſuit, vt ad illud etiam 14. annis minores præ-

ſen-

ſentari valeāt. Poſt vero elapſum ſeptem annorum tēpus, Dæmone ſuggerente actus,& Lucretiæ puellę,penes quam habitabat, fœdo amore captus eam violauit,ante copulam iuſiurandi religione ſpondēs, ſe eam in vxorem ducturum. Item cum à Claudio patruo ſuo ſeptuaginta annuorū aureorum donatio facta ſit, quò ſacros ordines ſuſcipere poſſit in controuerſiam nunc vertitur,nunquid ſi clericalem ſtatum deſerat, vel ſi in eo Deo famulari ſtatuat,& beneficium illud ad quod eſt præſentatus, retinere velit. Roberto cōſanguineo patrimonium illud ſibi factum donare poſſit, vt ſacris & ipſe ordinibus initiari valeat. Tandem cum ſuus Epiſcopus ſub pœna excommunicationis edixerit,ne quis clericus ſibi ſubditus ignea tormenta, vulgo dicunt ſclopeta, nec alia arma deferat, in aliena diœceſi vnius quadrantis horæ ſpatio,ipſum ſlopum, vt auem arbori inſidentem peteret,detulit. Quæritur an clericalem ſtatum deſerere,& beneficium dimittere teneatur, & cum ipſa puella matrimonium inire cogendus ſit. Quidq.quò ad illam donationem cōſulere ei debeat confeſſarius. Et an in excommunicationem incidiſſe cenſendum ſit.

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1. q. dico quod licet regulariter patronus in limine fundationis quodlibet cōditionis genus apponere queat,mō rationi, & iuri communi ſit conſona,& cum Ordinarii conſenſu hoc fiat, cum vnicuiq;liberum ſit de rebus ſuis diſponere,& iniquum ſit alicui rerum ſuarum diſpoſitionem auferre. *l.in re mandata C.mandati l.ſeruus C.de Iudeis.Tuſch.v.Patronus.concl.* 136. *Viuianus in Praxi de iure* Patronat *par.1.l.2.c.8. Riccius 2.p. Deciſ. Cur.Neap.deciſ.* 29. Vnde etiam fit vt ſi in ipſa beneficii erectione expreſſe cautū ſit, vt liceat Epiſcopo iniunctum onus reducere,ac moderari, legē hāc fundationis, quam S. Congreg. Card. Decretā ſub Vrbano VIII. edita non ſuſtulerunt,eſſe ualidam,ac obſeruandā,ut etiam infra dixi. Nihilominus ipſe Octauianus,vt in caſu ſupponitur,non rite preſētatus eſt,nec iuxta iuris formā illud ius patronatus ei collatum fuit;ſiquidem quidquid olim de iure communi ſeruaretur,hodie ex Concilii Trid. ſanctione de *reform.ſeſſ.23.c.6.* Minor 14. annis ad obtinenda beneficia inhabilis efficitur, niſi Pontificio priuilegio; & indulgentia,hac lege ſoluatur. *Tol.in ſumma l.5.c.80.Caiet.in v.beneficia eccleſiaſtica.Gratian.tom.2.Forenſ.Diſcep.cap.397.nn.17. Ricc.in Praxi Var.reſol.reſol.239.Salon. & Arrag. 22.q.63.art.2. Leonius in Theſ.For.Eccleſ.p 2.c.18. num.14.& ſeq. Azor.p.2.l.6.c.5 q.8.& ſeq. Gutierez.in can.99.l.1.c.26.num.33.Reginal.l.30.tr.3. num.166. Garziaſ.de benefic.par.7.cap.4.n.8.Nald. in v.beneficium nu.16* Quæ aſſertio ſic etiam confirmari poteſt, quod ubi certa ætas per ſtatutum alicuius Eccleſiæ in præſentatione ad aliquod beneficium requiritur, tunc præſentatio, & diſpoſitio contra illam formam facta inualida erit, *vt per Caſſiod.dec.69 Bellonū conſ.65. Farin. tom.2.p.2. Deciſ* 15. Nec teſtator diſponere poteſt ut leges in ſuo teſtamento locū non habeāt *l.nemo pōt ff de legat.1. Mantica de coniect. vltim. volunt.l.6 tit 6.* Forma namq. à Tridentino Concilio præſcripta à nemine prętermitti poteſt, cùm ad vnguem ſeruari,& in ſpecie adimpleti debeat, qñquidem ea nō ſeruata actus corruit. *vt per Euerard.in top. legal. in loco à defectu formæ.& Tuſch. v.forma. concluſ. 413.& 415.*

Nec obſtare cenſetur clauſula, quæ in tabulis, uel inſtrumentis apponi ſolet. Nō obſtātibus quibuſcunq.legibus,& conſtitutionibus, cuius virtus eſt omnibus ijs, quæ diſpoſitioni obſtare poſſunt derogare. *vt per* Mariū *Anton.l.1 var.reſol.reſol.46* Reſpondetur.n.teſtatori non licere hanc clauſulā aſcribere; nec alteri Summo Pontifice inferiori id cōceditur. *teſte Barboſa. de clauſulis c.45.* Nec per eam conciliaris conſtitutio tollitur, cui etiam ex communi Canoniſtarum ſententia derogatum nō cenſetur,niſi per Summum Pontificem ipſius ſpecialis ſit facta mentio, vt per *Azor.p.1.l.8.c.10.q* 10

Et ſane, vt loquitur *Caietan l.c.* conferre pueris eccleſiaſtica beneficia, exiſtentibus aliis adultis idoneis, non ſolum inexcuſabile, ſed intolerabile videtur, tùm quia pueri ſunt ſolum idonei in ſpe, adulti autem in re; tùm quia officium diuinum deuote,& ſtudioſe perſoluere nequeunt, cùm nec humana officia valeant exercere niſi vt pueri, & tamen beneficiatorum nullus excuſatur ab officio diuino, hæc ille. Atq ſic reſoluit. *Riccius 2.par. Deciſ* Cur. *Neap. Deciſ. 26. & Collect. 860. p. 4.arg. Azor.p 2.l.6.c.5.q.ix Garziaſ.par.7.c.4 nu.4 Barboſ.de Epiſcopo par.3.*Alleg.60.*nu.*75. vbi reſoluūt, Epiſcopum conferentem beneficiū minori 14. annis mortaliter peccare, & collationem inualidam eſſe.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 1.q.dico,qđ licet promiſſa ſponſalia, & ſi iurō firmata non ſint, ſub culpę lethalis reatu ad illa obſeruanda obligent; & præcipue ſi copula eſt ſubſecuta *c. ſicut.de ſponſ c. 1.de ſponſa duorum.* Imo *Abb.*communiter receptus *in c.ex litteris el.2.e xt.de ſpon.& c.requiſiuit eodem tit.* exiſtimet, eccleſiam poſſe hęc ſpōſalia quamuis non iurata, ſed ſimplici promiſſione ſtabilita, vt obſeruentur compellere; ſunt .n. contractus, & conſequenter dum firma, & valida ſunt, ex iuſtitia contrahentes ad ea adimplenda obligant, vt proinde, vt alibi dixi-

diximus lethaliter peccet, & æternæ mortis iaculo ſe conficiat, qui ſine cauſa ab eis recedit, ſiquidem id cum graui proximi ſit iniuria, quod fatetur etiã Theologi, ut D. Thomas *in 4. diſt. 27. q. 2. art. 1. ad 2. Reginal. l. 31. num. 25. Coninch. diſp. 22 nu. 8. Fillius. tr. 10. c. 7. q. 10. Molſeſ. tract. 4. c. 5. num. 24.* & alii apud *Sanchez. l. 1. de mat. d. 27. Bonae q. 1. puncto 2. Gutierez. c. 15.* Nihilominus verius reſoluendum eſt talem promiſſionem ab Octauiano factam de ducendo Lucretiam in vxorem, idq, prope carnalem commixtionem, & copulam, ſponſalia minime inducere, tanquam ex vi, & luxuriæ impetu emiſſa, quæ in illo actu ipſum Clericum exagitabat; exploratí. n. iuris eſt, turpem, & ſenſualem amorem, mentis libertatem auferre, & furori comparari iuxta illud, Propertij,

Libertas quoniam iam nulli reſtat amanti,
Nullus liber erit, ſi quis amare volet.

Et aliud Virgilianum,

Ardet amans Dido, traxitq; per oſſa furorem.

ut per Menoch. de arbit. Iud. l. 2. cent. 4. caſu 328. Tiraq. de temp. pœnis. cauſa 4. Farinac. eodem tit. q. 98. cauſa 13. & in pluribus locis noſtrorum commear annorauimus præſertim *tr. 7. c. 3. q. 16.* Atq; ſic reſoluit *Riccius 3. par. Deciſ. Cur. Neap. Deciſ. 15.* ſubdens quendam Clericum in Neapolitana Archiepiſcopali Curia ſic inquiſitum, in exilium per trienniũ condemnatũ fuiſſe, & coactũ congruã dotem puellæ violatæ conſtituere, iuxta terminos textus *in c. 1. & 2. ext. de adult* pro vero non habendo, promiſſionem illam tali modo factam ſponſalia non induxiſſe. Ex quo facto colligi poteſt quid quò ad hanc partem reſpondere debeat Confeſſarius.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. reſpondendo illud mihi dicendum videtur, quod cum donatio illa Octauiano facta, non alterius quàm ipſius donatarij commodũ reſpiciat, & pura, irreuocabilis, & inter viuos cenſeri debeat, non faciat caducum relictum, vel legatum, à patruo ſuo in teſtamento factum, ita vt de illo, mortuo donante, & teſtatore, ad quemlibet nõ mittere valeat. Imo ſi religionem præſertim bonorum nõ capacem ingredi ſtatueret, poſſet de huiuſmodi patrimonio libere teſtari, etiam ſi à patre ſuo illa donatio facta, eſſet, & adhuc ille viueret, cum peculium quaſi caſtrenſe bona illa ſint facta ita vt tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, ad libitum diſponere queat, quia tàm dominium, quàm uſus fructus, non ad patrem, ſed ad filium ipſum pertinet. *l. Caſtrenſe ff. de pecul. caſtrenſ. Cauar. in c. quia nos, ext. de teſtam. Mol. tr. 2. de Iuſt. & Iu. diſp. 138. arg. Riccius. 3. p.* Deciſ. Cur. Neap. Deciſ. 80. *& Conc. Trid ſeſs. 21. de refor. c. 2.* vbi habetur, patrimonium ad q quis ordinatus eſt, alienari nõ poſſe, & donec beneficiũ ſufficiẽs ſit adeptus, vel aliunde habeat vnde viuere poſſit. Et q illa dictio donec habeat in ſe temporis reuolutionem, ita vt dato beneficio, vel alio ex quo promotus commode viuere poſſit, illud abdicare, ad cuius titulum eſt initiatus, non prohibeatur, nec ad hoc Epiſcopi licentia ſit neceſſaria, tenere videtur. *Pariſius l. 2. de reſignat. q. 6. num. 16. Gratian. in Forenſ. Diſcept. cap. 159. Garziaſ. de benef. par. 2. c. 5. nu. 185. Barboſa in remiſs ad d c. 2.* & alij.

Si vero in laicali ſtatu degeret, & Lucretiam (quod tamen negauimus) in vxorem ducere cogeretur, ad legitimos hæredes Claudij, donatio illa, vel patrimonium reuerti deberet, ſiquidem cauſa finalis vel efficiens, actum regens ſi ceſſat etiam ipſum actum ceſſare facit. Et datum ex vna cauſa, ſi illa non ſequatur, reuocatur *l. 1. ff. de condit. cauſa data. Aug. conſ. 345. Tuſch. v. cauſa finalis concl. 137.* vbi ampliat in omni diſpoſitione, ſiue legali, ſiue teſtamentaria, ſiue inter viuos, quia diſpoſitio à cauſa regitur, reſtringitur, ac dilatatur.

IV. Q. RESOLVTIO.

QVartæ q. ſic reſpondendum ducimus, videlicet Octauianũ clericum à cenſura excommunicationis latæ à ſuo Epiſcopo contra ſuos clericos arma deferentes, immunem eſſe, cum ſupponamus, illam per modum ſtatuti inflictam eſſe; clara. n. & aperta eſt iuris determinatio *in c. 2. de Conſtit. in 6.* in his verbis, Vt animarum periculis obuietur, ſententiis per ſtatuta quorumcunq. Ordinariorum prolatis, ligari nolumus ignorãtes, dum tamen eorum ignorantia craſſa non fuerit, aut ſupina. Item ſtatuto Epiſcopi, quo in omnes qui furtum commiſerint, excommunicationis ſententia promulgatur, ſubditi eius furtum extra ipſius diœceſim committentes, minime ligari noſcuntur, cũ extra territorium ius dicenti nõ pareatur impune, *Suar. l. 3. de legib. c 32. Sayrus de cenſ. l. 1. c. 7. nu. 8. & ſeq. Bonac. de cenſ. d. 1. q. 1. pun. xi. n. 14. Fillius. tract. ix. c. 5. q. ix.*

Nec non à lethali culpa, & ab excommunicationis incurſu ex eo capite excuſari poterit, quod per breue tempus puta duarum orationum Angelicarum ſpatio, igneum tormentum detulit, vt auẽ arbori inſidentem ſemel aut iterum plumbea glande feriret, cum apud omnes exploratum ſit, axioma, peccatũ aliàs mortale veniale fieri. Primo ex actus imperfectione, ut ex inaduertentia. Secundo ex defectu iudicij; vt in ſemiebriis, & ſemidormientibus. Tertio ex paruitate materiæ lethalem malitiam ab actũ auferente, ut per D. Thomam 1. 2. q. 78. art. 6. ubi omnes interpretes, & alios apud

San

Sanchez l. 1. ſum. c. 4. & Molfeſius tr. 8. c. 8. & per à nobis tradita ſupra *par. 1. tract. 9. c. 7. q. 50.* Certiſſima eſt.n.regula, neminem niſi per peccatum mortale excommunicari poſſe. *c. nemo xi. q. 3. D. Thomas. Riccard. Durand.* & alij *in 4. ſent. diſt. 18. Felyn.* & alij *in Rubr. de ſent. excom.* Siquidem excõmunicatio eſt maxima eccleſiæ pœna, quæ à maximis bonis ſeparat, quibus nemo priuandus quàm prius ſe ipſum charitate non priuauit. *Sotus in 4. diſt. 22. q. 1. art. 2.* Quo loci de quorundam Iudicium abuſu conqueritur, qui excommunicationem ad terrorem tantum ſe ferre dicunt, nam cum ſubditi illam intentionem ignorent, à peccato mortale nõ excuſantur dum contra conſcientiam non obtemperant &c. vt etiam aduertit *Graff. conſ. ix. de ſent. excom.* Atq. hanc. 4. q. ſic reſoluit *Bonac. diſp. 1. q. 1. puncto 7. § 4. nu. 18.* Hincq; colligi poteſt, cum qui ſingulis diebus feſtis ſeruilia opera agit, vel fieri iubet per vnum horæ quadrantem, vel etiam per dimidiam horam, mortifere non peccare, quia huiuſmodi opera in diuerſis diebus feſtis acta, moraliter continuari non videntur, & per conſequens notabilem materiam ad lethalem culpam ſufficiẽtem non conſtituunt, ac proinde excommunicationem ab Epiſcopo contra laborantes, vel laborare imperantes, in feſtis latam nõ contrahent; niſi mortalis ad ſit contumacia *Lezarius de monit. ſect. 1. q. 12. Sayrus de cenſ. l. 1. c. 10.*

QVAESTIO VI.

Sacerdos dans aliquid patrono, vt ad eccleſiaſticum beneficium, vel capellaniam eum præſentet an ſimoniam committat, etiamſi id prohibitũ eſſe ignoret. Et ſi vouit tradere calicem, & pallium ſuæ eccleſiæ, teneatur alia tradere ſi prima ante traditionem furto ſint ſublata. An pacto non obſtante, inquilinum è domo qua ipſe indiget, expellere poſſit. Num molendinum, quod cum fratre cõ habet, totum acquirat ſi ille pro parte ſua reficere nolit. Vtrum in oneribus ciuitatis commune commodum concernentibus, cõtribuere teneatur, &c. An totum miſſæ valorem illi patrono applicare teneatur, ſi tenue ei ſtipendium ſit aſſignatum. Nũ ſi tutor ſit pro adminiſtratione bonorum pupilli, ad ſeculare forum ſit trahendus.

CORnelius Sacerdos cùm ad quoddam beneficium, & Capellaniã duobus frumenti modiis, Danieli patrono datis, ab ipſo præſentatus eſſet, ad Epiſcopalem Curiam, vt ſimoniacæ prauitatis reus delatus, falſis adhibitis teſtibus; iudiciũ eluſit, & ſic liberatus eſt. Qui cum ſi impune è carcere euaſiſſet, argenteum calicem, ac ſericum pallium aræ D. Antonii in eccleſiæ ſuæ Capellaniæ ſitæ offerre vouiſſet, poſtquam illa voto ſatiſfacturus emit, tàm calix, quàm palliũ furto in domo ſua ſublata ſunt. Secundo cum quandam domum ſuam Barnabę locauerit pactione inita vt ante quinq; annos expletos, vllo modo eundem inquilinum expellere poſſet, nunc cum ipſa met domo pro vſu ſuo indigeat, eum ex illa detrudere conatur. Et cum quoddam molendinum cum Ioſepho fratre ſuo commune habeat, & reparatione indigens refecerit, at ipſe eius frater pro expenſis, nil contribuere velit, poſt quatuor elapſos menſes, totius molendini dominium ſibi aſcripſit. Tertio cum Vrbis Laicus Gubernator, publico edicto iuſſerit, vt omnes Ciues pro fluminis ponte communi commodo deſeruiẽti reficiendo, adiutricem manum tribuerent, etiam Epiſcopo iubente, in cõſulto S. Pontifice quidquam conferre renuit. Quarto cum ſtipendium pro quotidiano ſacro in tali capellania faciendo tenue ſit v. g. quinque aſſium pro quolibet ſacro, miſſarum numerum ad ratam tributæ ſtipis minuit, vel ab aliis aliam eleemoſynam accepit, donec ad eam ſummam perueniat, quę ab Epiſcopo, vel vſu pręſcripta eſt. Quinto cum in teſtamento Andreæ pupillo ab Antonio ſibi ſanguine coniuncto tutor datus ſit, pro bonorũ adminiſtratione, de quorum dilapidatione apud laicum Iudicẽ delatus eſt, rationem reddere cogitur.

Hinc hæ quæſtiones explicandæ veniunt. Primo quæritur; an Cornelius ignorans tunc prohibitum eſſe triticum illud pro præſentatione Danieli patrono dono dare, ſimoniacam labem contraxerit; in excommunicationem inciderit, & ea ratione beneficium acquiſitum ab eo retineri poſſit. Ad hæc cum calicem, & palliũ illi altari tradere vouerit, an alia dare iure cogatũ, ſi illa ante traditionẽ clam erepta ſint. Secundo nunquid pacto non obſtante fas ei ſit conductorem è domo expellere: ac inſuper molẽdinum quod cum Ioſepho fratre cõmune habet, in vtroq; foro totum ſuum efficere. Tertio an cum ipſe Cornelius Capellanus portarum communi vrbis commodo deſeruientium refectioni, etiam Epiſcopo præcipiente, contribuere nolit, m. p. & ab eo puniri poſſit. Quarto vtrum totã miſſam illi patrono applicare teneatur, à quo huiuſmodi tenue ſtipendium accepit. Quinto nũm ad laicum Iudicem, vel potius ad Epiſcopum trahi debeat, vt ſuſceptæ tutelæ rationem reddat.

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1. q. Sic reſpondendum videtur, Cornelium ſimoniacam labem contraxiſſe, cum ſcire deberet pro ſpiritualibus, eiſq. annexis, nihil pretii, vel pecuniæ nomine, vel pecunia æſtimabile dari, accipi ue poſſe. ex *Abb. in c. nemo. ext. de ſimonia,*

monia, & D. Thoma. 32. q. 100. art. 1. vbi Arrag. Val. & alij Nau. conſ. 87. tit. de ſimonia. Nald. in v. ſimonia nu. 5. ad Vgol. de ſimonia tab. 1. c. 49. §. 2. & tab. 4. c. 5. Vbi aiunt, ſimoniam emendo, vel permutando ius patronatus committi, non tamen aliquam cenſuram contrahi, modo in præſentando non ſit admiſſa, quia tunc ſimonia in beneficio cenſeretur. Nec obſtat quod ſimoniaco vitio hoc modo contrahendo ſe inſici ignoraret, hæc.n. ignorantia in Sacerdote, & homine Deo dicato, cum graui negligentia coniuncta eſt, ita vt affectata, & craſſa quodammodo dici poſſit, vt bene declarat. Azor. l. 1. Inſtit. mor. par. 1. c. 16. q. 3. & 4. & Suarez. de cenſ. diſp. 4. ſect. 8. nu. xi. Vt propterea. D. Ant. in 2. par. ſummæ tit. 1. c. 5. §. 3. generaliter dicat, quem ſimoniam committere, etiamſi ignorans id faciat, quandoquidem inſcitiam hanc, & naturalis, & diuini iuris eſſe inquit, &c. Arg. Tiraq. de temp. pænis cauſa. xi. Quò etiam fit, vt cum hæc ignorantia probabilis in Cornelio non ſit, difficile ab excommunicationis cenſura, & pœna ſit immunis, vt colligitur ex eodem Vgol. de ſimonia tab. 1. c. 8. §. 1. Ex quo etiam neceſſario ſequitur, huius capellaniæ, vel eccleſiaſtici beneficii collationem, per realem ſimoniam factam, inualidam eſſe, quoniam hęc tam iuris, quàm facti inſcientia, in hoc caſu non excuſare perſpicitur. Sicut etiã v.g. ſi quis Epiſcopo aliquid tribuat, quò ipſi Cornelio beneficium aliquod cõferat, eſto dationem illam neſciret, attamen beneficium ei collatum retinere non poſſet c. nobis ext. de ſimonia. c. ex inſinuatione. ext. eod. Nau conſ. 60. & ſeq. tit. eodem. Graffius l. 2. Deciſ. aur. c. 98. num. 3. Vgol. l. c.

Videas ergo, quàm verum ſit quod ille dixit, Simonia licet execrabile ſit vitium, heu tamen nimis ſcienter, vel ignoranter eſt vſitatum c. reperiuntur 1. q. 1. De qua re conſulantur, quæ ſupra ſcripſimus par. 2. tract. 9. c. 5. & 6. & 7.

Ad illud porro caput in quo quærebatur, an votum dandi calicem, & pallium à Cornelio emiſſũ, ſi impunis ab Epiſcopali Curia euaſiſſet, adimplendum ſit, ſi illa ante traditionem furto ſublata fuerint, dico, eum alium calicem, & aliud pallium dummodo poſſit, emere teneri, vt nuncupato voto ſatisfaciat: ſic.n. præceptum, ſi de hac re extaret, explicaretur, & quia, vt Theologorum ſchola loquitur, non indiuiduum, ſed ſpeciem uouit, atq. ita deſtructo ipſo indiuiduo, ſpecies non extinguitur. Azor. p. 1. l. xi. c. 20. q. 2. Sanchez. multos referens l. 4. de præcept. c. xi. num. 34. Bonac. de legib. diſp. 4. q. 2. pun. 6. num. 30. Quando namq. de alia vouentis ſpeciali intentione non conſtat, non aliter uotum in quauis materia obligat, quàm ſi lex à Deo, vel ab Eccleſia de ea ſancita ſit. Quare uouens his circunſtantiis uotum exequi tenebitur, ad quas lex illa obligaret, ſiquidem uotum eſt quędam priuata lex, quam homo ſua ſponte circa materiam à ſe promiſſam ſibimet ipſi imponit, Sicuti quia teſtamentum eſt quædam propria, & ſpecialis teſtatoris lex, in dubio eius uoluntas iuxta legum diſpoſitiones interpretanda eſt l. Plautius ff. de auro. & arg. leg. teſte Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 6. Alex. Dec. & alijs quos probant Menoch. vol. 5. conſ. 463. à num. 14. & vol. 6. conſ. 523. num. 12. Valenz. conſ. 85. num. 43.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. quę duob. pariter membris conſtat dico Primo, Corneliũ poſſe Barnabam inquilinum ante tranſactum tempus è domo expellere, etiamſi de eo non expellendo promiſſio in genere facta ſit, modo ipſi Cornelio locatori inopinatus euentus ſuperuenerit, quo domum ſuam inhabitare neceſſe ſit, ut ſi prior domus caſu corruerit, uel combuſta ſit, nec commode aliam inuenire poſſit, ſi quidem promiſſio iuxta iuris conditiones facta cenſetur, niſi aliter de promittentis mente conſtet. l ade. C. locati c. propter ſterilitatem ext. eodem tit. Couar. l. 2. var. reſol. c. 15. num. 4. Natta conſ. 25. Tuſch. v. locator concl. 417. Molina. de cont. tract. 2. diſp. 499. Reginal. l. 25. c. 39. nu. 509. Bonac. de contract. d. 3. q. 8. pun. 2. Mantica de tacit. & ambig. l. 1. tit. 13. n. 24. Vbi ex Ang. in d. l. ade. & Natta l. c. hoc intelligendum aſſerit niſi locator conductorẽ non expellere promiſerit, etiamſi pro ſuo uſu indigeret, quandoquidem quod eſt de contractus naturæ per pactum ſubmoueri poteſt. Conſulantur à nobis tradita in par. 2. tract. 9. c. 20. q. 64.

Secundo membro reſpondendo dico hunc Capellanum ex iuris rigore totum molendini dominium ſibi acquirere, ſi Ioſephus requiſitus eius inſtaurationi pro parte ſua poſt quatuor menſes contribuere renuerit, ut eſt caſus ualde notandus in l. 4. C. de priuatis ædibus, & l. ſi duobus §. idem reſpondit ff. pro ſocio. Atq. ita reſoluit Ang. Aret. in §. ſequens illa. & Iaſon. ibi nu. 48. Inſtit. de act. & Cornel. Brederod. de Cautelis contract. caut. 85. Vbi ſic loquitur, Sępe contingit quod ſint duo fratres, vel ſocii qui habent rem communem, puta domũ, uel molendinum, quæ res indiget reparatione, & unus eorum uult reficere, & alter eorum ad expenſas nõ uult contribuere, cautela eſt multum ſingularis, & vtilis, quod ille reficiat rem, qui vult ſuis ſumptibus, & petat ſumptus reſtitui ab alio ſocio, quia ſi ſocius recuſauerit reficere rem, nolendo contribuere pro parte ſua, & facta refectione, per alium non ſatisfecerit pro parte ſua reficienti, cum vſuris, uel intereſſe, perdet dominiũ ſuæ partis poſt quatuor mẽſes, & applicatur reficiẽti, hæc ille. Cõſentit.

Cre-

Cremon. ſing. 97. Tuſch. in v. readificatio. concl. 78. & v. expenſa. concl. 641. ubi declarat procedere in contumace, qui pro inſtauranda domo, vel molendino, ad expenſas concurrere noluit, quia cum recuſat, eam pro derelicta habere uidetur. Secus ſi non fuerit requiſitus, nec contumax &c.

Quandoquidẽ apud omnes exploratum eſt, apprehendentem rem pro derelicta habitam, eius dominium acquirere *l. id quod ff. pro derelicto.* Iuxta illam regulam, Quod in nullius bonis eſt, naturali ratione occupanti conceditur. *§ feræ. Inſtit. de rerũ diuiſ.* Quæ non ſolum in mobilibus, ſed etiam in immobilibus rebus procedit, vt ſi quis domum, vel agrũ ita derelinquat, vt in bonis ſuis amplius nõ eſſe actu aliquo demonſtret. *§ fin. vbi gloſ. & ſcribẽtes eodem tit. Sayrus l. 3. de cenſ. c. 8. nu. 8. Graff. l. 4. deciſ. pxur. c. 18. nu. 74. Duard. in Bulla Cænæ Domini l. 2. canon. 4. q. 13.*

Et certum eſt in contumaces omnia iura clamare. *gloſſ. in c. ex literis. ext. de dolo. & contum.* vbi illa carmina ſubdit.

> *Non ueniens, non reſtituens, citinſq. recedens,*
> *Nil dicens, pignuſq. tenens, iurareq. nolens,*
> *Obſcureq. loquens, iſti ſunt iure rebelles.*

Hinc obligatus à lege, vel teſtatore ad aliquid faciendum, vel implendum, ſi requiſitus vt faciat, & facere recuſat, & in ſui præiudicium eſt contumax, actus pro executo habetur. *Tuſch. v. contumax. concluſ. [illegible]*

Nihilominus cum clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ non rigoris, ſed æquitatis cultores eſſe debeãt, Cornelius à tam conſcripto iudicio recedere deberet, vt Ioſephũ fratrum piſtrini parte ob non ſolutas expenſas priuare velit, iuxta notata in *c. dilecti ext. de arbitris, & in c. ſicut. ext. de pœnis. arg. Marcus Antonius Genuenſis in prax. eccleſ. q. 686.* Nam *ex Ariſt. in v. Ethicorum c. 10.* & reſulmius *ſup. c. 11. q. 30. reſol. 6.* Æquus, & bonus vir eſt, qui in peiorem partem non eſt exactus iuris executor; ſed potius imminuit, etiam ſi legem ad id adiutricem habeat: Et naturæ lex æquitatem ſemper ante oculos habens dictat, neminem cum alterius detrimento eſſe locupletandum *l. iure naturæ ff. de reg. iur. vbi. Dec. & Cagnol. Tuſch. v. æquitas. concl. 310.* Quod maxime in fratre procedere debet, cũ exploratum ſit, fratrẽ dici quaſi fere alterũ, quaſi quod duo ex eodem vtero progeniti, vnam animã in duobus corporibus gerant. *Menoch. de præſump. l. 5. præſumpt. 26. vt dixi in comment. de ſtat. p. m. 2. cap. 2. n.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. reſpondendo illud reſoluendum videtur, Cornelium quo ad refectionem pontis, ſicut ad alia onera ſubeunda, quæ publicam vtilitatem, & communem pietatem concernunt, non potuiſſe à ſolo Epiſcopo compelli, niſi ſummi Põtificis auctoritas acceſſerit; ſiquidem vt eccleſiaſtici pro communibus neceſſitatibus, & publicis cõmodis contribuere teneantur, hæc neceſſario requiruntur. Primo vt magna neceſſitas adſit. *c. non minus c. aduerſus. ext. de immunit. eccleſ. c. clericis. eodem tit. in 6. Clem. 1. eodem tit. Extrauag. 1. eodẽ tit.* Ex quibus locis etiam, Secunda conditio colligitur, vt huiuſmodi onus laici ſuſtinere nequeant, quia ſolum clerici cum laicis in ſubſidium conferre tenentur, vbi ipſorum laicorum facultates non ſuppetunt. Tertio quod hæc grauamina conſulto Romano Pontifice imponantur. *vt in d. Extrauag.* decernit *Bened. xi.* Quarto vt ad huiuſmodi onera ſoluenda clerici per Epiſcopum, non per ſeculares Magiſtratus cogãtur. *Bald. in l. ad inſtructionem C. de ſacroſ. eccleſ. Abb. in d. c. non minus. & cõſ. 3. Berous conſ. 31. Surdus conſ. 301. Marca. de iuriſd. par. 4. centur. 1. caſu. 2. & 3.* Quinto quod ad hæc onera iniungenda totus clerus vocetur, quo his cõſenſum præſtet; nec enim Epiſcopus cum capitulo ſufficeret, cum ex iuris regula, Quod omnes tangit ab omnibus approbari debeat. *c. quod omnes. de reg. iu. in 6. & tradunt DD. in d. c. non minus. & c. aduerſus.* Sicut etiam alias annotauimus, Generalem Præfectum cum capitulo, non poſſe ſtatuta edere, quæ religioſos ad arctiorẽ regulam obligẽt, niſi priori regulæ ad illam illæſam conſeruandam conformia ſint, quia hæ ſanctiones omnes profeſſos, vt ſingulos concernunt, & vt eis ligentur ab omnibus approbari neceſſe eſt. *Sanchez. l. 6. d. præcept. c. 12. num. 18. & ſeq.* quem recentiores ſequuntur, præſertim *Caballinus. de Elect. Canon. in Addit. ad Prælud. § 4.*

Atq; hæc prima, & ſupra firmata reſolutio deſumitur. *ex Marc. Antonio Genuenſio in Prax. Eccleſ. q. 646. & Bellet. in Diſquiſit. cler. par. 1. tit. de exempt. cler. § 2. & alijs communiter.* Videantur quæ tradidimus *in 2. par. tract. 1. 14. & ſeq.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. dico Corneliũ Capellanum, qui tenetur eleemoſinam v. g. quinq. aſſium pro miſſis in ſua capellania celebrandis accepit, totum valorem defuncto illi patrono applicare debere, à cuius hærede pecuniam ſtipem habuit, nec ad eleemoſinæ taxam poſſe, miſſarum numerum diminuere, neq. ab alijs aliud ſtipendium ſumere, ſi ſic omnino voluntati eo contentus fuerit, & expreſſe ſe illa ſacra facturum promiſerit, ſiue de hac re nihil expreſſerit; nam ſibi imputare debet, & ſuæ imprudentiæ hoc incommodum aſcribere, cũ [illegible] eleemoſynam iuxta

taxationem ab Epiſcnpo factã exigere poterat, ac proinde ad capellaniæ onera præſtanda teneri, donec miſſarum numerus à legitimo Superiore minuatur; qui ſane (quidquid olim à *Cõcil. Triden. ſeſſ. 25. de refer c. 4.* ſtatutũ eſſet) Apoſtolica ſedes cenſetur, vt conſtat. *ex Decreto ſ. Congreg. iuſſu Vrbani VIII. edito Incip. cum ſepe. Henriq. l. 9 c. 22. num. 5. Coninch q. 83. art. 1. dub. 10. nu. 193. Azor. par. 3. l. 12. c. 6. q. 4. Fraxinell. in diſp. de miſſa ſect. 6. num. 5. Bonac. de ſacr. diſp. 4. q. vltima §. 2. nu. 8. contra Molfeſ. & alios ab eo relatos. tract. 3. c. 16. nu. 19. & cateros. quos l. c. ipſe Bonac. refer.* Imo hęc veritas ab eodem Decreto diffinita videtur in §. *deinde.*

V. Q. RESOLVTIO.

QVintæ quæſtioni ſic reſpondendum exiſtimamus, Cornelium Capellanum in cauſa adminiſtrationis tutelæ non à laico, ſed ab eccleſiaſtico foro iudicandum eſſe, cum concors ſit ſcribentium votum, ac communis reſolutio, clericos ſiue tutores datiui ſint, ſiue teſtamentarij, ſeu legitimi, aut quocunq. modo teſtamenti executores deputati, circa adminiſtrata ſecularium bona non ad ſeculare tribunal trahi oportere, ſed coram eccleſiaſtico Iudice conueniendos eſſe. Nam clericus niſi volens tutor dari poteſt. *Authen. præsbyteros C. de Epiſc. & cler.* Hæc autem volũtas tutelã exercendi, eccleſiæ iuriſdictioni præiudicium afferre nequit; eo quod clericus etiam ſi velit, laicorum poteſtati ſe ſubijcere non valet. *c. ſi diligenti vbi Abb. ext. de foro compet.* Quę poſitio confirmatur etiam ex *Innocentio 3. in c. qualiter, & quando ext. de Iudicijs* vbi omnino prohibetur clericos ad ſeculare Iudicium adduci, etiamſi in eccleſiaſticis cauſis expediendis eccleſiaſticum Iudicem negligenter, ac ſegniter ſe gerere contingat. Atq. ſic cõtra nonnullos teſoluit. *Marta. de iuriſdict. par. 4. caſu 148, & Duardus in Bulla cana Domini lib. 2. can. 15. q. 11. nu. 38.* & alij.

Nec hic omitto ex Declaratione S. Congregationis Card. Conc. Trid. Interpretum, clericũ qui ratione pietatis, vt ſanguine coniunctis opem ferat, legitimam, non autem teſtamẽtariam, vel datiuam tutelam ſuſceperit, abſq. illicitę negotiationis reatu, ex pupillorũ bonis iuſte negotiari poſſe, dummodo abſq. ordinis dedecore, & non ſordide id agat, & lucrum quod ex iuſto illo commercio peruenerit, non in ſuam, ſed in pupillorum vtilitatem conuertat. *Riccius in Praxi negotiat. Reſol.* 206. Explorati nãq. iuris eſt, Tutoris obligationẽ eſſe vt circa pupilli res adminiſtrandas, eãdẽ diligentiam adhibeat, quã paterfamilias rebus ſuis ex bona fide præbere debet, & per conſequens vtilia agere, & inutilia prætermittere tenetur. Proinde priuſquam adminiſtrationem ſuſcipiat, iuramentum pręſtare cogitur, quod per omnem pergens viam, pupilli vtilitati, ac commodo cõſulet. *l. à tutorib. ff. de adminiſtrat. tut. §. ſi. vero in Authẽ. vt ij qui ſe obligat. &c. Gutierez. de tutelis par. 2. c. 9. Reginald. l. 20. nu. 65. Molfeſ tract. 13. c. 10. nu. 28. Tuſch. in v. Tutor. concl. 441. Maſcard. de probat. concl. 1391. Megalus 2. par. Inſtit. confeſſ. l. 2. c. 31. q. 2.* De quare, videãtur quæ ſcripſimus in Comment. *de hum. vita ſtat. p. 2. c. 26. & in Comment. de exam. tract. 7. c. 7. q. 81. & tract. 10. c. 3. q. 5.*

QVAESTIO VIII.

An Capellanus beneficium, & penſionem habens ſatisfaciat paruas B. Maria horas recitans. An ſi dubitat num aliquem pſalmum omiſerit, iterum recitare teneatur. Vtrum obligatus in aliqua capella celebrare, ea interdicta, ad id etiam teneatur; & poſſit tempus præuenire. Vtrum ſi altare in ea poſitum transferendum ſit ad ſumptus in ea tranſlatione faciendos ſit iure aſtrictus. Et numquid oblationes in miſſa facta ei potius quàm Rectori debeantur. Clericus an peccet perſonatus incedendo; & num carceratus quotidianas distributiones lucretur.

FVluius Capellanus Primo quoddam beneficium, ſimulq. penſionem habens, dubitat an vnica magni officii recitatione vtriq. obligationi ſatisfaciat, etiamſi paruas Beatiſsimæ Mariæ canonicas horas non recitet. Secundo dum priuatim dictum officium perſoluit, ſæpius ambigit an aliquem pſalmum, antiphonam, vel quid ſimile prætermiſerit, vnde quęrit an prædicta iterum recitare teneatur. Tertio cum in quodam altari, vel capella, duas miſſas de requiem in hebdomada celebrare aſtrictus ſit, an eccleſia interdicta, tùm ibi quàm alibi tem. ſacram faciendi ab obligatione, ſit exemptus, & dato quod alibi teneatur, nùm tempus celebrationis præuenire poſsit, puta quatet in præcedenti hebdomada ex miſſa occurrenti ſacrificando. Quarto cum altare in alteram eccleſiam transferẽdum ſit, vtrum ipſe Fuluius Capellanus ad ſumptus in ea tranſlatione faciendos cõtribuere ſit iure obligatus. Quinto an oblationes in miſſa factæ ei potius, quàm Eccleſiæ Rectori debeantur. Sexto cum Bacchanalibus diebus perſonatus incederet, & ob quandam rixam in choreis exortam, à Curiæ Epiſcopalis ſatellitibus ſit in carcerem detruſus, & per aliquot dies ſit ibi detentus; numquid laruales ludos exercendo, lethaliter deliquerit, et an quotidianas diſtributiones lucrari debeat.

Digitized by Google

I. Q. RESOLVTIO.

Reſp. Suppono prius Capellam, ſeu Capellaniā'ſi Sūmi Pontificis, vel Epiſcopi auctoritate ſit fundata, & in titulū erecta, cum ius ſpiritua le annexum habeat eccleſiaſtici beneficii nomine comprehēdi, vt ex ſacris canonibus explicat. *Paul. Puſch. de viſit. eccleſ. l. 2. c. 12. & tradit Molfeſ. l. 6. tr. num. 78.* Et communiter cum ei non ſit annexa animarum cura, beneficium ſimplex dicitur, nec perſonalem reſidentiam requirit, cum per ſubſtitutum, oneri tot miſſas in ea celebrādi, deſeruiri poſſit, niſi expreſſe in fundatione contrarium ſit diſpoſitum, & niſi illa in Cathedralibus Eccleſiis exiſtat, quarum capellaniarum redditus in quotidianis diſtributionibus conſiſtunt, nam tunc in celebrando, & reſidendo ſeruitium, & munus per alium obiri nequit, *vt per Barboſ. de Epiſ. 2. Alleg. 24. num. 44. vt dictum eſt ſupra q. 4.* Hoc ſuppoſito propoſitis quæſtionibus reſoluturie, & breuiter ſatisfaciendo, ad primam reſpondendo dico, Fuluium ſacerdotem beneficio, ſimulq; penſione gaudentem, vnica magni officii recitatione, obligationem ſuam implere, etiamſi paruum B. M. V. officium nō perſoluat. Sicut plura beneficia, vel plures penſiones obtinens, vnica diuini officij ſolutione, oneri ſuo ſatisfacere cenſetur, quia intentio Pii V. Summi Pontificis in Conſtitutione Incip. *Ex proximo Lateranēſi Cōc. vt DD.* obſeruāt, non fuit, iſtos ad duo officia obligare, ſed illos tantum, qui penſionem poſsident, & clericali titulo eam tenent, nec alias canonicas horas recitare cogebantur, ad paruum officiū Dominę noſtrę aſtringerē, vt communi praxi recipitur, & concors DD. ſententia comprobat; qui prætereà communiter reſoluunt, Penſionarium clericum, ſi nomen ſuum in ordinem militarem aſcribat, cum indulto penſionem retinendi, non teneri ad horas B. M. perorandas, ſed ſufficere, ſi orationes Dominicas, & Angelicas, à religione præſcriptas, quæ loco horarum ſunt, perſoluat, *vt per Azor. p. 1. l. 10. c. 4. q. 3. Garziam. de Benef. p. 3. c. 1. nu. 116. Bonac. de hor. can. Diſp. 1. q. 2. puncto 4. num. 10. Marign c. 10. nu. 40. Molfeſ. tr 5. c. 4. n. 47. Fillinc. tom. 2. tr. 23. c. 6.*

II. Q RESOLVTIO.

Ad 2. q. dico Fuluium eo modo dubitantem, non teneri præfatum pſalmum, vel antiphonā iterare, & repetere, cum in dubijs in fauorem rei libertatem poſs dēris; iudicandum ſit, niſi probabilis ratio aliud ſuadeat, & experientia teſte cōpertū ſit, beneficiarios, & ſacerdotes Deū timētes, nihil intermittere; & huiuſmodi dubitationes, & vanos timores, ad tollendā conſcientiæ quietem, & pacem, à Dæmone immitti. Sic Lutgardis piiſſima virgo, mirum in modum ad omnem animi perfectionem anhelans, cum preces horarias legeret, in id ſummopere incumbebat, vt non ſolū malas, ſed etiam bonas cogitationes à ſe excluderet, & quod in mortali corpore fieri non poteſt, iis ſolis, quæ proferret, animum occuparet, ac intenderet. Cum vero id aſſequi non poſſet, grādes in eius pectore orti ſunt ſcrupuli, & quaſi nihil dixiſſet, ſingulas horas bis terue repetere cœpit. Adeo autem eius animum hæc res afflixit, vt nullus amicorum eam conſolari poſſet. Fundebantur preces, vt Dominus eam ab his moleſtiis liberaret, & ecce præter omnium expectationem, per opilionem ei dixit, Nullo deinceps in dicendis precibus dolore aut ſcrupulo angaris, placent .n. & in conſpectu meo gratę ſunt, quæ poſtmodum tranquillitati ſe dedit, nec vllum in poſterum in ea re paſſa eſt ſcrupulum, vt per Surium in vita D. Lutgardis *to. 3. die 16. Iunij, & Dauront. in Flor. exempl. tom. 3. c. 5. tit. 48. exemp. 3.* Vnde *Azor. p. 1. l. 10. c. 1. 2. q. 12.* ait, Quid de eo iudicandum qui recitat, & poſtea penitus obliuiſcitur id quod ante recitauit? Hinc enim inſurgunt multorum in animis ſcrupuli, qui cum integrum pſalmum recitarint, non recordantur amplius id quod recitauerant, & ideo repetūt, ac deinde obliuiſcuntur, quod repetiuerint. Hiſce ſcrupulis inquit mederi oportet ſuadendo eis vt nihil repetāt, alioq; ſi ſemel eis cōcedatur vt dicta replicent, innumeris anxiis ſcrupulis aditus patebit, nā tertio & quarto ac ſæpius iterata à capite recitabunt. *Nau de orat. & hor. can c. 13. Roder. in qq. regul tom. 3. q. 66. art. 2. & ſer. Cheruib. in ſchol. Bulla Leonis x. Bulla 9. conſenſit. Filliuc tr. 23. c. 8. q. 2. num. 255. Bonac. diſp. 1. q. 6. p. 3. num. 12. & communiter.*

III. Q. RESOLVTIO.

Ad 3. q. dico Fuluium ſi eccleſia ſit interdicta, in capella eidem adhærenti celebrare non poſſe, alias præter lethalem culpam, qua ſe obſtringeret, irregularitatis etiam labem contraheret *c. is qui. de ſent. excom. lib. 6.* Et illa cōſ. aſſignatur ratio, quod capellæ tanquam acceſſoriæ a locis in quibus ſunt dependent, cum eis trāſeunt, ac eorum naturam induunt, ex vulgata regula, quod Acceſſorium principalis naturam, & conditionem ſequitur *l cum principalis ff de reg. iu.* Atq. ita ſi eccleſiæ capella ipſa cōnexa eſt, eiſdem priuilegijs, quibus templum gaudet, potiri debet. *Doct. in c. cum capella. ext. de priuileg.* Et vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio. *l. illud ff. ad l. Aq.* Hinc pro extruenda capella, ſicut pro ædificanda eccleſia locum profanum quis vendere cogitur, maxime ſi cum fundante

communis ſit, vt reſoluit. *Riccius in Praxi var. reſol. reſol.* 530. *arg. Azor. p.* 1. *l.* 10. *c.* 27. *q.* 14. vbi decidit polluta ſeu violata eccleſia, altare quoq. violatū cenſeri. Vnde ſi Fuluius in loco ſibi à teſtatore deſignato celebrare non poteſt, alibi id facere debet; nam licet ex communi ſententia Capellanus inſtitutus ad ſacrum faciendum in certo templo, oratorio, ſacello, vel altari, quibuſdā diebus, fundatori non ſatisfaciat, ſi in alio loco rem diuinam faciat, eā ob cauſam quia electus eſt locus, quem capellaniæ fundator frequētari voluit, religioſe honorari, & coli; ſi tamen in præſcripto loco, ob impedimētum aliquod ſacrificari nō poſſit, ſacerdos alibi celebrare debet, quia veriſimiliter credimus talem fuiſſe diſponentis voluntatē, ac mentem, cum ſic ſibi vel ſuis proſit ſi ſimpliciter ſacrificetur, quàm ſi in totum ſacrificiū omittatur. *Azor. p.* 1. *l.* 10. *c.* 24 *q.* 7. *&* 8. *Riccius in Praxi capell. deciſ.* 405. *Barb. p.* 2. *Alleg.* 24. *num.* 35. *& diximus ſup. tr.* 4. *c.* 13. *q.* 121. *&* 123.

Cum vero Capellanus ex præſumpta teſtatoris mente, alibi quàm in dicta capella miſſæ ſacrificium offert, dico eum tempus celebrationis præuenire poſſe, quia hoc in maiorem eccleſiæ, & teſtatoris vtilitatem vergit. *arg. Franch. in deciſ.* 706. vbi decidit legatum factum vt inter pauperes poſt mortē teſtātis diſtribuatur, poſſe in vita diſtribui, & ſic tēpus anteuerti *vt per eūdē Ricc. in Praxi capell. deciſ.* 401 *& in var. reſol. reſol.* 526. vbi reſoluit legatū relictū pauperibus talis parochię, vel caſtri, poſt mortē filij, vel alterius, poſſe de eius cōſenſu ſolui præſentibus pauperibus, etiamſi hoc in præiudicium futurorum egenorum cederet. Vel ſi mandetur. quid poſt quatuor menſes pauperibus dari, poſſe ſtatim eiſdem tribui, quia huiuſmodi diſtributio ꝑ ſalute defuncti principaliter ſtatuta eſt, cui expedit vt celerrime aīę eiuſdē conſulatur.

Et ſi teſtator de voluntate grauari cogitaſſet, permiſiſſet, vt ſtatim huiuſmodi pium officium executioni mandaretur, & ſic talis præſumpta teſtoris mens pro expreſſa habetur.

Illud pariter aſſerendum videtur, Capellanum bis in hebdomada miſſam de requie dicere obligatum, iure facere ſacrum, quod diei occurrenti ab eccleſia aſſignatum eſt, ſi in eum diem aliqua celebritas incidat, quę in eccleſiaſtico officio duplex aut ſemiduplex appellatur. Imo ſatius eſſe tale ſacrificium offerre, vt ſi fuerit dies dominica, aut alia feſta dies tūm quia omnes miſſæ ex opere, vt dicunt, operato, æqualis ſūt valoris, tùm quod potius eſt regulis, præceptionibus, & rubricis parendum, quàm teſtatoris verbis, qui mentem ſuam, & voluntatē eccleſiæ inſtitutioni accommodare debuit, tùm etiam quia ſi teſtator nūc adfuiſſet, hoc procuidubio voluiſſet. *Azor. l.* 1. *c.* 32. *q.* 5. *Suarez. tom.* 3. *diſp* 83. *ſect.* 3. *Miranda in Man. Prælat. regul. tom.* 1. *q.* 41. *art.* 21. *Regnald. l.* 29. *num.* 208. *Barboſa. l. c. alleg.* 24. *num.* 32. *vt etiam ſcripſimus ſup. tr.* 4. *c.* 13. *q.* 126.

IV. Et V. Q. RESOLVTIO.

AD 4. & 5. q. Capellanū pro trāslatione altaris contribuere non teneri, nam regulariter et capellanus, vel beneficiarius ad reparationem eccleſiæ, vel ad ſumptus in ea factos, niſi in ſubſidium, in aliorum defectum, deductis ſibi neceſſarijs, & quatenus prouētus ſuperſunt. non tenetur. *ex Monaldo conſ.* 88. *& Ricc. in d. Praxi capell. deciſ.* 410. Oblationes etiam in miſſa factas cedere Rectori Parochialis eccleſiæ. *c. quia, c. ſanctorum,* 10. *q.* 1. *Abb. & alij. Rubric. de Paroch.* Niſi ex coniecturis, aliud conſtare poſſit, veluti ſi in ipſo altari imago, vel titulus alicuius ſancti extaret, cuius intuitu oblationes fierent, tunc enim Rectori altaris, vel Capellano acquirerētur. *Abb. in c.* 1 *nu.* 3. *de ſucceſſ. ab inteſt. Felin in c. dilectus de offic. ordin. Maſc. de coniect. vlt. volunt. l.* 8. *tit.* 6 *num.* 16. *Belles in diſq. cler. p.* 1. *tit. de bonis cler.* §. 3. *num.* 5. *Genuenſ in praxi curiæ Neap. c.* 72. *num.* 3. *& diximus ſup. tr.* 8. *c.* 8. *q.* 26.

VI. Q. RESOLVTIO.

AD 6. q. reſpondendo dicimus Fuluium à lethali culpa non excuſari, cum Bacchanalibus diebus perſonatus inceſſit, inſigni enim iniuria, atq. opprobrio eccleſiaſticum ordinē, diuinūq. cultum afficiunt. quicumq. in ſacris conſtituti proprium ſtatum infami illa larua, & turpi veſtitu dedecorant. *Card. in Clem.* 2. *de vita & honeſt. cler. Abb. in c. cū decorē cōe de vita, & honeſt. cler.* Propterea eos tanquā rerhalis culpę reos dānat *Ang. in q. ludus num.* 2. *Sayr. in claui reg. l.* 11. *c.* 12. *nu.* 4. *Leſius l.* 4. *c* 4. *dub.* 13. *num.* 98. *Salon.* 22. *q.* 5. *de dom. ar.* 6. *Comitulus in reſponſ. mor. l* 6. *q.* 8. Nec eos excuſat. *Bonac. de cont. diſp.* 2. *q* 3 *punc.* 1. *nu.* 17. niſi forte, ait ipſe, breui tēpore, vt vnius horæ ſpatio, & abſq. ſcādalo hoc facerent. *Vide ſup. tr.* 9. *c.* 24. *q.* 76. Hinc ſequitur Fuluium, qui ob hoc iuſte fuit in carcerem truſus, quotidianas diſtributiones non lucrari, cum ſua culpa à choro abeſſe dicatur. *Nald. in v. diſtributiones. num.* 10. *Garzias de benef. p.* 3. *c.* 2. *num.* 363. *Idem Bonac. de hor. can. diſp.* 2. *q.* 5. *pun.* 2. §. 1.

QVAESTIO IX.

An Capellanus infirmus horas canonicas, & ſeruitiū in choro præſtare valens, ſtipendiū & quotidianas

Digitized by Google

dianas diſtributiones lucretur. Nũ ſoluens ieiunium comeſtione carnis, abſq. medici licentia diebus quibus tàm ex voto, quam eccleſiæ præcepto ieiunare tenetur, plura pctã committat. Nũquid non coſitens in morbo iuxta Bullam Pij V. peccet mortaliter. &c. An clericus ſub patria poteſtate exiſtens, cum tribus tãtum teſtibus abſq. patris venia teſtari valeat. &c.

NAzarius qui in quadam Capella quotidie celebrare debet, & vt Manſionarius in Cathedrali eccleſia diuinis officijs deſeruire, ac in choro canere tenẽ, cũ per 10. dies febre laboraſſet, horas canonicas recitare omiſit, & pſallẽdi munus in d. Cathedrali obire, ſtipẽdium tñ Capellaniæ, & quotidianas diſtributiones, quas ſanus cũ diuinis officijs aderat, lucrare ſolebat, nunc non obſtante morbo habere prætendit. Secundo ieiunium in diebus veneris ac ſabbati, in quibus tàm ex eccleſiaſtico præcepto, cum adeſſent tempora, & ex voto ieiunare tenebatur, carnes comedendo abſq. vtriuſq. medici licentia ſoluit. Tertio tempore eiuſdem infirmitatis, ſcilicet per decem dies, etiam à corporis medico admonitus, iuxta diſpoſitionem Bullæ Pij V non eſt cõfeſſus. Et quãuis cõiter vir probus habeatur, ſuſpectam tñ mulierem Euphemiã in domo pro eius obſequio detinet. Tandem cum habeat patrem licet ſeparatim degat, abſq. eius licentia coram Parocho, & duob. teſtibus teſtamentum condidit, & dictæ Euphemiæ 100. aureos in clericatu acquiſitos remunerandi obſequij cauſa reliquit. Quæritur quid iuris, iuſti, & æqui, in his quæſtionibus ſtatuendum ſit.

I. Q. RESOLVTIO.

REſp. Suppono, ægrotantibus varia priuilegia conceſſa à iure fuiſſe; quod potiſſimũ factũ eſt ne afflictis addatur afflictio vt cõtigeret ſi infirmi onera cæteris communia ſuſtinere cogerentur, cum inhumanum ſit eos affligere, quibus miſerendum eſt. *c. 1. ext. de cler. non reſid.* Et ut ait *Petrarcha. de ægrit. corp. dial.* 4. Aegritudo ſæpe prodeſt, dum debilitatis viribus corporis, animæ ſanitatem parit. Et cum infirmitas inter bonorum genera connumeretur. *c. illc. 1. q. 1.* ſemper in omni diſpoſitione ad infirmiorum fauorem, ampla & benigna facienda erit interpretatio. *vt per Actiũ. de infir. p. 2.* Atqui certum eſt regulariter nõ oportere ægrotum ex morbo decedere, vt priuilegia infirmis conceſſa conſequatur. Bene uerum eſt in multis caſibus neceſſariam eſſe ægri mortem, vt de illis diſpoſita locũ habeant, vt in teſtamento infirmi Romam petentis, cum duobus teſtib. cõdito, in donatione cauſa mortis, & in reſignatione beneficij ab ægro facta, quæ nulla redditur cum reſignans infra viginti dies occubuit, & alijs huiuſmodi, vt per *Gomez. in reg. Cancell. de infirm. reſign. & Polidor. Ripã. de act. in mor. art. c. 32. & Actiũ. l. c. p. c.* 17. Hoc breuiter ſuppoſito, dico Primo ſi infirmitas, vel febris grauis fuiſſet, ita vt Nazarius legitimo & ſufficienti corporis morbo detineretur, quo arbitrio prudentis ac Deum timentis medici, diuinum officium abſq. notabili corporis damno recitare non potuiſſet, iuſtam horarum canonicarum omiſſionis cauſam habuiſſet, ſiquidem, vt ex generalibus principijs, in materia de legibus animaduertimus, veriſimile nõ eſt, ſanctã eccleſiam iuſtitiæ, æquitatis, & pietatis cultricem, cum tanto incommodo obligare velle. Si vero leuis erat infirmitas, qualis eſſe poteſt ſtomachi, capitis, vel pectoris non multum durans, nec vexans dolor, aut etiam tertiana, vel quartana febris, quę toto die vehementer afficere, vel affligere non ſolet, ita vt tẽpus ad diuinum officium recitandum non vacet, ab eo onere, & penſo exemptus fuiſſe nõ cenſetur.

Ratio vero eſt, quod obligatio horas canonicas recitandi, arctiſſima ſit, vt patet *in c. dolentes, ext. de celeb. miſſarum.* & quò ad originem à iure diuino deſcendat, quò fit, vt non niſi ex graui cauſa, quiſquam eorum cui impoſita eſt, debeat ab ea liber iudicari, & per conſequens nec ex alia infirmitate excuſari, quam quæ notabiliter noceat. Vnde Iuriſtæ aiunt, leuia corporis impedimenta in edicto Ædilium non conſiderari. *l. 1. §. proin. de. ff. de ædilit. edicto. Toloſan. in Syntag. Iu. l. 25. c. 21. Maiolus de irreg. l. 2. c. 22 Taſch. v. actio redhibitoria concl. 112. & v. morboſum animal. concl. 384 & Bonacoſſ de equo. q. 143. & Actius de infirmit p. 1. c.* 4. Vbi ſubdunt, ſcias quò ad redhibitionem animalium caute agere venditorem, qui ſana eſſe temere non promittit, nam quo pacto pręſtabit capras, quæ ſine febri numquam eſſe ſolent. Ideo *Alex. l. 3. conſ. 114. & Griland. de quæſt. & tort. & Farinac. in q. crim. p. 2 q 38. num. 43.* aiunt, quod ſicut leuis febricula non dicitur febris, neq. in conſideratione habetur, ita leuis tortura non dicitur tortura, Et plerũq. aliàs nulla fere rõ modici haberi cõſueuit, & infinita ſunt iura, quæ quidem ad hanc cauſam multum faciunt, & quæ in vnum corpus congeſſit. *Antonius Corſetus in libello, quem de modicis conſcripſit, & Tiraquellus in tract. de Iudicio in reb. exig. Nec non Tuſchus in v. minima. cõcl.* 238. Quãdo vero dubitatur ſit ne infirmitas grauis, quę excuſare ab officii diuini recitatione ſufficiens ſit, medici ſcientia, ac conſcientia prædito iudicio ſtandum erit (cum peritis in arte adhærendum ſit) qui ſi illum morbum graue damnum corpori allaturum cenſeant, ab hac lege liber erit ægrotus, ſi vero conſilio, & iudicio medici, res adhuc dubia

Digitized by Google

ſit, tũc quò ab hac obligatione eximatur, cõſenſus à Superiore vel Cõfeſſario requirendus erit. Quod ſi cum religioſis agatur, res minorem difficultatẽ habet, nã habito à medico iudicio, cõgregationis, & collegij Præfecti ſup recitatione diuini officij diſpẽſant, ac lege ſoluunt, dummodo infirmi certum pſalmorum numerum per ipſos Superiores aſſignandum recitent. *Axor p.1.l.10.c.13.q.1. Reginal.l.18.nu.181. Molfeſ.tr.5.c.4.num.21.& ſeq. Filliuc.tr.23.c.9 q.5. Bonac.de hor.can.q 6.p.1.& alij.* Vbi addunt, eos qui diuini officii penſum perſoluere non poſſunt, non teneri eius loco aliàs preces ſubſtituere, aut alium recitantem audire, non per alium ſupplere, nec tñ ſacta infirmitate, omiſſum repetere, cum hoc ab Eccleſia nõ præcipiatur. Secundo dico Nazarium non fuiſſe obligatum illo decem dierũ ſpatio, quo infirmus decubuit, per alium miſſas in capella ſua celebrare, vt illius beneficij fructus ſuos faciat. Siquidẽ communis eſt reſolutio, capellanum morbo per octo, vel decem dies præpeditum, per alium ſacrum facere non teneri, cum infirmitas eum excuſet, Sicut & infirmitas ſerui ſaltem quò ad cibaria, & expenſas, per illud tempus pro ſeruiente haberi, videtur. *Petr. Nauar. de reſtitut.l.2.c.2.num.210. Marc. Ant. Genu.in Praxi* Neap.c.56. *Riccius in* Praxi *capell, Deciſ.403.Tuſch.v.infirmitas concl.129. Molfeſ. tr.6.c.1.num.78.& ſeq.* Ex quo etiam ſequitur, vt ipſi Nazario Manſionarii offõ aliàs in cathedrali eccleſia fungenti, dum illo graui & longiori morbo vrgebatur, quotidianæ deſtributiones debeantur. Nam, vt alibi ſuppoſuimus, abſens cauſa notabilis infirmitatis, medici iudicio, etiãſi propria culpa illam contraxerit, nec in loco beneficii tempore morbi exiſtat ſi ſanus reſidere ſolebat, iure quotidianas diſtributiones lucratur, *c.Clericus victum diſt.91.c.1.de cler.non reſid.in 6.* Hoc enim priuilegium eccleſiaſticis uiris infirmitatis tempore conceſſum eſt., ne afflicto afflictio addatur, nẽ ab eccleſiæ obſequio, & ſeruitio auertantur, & ne ad eccleſiaſticæ beneficia dimittenda excitentur, timẽtes fore, vt debitis obſequiis ægritudinis tempore deſtituantur. *Natta.l.1.conſ.41.Oddus de reſtit.in integ.q.7.art.11. Act. de infir.p.2. litt. Q.* Leuior tamen morbus per ſe loquendo ab obligatione intereſſendi, vt aiunt, choro, quàm ab onere diuini officii recitandi excuſat, nam fieri poteſt, vt morbus alioqui leuis, ad chorum accedendo incremẽtum capiat, quàm domi illud horariũ munus perſoluendo, ut qui podagra laborat, ita tamen vt rebus ſui ſupereſſe poſſit, quiquidem morbus, vt obiter hic dicam id illos præcipue corripit, qui in delitiis, & luxuria, vitam ducunt, nam reſoluta corpora, & omni cera molliora circunferunt, atq. agmine quodã infirmitatum repleta, quibus, vt auctor eſt. *D.Chryſoſt. in declamat. cuius initium eſt,* Ne*mo læditur, niſi à ſe ipſo*, ad cumulum malorum podagræ tremor, & immatura ſenectus accedit, eſtq. eius vita ſemper cum medicis, & medicamentis traducta. De quare vide quę ſupra attulimus. *tract.13.c.3.q.13.q.2.Tuſch.l.c. Moneta de diſtribut.p.2.q.6. Bonac q.5.p.1. Cou l.3.var.reſol.c.13. Piaſecius in* Praxi Epiſcopali*.p.2.c.3.num.9.Gutierez.in can q.q.l.1.c.1.num.140.Camp.in diuerſur.can.Rubr.11.c.27.n.136.& alij communiter.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2.q.dico Nazarium ęgrotum non à lethali duplici culpa excuſatum eſſe, ſi abſq. medici, & Superioris licentiā, non modo oua, & lacticinia comedit, ſed & carnes in diebus veneris, & ſabbati, in quos etiam tempora inciderant, & ex voto ieiunare tenebatur, ſine iuſta cauſa; ex leui morbo, & abſq. neceſſitate hoc egit. Vbi ſciendum

Primo, ſi cã iuſta ſit certa, & euidens, non indigere aliquem Epiſcopi, vel eius Vicarii, ſeu etiam Pœnitentiarii auctoritate, vt à lege ieiunii eximatur, ſi vero dubia, & incerta ſit neceſſaria eſt Superioris facultas, ſi haberi poteſt. Solius quidem medici, vel Confeſſarii ſufficit, vt ieuniorum legibus liberemur, quandocunq. in cauſa nobis dubia, & incerta ipſi ſenſerint ieiunii obligatione nos non aſtringi, eo quod cauſa, de qua nos ambigimus, ipſis euidens, & certa videatur, tunc enim non legẽ relaxare, ſed declarare dicũtur. At vero in cauſa dubia, eiuſdẽ, vt dixi, opera indigemus, quia neceſſaria eſt diſpenſatio, ad quam medicus, vel cõfeſſarius, uel alius vir bonus poteſtatem nõ habet. *Azor.p.1.l.7.c 29.q.2.& 4.Act.p.2. de infirm. l.1.*

Scdo ſcire oportet, diſpenſatũ ut poſſit oua, vel lacticinia comedere, non eſſe à ieiunio ſolutũ, qa ieiunii eſſentiæ non repugnant, & ſimul cum his quis ieiunare poteſt, & quando ob infirmitatem diſpẽſatus, eſt vt pluries in die veſci poſſit, clarum eſt à lege ieiunii liberum eſſe, quod natura ſua poſcit vt ſolum quis in die ſemel comedat. *vt dixi tr.8 c.7.q.19.* Cum quo vero diſpẽſatur, vt carnes edat, debere eum ſi poteſt carnibus ieiunare, alii aiũt, alii negant, vtrumq. probabile, at expeditior communior, & in praxi receptior eſt ſententia eũ à ieiunii obligatione exemptum eſſe, cum priuilegiũ, vel indultũ ob naturæ debilitatem conceſſum eſt. *Bonac.tom.2.diſp.10.pun.2.Filliuc.tom.2.tr.27 c.3.num.52. Molfeſ.tr.10.c.4.*

Tertio medicũ perperã, & inique agere, & lethali ſcelere ſe cõſtringere, cũ valetudinario, & morboſo, vel debili, q ſe ouis, ac lactariis cibis tueri facile põt, vſum ẽt carnis concedit. Vnde cautum, & prudentem eum eſſe neceſſe eſt vti imbecillibus non adeo indulgeat, niſi quantum opus eſt; namſi,

cui.

cuipiam ob aliquod ſanitatis impedimentum poteſtatem ouis ueſcendi dare cogitur, ſi vires alioq; validæ ſint, & nulla res eum excuſet, non debet eundem à ieiunii obſeruatione omnino ſoluere; nã alioqui tales licentiæ ſine iuxta cauſa cõceſſæ, nullam quòad Deum ſecuritatem præſtant. *Tanet. in tract. de foro conſc. num. 24.* Vt propterea vere dixerit. *D. Ambroſius relatus, in c. contraria. de conſ. d. 5.* Aliquando contraria eſſe diuinæ cognitioni præcepta medicinæ; nam à ieiunio reuocant; lucubrare non ſinunt, ab omni intẽtione meditationis abducunt, ita vt qui ſe medicis dederit, ſe ipſum ſibi abneget. *Codrõchius de tuta, & christ. med. rat. l. 1. c. 26.* Vt non ſine cã ẽt quidam admonuerit, e christiana republica eſse, morum, & medicorum in vrbe cenſores, certis temporibus eos ſuper doctrina, & probitate, ac pietate, examinate, vt noui Epiſcopi pœnitentię ſacramenti miniſtros ſolent. *Laured. in ſylua mor. v. medici.*

Quarto licet nõnulli aſſeruerint, aliquẽ duplex pctm̃ cõmittere, ſi duplici pcepto, ex eadẽ virtute deſcendenti, ieiunare teneretur, & ipſum ieiuniũ violaret, alii tamen probabilius docent, id ſolum procedere, ſi ex diuerſis virtutibus oriantur, vt pote ex voto, præcepto, aut ex pœnitentia iniuncta. &c. Cuius quidem duplicis culpæ Nazarium immunem non eſſe, in caſu ſupponimus. *Sanchez l. 1. de præceptis c. 34. n. 5. & idem Molfeſ. l. c. c. 5. nu. 28. Bonac. de legibus diſp. 2. q. 4. puncto 3. num. 5.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. reſpondendo dico, Nazarium difficile à graui culpa excuſari, cum febre laborans, & in lecto ob morbum decumbens, etiam à medico admonitus confiteri noluit: nam & ſi ſupponamus, eum venialium tãtum peccatorum maculis fuiſse aſperſum, cũ ſemel in hebdomada animę labes expiate ſoleret, & quotidie ſacrum facere conſueſceret, nihilominus ſicut Pontificiis ſanctionibus cauetur, ut de iure poſitiuo, pręter diſpoſitionem *c. omnis vtriuſq; ſexus ext. de pœnit. & remiſſ.* quo cautum eſt ut ſemel in anno quis confiteatur, quilibet ęgroti ſua peccata cõfiteri debeãt, ut medici eos uiſant, ut habetur in Bulla Pii V. Incip. *ſupra Gregem Dominicum*, Et multo magis id ſponte abſq; medici admonitu Sacerdos id facere debebat; quandoquidẽ ſicut Sacerdotes Laicos loco præcedunt, ita religione, & pietate eos antecellere par eſt *c. ſtatuimus vbi gloſſ. diſt. 4. c. duo ſunt. diſt. 96. c. ſolitæ. ext. de maior. & obed.* Et eos in primis cauere oporteat, ne ſecularibus nõ ſolum, quæ praua ſunt agendo, ſed etiam, quę mali ſpeciem habent, ſcandalum prębeant, ut monet Apoſt. ad *Theſsal. 5.* Ac eximie *D. Chryſoſt. l. 3. de de ſacerd.* his uerbis docet, *Sacerdotis animi pulchritudinẽ ſplendeſcere oportet, ut oblectare pariter & illuminare poſſit illorum animos, qui ſuos in illum oculos coniiciunt; nam uulgarium hominum delicta velut in tenebris commiſsa auctores ſuos ſolos perdunt, cæterum hominis illuſtris, & vulgo cogniti delictum commune omnibus damnum affert, & parua eius peccata aliis magna videntur, neq; n. peccati magnitudine, ſed peccantis potius dignitate peccatum plerięq; omnes metiuntur.*

Porro aliàs animaduertimus, medicos, ut ait Eccleſiaſticus, c 38. honorandos eſse, & tamquam Dei miniſtros, ſi ſiunt quales eſse debent; accerſendos, ad quos diuino primum freti auxilio confugiamus; non ſicut Aſa Rex fecit, qui vt habetur *2. Paralip. c. 16.* in infirmitate ſua nõ quæſiuit Dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt. Hic .n. Rex quoniam hoc præſidio potius abuſus eſt, nec vt Dei beneficium agnouit, ſed totum humanis applicuit remediis, nulla Dei habita cogitatione, Deus illum neglexit, & mortuus eſt. Item medicum teneri ante curationem in prima viſitatione ægri in lecto decumbentis, ſub lethalis culpę reatu, ac periurii pœna, infirmum, ad confeſſionem, per ſe vel alios hortari; at nolentem confiteri non poſſe eum deſerere, tùm in his Commentariis ſæpe prout res exigebat, tùm ex profeſſo ſcriptum reliquimus in *Cõmẽt. de hum. vita ſtat. p. 2. c. 8. et 9.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. dubitationem reſpondeo dicendo, mulieres nedum extraneas, ſed etiam coniunctas ſi ſint aliqua ratione ſuſpectæ, cum clericis, & ſacerdotib. cohabitare prohiberi *c. 1. & de cohabit. cler. & mul.* & aliter faciẽtes lethali ſe obſtringere crimine. *vt Graff. in dec. aur. p. 2. l. 3. c. 9. n. 11.* monumentis tradidit *Petrus Sotius. de sęp. cler. lect. 4. & Sa. & cler. n. 27.* Nã ſi B. Enodio fidẽ habemus Affinis eſt culpæ, qui aliis male ſuſpicandi occaſionẽ præbet, Certe inqt, *in Præcept. Cellul.* Vel ſi mens ſit recti conſcia, vindicta dignus eſt, qui alii exiſtit cauſa periculi, dum .n. ſuſpicionibus patefacit acceſſum, ſit fraterni origo diſcriminis. Et ut ait *Chanaſ. de Prud. l. 3. c. 4. §. 12.* Hæretici cum catholicam fidem oppugnare nequeant, id moliuntur, vt ſacerdotes impudicitiis coopertos repræſentent, indeq; excuſationem quærant, cur fidem illam nõ amplectantur, & argumentum, quo plebem ab eadem abſterreant. Si his calumniis multum nocẽt, quid futurum credimus, ſi exempla proferre poſſent, quibus demonſtrarent ſe vera loqui? Iuuenes quidem in rebus lubricis, & venereis vix continentes reperiuntur iuxta illud,

A iuuene, & cupido credatur reddita virgo?

Vnde

Digitized by Google

Vnde contra iuuenes facile ſuſpicari ſolemus. *c. litteris, ext. de præſumpt. Aymo. l. 2. conſ. 32.* Quippe cæca eſt adoleſcentia prudentiæ lumine orbata, & quæ magis ſenſuum impetu, quàm oculorum ratione ducatur, Hinc *D. Ambroſ. Pſal. 38.* Magna inquit, cuſtodia opus eſt in iuuentute, eo quod Salomon inter difficillima, & ſibi incognita, dixerit eſſe viam viri in adoleſcentia. Et vt ait *D. Hier. Epiſt. 22.* Vinum, & adoleſcentia duplex eſt voluptatis incēdium. Vt & nos tradidimus in *Comment. de ſtat. par. 1. c. 2.* Et licet aliqui dixerint, talem ſuſpicionem à morbo excludi, vt propterea non improbanda; ſed toleranda ſit mulierum cum clericis infirmis cohabitatio, in quibus incontinentiæ præſumptio non vigeat, cum mulieres ægrotis neceſſariæ videantur, & vbi non eſt mulier ingemiſcat æger. *Eccleſ. c. 36.* præſertim ſi Prælati conniuentia, & permiſſio accedat, nihilominus quantū mali ſub hac re lateat, ipſa experientia docet, vt multis proſequitur D. *Cyprianus in tract. de ſingul. cler.* Maxime cum Apoſtolus relatus in *c. 10. ext. de vita, & honeſt. cler.* moneat ab omni ſpecie mali abſtinendum eſſe. Hinc D. Hieronymus. *in Epiſt. ad Nepot.* ait. Cauete ſuſpiciones omnes, & quidquid probabiliter fingi poteſt, de uita. Et in Epiſt. ad *Ageruchiam*, ſic loquitur, Fuge perſonas, in quibus poteſt malæ conuerſationis eſſe ſuſpicio, nec paratum habeas illud è triuio, ſufficit mihi conſcientia mea, non curo quid de me loquantur homines, ſi quidem Apoſtolus prouidebat bona etiam corā hominib. Addit ex lex ciuilis. 2. *C. de furtis,* Curate cautius negotiari, ne non tantum in damnum huiuſmodi, ſed etiāne in criminis ſuſpicionē incidatis. Et quia mali ſuſpicio ab his pendet, quę videntur, aut extrinſecus fiunt, ſatis non erit ſapienti ſacerdoti, interius probe affici, ſed in externa & cōuerſatione, aliqd contra decorū, & bonā famā dicere, aut facere cauebit, *Chauaſ. de prud. l. 3. c. 1. §. 5*

Et in noſtro caſu, vbi mulierem non coniunctam pro famula habere volet, licentiam ab Epiſcopo impetrare debebit, qui habita ratione ætatis clerici, ac mulieris, nec non formæ, an permittenda ſit nec ne arbitrabitur. *Vgolin. de off. Epiſc. p. 1. c. 13. §. 27. Pet. Sorus l. c.* Vbi ſubdit. Vidi Ioannis Matthæi Epiſcopi Veronenſis vnius noſtrorum temporum veri Epiſcopi Conſtitutionem meo iudicio, multa prudentia, & æquitate moderatam. Statuit ille vt nulla omnino domi haberetur mulier, ſine ſua inſcriptis habita facultate, quia intentionis, inquit, noſtræ eſt optime, & diligentiſſime prius inueſtigare, quæ ſit illa mulier, cuius vitæ, famæ, & opinionis &c. Nam vt inquit ille, Domus Cæſaris non ſolum delicto, ſed etiam ſuſpicione delicti carere debet. vt per *Graſſum de effect. cler. effect. 26.* Vbi ait, clericum poſſe tuto cohabitare cum muliere famula quando illa eſſet ita ſenex, & deformis, vt cum ea nulla poſſit oriri ſuſpicio, *Hoſt. & Bohic. in rub. de cohabit. cler. Port. conſ. 16. num. 7. Monald. l. 2. conſ. 21. num. 24.*

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. q. reſpondendo dico, quod ſi Nazarius Euphemiæ famulæ tanquam concubinæ reliquiſſe probaretur, & de hoc conſtaret, illud legatū non valeret, & tanquam ab indigna perſona auferri deberet, vt per *Bart. in l. mulierem ff. de his quib. vt indignis. Aegidium de iure honeſt. art. 8.*

Si autem ei paupertatis intuitu, & ob benemerita illa 100. reliquit, & re vera ipſa Euphemia tantum famula, non autem concubina erat, legatum valere, ac in vtroq; foro ſubſiſtere fatendum eſt. Cum explorati iuris ſit, quod licet inter laicos ad hoc vt teſtamētum valeat ſeptem teſtes requirantur. *l. ſi vnus. C. de teſtam. Clar. in §. teſtamentum q. 56.* In clericorum tamen teſtamentis, duo tantum teſtes cum præſentia Parochi ſufficiunt. *c. cum eſſes ext. de teſtam. & ibi notant Scribentes. & Crotus l. 3. conſ. 42. Velaſc. Deciſ. 74. Graſſus de effect. cler. effect. 63.* Pariter apud omnes conſtitutū eſt clericum filium familias ad ſui libitum etiam inuito patre, de bonis caſtrēſibus, vel quaſi caſtrenſibus teſtari poſſe, cum in illis ipſe parens nullum ius conſequatur, vt ex cōmuni tradit idem *Graſſus de effect. 19. Leſſius l. 2. c. 19. Molfeſ. tr. 12. c. 2. n. 27. Rolandus à valle par. 4. conſ. 16. Surd. conſ. 259. l. 2.*

CAP. II.
QVAESTIO X.

Vtrum ſuſcipiens ordines minores forum ſeculare declinandi cauſa p. m. & An aſſumens Canonicatum animo non retinendi, ſed illum demittendi, ſi quid pinguius offeratur p. m. An ſi ordinibus ſacris careat, habeat vocem in capitulo. Nūm *fidei profeſſionem facere omittens p. m. & fructus ſuos faciat. &c.*

COlumbanus viginti duos annos natus, & in minoribus ordinibus conſtitutus, quos ſeculare iudicium declinandi cauſa, ſe ſuſcepiſse in ſacramentali confeſſione fatetur, cum homicidiū paulo ante perpetraſſet, in cathedrali etiam eccleſia Canonicatum obtinuit, animo non retinēdi illum in perpetuum, ſed cum hoc beneficium ſit tenue, donec pinguius adipiſcatur. Cum autem ex diſpoſitione. *Concil. Triden. ſeſſ. 24. de refor. c. 12.* à die adeptæ poſſeſſionis ad minus intra duos menſes, in manibus Epiſcopi, vel eius Vicarij, & etiā in Capitulo, orthodoxę fidei profeſſionem facere debuiſſet, ex quadam incuria, & negligētia. id officii

Digitized by Google

ficij non preſtitit. Queritur Primo, an ſuſcipiens ordines minores vt ſecularis fori pœnam effugeret lethiferę noxę factus ſit reus, & etiam aſſumens Canonicatum intentione illum dimittēdi, ſi opulentius beneficium ſibi offeratur, lethaliter pariter peccauerit, & fructus perceptos reſtituere teneatur, Secundo an carens ordinibus ſacris vocem habere poſſit in capitulo. Tertio an fidei pfeſſionem omittens peccauerit mortaliter, & fructus ſuos facere potuerit. &c.

Suppoſitum.

ANte omnia breuiter ſupponendū, Canonicos à regula denominari, eò qđ ex canonicæ legis præſcripto viuere debeant, & quia ipſorū mores alijs fidelibus regula quædam eſſe debet, quæ ipſos in Domini viam dirigat. Vnde cum canonici ſint, æquum non eſt eos extra Canones viuere, imo ea morum integritate pollere, eos oportet, vt merito eccleſiæ Senatus dici poſſint. *Baſſus. de canon. c.* 18. Et licet tā in cathedrali eccleſia, quàm in collegiata conſtituantur, qui tamen in Cathedrali ſunt etiam ſi Supernumerarij ſint alios dignitate excellūt, faciunt .n. vnum corpuscum Epiſcopo, & clerici primi gradus dicuntur, cauſæ eis à Sūmo Pontifice delegantur, honorab lē præbendam poſſident, habent, vt dicunt, ſt illum in choro, vocem in capitulo, *Conc. Trid. d. c.* 12. *Gen. in Praxi Neap. c.* 85. *Riccius in Praxi var. reſol. reſol.* 389. *Sanchez. de pracep. l.* 6. *c.* 15. *num* 74. *Molfeſ. tract.* 6. *c.* 2. *n* 33. *Tuſch. in v. Canonicus. Concl.* 31. *Moneta de diſtrib. par.* 2. *q.* 1.

Reſolutionis I. Dictum.

HOc præmiſſo, dico quod licet nōnulli de graui culpa condemnent hunc canonicum, qui tali pposito ideſt declinādi fori ſecularis cauſa, ordines minores ſuſcepit, vt q recta intentio illos aſſumendi ei defuerit, & in re graui eccleſiam deceperit; probabilius tamen aliis videtur, mortaliter nō deliquiſſe; eo quod iure ſuo ſit vſus, nec talis finis peruerſa intentio lethalem culpam inducat, neq; *Concil. Triden. ſeſſ* 23. *c.* 4. *de reform.* hac in re obligationem imponere videatur; modo initiandus prauam mortalem intentionem non habuiſſet, qualis eſſet ſi ordinibus illis initiaretur, vt illorū occaſione liberius iniurias vlciſci poſſet &c. Ita *Sanchez. l.* 7. *de mat. diſp.* 13 *n.* 17. *Coninch. tō.* 2. *diſp.* 20. *num.* 105. *Bonac. de matrim q.* 3. *pun.* ix. *num.* 6. Obſerua tñ Columbanum qui patrato ſcelere in fraudem fori ſecularis clericalē ſtatū aſsūpſit, etiamſi de hoc conſtet, à laica poteſtate puniri non poſſe iudicari, ac. Nam ſtatum aliquem aſſumens ſicut ad illius onera tenetur, ita etiam commoda illius ſtatus ſentire debet; inter priuilegia autem ſtatus clericalis exemptio à laico Iudice cōnumeratur, vt ex communi tradit idem *Bonac. de legib diſp.* 10. *q.* 2 *pun.* 1. §. 1. *num.* 16.

Idem dicendū eſt quò ad alteram partem; quod quamuis à lethali noxa excuſandus Columbanus non videatur, cum ad canonicatus beneficium animo in eo non perſiſtendi acceſſit; eo quod ſicut matrimonium carnale cōtrahens tenetur habere animum perpetuo cum vxore permanēdi, ita eccleſiaſticum beneficiū aſſumens, id in mente ſua gerere debet, vt pote qui ſpirituale coniugiū init.

Cæterū mihi verius dicendum videtur, nullam ſubeſſe culpam, nec reſtituendi obligationem, ſi is illi beneficio inſeruiendi firmum habeat animum dū illud tenuerit, & omnia adimplendi, donec pinguiori donatus fuerit; cum nullus extet textus iubens, vt beneficiū recipiens habeat aīum sēper retinendi; nec ſimilitudo ex carnali matrimonio deducta id ſuadet, cū lōge diuerſa ratio militet; carnale namq; coniugium eſt perpetuum vinculum, ſecus de hoc ſpirituali. atq. ita docent ex cōi *Sanchez. l.* 7. *de mat. d.* 45. *nu* 12. *Vaſquez. c.* 3. *de beneſ.* §. 3. *dub.* 1. *num.* 43. *Molfeſ. tr.* 6. *c* 7. *num.* 72.

II. Dictum.

SEcūdo dico, ad hoc vt Colūbanus in comitijs, & in capitulo vocis, ac votorum ſuffragiis gaudeat, debere eſſe ſacris initiatum, *clem. vt y. tit. de ætate, & qualit. Zecchius de repub. eccleſ de can. c.* 24. *num.* 3. *Riccius in Praxi var reſol. reſol.* 488.

Culpam vero mortiferam incurrit, niſi ordine ſacro, quem *Conc. Trid. ſeſſ.* 24 *c.* 12. præſcribit, non initietur Canonicus, apud DD. cōſtitutum eſt, lex .n. tē magni ponderis præcipiens ſine ſcelere omitti non poteſt, ſed publicus cultus cui in templis ſingulis diebus operam nauant Canonici, eſt maximi ponderis, & diuini cultus ratio non leuiter perturbaretur, ſi à ſingulis Canonicis non cum eo ordine ſacro, quem Concilium iubet, ſuum quiſq; munus obiret, ergo ſine lethali noxa ab ea legè diſcedi non poteſt. *Comitulus l.* 1. *reſponſ. q.* 62. & alii

Aperti etiam iuris eſt, & communi calculo receptum poſſeſſionem Canonicatus capitulari traditione egere, ac in beneficii poſſeſſione capienda ſtatuta ac loci conſuetudinē obſeruandā eſſe, alioq. infringi poſſe. idē *Ricc. in Praxi capi. poſſ. reſol.* 80.

III. Dictum.

TErtio dico Colūbanū ab pretermiſſionē profeſsionis fidei, quę quid ſit de collegiatis, omnibus Canonicis in Cathedralibus à iure præcipitur, & in culpam mortalem, nec non fructuum amiſsionem incurriſſe, niſi ob ignorantiam, vel inaduertentiam, ſeu naturalem obliuionem, id muneris non præſtiterit; ſiquidem in foro conſcientiæ à peccato mortali, & conſequenter à fructuum reſtitutione excuſari poteſt, ſi ex ignorantia iuris, vel facti, ſine mala fide profeſsionem nō emiſerit, iux-

ta

ta doctrinam *Caiet. in ſumma in v. Præcepti tranſgreſſio*. atq; ſic ſentit *Suarez, tom. 5. d. 4. ſect. 8. nu. 18. Pariſius de reſignat. benef. l. 10. q. ix. nu. 8. Nau. conſ. 9. de iure iurã. Fuſchus l. 1. de viſit. eccleſ. c. 5. & l. 2. c. 3. Garzia ſ. p. 3. de benef. c. 3. Vgol. de off. epi p. 2. c. L. §. 16. Gratianus in diſcep. forenſ. c. 166. Sanchez in præcepta decalogi l. 2. c. 5. Bonac. de legib. d. 3. q. 2. pun. 3. n. 13. Azor. tõ. 2. l. 4. c. 2.* & alij præſertim *Barboſa in remiſſ. ad Cõc. Trid. c. 12. ſeſſ. 24. & de Epo Alleg 61. Riccius in Praxi capt. poſſeſſ. benef. reſol. 82. & in Praxi Cur.* Neap *p. 1. deciſ. 120. Nald. in v. profeſſo fidei, & in v. diſtributiones*, vbi obſeruat fidei profeſsionẽ nõ emittẽtes, quotidianas diſtributiones non amittere, ſed tantum fructus cum pœnæ reſtringendæ ſint; ſecus tamen eſſet, ſi beneficii fructus ſolum in quotidianis diſtributionibus conſiſterent &c.

QVAESTIO XI.

An canonicus qui ſæpe à cathedrali eccleſia, & choro abeſt, & ob lucrum diſtributionum inſeruit, ac intelligibiliter in choro non canit, & officium mortuorum à conſtitutionibus ſuæ eccleſiæ præſcriptum omittit, vel illud exoluit dum manus lauat peccet mortaliter, & reſtituere teneatur.

CLemens in Cathedrali eccleſia Canonicus multis interruptis anni diebus, ab ipſa eccleſia abeſſe ſolet, ob quotidianarum diſtributionum lucrum ei principaliter inſeruit. Cum choro intereſt, ita ſubmiſſe, ac intra dentes diuini officii penſum ſoluit, vt ab aliis eius vox non audiatur, Et cũ ex ſuæ eccleſiæ iuratis ſtatutis ſemel in hebdomada ſiue publice in choro, ſiue priuatim, officium defunctorum recitare teneatur, cum abeſt à choro illud omittere ſolet; vel illud perſoluit dum mane è cubili ſurgens ſe induit, vel manus lauat, ſeu ſimile quid facit &c. Quæritur an quò ad hæc quatuor capita lethaliter peccet, & reſtituendi obligationem ſubeat.

Suppoſitum.

REſp. Suppono inter beneficia eccleſiaſtica nonnulla eſſe, quibus nulla ineſt aliorum beneficiorum qualitas, puta nec iuriſdictio, nec eccleſiaſticarum rerum adminiſtratio, nec dignitatis titulus, nec animarum cura; appellanturq; ſimplicia, eo quod ſimpliciter retineant beneficii nomen, quemadmodum vota, aut pacta, quibus non ineſt aliqua iuris ſolemnitas. i. non teſtium adhibitio, non ſtipulatio, aut literæ, aut aliqui alii eccleſiaſtici ritus, aut ciuiles formulæ: vota, aut pacta ſimplicia dicuntur. Tales ſunt Canonicatus, qui quamuis nec animarum curam annexam habeant, nec iuriſdictione, neque dignitatis titulo proprie potiantur, aliquid tamẽ eminentiæ, ornamenti, ac decoris in eccleſia præſeferunt, ita vt inter ſimplices beneficiarios digniſſimi Canonici Eccleſiæ Cathedralis cenſẽtur adeo vt attenta conſuetudine, quæ iuriſdictionem tribuit, Apoſtolica, vt dicunt, Breuia expedienda eis delegentur, & Conſeruatoris munus committatur. *Gen. in Praxi Neap. c. 85. Riccius in Praxi fori eccleſ. Deciſ. 105. Moneta de Conſeruat. c. 5.* Quietſi animarum cura careant, vt tamen Cardinalis Hoſtienſis dicere ſolebat, arctior quodammodo lex in ſuis eccleſiis reſidendi, & ſua munera obeundi, ipſis indicta eſt, quàm eccleſiarum parochialium Præfectis, quandoquidem ab illis, non item ab iis, ſingulis diebus, ac præſcriptis temporibus, certum obſequium exigitur. Vnde etiam prudenter admonet *Abbas in c. cum omnes. ext. de conſtit.* à conſuetudine impetratum eſſe, vt ſimplicibus beneficiis quis per aliũ inſeruire poſſit, ſed vt idem in Canonicatibus fieri queat, neq; ius vllum, neq; conſuetudo aliqua permiſit. Quorum obligationes proſequitur *Conc. Trid. l. c. nempe ſeſſ. 24. c. 12.* Quarum illa maxime ſpecialis eſt, quod in choro diuinis officiis intereſſe debent, per ſe ipſos pſallere, certis diebus rem ſacram facere, & ipſi epiſcopo eorum capiti miniſtrare, ac in aliis officiis in Cathedrali Eccleſia deſeruire; cui obligationi non ſatisfacientes. quotidianis etiam diſtributionibus priuantur. Vt ſcriptum reliquimus *in Comment. de hum. vitæ ſtat. p. 1. c. 9. Vgol de off. Epiſc. p. 1. c. 19. §. 3. Garzia ſ. p. 3. de benef. c. 2. nu. 496. Barboſa in remiſſ. ad Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12.* Addo quod cum præſtantior actio, quæ à canonicis obiri ſolet, ſint horæ canonicæ, à quibus pie, & deuote in choro recitãdis, ſecũdũ aliquos, Canonici nomen venit, ad matutinas preces in ipſo choro perſoluendas, ſummo mane ſurgere graue, ac moleſtum eis videri non debet; ſiquidem vt ille dixit,

Septem horas dormiſſe ſat eſt iuueni ſeniq;

Sane teſte *Cicer. in Tuſc. qq.* dolere ſe aiebat Demoſthenes ſi quando opificum antelucana victus eſſet induſtria, quanto magis dolenter ferre debent Canonici ſi pro Dei honore, & æterna felicitate comparanda, artificum pro victu comparando vigilantium ſtudio ſuperari patiãtur? &c. *Grat. in diſcept. Forenſ. tom. 2. c. 298. nu. 18. & ſeq.*

Reſolutio caſus, & queſtionum.
I. Dictum.

HOc adnotato, dico Primo. quod licet Canonici ad ſua propria munia obeunda in Eccleſia reſidere teneãtur, tres tamẽ menſes in anno, tam à Cathedrali, quàm à Collegiata abeſſe eis licitum eſt; qui tres menſes computari debent ſiue

ex vna abſentia continua, ſiue ex pluribus interpolatis; nec Ordinarii licentia ad huiuſmodi abſentiam requiritur. Vltra vero trium mẽſium ſpatium, eiuſdem Epiſcopi conceſſu, ex iuſta, & rationabili cauſa abeſſe eis integrum erit, nec iſti Epiſcopali facultatui *Cõcilium Trid. ſeſſ. 23. de ref. c. 1.* derogat

Et qui ex iuſta cauſa non reſidet, omnes fructus beneficii percipit; exceptis diſtributionibus quotidianis; ſiquidem hæ diſtributiones perſonale ſeruitium requirunt, ac proinde abſentes eas acquirere non poſſunt, ita vt nec Canonicus tempore diuini officii celebrans, ad eas cõparandas præſens cenſendus ſit, nec alii Canonici collegæ ei à choro abſenti condonare poſſint. *Comit. l. 1. reſponſ. q. 61. Bonac. de Sacram. d. 4. q ult. p 7. §. 5. nu. 8. & Nau. de hor. can. c. 5. nu. 18. Ricc. in Praxi var. reſol. reſol.* 363. vbi reſoluunt Canonicũ omittentẽ diuinis intereſſe pręter diſtributionũ quotidianarũ amiſſionẽ, ſaltẽ venialiter peccare, & aliquãdo mortaliter, ſi p hoc diuinus cultus detrimẽtũ patiatur.

Quas tamen lucrabitur, & à culpa immunis erit dum per ipſum non ſtat quin reſideat, vt quia ob eccleſiæ negotia, ex capituli commiſſione, Canonicus abeſſet, aut ob morbum, iniuſtam excommunicationem, aut iniquam in carcere detentionẽ, intereſſe non poſſet. *Vaſquez. c. 4. de benef. §. 3. dub. 3. Garziaſ. p 3. c. 2. num.* 347. *Reg. l. 30. tract. 3. num.* 56. *Molfeſ tract. 6. c* 11. *num.* 42. *P. Moneta de quotid. diſtribut p. 2. q. 5 Riccius in* Praxi *for. eccleſ. Deciſ.* 498. *Piaſecius in Praxi Epiſcopali p. 2. c. 3. Gratianus in Diſcept. Forenſ. c.* 298. *& c.* 591. *Barboſa ſeſs. 24. c.* 12. *Bonac. de Sacram. d. 4. q. ult. p. 7. §. 5. nu.* 8 *Vgol. de off. Epiſc. c. 19. §. 2. Mar. Ant. reſol.* 83. *l.* 1.

I I. Dictum.

SEcundo dico, quod Clemens à peccato mortali, & ſimonia mẽtali immunis non eſset, licet ad reſtitutionem non teneatur, ſi ob lucrum tantum diſtributionum Eccleſiæ inſeruiret, & ad chorum accederet. Siquidem diuino cultui maximam iniuriam inferret, & rectum eccleſiaſticę diſciplinę ordinem peruerteret, cum tùm naturalis, tùm diuini, & etiã Canonici iuris ſit pręſcriptio, vt in pręcipuis templis diuinus vigeat cultus. Nimirũ ex eodem iure miniſtrorum genus, & inſtitutionem defluxiſſe intelligimus, qui ſacrificijs, & precibus, Deum Opt. Max. in illis venerarentur, eumq; pro ſua cęterorumque ſalute aſſidue exorarent; idq; nulla caduca re, aut emolumento inuitati, ſedulo, ac religioſe agerent, et quę ad Chriſtianã pietatem pertinent, ſancte pertractarent, *iuxta gloſſ. in c.* 1. *ext. de cler. non reſid. l. 6. Nau. de orat. c. 5. nu.* 18. *& c.* 18 *nu.* 12. *Vgol. de Simonia c. 9* §. 6. *Ricc. in* Pr*axi var. reſol. reſol.* 363. Mon*etam l. c. p. 2. q.* 18. *num.* 32. *Comit. l. c.*

I I I. Dictum.

TErtio dico ex probabiliori ſcribentiũ ſententia, vel ſecluſa cõſuetudine, vel ſtatuto eccleſię, Canonicos, & eos q in eccleſiis Cathedralib vel Collegiatis dignitates obtinent, vbi etiã Manſionarii, vel Capellani adſunt, teneri iuſto ceſſante impedimento, in choro pſallere, & alternatim canere; aliàs præter lethalem culpam, quotidianas diſtributiones amittere. Ne argenteis ſimulachris ſimiles ſint, de quibus regius propheta pſal. 113. Os habent, & non loquentur. Hinc *Sot. l. 10. de Iuſt. & Iu. q. 5. ar.* 4. ſtipendium inquit dari Canonicis non vt numerus fiãt, nec vt aſſiſtant tantum, ſed vt reuera pſallant, quibus verbis illa ſubiecta eſt ſententia, vt niſi cecinerint, ad fructuum reſtitutionem teneantur. Quæ aſſertio ex eo etiam præcipue probari poteſt quoniam iuxta commune proloquium, Beneficium datur propter officium, & eam ob cauſam ibidem conuenitur, & à Canonicis quidem horæ canonicę non horæ vicariæ nũcupantur Et ſi nonnulli nimis forte licenter ſenſerint, quod vbi conſuetudo viget, & Canonici ſolum præſentes adſint, nec niſi per ſubſtitutos canant, tuta conſcientia, huiuſmodi fructus acquirere poſſint. *Barboſ. p 3 Alleg. 53. num.* 131. *Azor. p. 1. l. 10. c* 11. *quaſt. 6. Garziaſ. par. 3 cap. 2. num.* 514. *Bonac. de hor. canonic diſput. 2. queſt. 1. puncto* 5. de qua re nos etiam inſra. Et cum in choro Canonicus cum aliis diuinum officium perſoluit, partem ſuam ſic pronuntiare debet, vt ab aliis in choro exiſtentibus audiri queat, nec ſufficit vt ore pronuntiet, niſi etiam attente, & deuote, non inter dentes, vel ſyncopando recitet. Nec .n. præcepto de recitandis horis ſatisfacit, qui ſine animo repetendi dum canit, tantam partem dictionum, aut verſuum omittit; vt notabilis cenſeatur, quia integras horas non perſoluit. Qui error tàm in ciuitatibus, quàm in oppidis communis eſt, ita vt nihil aliud attendatur, quàm vt finis adueniat, & hora tranſeat, ſed an bene, uel male non curatur. Vnde quò admodum pronuntiandi diuinum officium in choro illa carmina referuntur.

Cum Domino pſallis, pſallendo bis tria ſerues;
Mens ſit ſublimis pes iunctus, viſus in imo.
Erige cor ſurſum, profer bene, percipe ſenſum.
Dum licet, in medio fac pauſam, nec trahe finem.
Et non poſterior verſus prius incipiatur,
Donec anterior perfecto fine ſonetur. Mol. tr. 5. c. 3

Quibus addo ex aliquorum ſententia, Canonicum, vel alium beneficiarium ordine ſacro initiatum, diuinum officium omittentem, vel ita male recitantem; vt præcepto non ſatisfaciat, teneri in confeſſione vtramq. obligationem explicare nempe ordinis, quæ virtutem religionis reſpicit, & beneficii, quæ iuſtitiæ nititur. *Sanchez. l. 9. de*

mat.

Digitized by Google

duos menſes à die adeptæ poſſeſſionis idem facere teneri, alioqui fructus non faciunt ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffragatur. Id quod locum habet vel per triẽnium beneficium poſſederint, nam regula de trienniali quò ad fructus nihil ipſis prodeſt, ſed ſolum quò ad proprietatem dominiũ tribuit. *Ricc. in Praxi capt. poſseſs. reſol.* 82. Qui quidem fructus vel in vſus pauperum, vel in eccleſiæ fabricã impendendi ſunt. Et ſi poſt duos menſes tranſactos, eo modo quo debet eam feciſſet, adhuc tamẽ fructus collectos non recuperabit; nam regulariter ſemel ipſo iure perdita amplius non acquirũtur. Et pœna quę ipſo iure infertur purgari non ſolet; ita vt Epiſcopus eos condonare non poſſit. ex *Nau. conſ. 3. de cler. non reſid. Fuſch. l. 2. c. 3. nu. 4. Ricc. in Praxi fidei profeſs. reſol.* 193. Et multi volunt hos fructus non acquiri etiamſi Iudicis ſententia non interueniat cum per huiuſmodi omiſſionem eorum dominium amiſerit, *vt Azor. p. 2. tr. 1. c. 2. q. 3. Vgol. de Epiſc. c. 15. §. 16. Garziaſ. par. 3. de bene. c. 3. n. 35.* At alii probabilius reſtituere non teneri donec condemnetur, eo quod Decretum illud Concilii pœnale ſit, ac proinde etiamſi pœnam ipſo iure irroget in foro conſcientiæ non obligare.

Limitationes reſolutionis.

EXcipitur tũ quando hic Canonicus fidei profeſſionem emiſiſſet in capitulo vbi aderat Epiſcopus, vel Canonicus, qui erat Epi Vicarius; ex quo. n. Conc. Trid. præceptum eſt impletum, patet huiuſmodi profeſſionem in capitulo coram Epiſcopo, vel eius Vicario feciſſe, vt S. Congreg. cenſuiſſe refert *Garziaſ. d. c. 3. num. 24. Barb. num. 17. Squill. nu.* 93. Secundo excipiuntur diſtributiones quotidianæ; nam cum his dentur, qui diuinis officiis interſunt, & idcirco ob operas perſonales, ob eam rem ipſas non amiſit, eſto fidei profeſſionem eo modo non feciſſet. *Riccius in Praxi capt. poſſeſſ. Reſolut. 82. et in Praxi fidei profeſſ. reſol.* 194. Limitatur Tertio, quando ob ignorantiam, vel inaduertentiam dicti præcepti, in capitulo dictam profeſſionem omiſiſſet, nam in foro conſcientiæ, tàm à peccato mortali, quàm à fructuum reſtitutione excuſatus foret, iuxta doctrinam *Caiet. in ſumma, in v. Præcepti tranſgreſſio, & Suarez. tom. 5. d. 4. ſect. 8. num. 18. vt dixit. Nau. conſ. 12. de iure Iur. Vgol. num. 5. Azor. q. 2. Sanchez num. 13. Garziaſ. num. 66. Molina de Iuſt. tr. 4. d. 71. num. 8. Pariſ. de reſig. benef. l. 10. q. 9. Barb. num.* 29. Vbi ſubdunt, huiuſmodi ignorantiam cum ſit iuris notorii, in foro exteriori non admitti, ſed malam fidem præſumi. Siquidem in hoc foro apices iuris conſiderantur, qui in poli iudicio non attenduntur. *Catel. Cotta. in Memorab. v. apices iuris. Tuſchus in v. form. concl.* 446.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico Reginaldum Canonicum qui vltra tempus permiſſum à Concilio Trid. d. ſeſſ. 24. c. 1. à choro, notabiliter abſuit, nempe per 12. dierum ſpatium à graui culpa, & vt multi volunt, à mortali, immunẽ non eſſe, ſiquidem grauiter, & ſerio obtinentibus Canonicatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis perſonaliter in loco talis eccleſiæ reſidere præcipitur. Quòd ſi ab eis quolibet anno, vltra tres menſes, ſiue continuos, ſiue interpolatos abfuerint, primo anno dimidia parte fructuum ſunt priuandi, quos ratione præbendæ ſuos fecerunt, & ſecundo anno omnibus fructibus in illo acquiſitis. Vnde qñ abſq; iuſta, & rõnabili cauſa choro non intereſt, cũ contra iuſtitiæ leges agat, & proprio muneri deſit, grauis culpæ reus ſit, & prædicta pœna mulctandus eſt. Nec. n. duodecim dierum exceſſus, parua materia, quæ regulariter à mortali, & graui culpa, & legali pœna excuſare ſolet, cenſendus eſt. *vt per Manc. de hor. can. c. 64. & Bonac. eodem tract. d. 2. q. 1. pun. 2. Nau. conſ. 7. de Cler. non reſid. Azor. par. 2. l. 3. c. 11. q. 22. Leon. in Theſ. fori eccleſ. p. 3. c. 2. num. 11. Garziaſ. de beneſ. p. 3. c. 2. num. 180. Vgol. de off. Epiſc. par. 1. c. 19. num. 2. Barb. de Epiſc. par. 3. Alleg. 53. num. 107. Squillantes de obligat. cler. par. 1. dub. 5. numer.* 120. Vbi ſubdit, Ad hoc faciunt ſequentes Declarationes S. Cong. Conc. Trid. Quarum prima eſt, Nullus excuſatur à reſidentia licet diſtributiones quotidianas amittere conſentiat. Secunda, ſi Canonici vltra tres menſes abſint, licet in Ciuitate ſint, incidunt in pœnam d. Decreti Trid. c. 12. per quod ſublata eſt omnis conſuetudo in contrarium. Aliqui tamẽ dicunt, Epiſcopum ob legitimam cauſam dare poſſe facultatẽ, vt per quatuor menſes abeſſe poſſint. *Comit. in reſp. mor. l. 1. q. 59. Barb. l. c. num.* 113. Hi autem fructus de quibus hic agitur (quidquid ſit de his, qui de maſſa, vt dicunt, communi percipiuntur, & de quotidianis diſtributionibus, quæ aliis Canonicis, qui choro interſunt, ipſo iure accreſcũt) in Eccleſiã, vel pauperes diſtribui debent; non. n. Epiſcopus imo nec Legatus à latere eos cõdonare poteſt, *Garziaſ. d. c. 3. num. 53. Vgol. l. c.* Quibus tamen ſi ab Epiſcopo non priuentur, tuta conſcientia retineri poterunt; nam pœna à iure impoſita, in foro poli, niſi Iudicis ſententia interueniat, non debetur. *gloſſ. communiter recepta in c. fraternitas 12. q. 2. & notat. Vgol. l. c. num. 6. vt ſup. in 1. reſolut. diximus.*

Hinc etiam conficitur, Reginaldum, qui contra Epiſcopi Conſtitutionem, ac Decretum pelliceam veſtem, & chirothecas ſæpius in choro detulit, ſub pœna priuationis diſtributionum, ipſo iure

non teneri, hanc pœnam ſubire, quia Epiſcopus num inhabilem ad acquirendum non efficit, aut ad hanc pœnam in conſcientia ſoluendam non obligat; Epiſcopus namq; non poteſt pœnam diſtributionum ipſo facto ſubeundam ante ſententiam imponere, ſiquidem in beneficialibus plenã ſicut S. Pontifex poteſtatem non habet. *Moneta de quotid. diſtrib. p. 3. q. 7. num. 72. & ſeq. contra Bonac. de hor. can. d. 2. q. 7. punt. 2.*

III. Q. RESOLVTIO.

Cum monitis, & documentis.

AD 3. q. reſpondendo dico, Reginaldum qui frequenter à capitulis, ſeu capitularibus Congregationibus abſuit, grauiter peccaſſe, niſi legitima cauſa, vt dicemus, abſuerit; nam & ſi præcipuum Canonicorum munus circa ſeruitium, & reſidentiã Eccleſiæ, chori, & altaris verſetur, conſiſtit nihilominus etiam in adminiſtratione rerum Eccleſiæ, & Capituli, ſpiritualium, & temporalium, in quo ius, & publicum bonum conſideratur *l. 1. §. huius ſtudij ff. de Iuſt. & iure*; & ſic ad ſatiſfaciendum huic muneri obligatio aſſiſtendi capitulo ei competit, vt bono Eccleſiæ conſulat. Hinc *Roder. Zamor. in ſpeculo vitæ l. 2. c. 19.* vt paucis, inquit, agam, In tribus locis verſatur Canonici officium, in altari, in choro, & in capitulo; in altari reuerentia exquiritur, in choro honeſtas, & diuinorum deuota decantatio: in Capitulo morum correctio, ac agendorum vnitas, & vtilitas. Pro his Canonici in altari irreuerentiam vendicant, in choro diſſolutionem, in capitulo lites, hæc ille. Vt etiam & nos tradidimus *in Comment. de bum. vita. Hat. par. 1. c. ix.* Et *Innocentius, & Abbas in c. 1. de his, quæ fiunt à maiori par. cap.* aperte docent, in quouis capitulo, & conuẽtu, quicunq; eius pars ſit, ita obligatum eſſe, vt cum aliquid proponitur, quod ſit contra communem vtilitatem, libere loquatur, totiſq; viribus, quantum in eo ſit reſiſtat; aliter autem grauiter peccare. Nec refert huiuſmodi gubernationem, non vt ad ſingulos, ſed vt ad vniuerſos ptinere. i. vniuerſitati capituli incumbere; nam vt parti capituli prædicta obligatio vnicuiq; currit, aliàs ſi quilibet in particulari capitulis aſſiſtere non teneretur, ſed pro libito abeſſe liceret, alii etiam id facere poſſent, cum non maior ſit ratio de vno, quàm de altero, & ſic bonum Eccleſiæ, ac capituli regimen cum magno eius detrimẽto deficeret. Atq; hic conducunt, quæ à Doctoribus traduntur in ſimili de obligatione Cardinalium Conſiſtoriis aſſiſtendi, & Decurionum ad Senatum conueniendi, ut apud *Card. Paleot. de Sac. Conſiſt. Conſult. par. 5. Villad. de Card. q. 5. Albanum q. 10. Platum c. 28. Alam. de Decur. Chriſt. q. 43.* Et ſane multa publicarum rerum atq; Senatuum optime conſtitutorum variis in regnis, poſſemus exempla afferre; ex quibus manifeſte apparet, ſumma ab illis diligẽtia curatum ſemper fuiſſe, vt eorum Senatores aſſidue in publicorum munerum ſolicitudine continerentur, de quibus & *Ariſt. l. 4. Polit. c. 9.* quædam tradidit, & *Cicero l. 3. de legibus*, qui de eiuſdem Senatoris munere verba faciens ait, Huic iuſſa tria ſunt, vt adſit, nam dignitatem res habet, cum frequens ordo eſt, vt loco dicat, id eſt rogatus, vt modo, ne ſit infinitus: nam breuitas non tñ Senatoris, ſed etiam Oratoris magna laus eſt in dicenda ſententia. Addebat Cato, Populi cauſas teneto, eſt n. Senatori neceſſarium rempublicam noſſe. Et olim apud Romanos, ſi iuſta cauſa nõ præceſſiſſet, mulcta abſenti indicebatur, quæ culpam indicabat, eo quod in Senatum non veniſſet, & antequam exolueretur, pignora capiebantur. Ac non ſolum ſi Senator abfuiſſet, verum etiamſi tardius in Senatum veniſſet *Dio. l. 54.* Hinc idem Cicero in 1. *Philipp.* conqueritur quod aduerſus ſe ipſum, nimis grauiter hac in parte fuiſſet animaduerſum.

Reſolutionis confirmatio.

QVæ reſolutio à nobis adducta hac ratione cõfirmatur, qa ſicut in humano corpore mirõ ordine mẽbra omnia diſtributa fuerunt, & ſua cuiq; functio aſſignata; oculis vt videant, manibus vt palpent, pedibus vt gradiantur; & vnum quodq; eorum cũ ſuo miniſterio fungitur, aliis etiam mẽbris deſeruit, ne detrimentum patiantur, alioqui ſi proprium officium intermittat, aut naturalem locum tranſgrediatur, vitium contrahit, & totum corpus læditur: Sic in myſtico eccleſiæ corpore, vbi multa peruertuntur, aut locus in acie deſeritur tunc culpa grauis committitur, & damnum bono publico infertur. Vnde ſæpius id repetitum ſcimus, vt vnuſquiſq; vocationẽ ſuam impleat *Apoſt. ad Rom. 12. & 1. ad Corinth. 12.* Alphon. Roder. *in Exercit. Spirit. par. 1. tr. 2. c. 2.* ait, noſtrã perfectionẽ, & in ea progreſſum nõ in multis extra ordinariis, aut ſpecioſis rebus agendis eſſe poſitam, ſed in noſtris miniſteriis, & ordinariis exercitiis, à regulis Superioreq; præſcriptis, bene atq; accurate agẽdis. Cui doctrinæ illud commune axioma congruit, Deum non remunerari verba, ſed aduerbia, hoc eſt dicere, ut alibi expoſuimus, Non remunerat Deus bonũ quod fit, ſed quod bene fit. *gloſ. in c. 1. ext. de celluſ. deteg.* Et inter philoſophica præcepta illud in primis numeratur, Quemq; bene facere officium ſuum oportere.

Nec hic Canonicus excuſatur, quod multi alii illuc conueniant, & ſic eorum numerus illius præ-

ſentiam

ſentiam ſupplere videatur; ſiquidem mens legis eſt vt non ſolum publica negotia tractentur, ſed etiam per humanam prudẽtiam in conſilium adducantur, quod vt efficiatur totus ordo Canonicorum (niſi qui ab ipſa lege, vel conſtitutione excipiuntur) debet eſſe repletus, & quia plus vident oculi quàm oculus, & vnius ſententia ſæpe aliorum opiniones mutantur. Et licet ad actus valorem (vt dicunt) maior pars illorum qui conuenerunt, ſufficiat. *l. quod maior. ff. ad Municip.* attamen lex non dicit quod omnes adeſſe, & conuenire nõ debeant, imo cauſam iuſtam requirit &c.

Atq; hanc ſententiam multos graues DD. approbaſſe, & illi ſubſcripſiſſe, & S. Card. Congr. à ſe conſultam ſic reſpondiſſe, refert *Garziaſ. 3. par. de benef. c. 2. num. 424. & 532.*

Reſolutionis limitationes, cum documentis.

QVæ tamen ſententia, & reſolutio limitatur. Primo, vt non procedat ſtante legitimo impedimento, aut alia iuſta cauſa, quæ arbitrio prudentis viri ab aſſiſtẽdo Capitulis Canonicum excuſare poſſit prout ſi v. g. Remigius Canonicus eſſet valde ſenex, vel aliquo alio morbo impediretur quominus ad capitulum accedere valeret. Scimus. n. venerandam ſenectutẽ multis gaudere priuilegiis, & vt in variis caſibus ab oneribus excuſari, vt innumera *referunt DD in l. ſẽper. ff. de iure immun.* Vnde, & Antiphanes omnia mala ad ſenectutẽ tanquam ad officinam ſuam conuenire dicebat, vt propterea miſeratione, & fauore digna ſit, iuxta illud Virgilianum,

Dauni miſerere ſenecta,

Et certe equo ſeni, & emerito, iure debetur pabulum. Vnde, & Plutarchus in vita Catonis ait, humanitatis eſſe equos laboribus confectos alere, non. n. vt calceis, aut vaſis, animatis rebus vtendum eſt, quæ vſu rupta, vel attrita abiiciuntur &c. Et prouerbium illud, ſexagenarios de ponte deiicere, eſt ſenes quaſi deliros, & ad omne vitæ munus inutiles, ab omni negotiorum functione relegare: apud Romanos. n. olim ſexagenariis velut à publicis muniis dimiſſis, ſuffragium ius ferendi non erat. *Palaot. de Seneſt. p. 1.*

Neminem etiam latet, morbum, & infirmitatem, ſub qua ſenectus continetur, à multis grauaminibus immunem reddere. *vt per Tuſch. v. infirmitas. concl. 129. Menoc. de quotid. diſtrib. p. 2. q. 6. & ſeq. Act. in tract. de infirm. & eius priuileg.* vt propterea vere dixerit *Bare. in l. vlt. C. de legat. l. 10.* quod cum in Ciuitate, alioue loco Senatus habendus eſt, abſentes, infirmi, ſeu aliter impediti, minime ſunt expectandi.

Secundo excipitur ſi Capitulo intereſſe nequeat ſine alicuius moleſtiæ periculo; licet illa cauſa admittenda non ſit quod facile ad iram, & contentiones incitari ſoleat, cum hic naturæ prauus ſit defectus, qui à Canonico, & eccleſiaſtico viro uirtutis præſidio ſuperandus, ac compeſendus eſt; Siquidem ubi ueritas, & bonum publicum non magnopere periclitatur, præſtat in contentionibus ſibi imperando cedere. Nam & *D. Aug. Ep. 86. & 174.* admonet, cauendum eſſe, ne tempeſtate contentionis, charitatis ſerenitas obnubiletur, ſecundum illud,

Cede repugnanti, cedendo victor abibis.

Frequẽter accidit, ait *D. Hier in c. 3. ad Tit.* vt habeamus pugnas legis, non ob deſiderium veritatis, ſed ob inſtantiam gloriæ; dum apud eos qui audiunt, docti volumus æſtimari, aut certe ex hoc rumuſculo turpia ſectamur lucra. *Caſſianus. collat. 16. c. 8.* de contentione diſſerens, docet a Dæmone gigni inter ſpirituales fratres diſcordiam pro intellectuum diuerſitate, ſicut inter carnales ob terrenam ſubſtantiam, illudq. Solomonis prouerbiũ producit. *Prou. c. 10.* odium ſuſcitat contentio, vniuerſos vero qui non contendunt, protegit amicitia. *Vide ſup. p. 1. tr. 6 c. 4. q. 18. & ſeqq.* Ex humili, & blando ſermone infideles ad fidem trahuntur *c. qui ſyncera. diſt. 40.* Et Seneca, Nobile cor hominis contra potentiam recalcitrans, potius vult duci, quàm trahi, Hinc illa carmina.

Excitat ac nutrit facundia dulcis amorem.
Lac ſugit blã ius geminis de matribus agnus.
Zanchus de Inſtit. cler. c. 14.

Tertio excipitur ſi certo, vel probabiliter ſciret ſua præſentia nihil prodeſſe poſſe ob authoritatem potentiorum, mentes, ac ſuffragia præſentium Canonicorum ſubuertẽtiũ. Nam ex Saluſtio *in proœmo Belli Iugurt. & eodem D. Hier. Ep. 109.* Fruſtra niti, neq; aliud ſe fatigando, niſi odium quærere, extremæ dementiæ eſt. Id vero aliquando in Capitulis contingere teſtatur *Garziaſ. par. 3. c. 2. num. 539.* aliquorum Epiſcoporum incuria, qui propriæ obligationis immemores, vel inſcij, Cathedrales eccleſias, & capitula non viſitant, vel ſi viſitant, non vt debent, his malis remedia adhibent.

Quarto limitatur ſi hic Canonicus abfuiſſet intra tempus trium menſium, *à Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 12.* permiſſum, liberum eſt. n. Canonico his menſibus abeſſe, etiamſi intra hoc tempus Capitulum iniri debeat, modo de induſtria hoc tempus non arripuerit, vt Comitijs nõ interſit, & modo graue Eccleſiæ incommodum non ſequatur, vt à ſacra Congreg. reſolutum eſſe refert idem Author *l. c. num. 543. & 549.*

Quinto quando Capitulum legitime coactum non eſſet, cum. n. acta Congregationis legitime non conuocatæ, inualida ſint, nec ad actum inua-

Digitized by Google

lidum quis teneatur, ſequitur Canonicum ad eò accedendum non aſtringi, vt ſi aliqui tantummodo alijs excluſis conuocentur &c. *vt per Abb. Felinum, & Dec. in c. eum omnes. ext. de conſtit.*

Sexto quando tempore incongruo, & inſolito vocari ſoleret; vt v. g. tempore quo diuina officia celebrantur, vt in caſu noſtro. Cum .n. tunc temporis qui capitulo ſine vrgenti, & euidenti cauſa interſunt, quotidianas diſtributiones ex Decreto Clementis VIII, amittant, ad illud accedere non tenentur, vt per eundem *Garzian. num.* 557 *& Bonac de hor. can. d. 2 q. 1. pun. 2. n. 5.* Siquidem Philoſophi eſt celebrata ſententia Noris tempus, & veni in tempore. Cuius ſaluberrimi pronuntiati ea interpretatio eſt, vt in cunctis rebus agendis opportunitatem obſeruemus, & in tempore cuncta aggrediamur, vt per *Beroaldum in Heptalogo 7. ſapientum.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. dico Reginaldũ grauiter animam ſuam ſauciate, ſi cum alijs Concanonicis ob quandam animi, & mentis auerſionem, Epiſcopũ ad Eccleſiam euntem non deducit, ac abeuntem non reducit, cum in hoc officio ſuo deſit, nec huiuſmodi omiſſio ſine ſcandalo fieri poſſit. *Zechiuſ. de repub. Eccleſ. de canon. c. 24. num 6. & aduertimus in Commẽt. de hum. vit. ſtat. par. 1. c. 9.* Meminiſſe debet Remigius ſuum Antiſtitem eſſe patrem patrum, & ipſum etiamſi aliquibus vitijs, & defectibus obnoxius ſit, exemplar Dei apud omnes homines præſidendo referre, ac proinde ei amorem, reuerentiam, ac obedientiam deberi. Nempe in omni obedientiæ genere, quam diuina, vel eccleſiaſtica lex præcipit, nulla perſonarum ratio quibus obtemperatur, & ſubijcitur, habenda eſt, ſed diuinæ ordinationis, q̃ eas nobis p̃poſuit. Si. n. alio quocũq; reſpectu id facimus, vt prudẽtiæ, potẽtiæ, aut etiam virtutis, non iam vt patrem, aut præpoſitum, ſed vt prudentem, potentem, & bonum honore afficimus &c. *Staplet. in dom. 1. poſt Epiph* §. 5. D. Franciſcus commiſſum ſibi gregem inſtruens, quomodo Prælatorum dicto parere deberent, aiebat, Subditus Prælatum ſuum, non hominem conſiderare debet, ſed illum, pro cuius eſt amore ſubiectus, quanto .n. contemptibilior præſidet, tanto magis obedientis humilitas placet, *vt per Sur. in eius vita. die 4. Oct.* Vnde externus etiam Canonici habitus, videlicet almutium hanc obedientiam erga Epiſcopum ſuperiorem admonet, ob illud .n. ſchema Maiores noſtri obijcere voluerunt ſummam illam miſeriam, in quam per inobedientiæ peccatum incidimus, ob quam primi noſtri parentes amiſſo innocentię dono, à Deo pelliceis tunicis ſunt amicti. Quod vero ex primæuo vſu iſtis pellibus, vel almutijs, Canonici caput tegebant, admonentur in primis ſub Dei, & Præpoſitorum manu humilitatem, & obſequium colere, quod .n. pellibus caput operiebatur, humiliationis, & ſubiectionis profeſſio quædam erat. *Molan. de canon. l. 3. c. 6. Riccius 3 par. Deciſ. Cur. Archiep. Neap. Deciſ.* 25. vbi diſſerit, an Canonici in ſolemnioribus feſtis, teneantur ad Epiſcopi palatium accedere, ſi per milliarium diſtet, vt eum ad Cathedralem Eccleſiam deducant, & honoris cauſa comitentur.

V. Q. RESOLVTIO.

Cum documentis.

AD 5. q. eadem ratione reſpõdetur, à lethiferæ culpæ reatu non excuſari, ſi ob ſimultatem, quam olim cum Eugenio collega ſuo habuit cui tamen ipſe Remigius cauſam dedit, eum inuitantem non alloquitur, nec ſalutantem reſalutat: regulariter .n. ex hoc ſcandalum ſequi ſolet, & magna contriſtatio in eum ingeri, qui ſibi ſalutanti mutuam ſalutationem ſibi denegari videt. *Malderus. 22. q. 25. art. 9. Azor. 3. par. l. 12. c. 13. q. 5. Reginal l. 17. num. 124. Valent tom. 3. d. 3. pun. 3. Bonac. de leg. d. 3. q. 4 punc. 3. Carbo de pacificat. inimic. c. 24. & 25.* Vbi ait, Ex hac veritate deducitur doctrina omnino animaduertenda, quę talis eſt, Signa quę alias eſſent particularia, non eſſe neganda inter eos, qui ſunt in aliquo collegio, monaſterio, vel familia, & congregatione aliqua, vt eſt loqui cum omnibus, ſalutare &c. tùm quia in his locis iſta ſigna non adhibere eſt manifeſta ſcandali occaſio, tùm quia ſunt ſigna veluti Communia, & in his locis debita. Quippe vt ait *Molan. de Canon. l. 2. c. 3.* Nihil eſt turpius, quàm viros Eccleſiaſticos, ſe ſe rixis, ac litibus atterere, quos maxime oportet cõcordiæ, ac pacificationis eſſe ſtudioſos. Et vt ait quidam ex Patribus, ſuper ea verba, laudate eũ in tympano, & choro Pſal. 150. Quiſquis corpus affligit, ſed concordiam deſerit, Deũ quidem laudat in tympano, ſed non laudat in choro, vbi diſſenſio eſt, ibi odium, & inuidia regnat, ibi chorus non eſt. Ipſa Summæ Trinitatis concordia, quam Canonici aſſiduo in pſalmis laudare profitentur, ad pacem inuitare debet: tres. n. perſonæ dicuntur vnus Deus, non ſolum, vt Theologi loquuntur, ſubſtantiæ identitate, ſed etiam voluntatum vnione. Ipſa etiam Cœlitũ omnium cohors vno voto ipſam Sacratiſſimam Trinitatem collaudantium, ad eandem vnionem amplectẽdam nos docet. Item hic mundus, qui pulchra concordia conſtat, elementa. n. omnia ſuo loco conſiſtunt;

Qua-

Quatuor anni tempora placide miſcentur, & ſenſim ſibi inuicem cedunt. Sol, & Luna concordes, nã Sol diei, Luna vero cum ſtellis, Dei Decreto noctj præeſt. Qualis foret mundus ſi quodlibet horum prædominari omnibus vellet? Quid quod elementatium qualitatum conſenſus microcoſmum, ſeu hominem, ſanũ reddit diſcordia ægtum? Quã ergo deforme eſt & abſurdum, chriſtiano, & canonico viro (qui ex Chriſtianarum legum præſcripto, viuere debet, in quarum Codicibus ſemper charitas .i. chara vnitas auditur vixis, & diſſidii, agitari?

Memores ſint Canonici, facile, & cito iniurias eſſe condonãdas, & reconciliationes fraternas nõ eſſe differendas. *Matth. c. 5.* Pithagorici ſi quando aliqua ira commoti, ad mutua conuicia proceſſiſſent, ante ſolis occaſum dextris inuicem datis, ex oſculataq; manu, rem componebant. Nec immerito Agathon Abbas in Domino gloriatus eſt, ſe nunquam ſomnum cæpiſſe, niſi prius, & ſuam aduerſus alios, & aliorum in ſe ipſum indignationem placando ſopiret. Et quidam monachus rogatus teſte *Baronio tom. 8. Anno 599.* cur tanta ſecuritate ex hac vita decederet, reſpondit, Nec iudicaui quemquam, nec ab vllo mihi factam iniuriam meminiſſe volui, iuxta illud, Nolite iudicare, & non iudicabimini, dimittite & dimittetur uobis *Luca c. 6.* Magiſter Auila Epiſt. 6. refert Eliſabeth Pãnoniæ Regis filiam ſemel Deũ oraſſe, vt ſingulos, qui eam iniuria aliqua affeciſſent, Deus ſingulari aliquo beneficio augeret, diuinumq; ad eam factum reſponſum, nunquam precibus ſuis ita diuino numini placuiſſe, ac tunc pro ea oratione vniuerſarum culparum remiſſionem obtinuiſſe. Videatur Carbo *de pacificat c.* Li. Staplet. dom. 5. *poſt Pent. Daur. in Catechiſmo Hiſtor tom. 4 c. 7. tit. 29 Recolẽdum eſt quid ait D. Bernard ſerm. 2 de Nat. Domini* ſolam humilitatem eſſe læſæ reparationẽ charitatis, Et vt admonuit ſapiens *Eccleſ. c. 3* Quãto magnus es tanto in omnibus te humiliam. Nam teſte *D. Hier. in Epiſt. ad Calentiam,* Nihil eſt quod nos ita & hominibus charos, & Deo faciat gratos, quàm ſi vitæ merito magni, humilitate infimi ſimus. Et vt quidam ex Patribus dixit, Ille eſt admirabilis qui cum merito ſit gigas, Ipigmeus ſit humilitate.

VI. Q. RESOLVTIO.

AD 6. q. dicimus, Remigium, cuius frater Eugenium rixantem in capite baculo percuſſit, ex quo vulnere vitam poſtmodum cum morte commutauit, non eſſe irregularem, quia ipſe eius frater ex ſe ipſo, ex naturali quodam affectu, & ſubito mentis impetu, ira correptus cum percuſſit; ſiquidẽ Remigius qui eo tẽpore cum Eugenio rixabatur, licet quodammodo homicidio cauſam dediſſe dicatur, nõ tñ dicta cauſa eſt proxima, ſed remota, quę ad irregularitatem con trahendam nõ ſufficit, vt eſt communis omnium ſcribentium doctrina, deducta *ex c. Petrus, & c. de catero ext. de homicidio, vt per Riccium in Deciſ. Cur. Archiep. Neap. Deciſ. 81. & Viuium Deciſ. 63.* Præſertim cum vulnus illud baculo inflictum lethale non fuerit, ex quo vulneratus facile conualuiſſet, ſed illa plaga affectus ex ſua intemperantia, & medicorum incuria, vt ſupponitur, ex hac vita deceſſit. Nam teſte *Galeno lib. 1. de morb. vulg.* Medica ars tribus conſtat, morbo, ægro, & medico, & ægri partes ſunt, vna cũ medico morbo reluctari. Et huiuſmodi vulnus nõ proxima ut dixi, ſed remota mortis cauſa cẽſetur. Vt autem ſciatur quando ex plaga inflicta mors ſit ſecuta nec ne, vt exinde irregularis quis iudicetur, ad prudẽtum, ac peritorum medicorum arbitrium ſpectabit &c. *c. ſignificaſti. l. 2. ext. de homicid. Sayrus lib. 7. de irreg. c. 4. num. 16, Leſſius l. 2. de Iuſt. c. 9. dub. 15. Reginal. l. 30. tr. 2. c. 12. num. 164 Filliuc. tr. 20. c. 3. nu. 83.* & alij apud *Bonac. de irreg diſp. 7 q. 4. pun. 7. n. 16.* contra alios ab eo relatos, Arq; hinc ſequitur, Remigium cum ab irregularitate ſit immunis, beneficio, vel Canonicatu, & vel eius fructibus non eſſe ab Epiſcopo priuandum, vt idem *Bonac. ex communi tradit d. 7. q. 1 pun. 4. num. 8 poſt Sayrum. l. 6. c. 2. num. 24.*

QVAESTIO XIII.

An liceat arma, & inſignia in ſacellis extructis ponere. An renunciare Canonicatum cum pacto, vt tot miſſa à reſignatario celebrentur, & prædicta inſignia ab hærede apponantur, & epitaphiũ ſepulchro inſculpatur ſit Simonia. Num Clerico liceat famulam de incontinentia ſuſpectam, & pro concubina habitam domi tenere, præſertim mortis tempore. Et an ſit abſolutione dignus.

HIlarius Canonicus Hippolyto nobili, ſed pauperi adoleſcenti, Canonicale ſuum beneficium renunciauit, cum hoc tamen pacto, vt tot miſſas in capella, uel ſacello, in Cathedrali eccleſia à ſe inſcriptis inſignijs extructo, ſemel in hebdomada celebrare, & ſacrificium in animæ ſuæ ſuffragium, & redemptionem, offerre teneatur.

Secundo illum hæredem inſtituit hoc modo, vel hac adiecta conditione, ut nomen ſuum, & inſignia deferat, & in eius ſepulchro egregium epitaphium ſimul cum ſchemate, uel ut dicunt, retractu in marmore ſculpto, apponi curet.

Tertio cum periculoſe ægrotet, & Dorotheam mulierem de incontinentia ſuſpectam, & penẽ in

vicinia diffamatam domi pro ſuis obſequijs retineat, Lazarum Parochum pro generali confeſſione inſtituenda vocat. Quæritur Primo, an ponendo arma, vel inſignia in d. ſacello à ſe conſtructo peccauerit. Secundo an illa renuntiatio licita ſit, vel potius ſimoniaca labe affecta. Tertio num iuſta illa ſit conditio, nomen, & inſignia ſuæ familiæ deferendi &c. quod ſi non faciat, priuationis, ac amiſſionis hæreditatis ipſo iure pœnam incurrat. Quarto an ſi illam famulam, quæ tamen à pleriſq; concubina exiſtimatur, à domo non abijciat, Parochus eum abſoluere valeat. &c.

Quæſtionum reſolutio.

RESp. Ad quæſtionum reſolutionem, alijs præuijs inſpectionibus nõ neceſſarijs omiſſis, reſpondendendo, dico quoad 1. q.

I. Q. RESOLVTIO.

HIlarium difficile à vanæ gloriæ veniali ſaltem culpa non excuſari, cum ſuæ familiæ inſignia, in eccleſiam, vel capellam à ſe ædificatam admiſit. Vrbane, ac lepide quaſi communi prouerbio dici conſueuit, non fieri eccleſiam, in qua ſibi Dæmon Sacellum non occupet; nec verbi Dei prædicationem vſpiam inſtitui, in qua ipſe locum aſſidendi non habeat; nec vllam vnquam ſortem aut conditionem proponi, in qua ipſe ſuis ſuffragijs nõ vtatur. Ita inquit *Card. Palaot. de Sacris imag. l. 2. c.* 48. Cum in ſacerdotali caſula, aut pallio, aut altaris candelabro, aut rebus huiuſmodi ſigna auctoris fiunt, videri Dæmonem tanquam de ſpecula aliqua cum populo his dictis agere, Aſpicite me hoc in loco confidentem, ecce iſta pars mea eſt, ecce vanitatis, & inanis gloriæ meæ inſignia. Et ſane ſicut imprudenter faceret, qui librum, aut aliquod uetus numiſma Principi donans, ſignum ſuum cum eius inſigni coniungeret, iuſtius profecto erit, ne in eo quod Deo Principi dicatur, aliud appareat, quàm diuinæ Maeſtatis ſignum. Vnde ab his etiã q in Theologiæ ſtudijs uerſati nõ ſunt, animaduerſum eſt, illos qui arma ſua in eccleſijs, quas conſtruunt, & in veſtibus, quas Deo donant, affigunt, graue periculum incurrere, ne meritum omne amittant; & illi regij vatis enuntiato locũ dent, Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. pſal. 48. *Gemin. in c. dua ſunt. d.* 45. *Caſſan. in Catol. glor. mundi par.* 1. *concl.* 13.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. reſpondendo dicimus, huiuſmodi Canonicatus renuntiatio, ne ſimoniacam prauitatem ſapere; nam quoties collatio beneficij pro aliquo temporali, aut ſpirituali annexo, abſq; Pontificia authoritate fit, ſimonia mentalis, vel conuentionalis, ſeu etiam realis, prout eſt res quæ interuenit, procul dubio committitur *c. Saluator* 1. *q.* 3. *c. cum pridem ext. de pactis, & per Aug. ſyl. & Tab. in v. renuntiatio. Azor. p.* 2. *l.* 11. *c.* 7. *Leſſ. l.* 2. *c.* 35. *dub.* 15. *num.* 94. *Mareſcot. l.* 1. *var. reſol. q.* 51. Et regulariter hoc crimen perpetratur, vbi pactũ interuenit, vt id detur, fiat ve, quod res ſpiritualis, quæ traditur, aut ſua natura, aut ipſo iure non poſtulat. Secus ſi pactio de his rebus admiſceatur, quæ tacite inſunt. Vnde ab hoc vitio immunitas eſt, ſi quis in Canonicum recipiatur vt præbenda deinceps ei detur, nam ipſo iure Canonicus eam habere debet *c. relatum vbi gloſſ. ext. de praben.* Vel etiam ſi in collatione capellæ, altaris ve pactio fiat, vt ſingulis hebdomadis tot ſacra quis celebret, vbi altar }, capellæue hoc onus annectitur. *arg. c. ſignificatum. vbi DD. ext. eodem Vgol. de Simoniat ab.* 1. *c.* 11. *Et c.* 9. *nu.* 3. reſoluit, valere Canonicorum ſtatutum, vel conſuetudinẽ qua cauetur, vt qui in Canonicum recipitur, aliquid tribuat, quod aut in eccleſiæ vtilitatem, in quam recipitur, aut in Monaſterij, vel Hoſpitalis, alteriuſue loci pium vſum conuertatur, *ex Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de refor. c.* 14. *ſequitur Cened. in Decret. Collect.* 16. *Vtnald. in* 4. *par. ad Cand. aur. c* 5. *num.* 34. *Gutierez. in Can qq. l.* 1. *c.* 29. *nu.* 16. *ex Hoſtienſ & Abb. in c. Iacobus ext. de Simonia. & Zerula in Praxi epiſc. par.* 2. *v. poſſeſſio beneficij* vbi refert Sacram Congreg. Card. cenſuiſſe, Dulciaria, vel bellaria multa, intelligi eſſe de genere prohibitorum à Conc. Trid. *l. c.* ab aliquo Capitulo exigendorum pro admiſſione in poſſeſſionem alicuius noui Canonicatus. Vnde per hoc falſa, vel ſaltem dubia redditur illa deciſio *Borelli. tit.* 14. *num.* 48. Valere conſuetudinem, quod pro ingreſſu Canonici prandium detur, vel quod Epiſcopus in ſolemnioribus feſtis illud Canonicis præbere teneatur, vt dicit eſſe in Eccleſia Gandauenſi teſte etiam *Bellamara conſ.* 31. Videantur à nobis tradita *tr.* 9. *c.* 6. *q.* 13. An vero diluta hac ſimoniæ labe, ſi Hippolitus poſtmodum in huiuſmodi capella celebret, diſtributiones habere debeat, quæ illa hora Canonicis competunt, conſulatur *Felyn. in c. cum olim. de ſent. & re. ind. Feder. de ſenis conſ.* 120. *Et Lazar. in Addit. ad compend. Nau. in v. Canonicus*, vbi negatiue reſoluunt, quia ibi non vt Canonicus, ſed vt Capellanus celebrat. Cõſentire videtur *Moneta de Diſtrib quotid. par.* 2. *q.* 11. *num* 51.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. reſpondendo dico, Hippolitum Hilarii Canonici hæreditatem adire, & lucrari

cari non poſſe, ſi inſignia, & nomen familiæ teſtatoris non aſſumat, voluntatem .n. hanc, & conditionem, eſſe probatam, iuſtam, ac ſeruandam, ita vt eam non adimplens ipſo iure eâ priuetur, communior, & verior eſt ſententia. *Pereg. de fideicommiſſis. art. 11 num. 121. Caſſan. in Catalogo gloria mundi par. 1. concl.* 46. *Theſaurus. Deciſ.* 270. *Fuſarius de fideicõm. ſubſtit. q.* 447. *&* 582. *Decianus l. 2. conſ. 2. num.* 148. *& l. 1. conſ.* 13. *num.* 3. *Roland. à Valle l. 1. conſ* 97. *num.* 43. *&* 61. *& l 4. conſ.* 30. *num.* 32. *Raud. Deciſ. Piſana.* 26. *num.* 65. & alii. In arg. facit quod quilibet ex cuius expenſis aliquod opus conſtructum fuit, in eo arma affigere poteſt *l. 2 ff. de oper. pub. Capolla. de ſeruit. vrb. præd. tit. de pict. c.* 51. *Ricc. in Praxi fori eccleſiaſt. Deciſ.* 667. Vbi referũt quod cum quidam Epiſcopus Veron. diſpoſuiſſet de bonis pauperibus erogandis, in maioris eccleſiæ fabricam duo millia aureorum inſumi, & ſua inſignia ſuper capella cum columnis ſculpi feciſſet, illa abraſa fuerunt, quod illa pecunia ſua non erat &c.

Reſolutionis Ampliatio.

ET reſolutionem ampliant vt nec moram contraueniens purgare poſſi, licet aliàs moræ purgatio, cum æquitatis actum concernat, regulariter ſit admittenda. *Ex Riccio in Deciſ. Cur. Neap. Deciſ.* 220. *Mareſcottol.* 2. *var. reſol. c.* 124. *Bellono. de Poteſt. eorum quæ fiuntin cont. l. 1. c.* 73. *Gratiano in Diſcept. Forenſ. l. 2. c.* 301. *num.* 12. *&* 33. Vbi dicunt, quò ad acquirendum, & captandum lucrum, moræ purgationem non admitti. Imo volunt, non requiri aliam monitionẽ, vel interpellationem, ſine namq; illis hanc moram incurri, cum teſtatoris monitio, & ordo ab eo præſcriptus, ac appoſita conditio ſufficiant, iuſſus .n. teſtatoris, & priuatio ab eo inducta contra eius voluntatem non adimplentem, non minoris profecto virtutis, & efficaciæ, quàm legis præceptum, & priuatio, debet eſſe. *Authen. hoc amplius C. de fideicom. §. diſponat. in Authen. de nuptijs Euerard. in top. Leg. in loco à lege ad teſtat. Caſtrenſ. l. 2. conſ.* 292. *nu.* 7. *Pariſius l.* 2. *conſil.* 19. *nu.* 205. *Fuſar. d. tract. de fideicõ. ſubſtit. q.* 447. Si autem hæres, vel fideicommiſſarius, ob non ſeruatum teſtatoris præceptum, & ſpretam conditionem, fuit priuatus, cui nam hæc bona deferantur tradit *Hõded l. 2. conſ.* 68. *num.* 3. *Peregr. d. art.* 11. *nu.* 133. *& idem Fuſar. q.* 586.

Hæreditatem quoq; amittere Hippolitum, ſi Hilarii teſtatoris figuram, vel, vt dicunt, retractũ, ſimul cum epithaphio, eius ſepulchro in ſacello in marmore inſeri non curet, clarum eſt, cum ob defectum conditionis, etiam in hac te priuatio committatur: quandoquidem ad copulatiuæ ueritatẽ ut I.C. loquũtur, utramq; partem eſſe ueram requiritur *l. ſi hæredi plures ff. de condit. Inſtit. & in §. pen. Inſt. de hæred. inſt.* Et pluralis locutio uno non eſt contenta *Iaſ. in l. 1. num. 2. & ſeq. ff. de Iuſt. & Iu. Felyn. in c. ex parte num.* 21. *exe de reſcrip. Caſtrenſ. l. 2. conſ.* 211. Nec non ſi plura ad aliquid in eſſe producendum exiguntur, ſi aliquid ex requiſitis deficiat, illud perfectũ dici nequit, ac proinde diſponentis uoluntas non adimpleri, quia ille qui legem ſeruare debet, ſi in uno delinquat, omnium reus conſtituitur. *Alex. l. 2. conſ.* 123. *Tuſch. v. copulata. concl.* 1035. *Angel. conſ.* 294. *Ruinus l. 1. conſ.* 172. *Decius conſ.* 83.

III. Reſolutionis continuatio, cum documentis.

AN vero Hilarius iubendo, vt ſui imaginem ex marmore conſtruendã in ſuo ſepulchro Hippolitus hæres ponere teneretur, aliquo modo peccet, dico quod cum hæc actio indifferens ſit, ideo ab agentis intentione dependet, cum ex D. Ambroſio, Intentio rei nomen imponat. Cuius quidem actionis natura licet, vt dixi, media ſit, attamen ipſe rerũ vſus oſtendit, quàm ſæpe ad inanes cupiditates, & mũdana ſtudia trahatur. Nam quamuis ceſſante pompa theoricæ fortaſſe præſidio defendi poſſit, *vt ait Bielus in 4. ſent. diſt.* 45. nihilominus in actu practico longe aliud contingere ſolet, vt propterea recte dixerit *S. Chryſoſt. in Epiſt. ad Epheſ. hom.* 17. Quod Diaboli opus eſt facere, vt indifferentia contemnantur, quia nimirum ſæpe iis homines abutuntur, cum natura hominis facile labatur, nec ſatis ſibi in rerum oſtentatione ob proprium inſitũ à nã amorẽ temperet.

Quod veteres Poetæ de Narciſſo confixerunt, qui cum propriam ſpeciem ſumme adamaret, & perdite expeteret, vitam ſuam nimio ſui amore reſtrinxit. Certe Alexander ille Macedo philautia captus, vt æternitati effigiem ſuam commendaret, niſi à maximis artificibus Apelle, & Lyſippo ſe pingi aut ſculpi noluit. teſte *Horat. l. 2. Epiſt. ad Oct.* Et ſane vt plurimum cum quis imaginem ſuam pingi, vel exculpi uoluit, uidetur quadam inani ſtultitia ductus, tacitum iud cium de ſe tuliſſe, quaſi de ſeipſo nimis egregie ſtatuerit, & de nobilitate, honoribus, diuitiis, uirtute, & rebus à ſe geſtis, nimiũ ſtudioſe cogitauerit, ac ſẽſerit. Quod quidem tantum abeſt, ut dignitatẽ augeat, ut potius imminuat, cum ridicula plane amentia illius uideatur, qui tantum ſibi arroget, ut putet ſe ex omnibus dignum, quem omnes communis utilitatis cauſa, & uideant, & admirentur. Hinc legimus Acacium Cõſtantinopolitanum Patriarchã, qui

qui primo propter varias eius virtutes in magna hominum opinione habebatur, poſtquam imaginem ſuam in multis, Eccleſiis poſuit, ſtatim ambitionis, & inanis cupiditatis notam commouiſſe. *Palaot.l.c.c.19.* Quod ſi apud gentes, Traiani Imperatoris leuitas repræhenſa eſt, qui nomen, & inſigne ſuum omnibus parietibus imponebat, vt hanc ob cauſam, à nonnullis herba parietaria dictus ſit. Et ſi Antiſthenes ijs qui immortalitatem appeterent, vnicam viam oſtendit, vt iuſte, pieq; viuerent, hominum vulgus damnās, qui è ſtructuris, ſtatuis, tropheis, ac libris, Sempiternam nominis memoriam promittunt teſte. *Coſta. Fer. 2. poſt. 3. Dom. Quadrag.* quanto minus hoc Chriſtianum, ac religioſum hominem decebit, qui veram grauitatē profiteri, & vanā rerū ſpeciem aſpernari debet? Sic commendatur Plotinus qui nō eſt paſſus ſe à quoquam pingi, cum diceret, ſi quis hac via nominis ęternitatem, & poſteritatis prædicationem quærat, parum quidem intelligere, quidnam amplum, aut anguſtum ſit, cum exiſtimet, picturam, vel ſculpturam, hominis manu factam, ex fragili caducaq; materia conflatā, poſſe diuturnitatis monumēta tueri. *ex Porphyr. in vita Plot. c.* 1.

Negare tamen non poſſumus quaſdam imagines ab ipſis auctoribus tàm recta mente expeti aliquando poſſe, vt non modo vituperationem non incurrant, ſed commendationem potius, & laudē aſſequantur: hoc .n. ob cauſam multi ſancti viri, ſe ſe pingi, vel ſculpi paſſi ſunt, noſtra, Patrumq; memoria; & paſſim ſuppetunt virorum exempla dignitate, ac virtute excellentium, qui in eadem cauſa fuerunt, de quibus ita ſentire par eſt, illos & pietate, & boni ſtudio, quod egregie de Dei gloria, & proximi vtilitate, in illorum actionibus elucebat, quominus id fieret, non recuſaſſe. *Molan. l. 2. de Imag. c. 62.* vbi ait, cū D. Gregorius Magnus legatur ſuis monachis ſe ipſum in effigie reliquiſſe, manifeſte conſtat, nō in vniuerſum humano affectu eos laborare, qui ſe in imaginibus exprimi cupiunt. Siquidem Maiorum virtute præſtantium ſimulachra poſterorum animos ad virtutem accēdunt, vt tradit *Saluſtius in præfat. Belli Iugurt. & Simancas in Cathol. Inſtit. tit.* 33. Sicuti etiam extra controuerſiam eſt, eos qui epitaphijs nomen ſuum ſaxis, parietibuſq; inarare curant, vt prætereuntium precibus commendentur, vel vt rerum egregie geſtarum memoria virtutis flammam in intuētiū pectoribus excitent, pie, ac religioſe facere. Qui vero in vnum neglectis multo potioribus ſtudent, vt laudem inde venentur humanā (ſunt enim non pauci, qui inanis gloriæ, popularisq; auræ ſitim ne poſt mortem quidem deponere poſſunt) merito repræhenſione digni videntur. Humana vanitas, & ambitio non ſolum præclaris hominibus, ſed etiam turpiſſimis beſtiis inſignia monumenta, ac conſpicua funera parauit, *vt per Alex. ab Alex. lib. 6. Dierum gen. c. 14. Dacianu in tract. crim. lib. 6. c. 40 num. 44. Boniſ. de furtis in v. alienæ rei num. 37.*

Quippe, & Philoſophi quidam ſatis intellexerunt, virtutem ſolam, non vanas titulorum inſcriptiones, poſt obitum, ac cineres, in pretio eſſe: nā in ſpecie Florinus, Monumēti inquit impēſa ſupua cua eſt, memoria noſtra durabit, ſi vita meruimus *Petrus Bacherius in Apologetico pro defūctis c. 15.*

Vnde cum hæ Hilarii actiones intermediæ ſint, nec eundem indifferentiæ campum retineant, ſed in neceſſarios alicuius finis terminos compellantur & hominis, loci, temporis, aliarumue rerum qualitatibus circumſcribantur, ſequitur vt ex his ſingularibus priorem naturam, communemq; relinquant, & nouum gradum aut laudis, aut uituperationis ſuſcipiāt. Communiter tamen ſi ob quadam inanem gloriam fiant, venialis culpæ reatum non excedunt, per ea quæ de vanæ gloriæ peccato moraliū rerū ſcriptores tradūt, prælertim *Tol. l. 7. de peccatis c. 7. &* Nau. c. 23. nu. 10. & *nos in 1. par. tract. 6. c. 2. q 7.* At vt quidam pius Author dixit, Bonarum mentium eſt etiam a paruis culpis abſtinere, & cordis imitari naturā, quod vt nobiliſſimum, ita nihil noxium pati poteſt.

IIII. Q. RESOLVTIO.

Et Documenta.

AD 4. q. qua quærebatur an Parochus cogire deberet Hilarium grauiter ægrotantem ad dimittendam, & à ſe abdicandam fœminam illā, quæ ei ab obſequiis erat, attamē eius concubina à pleriſq. viciniæ hominibus reputabatur, dico, Curatum teneri eum cogere, vt fœminam illam à ſe repellat, nam quæ à iure de concubinariis ſtatuuntur, de his etiam cenſenda ſunt, quos populus tales eſſe credit, licet non ſint, donec ueritas pateſiat; quandoquidem non ſolum à malo, ſed etiam ab omni mali ſpecie cauendum eſt *c. cum ab omni ext. de vita, & honeſt. cler.* Et talis debet eſſe ſacerdotum vita, vt de unoquoq; dici poſſit quod de ſole Phythagoras dicebat, Aduerſus ſolem ne loquaris. *D. Iſidor. de ſummo bono l. 3. c. 46. Nau. c. 14. nu. 31. & c. 16. num.* 20. *Nam vt dixi de ſup. c. 1. q. 9. & Syl. v. clericus 2* §. 4. *& Petrus Sotus de temp. cler. lect.* 4. & alij aperte ore fatentur, clericum habitare cum fœmina ſuſpecta lethale flagitium eſſe, cum ei interdictum ſit, non ſolum concubinas retinere, ſed nec mulieres de incontinentia ſuſpectas, & diffamatas; ut expreſſe habetur in Bulla Leonis X. de *publ. concub.* §. *publici autem &c.* Sic

& Conc.

& Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. non ſolum concubinarum retentionem Clericis prohibet, ſed etiã cum aliis mulieribus cohabitationem, de quibus poſſit haberi ſuſpirio *ex c. interdixit, diſt. 32. Deciau. tract. crim. l. 6. c. 21. tit. de concub. cler. Farinac. de Delictis carn. q. 138. par. 2. num. 74. Bened. Aegid. de Privileg. Honeſt. art. xi.* Vt etiã omittam quod notanter, & ſapienter dixit D. Cyprianus *de ſingul. cler.* Sacerdotis dignitati minime conuenire, rem tàm ſanctam, & ſacram, à muliere famulatum accipere, quæ ſicut ob ſexus conditionem à Sacris arcentur, nec in eiſdẽ miniſtrant, ita nec Sacerdos ob ſui gradus prerogatiuã, & præſtãtiã, illas apud ſe familiares habere debet; Ita ut merito de nõnullis *D. Hier. Ep. 4. ad Ruſt.* ſic cõqueraſ, Videas accinctis renib⁹, pulla tunica, barba prolixa, à mulieribus nõ poſſe diſcedere. ſub eodẽ manere tecto, ſimul inire conuiuia, ancillas iuuenes in miniſterio habere, & preter uocabulum nuptiarum, omnia eſſe matrimonii &c.

Vnde & *Marc. Ant. Gen. in Pract. eccleſ. q. 28.* reſoluit fauore eccleſiæ, & iuſta ex cauſa, Canonicos ſeparatim uiuentes poſſe ab Epiſcopo cogi ut ſimul, ac communiter uiuant, vt quia propter illam ſeparatã vitã cõcubinas tenerent, vel in diuinis officiis perſoluẽdis negligẽtes forent &c. *vt per Scribentes in c. quoniã. ext. de vita, & honeſt. cler.*

Ideo vt ad rem noſtram redeamus Hilarius abſoluẽdus non erit, niſi eam fæminam de domo eiiciat, perinde ac ſi concubina foret. *Sayrus in claui reg. l. 8. c. 3. n. 9.* Eo præſertim tempore, in quo qui de hoc mundo diſcedere parat, domum ſuam diſponere debet. *Ezech. c. 38.* Nam poſt expeditum in ſtatu gratiæ teſtamentum, generalis circumciſio rerum omnium, quę aut impedire, aut ſe à cœleſtis gloriæ ingreſſu retardare poſſunt, perficienda eſt. Suſcipienda ſunt Sacramenta ad id à Deo deſtinata. Et quidem Confeſſio merito generalis ab ultima ſaltem quam feciſſet, inſtituenda erit, ut rationes uitæ ſuæ feliciter cum Chriſto Domino expediantur. Tempeſtiue quoq; uiaticum cum extrema unctione ſumendum erit, quò dignus inueniatur, qui uerbum illud *Ioſua c. 5.* audire poſſit, Hodie abſtuli à te omnia opprobria Ægypti, Ideo Cœli aditus tibi patebit &c. Conſulantur quæ tradidimus. *in Comment. de hum. vita ſtat. par. 2. c. 28. & in tract. de modo adiuuandi infirmos par. 2. c. 2. & ſeqq.* Intelligere quippe cum oportet, ſi ex eo morbo uitam cum morte ipſum commutare contingat, nõ ſolum ſicut alios homines, ſed etiam ſeueriora, & grauiora tormenta ſibi parata, ſi cum ad eius Tribunal iudicandus rapietur, minus habens inueniatur: nam cui plus creditur, plus etiam ab eo exigetur. Cum unuſquiſq; iuxta proprium ſtatum, & uocationem, iudicium ſubire debeat; at cum Canonici ſtatus præſtantiſſimus ſit, magnaq; , ac inſignis Sanctitatis annexam obligationem habeat, profecto ſtrictiori, & exactiori cenſurę ſubiicietur. *Baſſus de officio Canon. c. 28. Card. Palaot in Arch. Bonõ par. 6. ſerm. 2.*

Hic inchoati perpetui ſupplicii formidabile prorſus exemplum in impuro Sacerdote Deus ſtatuit apud *Petrum Cluniacenſ. l. 1. de mirac. ſui tẽp. c. 25* Iſte ſiquidem accepta damnationis ſententia, deſperans, uiſis ſe Dæmonibus, & gehennæ tormentis, ſacrilegum ſpiritum emiſit, ut et ã refert. *Gilbertus de vita Eccleſiaſticorũ. c. 40.* Illud tritum ſubiungens,

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Dicebat, quidã nolle ſe cum aduerſarijs altercari, ne modum excederet, facilius .n. eſt à pugna abſtinere, quàm in pugna. Quo dicto ſignificatur, peccãdi occaſiones uitãdas eſſe, expeditus ſiquidem eſt à menſa, quàm in menſa ſe continere, & à fœdis uoluptatibus, quàm in uoluptatibus ſe cohibere. Et ut ait Sapiẽs, Qui amat periculum peribit in illo. Eccleſ. c. 3. Quippe qui dicit occaſionem, dicit occiſionem.

Eſt vniuerſorum occaſio porta malorum.
Oſtia ſi Claudis, hoſtes intraſſe non audis.

Thomas Anglicus in illud Pſal. 9. In laqueo ipſo, quem abſconderunt, compræhenſus eſt pes eorum, ex libro de rerum naturis refert, uulpem ſi pes eius laqueo innexus ſit, nec aliter euadere, & extricare ſe poſſit, dentibus pedem ſibi abrodendo detruncare. Huc .n. ſpectat illud *Matth. c. 18.* Si manus tua, uel pes tuus ſcandelizar te, abſcinde eum, & proiice abs te &c. Quod eſt ut SS. Patres exponunt ſi aliquis, uel res aliqua tibi eſt ad peccandum occaſio, reqiad animę mortem pertrahir, quamuis ita chara eſſet ac coniuncta, ut manus, oculus, & pes &c. gladio, quem ueni in terrã mittere, abſcinde, & à te abdica, ne uitam æternam amittas.

Dæmon aſtuta eſt uulpes, ſub mille coloribus, & innumeris artibus, nos aggrediens, ita ut illud Virgilianum locum habeat,

Mille trahit varios aduerſo ſole colores.

Et illud adagiũ, Cauda de uulpe reſtatur. vulpes .n. ipſa caudam inter clunes inſerit, ita ut canis appareat, ita Diabolus finem, & intentionem ſuã occultat, dum boni ſpecie nẽpe vtilitatis, tibi ſuadet, vt domi mulierem famulam alas, nec eã eiicias, vt per incontinentiam ad tartara ducat. *Laured. in ſylua mor. in v. Dæmon. n. 5.* Caiet. Lorinus, & alii ſuper illud pſal. 48. Cur timebo in die mala iniquitas calcanei mei circundabit me. Iniquitatem calcanei luxuriam exponunt, eo quod à plãta pedis, ex medicorum doctrina, uena uenerem excitãs inſurgat. Nã & *D. Fulgẽtius l. 1. Mythol. c.* 7. ait

7. ait talum eſſe libidinis locum. Vnde peccatum hoc etiam in particularis iudicij die, hominem circundare ſolet, hocq. ei timorem incutere debet, cũ etiam in vitæ periodo igniculus viuat. *D. Greg. l. 4. Dialog. c. 11.*

QVAESTIO XIV.

Canonicus factus cæcus etiam ex culpa ſua, an horas Canonicas recitare teneatur, & an diſtributiones quotidianas lucretur. Nouitia an æs alienum in ſeculo contractum abſq; Epiſcopi conſenſu ſoluere valeat, & monaſterio donare. Num profeſſio in articulo mortis facta valida ſit, etiã ſi probationis annus nõ ſit expletus, & an eius bona monaſterio acquirantur. Eccleſia vocata in caſu contrauentionis fideicommiſſi, an ſuccedat, & tàm venditor', quàm emptor in cenſuram Extrauag. Ambitioſæ *incidat. Canonicus confeſſiones audiens in defectum* Pœnitentiarij, *an lucretur diſtributiones etiamſi 40. annum non agat. Verũ ipſe perſonatus incedens incidat in caſum reſeruatum, & à quo nam poſſit abſolui.*

DAlmatius Canonicus ob multa medicamina, quæ nimio amore vitæ, ſumpſit, & ob immodicam ſanguinis emiſſionem, quam inualetudinis metu fecit, cæcus factus eſt, ita vt nec diuinum officium recitare, nec in chorum cum alijs Collegis conuenire valeat.

Secundo cum Apollonia eius neptis in monaſterio nouitia, tribus ante profeſſionem menſibus quoddam æs alienum in ſeculo contractum ſoluiſſet, & ex pecunia, quam ſibi pro annuo reddìtu reſeruare intendebat, ipſius monaſterij ſacello, abſq. Vicarij Epiſcopi licentia, quandam eleemoſynam impenderit, nunc maligna febre correpta, ante annum probationis expletum, in mortis articulo conſtituta, profeſſionem emiſit &c.

Tertio cum ipſe Dalmatius graui morbo eſſet affectus, teſtamentum condidit, & omnia bona ſua patrimonialia, & aduẽtitia, fideicommiſſo ſubiecit; expreſſe Roberto fratri ſuo hæredi prohibens, ne vllo modo illa diſtraheret, ſed ſemper in familia conſeruarentur, quod ſi ipſe, vel eius hæredes, in alienando contrauenirent, ipſa bona ad Cathedralis Eccleſię Capitulum deuoluerent.

Quarto cum Simon etiam defuncto in Canonicatu ac beneficio ſucceſſerit, in defectum Pœnitentiarij abſentis Epiſcopi, ac Capituli conſilio cõfeſſiones in Cathedrali audit, qui tamen, & ſi valde peritus ſit, & Doctoratus laurea inſignitus 35. tantum annum agit.

Quinto cum Bacchanalium dierũ tempore cum quodã laico amico ſuo p vrbẽ perſonatus inceſſit, etiamſi Epiſcopus illorum clericorum peccatum ſibi reſeruauerit, qui laruarum vtuntur ludo.

Vnde hæ quæſtiones inſurgunt.

Primo an cum cæcus ſit effectus, à canonicarum horarum recitatione ſit immunis, & quotidianas diſtributiones cum in chorum non conueniat, amittat.

Secundo an illa debiti ſolutio, & eleemoſynæ monaſterij ſacello factæ erogatio valeat.

Tertio nùm profeſſio illa in articulo mortis emiſſa, iure ſubſiſtat, ita vt eius bona ipſi Cœnobio acquirantur, vel potius Roberto eiuſdẽ Apolloniæ patruo tanquam proximiori debeantur.

Quarto cum hic Canonicus vitam cum morte mutauerit, & quorundam bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, ab ipſo Roberto Dalmatij fratre, alienatio facta fuerit, nunquid Eccleſiæ Capitulum ſuccedere debeat, & vtrum tam ipſe quã Andreas eorum bonorum emptor, in aliquam excommunicationem inciderint.

Quinto An Simon Pœnitentiarii abſentis munere fungens etiamſi 40. annum non agat, quotidianas diſtributiones lucretur.

Sexto Nunquid perſonatus per vrbem incedendo lethaliter peccauerit, & in caſum reſeruatum inciderit, & ſi eo ſit affectus, vtrum Auguſtino ſuo Confeſſario facultatem dare poſſit, vt ab eo abſoluatur.

I. Q. RESOLVTIO.

QVod ad 1. q. caput attinet dico, Dalmatium Canonicum, qui ob varia medicamenta, & ſanguinis emiſſionem, oculorum lumen amiſit, ab horarum canonicarum recitatione etiam ſine Pontificia diſpenſatione excuſari, vt in terminis reſoluit *Nau. conſ. 14. tit. de celeb. miſſ. Riccius in Praxi var. reſol. reſol.* 394. Vbi quod ad 2. partem ſpectat, idem de quotidianis diſtributionibus diffinit, vt .ſ. eas lucrari debeat, ſi quando ſanus erat, reſidere ſolebat, & choro cum alijs intereſſe: nam in tali caſu ipſa infirmitas cauſa dici non poteſt, cur diſtributiones percipere non poſſit, *ex Innocent. & Hoſtienſ. in c. 1. ext. de cler. ægrot. Gemin & Franco. in c. 1. de cler. non reſid. in 6. Fuſch. in v. Diſtributiones. concl. 514. Sayrus. de celeb. miſſ.* Deciſ. 13. *Vaſquez. c. 4. de benef. §. 2. art. 1. dub. 4. num. 151. Garzia. 3. par. c. 2. num. 347. Azor. p. 1. l. 7. c. 7. q. 5. Zerula in Praxi epiſc. p. 1. in v. Diſtributiones, Moneta, de Diſtribut par. 2. q. 6. Gutierez. in can. qq. l. 1. c. 1. Bonac. de hor. can. d. 2. q. 5. punt. 1. Natta l. 1. conſ. 41. Odduſ. de reſtit. in integ. q. 7. art. 11. Altius de Infer. par. l. 9. Fuſch. de viſit eccleſ. l. 1. c. 20. Vgol. de off. Epiſcopi c. 19. §. 2.* & alij, vbi aſſerſit hoc procedere, etiam ſi quis propria culpa in mor-

bum

bum inciderit, cum afflicto afflictio addenda non ſit. *l. Diuus. ff. de officio Præſ. idem Tuſch. v. afflictio. concl.* 240. Quomodo vero cæcitas in foro externo probetur (nam in interno aſſerenti ſe non videre creditur) videatur *Maſcard. de probat. vol. 1. concl.* 278. vbi etiam ait, illum proprie cæcum vocari, qui vtriuſq; oculi acie caret.

11 Vbi illud eſt obſeruandum quod licet ſanitatis ſit habenda ratio: nam Nō eſt viuere, ſed valere vita, nec eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis, *Eccleſ. 3. gloſſ. in c. & ſi Chriſtus. in v. modico. ext. de Iureiur. Aëtius. de Infirm par. 1. c. 42. Cambrec. de ſtudio perfect. l. 1. c. 11. & nos in Comment. de hum. vita ſtat. par. 2. c. 8. & ſeq.* Et longam vitam quis tuta conſcientia exoptare queat, vt virtutum operibus incumbat, & ſibi, alijſq; proſit. *D. Thomas 2. 2. q. 123. art. 8. D. Anton. par. 1. tit. 6. c. 2. §. 2. Diſcipulus ſerm.* 134. Nihilominus in eadem valetudine curanda moderatio adhibenda eſt. Aliqui .n. inueniuntur tùm natura, tùm ſtudiorum aſſiduitate ita affecti, vt melancholici, ac firmiſſimæ appræhenſionis efficiantur, & ab amore naturalis vitæ eo adigantur, vt non morbis, ſed morborum ſuſpicionibus inquietentur, ac medicamentorum auidiſſimi ſint, & quotidie noua remedia conquirant. In quos ſic *Petrus Damian. ep. 4. ad Marin.* loquitur. Illud nō mediocriter mihi diſplicet, quod nonnulli vegeto corpore, quiq; prorſus medicinalis induſtriæ non indigeant, hodie vaporandam Namitori venam præbent, cras ſibimet hirudines adhibent, diuerſa perendie medicaminum proſtruunt artificia &c. Et certum eſt frequentem medicamentorum vſum adeo corporibus nō prodeſſe, vt etiam ipſis multum officiant. *ex Plut. lib. de valet. tuenda. Cornel. Celſo. l. 1. de remed. c.* 3. Vnde *Abb. in c. cum ad monaſterium, ext. de ſtat. monach.* cum ex aliquorum opinione retuliſſet, quod qui. 13. Februarii ſanguine minuitur, non eo anno ex febre morietur, hanc rem non approbās, ſubdit, ſed non indigenti non eſt facile conſulendum, quia ex traditione peritorum, vita minuitur. Vt proinde prouerbio vulgo ſit iactatum, Parciorem in ſe ſuoſq; medicamentorum eſſe medicum, quàm in alios, cum experientia doceat medicinas, & pharmaca viſcera deterere; venas exinanire, naturalem calorem retundere, humidum radicale exſiccare, atq; his detrimentis vtentem nec opinantem ad mortem ducere. Hinc *Ouidius 2. Triſt.*

Eripis in terdum, modo das medicina ſalutem.

Vt propterea quidam non illepide ſic luſerit.

Accipit oblatum medicus dare non ſolet aurum,

Pharmaca dat medicus, non ſolet accipere.

Nig. ad reg. 17.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico Primo, debiti ſolutionem ab Apollonia nouitia factam, & donationem, vel eleemoſynam ſacello monaſterij impenſam, etiamſi ex Decreto *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c.* 16. Epiſcopi vel eius Vicarij authoritas non interuenerit, validam eſſe, ac iure ſubſiſtere, Nā Primo renuntiationis, vel obligationis nomine debiti ſolutio non venit, cum ſolutio ſatisfactionem quoquo modo factam importet, per quam primæua tollitur obligatio *l. ſolutionis ff. de ſolut. l. nulla C. eodem Oinot. in §. 1. Inſtit quibus mod. toll. oblig. Tuſch. v. ſolutio. concl.* 340. Imo diffiniti iuris eſt, hominem ære alieno onuſtum, ad religionem, niſi cum certis conditionibus admitti non poſſe ex Conſtit. Sixti V. Incip. C*um de omnibus. Miranda. tom. 1. Man. Prælat. q. 17. art. 7. Roder. tom. 3. qq. regul. q. 10. art. 9.*

Secundo dicimus quod & ſi nomine renuntiationis, & obligationis, in eodem Conc. Trid. Decreto donatio etiam monaſterio facta intelligatur, ac proinde valida non ſit, ſi abſq; ſolemnitate ibi petita facta fuerit cum tàm renuntiatio, quàm donatio libertati tyronis, ac nouitiæ, ad religionis ſtatum eligendum obſtare poſſit. *Menoch. l. 2. de arbit. Iud. caſu 436. num. 8. Molina. tom. 1. de Iuſt. diſp 159. Barboſa. de Epiſcopo tom. 3. Alleg. 99. nu* 16. hoc tamen de eleemoſynis, per nouitios, vel nouitias factis non intelligitur, *vt per Azor. tom. 1. l. 13. c. 9. q. 2.* Præſertim ſi iſtæ eleemoſynæ modicæ ſint, quæ egreſſus libertati obſtare non poſſint, vt. ſ. Concilij locus de donationibus loqui cēſeatur, quæ alicuius momenti ſunt, dum .n. aliquid monaſterio dari à nouitio tyrocinij tempore prohibet, hanc rationem his verbis perhibet. Ne hac, occaſione diſcedere nequeat, quod totā, vel maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ monaſterium poſſideat, nec facile ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit. Quare ſicut pauperi extraneo modicam eleemoſynam tribuere non vetat, nec aliqua ſolemnitas ad id deſideratur, ita nec parua donatio, vel eleemoſyna ipſi monaſterio erogata interdicitur, vt conſiderat. *Sanchez. l. 7. de precept. c. 5. num.* 22. & alii neoterici.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. reſpondendo, ſic eam reſoluendam ducimus, profeſſionem ante expletum probationis annum, à puella Apollonia in mortis articulo factam, monaſterio quò ad acquiſitionem bonorum non prodeſſe; nam licet aperta ſint iura, bona religionem ingredientis per profeſſionem Deo dicari, & monaſterio ipſo iure aſcribi, Au-

then.

then. Ingreſſi C. de ſancroſanct. eccleſ. (per quem textum notant DD. religioſum eſſe mundo mortuum, & nihil proprium habere, iuxta illud D. Bernardi, Monacho habenti proprium, negabit Deus ſuum proprium, videlicet cœlum. *Io. à S. Gemin. l. 10. de ſimilit. c. 67.*) attamen in iſto caſu contrarium reſoluendũ eſt, vbi agitur ſi profeſſio à puella in extremis conſtituta emiſſa operetur vt monaſterium eius bona lucretur.

Quæ ſoli ex plurib. fundaš, & Primo ex Bulla Pij V: Incip. *ſummi Sacerdotij cura*, vbi ex priuilegio conceditur, vt nouitij, vel nouitiæ in mortis articulo exiſtentes legitimam tamen ad profitendum ætatem habentes, ante exactum probationis annum, quò plenariam Indulgentiam conſequantur, profiteri poſſint. Siquidem Monaſterium in bonis nouitiæ ſic profeſſæ in præiudiciũ hæredũ ab inteſtato venientium ſuccedere nequit, nec Summus Pontifex id intendit, vt intuenti patet, cum ſolummodo ob ſpirituale ſolatium ipſarum nouitiarum hoc conceſſerit, ne videlicet Indulgentiarum, & cœleſtium charismatum, in huiuſmodi articulo, beneficio carerent. Secundo quia nunquã Summi Pontifices iuri quæſito alterius derogare, vel præiudicare intendunt, niſi hoc expreſſe contineatur. *l. ſi quis à Principe ff. ne quid, in loco pub. c. cum olim. ext. de verb ſignif c. decet. de reg. Iu. in 6. Abbas cõſ. 501. & ſeq. Caſtrẽſ l. 1 conſ. 341. Tuſch. in v. Princeps. concl. 685. & v. Priuilegium concl. 729 Nau. Comment. 3. de regul. num. 12. Io. Choch; in Polit. l. 2. c. 2.* Et propterea cum in præfata cõceſſione nullum apponatur verbum, per quod monaſterium ad ſic profeſſæ ſucceſſionem vocetur, merito per Iudicantes nulla extenſio fieri debet, cum verba priuilegii ſubuerti non debeant, ſed ad vnguem ſeruari. *l. humani. C. de legibus. c. cum venissent. ext de Iud. c. porro ext. de Priuileg.*

Addo tertio quod ſi illius cœnobii moniales cum illa nouitia pactionem iniiſſent, in mortis articulo illi profeſſionem conferre, quò eius dotem, & dicta bona lucrarentur, expreſſam ſimoniam conuentionalem contraxiſſent, *c. non ſatis. ext. de Simon. & in* Extrauag, *1. eodem tit. Arg. etiam c. fin. 20. q. 3.* Vbi deciditur, monachorum profeſsionem dolo factam, eſſe quidem validam, at in doli pœnam, ſucceſsione hæreditatis illius profeſsi priuandos eſſe. Atq; ſi reſoluunt. *Rodriq. tom. 3. qq. regul q. 15. art. 6. Miranda. tom. 1. regul. Prælat. q. 22. art. 10. Beia. par. 4. reſponſ. caſu fin.* Molfeſ. *tract. 9. c. 12. num. 58. & ſeq. Riccius. in Praxi var. reſol. reſol. 493. Barboſa de Epiſcopo par. 3. Alleg. 101. num. 34.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. ſic reſpondeo, Primo dicendo, illa bona fideicommiſſo à Dalmatio in ſua diſpoſitione ſuppoſita, & à Roberto eius fratre ipſo Dalmatio defuncto alienata, ipſo facto ad Eccleſiæ Cathedralis Capitulum deuolui. Nam & ſi verum ſit, neminem ad ſoluendam legalem, vel conuentionalem pœnam teneri, antequam à Iudice præcipiatur, aliàs oppoſitum aſſerere eſſet occaſionem, & anſam hominibus præbere, vt in multa peccata ſe pcipitarẽt, vtpote qui naturaliter pœnarum contra ſe ipſos impoſitarum executores fieri recuſant. *contra. l. cõuenire. ff. de pactis dot. Anch. in reg. poſſeſſor. num. 21. de reg. Iu. in 6. Azor. p. 1. l. 5. c. 7. q. 0. & c. 8. q. 7. Poſſeu. de off. Cur. c. 15. num. 29. &* notant *DD. in c. cum ſecundum ext. de hæret.* Nihilominus hoc in pœna à teſtatore impoſita locũ nõ habet, vt per Scribentes *in c. Raynaldus. ext. de teſtam.* Nam cum Dalmatius diſpoſuerit, vt illa bona ſua eſsẽt fideicommiſſo ſubiecta, & ſemper in familia conſeruarentur, aliàs contrauenïendo ad Capitulum Eccleſiæ tranſirent, ideo illa clauſula magis conditionis quàm pœnæ rationem habet, proinde ſequitur, illa conditione non ſeruata, Andream, in quem illa bona alienata ſunt, nullum ius acquiſiuiſſe, eaq; poſsidendo aliena ſe contra iuſtitiæ leges vti, *vt per Abb. in d. c. Raynaldus. Syl. v. legatum 1 q. 5. Caiet. in v. pœna. Nau. c. 23. nu. 67. Beia par. 1. reſponſ. caſu. 41 Tuſch. v. pœna concl. 742. v. Nares concl. 54. v. Prohibiens. concl. 902.*

Secundo dico Robertũ venditorem, & Andreã ſupradictorum bonorum emptorem, cenſuram nõ cõtraxiſſe, quæ infligitur in *Extrauag. Ambitioſæ. tit. de reb. Eccl. non alien.* tãquã ille ſit qui res Eccleſiæ abſq. Apoſtolico conſenſu alienauerit, & hic emerit, nam & ſi in Eccleſiam regulariter ipſo iure dñium transferatur. *l fin C. de Sacro. Sanct. Eccleſ. Marc' Ant. Genuenſ. in Pract. Eccleſ q. 141.* Non tamen propter hoc transfertur poſſeſsio, & prohibitio *d. Extrauag.* conſideratur vbi ab Eccleſia per corporalem poſseſsionis apprehenſionem, perfecta, & irreuocabilis facta fuit acquiſitio, ut de communi teſtatur. *Iaſon & Rip. in l. legatum ff. de leg. 1. Felyn. in c. in præſentia num. 57. ext. de Probat. Syl. v. alienatio. nu. 30. Armilla ibid. nu. 17. Riccius. in Praxi var. reſol. reſol. 405.*

V. Q. RESOLVTIO.

QVintã q. ſic reſoluendam exiſtimo. Simonem Canonicum, qui vice Pœnitentiarij abſentis, vel ægroti, ſeu etiam ſede pœnitentiali vacante, cum Antiſtitis, vel Epiſcopi licentia, confeſsiones audit, tuta conſcientia quotidianas diſtributiones lucrari poſse. Primo quia Pœnitentiarij vices ſuſtinet, ac proinde par eſt, & rationi conſentaneum, vt ipſius priuilegio, & beneficio gaudeat, Subrogatus enim illius naturam ſapere

debet,

Digitized by Google

debet in cuius locum ſubrogatur §. *fuerat*, *vbi Io. Faber. & Iaſon. Inſtit. de act.* Quæ eſt regula communis, ac magiſtralis, & ad plures caſus ad vtrunq; forum pertinentes decidendos conferens, *vt per Decian. l. 3. conſ. 43. & Tuſchum in v. ſubrogatus. 757. & per. Ant.* Gab. *l. 6. tit. de regulis. Iu. concl. 2.* Secundo quia hoc munus ei non debet eſſe damnoſum. *c. cum non deceat. tit. de elect. in 6. l. ſi quis ff. quem. teſtam. aper. Idem Tuſch. in v. officium. concl. 94. Menoch l. 1. conſ. 58. num. 6.* Quæ pariter poſitio ad multas quæſtiones in praxi frequentes diſſoluendas deſeruire poteſt. Nec obſtat *Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 8.* loqui non ſolum de Pœnitentiario Doctore, vel licentiato, ſed etiam Quadragenario, vt ſcilicet 40. annos agat, vel quia hoc tempore homines prudentiores eſſe ſoleant, *vt ait Dionyſius. l. 3. Roman. antiq.* vel quia tunc potiſſimum mens, & intellectus vigeat, vt ſcripſit *Ariſt. l. 7. Polit. c. 6. Arg. Menoch. in comment. de Arbit. Iud. cent. 6. caſu* 540. Nam iſta ſunt accidentia, & Pœnitentiarij qualitates, quæ vt DD. loquuntur, non taxatiue, ſed demonſtratiue à Tridentinis Patribus apponuntur. Aliquando .n. Pœnitentiarius in minori ætate eligi conſueuit, cum fieri poſſit, vt qui annis iunior eſt, moribus tamen peritia, ac diſciplina ſit conſpicuus. Et ex Pronuntiato Valerij Maximi, Indignum eſt, eum honori nondum tempeſtiuum videri, qui iam virtuti maturus eſt. *Ioannes Cach in Polit. l. 5. c. 3. Card. Palaot. de Sacri Conſiſt. conſult. par. 3. q. 4. & par. 4. q. 1.* Sicuti etiam aliquando doctus, & expertus vir Doctori laureato, præfertur, cum aliud ſit eſſe doctum, aliud eſſe Doctorem *Gratian. in Diſcept. For. par. 1. c. 85.*

Atq; hæc reſolutio colligitur. *ex Moneta de Diſtrib. Quotid. par. 2. c. 21. num.* 68. Qui addit hoc idem priuilegium ad Canonicos extendi poſſe, qui tanquam minores Pœnitentiarij in partem miniſterij ab Epiſcopo aſſumuntur. Quod tamē non ita facile eſt admittendum, ſiquidem multiplicatis hoc pacto Pœnitentiarijs, diuinorum officiorum cultus procliuius diminui poſſet, quod Concilij menti conſentaneum non videtur, cum in ſingulari de Pœnitentiario loquatur. Quod ſi Epiſcopus aliquos alios Pœnitentiarios creare voluerit, congruam mercedem, ac honeſtum ſtipendium aſſignare debebit, ne ipſi Canonici ex labore damnum patiantur, vel ſaltem curare, vt cum Pontificio aſſenſu id faciat &c. *Benac. de her. can. d. 2. q. 5. punc. 3. §. 5.*

VI. Q. RESOLVTIO.

SExta q. ſic reſoluitur, Simonem Canonicum, & Pœnitentiarij vicem gerentem, à lethali culpa immunem non eſſe, cum Bachanalibus diebus perſonatus per vrbem inceſſit. Nec .n. deſunt Doctores qui ſentiunt cunctos clericos, qui Sacris initiati ſunt, omneſq; religionis approbatæ profeſſos, ſacrum habitum, quem tueri eos oportet, in illum fœdum, qui mimorum, ac lupercorum eſt, conuertentes, culpam æterno ſupplicio dignam contrahere, & profeſſos religioſos excommunicationis cenſura nemini tamen reſeruatæ implicari, cum certum ſit inſigni iniuria, atq; contumelia, tùm eccleſiaſticum ordinem, tùm diuinum cultum afficere, qui ſacrum caput, ſacramq; perſonam, illis infamibus laruis, & turpi veſtitu dedecorant. *Abb. in c. cum decorem, de vita, & honeſt. cler. Card. in clem. 2. q 3. de vita, et honeſ. cler. Ang. & Silueſt. in v. ludus. q. 2. & nos in Coment. de Eccleſ.* Exam. *par. 1. tr. 1. c. 8. q. 41. & par. 2. tr. 9. c. 24. q. 76. reſol. 1.* Et cum multi pij ac prudentes Epiſcopi hoc clericorum peccatum reſeruare ſibi conſueuerint, manifeſte conſtat, hoc eſſe lethale ſcelus, cum earum culparum eſſe ſoleat reſeruatio, quæ à diuina gratia, & amicitia homines ſeiungunt. *Comitulus l. 6 reſponſ. mor. q. 8. Salon. 22. q. 5. de dominio art. 6. concl.* 2. Vbi ait, Non deſinam admonere clericos ludum laruarum quem exercent perſonati, eſſe clericis interdictum ſub mortali, & forſan ſub eadem cenſura, qua prohibentur religioſi, ne ſine iuſta cauſa habitum ſuæ religionis mutent. Quod multo magis in Canonicis hoc procedere debet, qui inter omnes Ciuitatis, ac diœceſis clericos primarij habetur, prout in Aquiſgranenſi Concilio *c.* 115. patet, dum inquit, Quia euidenti auctoritate liquet, canonicam inſtitutionem præſtare cæteris inſtitutionibus debere, neceſſe eſt eos qui huius profeſſionis cenſentur nomine, procurare, qualiter in ſemet ipſis eandem inſtitutionem, vita, & moribus exornent potius quàm dehoneſtent. *Palaot. in Archiep. Bonon. par. 7. in ſerm. ad Canon.* Hinc Gualterus ille primum Canonicus, deinde Magalonenſis in Gallia Epiſcopus, ſi canonici, inquit, vocamur, & canonicā vitam profeſſi ſumus, Canones à Romana eccleſia matre noſtra nobis datos, à quibus etiam vocabulum ſumpſimus, amplecti in omnibus, & imitari debemus, *vt apud Molan. de Canon. l. 1. c. 4. & Baſſum de* Canon. *c.* 18. Vbi probat Canonicos ex vi ſtatus ad ſanctiorem vitam, & Chriſtianę vitę perfectionem obligatos eſſe. Vt etiam tradidimus *in Comment. de hum. vita ſtat. par. 1. c. ix.* In ſimili dicit *Portius. l. 1. Inſtit Ciuil. tit. de excuſat. tut. & Cur.* Scholaris relinquens ſtudium propter voluptates, vt pleriq; faciunt, præſertim tempore Carnis priuij, valde repræhenditur, iſta .n. actio eſt ignominioſa, & eum infamat.

Digitized by Google

Alterius partis, & confeſſarĳ reſolutio.

QVod vero attinet ad illam . q. partem qua quæritur an ſi Simon in caſum reſeruatum incidit, poſſit ſuo Confeſſario facultatem concedere vt ab eo abſoluatur, affirmãtem ſententiam teneri poſſe dicendum videtur, ſuppoſito illo principio, & ea poſitione, Pœnitentiarium ab Epiſcopo conſtitutum, alteri vices ſuas in caſu particulari delegare poſſe. Cuius ratio eſt quod delegato à Principe alteri ſuam authoritatem committere licet *c. vlt. de officio ordin. & c. fin. §. is cui. extr. de officio deleg. Couarr. l. 3. var. reſol. c. 10. nu. 10. Piaſecius in Praxi Epiſc. par. 2. c. 1. Zerula in praxi pariter Epiſc. v.* Pœnitentiarius, *& in Praxi pænit. c. 24. q. 17. Zecchius in repub. eccleſ. c. 24. tit. de Canon. num. 16. Io. Bapt. Conſtant. in Inſtruct.* Paroch. *par. 4. tit. 6. c. 4. Riccius in Praxi. var. reſol. reſol. 179. & in Praxi Cauſ. deleg. Deciſ.* 1121. Vt alibi tradidimus præſertim de caſ. *reſer. par. 1. c. 5. & de hum vita ſtat. par. 1. c. 10.* Cum autem, vt ſupra firmauimus, Subrogatus eius naturã induat, in cuius locum ſubſtituitur; & Epiſcopus ſi in hæreſim, vel in alios caſus Summo Pontifici reſeruatos incidat, facultatẽ Confeſſario ſuo impertiri valeat, vt eum abſoluat, ac cum eo diſpenſet, eo modo quo ipſe Epiſcopus ſubditos ſuos abſoluere valet, atq; cum ipſis diſpenſare, ſequitur Simonem Canonicum, qui nunc Pœnitentiarii munus ſuſtinet, poſſe ſuo Confeſſario authoritatem concedere, vt ſuper caſu reſeruato, quo ob laruarum ludum obſtrictus eſt, beneficium abſolutionis impendat *Sayrus. l. 7. de cenſ. c. 14. nu. 5. Suar. diſp. 41. ſect. 2. num. 9.* Garzias *de benef par. xi. c.* 10. *num. 139. Sanchez l. 8. de mat diſp. 3. num. 3. & de precept. l. 2. c. 11. num. 11. Barboſa de Epiſcopa par. 2. Alleg. 39. num. 15. Sanctarell. de hereſi. c. 5. dub. 3. arg. doctrinæ, quam tradit, Sanchez. l. 8. de matrim. de diſp. 3. num. 9. & Nald. v. abeſſe num. 11.* Vicarios, & vicem gerentes Prælatorum regularium poſſe vti erga ſe ipſos ea facultate, qua erga ſubditos & ipſi potiũtur &c. Nihilominus verius, & in praxi tutius reſoluẽdũ cẽſeo, Simoni hãc facultatẽ ſuo Confeſſario dare nõ poſſe, cũ Prædicti Doctores aſſerant, hanc poteſtatem ſoli Epiſcopo, vel alij quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habenti conceſſam, atq; ſic *S. Congreg. Card.* declaraſſe; ſiquidem iuriſdictio illa Prælatum abſoluendi, ſicut & cum eo diſpenſandi, ab ipſo Prælato emanat, vel à Summo Pontifice, qui in *c. fin. exe. de pænit. & remiſſ.* ei conceſsit, vt Confeſſarium ſibi eligere poſſet *arg. c. quia periculoſum. de ſent. excom. l. 6.* Et ratio illa à moralibus Scriptoribus conſiderata, quod ſi ita non eſſet, non ſatis Antiſtitum, ac populi, animarum periculo conſultum foret, &c. in Pœnitentiario, vel ſubſtituto non militat, cum ei facile, & obuium ſit, per ſe, vel per alium, licentiam vt abſoluatur ab Epiſcopo, vel eius Vicario, petere. Et apud omnes conſtitutum eſt, ex diuerſa ratione in diſpoſitione tàm legis, quàm hominis diuerſum ius ſtatuendum eſſe. Et ſicut ex facto ius oritur, ita ex facto ius mori. *Cranceta conſ. 942. Tuſch. v. Rationis diuerſitas concl. 37. & in v. Facti ſpecſ. concl. 13.*

QVAESTIO XV.

Coadiutor Canonici, quo in loco ſedere debeat. Canonici an ſatisfaciant, ſi altera pars ſuum verſiculum incipiat, anteqnam altera ſuum expleuerit. Et quid ſi ſubmiſſa voce recitent horas; quid ſi illas interrumpant. Coadiutor nunquid quotidianas diſtributiones lucretur, quid ſi tam ipſe, quàm coadiuuens abeſt. Legatum factum Capitulo an cenſeatur Canonicis factum, & Coadiutori ſua pars debeatur.

MArius Pontificio accedente aſſenſu, aſſumptus ab Antonino Canonico in Cathedrali Coadiutor cum futura ſucceſſione, vt vice ipſius adiuti iã ſenis, in choro ſatisfaciat, & alia munia obeat, quæ ipſi principali incumbunt. Primo conqueritur, quod in vltimo loco ſedere debeat, cum ſibi videatur de iure ſedem in eodem loco conuenire, in quo ſuus Coadiutus ſedebat, quem ipſe repræſentat &c.

Secundo dum in choro cum alijs Collegis diuinum officium perſoluit, ita feſtinanter recitat, vt nondum expletis verſiculis à ſocijs, ſequentes dicere incipiat; & cum ſuauibus odoribus delectetur, his delibutus ad chorum accedit multorum nares offendens.

Tertio ita ſubmiſſa voce aliquando recitat vt ab aliis non audiatur.

Quarto ſæpe officium interrumpit animo repetendi, & poſtea non repetit, ſed reliqua tantum omiſſa abſoluit.

Quinto cum perſonaliter choro ipſi inſeruiat, quotidianas diſtributiones ſibi deberi prætendit.

Sexto cum per trium menſium ſpatium abfuerit, tàm ſibi, quàm Antonino coadiuto illas auferri inique fert.

Septimo cum Gaſpar teſtator Capitulo eccleſiæ Cathedralis, quandam pecuniæ quantitatem reliquerit eo pacto, ac conditione, vt ſingulis annis anniuerſarium, vt dicunt, pro eiuſdem anima celebretur, & veri Canonici illam legatam pecuniam

niam inter ſe ipſos diuiſerint, ſuam partem in illa habere prætendit quæritur quid iuris in his quæſtionibus ſtatuendum ſit.

Suppoſita, & prænotiones.

I. SVPPOSITVM.

RESP. pro clariori harum quæſtionum reſolutione, prius præmittendum videtur, Coadiutorem in duplici genere conſtitui, prout alter ſimplex dicitur, qui ſolum deputatur ad vices alterius gerendas, vel ad onera beneficii in totum, vel in partem ſuſtinenda, prout inter partes conuentum fuerit, vel quatenus Superior diſpenſauerit. Huiuſmodi autem Coadiutorem in curatis beneficijs ſi Rector ob ſenectutem, vel ob alium defectum, Eccleſiæ inutilis eſt, Legatus, Nuntius, vel Epiſcopus, conſtituere poteſt. Epiſcopis vero, alijſq; Superioribus, & etiam Canonicis, ſolus Papa Coadiutorem præſtituit. Alter dicitur Coadiutor cum futura ſucceſſione, qui non ſolum datur, vt Coadiutor in munere ſuo obeundo ex cauſa inſeruire poſſit, ſed etiam vt idem beneficium per ſucceſſionem obtineat, cum per mortem, vel ceſſionem locus datus fuerit. Et huiuſmodi adiutorem ſiue in ſimplicibus, ſiue in Curatis beneficiis ſolus Summus Pontifex pro ſua ſuprema poteſtate decernit. Et regulariter Coadiutor eiſdem conditionibus, & qualitatibus, quibus & principalis prædirus eſt, fulgere debet, ſiquidem ſubrogatus eius naturam ſapit, in cuius locum ſubſtituitur. *L. item veniunt*, §. *prædiximus ff. de pet. hæred. Gonzales ſuper reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 9.

II. SVPPOSITVM.

SECVNDO præmitto, de ratione vocalis orationis, & horarũ canonicarum eſſe, vt ſtudioſe, ac deuote recitentur; ſic n. expreſſe habetur *in c. dolentes. ext. de celebr. miſſ.* (ſiquidem in humanis actionibus duo coniunctim requiruntur, vt veræ virtutis laudem obtineant, alterum vt id quod geritur, rectum ſit, alterum vt recte geratur. Sic nanq; Deus in Deut. *c.* 16. præceperat, Quod iuſtum eſt, iuſte proſequeris. Et ex Senecæ proloquio, Non in facto laus eſt, ſed in eo quomodo fiat.) vt etiã nos reſoluimus ſupra *tr.* 4. *c.* 4. *q.* 38. *et ſeq.* Vbi diximus quod vt diuinum officium ſtudio ſe perſoluatur, requiritur vt verba non omittantur, vel mutilentur, ſed omnia rite proferantur. Hinc ſequitur eum qui ex nimia acceleratione, verba integra, vel diſtincte non proferret, vel cum alio recitans fines verſus non expectaret, præter culpam dicti *cap. dolentes*, præceptum non adimpleret. *Tol. l.* 2. *c.* 13. quẽ omnes ſequuntur; Niſi tñ vt ait *Azor. p.* 1. *l.* 10. *c.* 7. *q.* 11. & *Leſſius l.* 2. *c.* 37. *dub.* 10. vitio linguæ, ſeu balbuciẽ, uel conſuetudine quadam inolita, quam euellere nequit, quia quodammodo in naturam ſit conuerſa, is excuſetur. Item opus eſſe, vt ſine interruptione recitetur, quando .n. aliquid ita interponitur, vt iudicio boni viri, officium diuidat, & lethalis culpa admittitur, & hora incepta repetenda erit, quia talis oratio horæ ex ſua natura continua eſſe debet. Et ſi aliqui velint, recitantem diuinum officium cum interruptione, mortifere non peccare, ſed Eccleſiæ percepto quò ad ſubſtantiam ſatisfacere, ſiue ad longum, ſiue ad breue tempus interrumpat, vt apud *Bonac. de hor. can. d.* 1. *q.* 3. *puncto* 2. *num.* 28.

Vt vero diuinum officium deuote perſoluatur, illius recitandi intentio requiritur, horarum .n. pēſio eſt actus humanus, qui humano modo exerceri debet, vt proinde orandi, ac recitandi intentio neceſſaria ſit. Ex quo conficitur, horas canonicas per metum dicentem, Eccleſiæ præcepto ſatisfacere, cum metus voluntarium, ac intentionẽ non tollat, & ſi ſecus ſit de omnimoda violentia, ſiquidem cũ abſoluta ui intentio. & voluntas non ſubſiſtit *Azor. p.* 1. *l.* 10. *c.* 22. *q.* 9. *Macignus de hor. can. c.* 89. *num.* 42. & *alij.* Item vt deuote recitetur attentio neceſſario exigitur, ſiue illa ad verba dirigatur, ſiue ad ſenſum verborum, vel ad Deum, ſeu ad Chriſti paſſionem, vel ad aliam rem piam, cum intentione laudandi Deum, ſeu etiam ad rẽ, quam petimus, vel ad ſanctos, ad quos orationem dirigimus. Quæ conditio adeo neceſſaria eſt vt clericus beneficiarius, qui voluntarie diſtrahitur, & lethaliter animam ſuam ſauciet, ac fructus beneficii, quotidianaſq; diſtributiones, vt multi volunt, reſtituere teneatur. Quæ ſententia & ſi verita ti cõſona ſit; ob prauos nihil minus mores ad praxim parum traduci ſolet. Cum tamẽ vt ait *Natta poſt Baldum conſ.* 1. *num.* 2. Res ad praxim reducere nil aliud ſit, quàm fructum de arbore colligere, *vt per Garzian. p.* 3. *de benef. c.* 1 *num.* 186. & *Molfeſ. tr.* 5. *c.* 2. *num.* 94. *Filliuc. tr.* 23. *c.* 8. *num.* 262.

Caſus, & quæſtionum reſolutio.

I. Q. DECISIO.

AD primam quæſtionem reſpondendo dico, quod licet vt habetur in *c. non loca.* & *in c. multi diſt.* 40. non loca vel ordines creatori noſtro nos proximos faciant, ſed ei nos merita bona iungant, aut mala diſiungant, nec inter ſeruos Dei computari debeat; qui de primatu tractauerit; Et ut ait D. *Ambroſ. Epiſt.* 84. Multum ad robo-

landam dilectionem valeat, ſi ſecundum Apoſtolicam doctrinam inuicem homines ſe honore præueniant, alter alterum ſuperiorem exiſtimantes, ament ſeruire ſubiecti, & neſciant tumere prælati. Vnde Ageſilaus patienter tulit in publico ludo inferiorem, & parum honorificum locum ſibi aſſignari dicens, Oſtendam non locum viris, ſed viros loco dignitatem conciliare. Nihilominus cum vt loquitur *textus in c.2.ext.de maior. & obed.* Sit honoris iſta diſtinctio, vt ipſe prior, & maior habeatur, qui prius Communitatis conſilio, & concordi fuerit actione ordinatus. *Abb. & Felyn. ibi, & Nau.conſ. 10.tit. de mai. 5. & obed. Scala de conſ. ſap.l.1.c.15.* & in actibus politicis, & religioſis, Eccleſiaſticis, & in omnibus, quæ aguntur, diuina, atq; humana miniſteria ordine regantur *Fuſeb.v. ordo concl.*197. Ac vt ait *Menoch.conſ.*120. qui gratia ſeruandi ordinis tantum contendunt, nil aliud agunt quam vt à Deo ordinata tueantur. *Arg. Roderic. in qq. regul. tom.3.q 64 art.9.* vbi ait, male agere Prælatos religionum, qui in honoribus, ac officiis, ignaros ſapientibus, ac doctis præficiunt, cum eruditi, ac ſcientia præditi, naturali ordine honore digni ſint, ac cenſeri debeant, iuxta illud *Solom. c. 11.* Qui ſtultus eſt ſeruiet ſapienti, Non eſt inquam Marius repræhenſione dignus, ſi inhærendo titulo de maioritate, & obedientia, & vt dignitatum ordo ſeruetur, quærit quæ ſibi de iure deberi exiſtimat.

In qua tamen quæſtione illa ſit firma reſolutio, ipſum Marium Coadiutorem ſedere debere in vltimo loco poſt Canonicos; quia licet Coadiutor illius perſonam referat, cui adiungitur, & ſubrogatus ſubrogati naturam ſapiat, id nihilominus habita ratione aliorum inferiorum intelligitur, non autem reſpectu parium, quos quidem præcedere non poteſt, cum illi propria dignitate, & prærogatiua fulgeant, Coadiutor autem aliena luce coruſcet; illiq; ſint veri Canonici, Coadiutor vero fictus, vel vt aiunt, in herba: & ſedes non ob Canonicatum, ſed ob antiquitatem comperat. Siquidem ille gradus cæteros antecedere debet, quem labor prolixior, & ſtipendia longiora anteriorem fecerunt. *l. 1. & 2.C. de rei vendicat. l. 1. ff. de albo ſcrib. Gonzales l.c.num.102. Riccius in praxi var. reſ reſolut.137. Garzia ſ.p 4.c.5.nu.67. Suar. tom. 2.de relig.l.4.c.22.num.19. Barboſ.p. 3. de off. Epiſcopi Alleg.60.num.13.* Vbi ait quod Coadiutores etiam perpetui, & cum futura ſucceſſione, fidei profeſſionem emittere non tenentur, niſi cum factus fuerit ſucceſſioni locus, quia Coadjutor durante Coadiutoria, non eſt in poſſeſſione Canonicatus, & ideo poſt mortem adiuti fit verus Canonicus, & tunc eſt ei aſſignanda vltima ſedes, ita vt eum præcedāt a Canonici ingreſſi etiam durante eius Coadiutoria, & poſt eius receptionem.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico Marium qui diuinas preces alternatim in choro recitare tenetur, non ſatisfacere, ſi ſuum verſiculum incipiat, antequam altera pars ſuum expleuerit, quia pars quæ anticipate dicitur, cum ſocijs non communicatur, qui eam audire nequeunt. Sicut etiam lethali implicatur culpa, & ſatisfacere non cenſetur, ſi in notabili quantitate, verba diuini officii omittat, vt ſi verſiculos inchoet, & finiat, ijs omiſſis, quæ in medio verſu continentur, quia præceptum in re graui violatur, niſi, vt aliqui volunt, & ſupra admonui, inuoluntarie hoc fiat, v.g. ex linguæ præcipitantia, balbutie, inſolita conſuetudine, quæ corrigi nequeat. Aliquando .n. euenire ſolet quod ex *Seneca* ait *Bald. l. 3.conſ.161.* Vix eſt remedio locus, cum vitia mores fiunt Epiſcopi tamen quantum poſſunt conari debent, vt hunc abuſum à ſuis Eccleſijs auocent, & curare vt Canonici in hac re bonam, ac canonicam mentem induant. Quales abuſus non ſolum in Canonicorum Collegiis, ſed & in religioſis cætibus vigent, vbi aliquando nihil aliud attenditur, quam vt finis cernatur, & hora tranſeat, ſed an bene vel male non curatur. *Vgol. de off. Epiſcopi par. 1. c. 19. §. 1.* Ad quod vitium euellendum valde proderit ad mentem reducere viſionem relatam à *D. Ant. 2. p.tit.9.c.12.§.3.* de quodam S. Patre, qui vidit in choro Dæmonem multa ſacco imponentem, & cū interrogaret, quid inuolueret, reſpondit. ſyllabas, ac verba, quæ ij, vel illi omittūt; vt nēpe eos eius rei in futuro iudicio accuſaret, vt etiam aduertit *Biſfeldius de Inſt. cleric. c.10.* & nos alibi annotauimus *ſ. ſup. tr. 4.c.4.q.39.*

Quippe vt quidam ſapiens dixit, & obſeruat *gloſſ. in c.10.ext. de celluſ de reg.* Deus non eſt remunerator nominum, ſed aduerbiorū, hoc eſt non remunerat Deus bonum quod fit, ſed quod bene fit. *Et ex D. Thoma doctrina in 1.2.q.18. art. 3. &* 4. Actio bona non eſt niſi omnes vndiq; bonitates concurrant; quia quilibet ſingularis defectus malum producit.

Corollarium deciſionis 2. q.

AD illud vero quod quærebatur, an Marius bene agat, vel peccet dum in choro ſecum muſcum defert cum aliquorum Concanonicorū offenſione, dico quod ſi hoc facit, vt ſenſui pareat, & voluptati, vel vanitati indulgeat, malum, ac peccaminoſum eſſet, ſecus ſi valetudinis cauſa, vt cerebrum confortetur, vel teter halitus expellatur,

modo

Digitized by Google

modo condimentum rerum omnium modus adſit: ad omnia.n. illud cum eum valet, Ne quid nimis. In vniuerſum vero loquendo peregrini odores, atq; omne artificium bene olendi proprij naturalis, non boni odoris argumenta, & latentium ſunt ſigna defectuũ, vnguenta.n. oicẽ, & hirciſ. ſuperbiam, & luxuriam olent. *c. ſi*, 21.q.4. Hinc Zeno philoſ. teſte *Laertio in eius vita*, ſentiens quendam inter aſtantes vnguentum, & muſcum redolere, dixit quis hic mulierem olet? *Et D. Hier. in Eſaiam c.* 39. Qui, inquit, hoc fecerit, & odores geſtarit, is in muliebrem mollitiem redigitur, Notum eſt illius adoleſcentis exemplum, qui dum vnguentis delibutus, pro collata præfectura, Veſpaſiano Principi gratias acturus, ante eum ſtaret, ille hauſto mox odore ſubſtomachãs, acri ſupercillio inſurrexit dicens, Mallem allium oboleuiſſes, ſicq; increpitum ſine honore reſciſſis iam conceſſæ gratiæ literis, bene olidum dimiſit, *Petrar. de ſuaui odore Dial.* 22.

Vbi ſub lit, Ita cum ſemper dedecori ſint huiuſmodi odores, interdum etiam damno ſunt, maxime vbi morum grauis ac maſculus cenſor ſit.

Porro huius Canonici in hac re culpa, modo praua intentio, & ſcandalum abſit, venialem reatum non excedit. *ex traditis per D. Thomam* 12. *q.*88. *art*, 2. Sed horribile exemplum diuinæ caſtigationis in nobilem Venetam fœminam, quod inordinatis odoribus nimis addicta eſſet, videre licet apud *Baronium. tom.* 10. *Anno* 998. *num.* 30.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. ſic reſpondeo, dicendo, Marium, qui in choro officium dicere tenetur, & mortaliter peccare, & ſuæ obligationi non ſatisfacere, ſi verſus cum aliis ſociis non canit, ſed ſubmiſſa voce recitat. Imo ex cõiori, & probabiliori ſententia, illum non tantum lethaliter peccare, ſed nec etiã quotidianas diſtributiones ſuas facere, cum commutatiue iuſtitiæ legem violet; ideo ad reſtitutionem obligari ſaltem, vt aliqui volunt, quò ad partem illarum diſtributionum, quæ ratione miniſterii canendi debentur. Quoniam Canonicus non ſimpliciter tenetur horarum canonicarum preces in choro recitare, ſed cum aliis alternatiue penſum ſoluere; ita vt alternatim una Canonicorum pars ſuum verſiculum recitet, & altera pars alterum, & ſic alterius partis quiſq; ſit particeps, ut habetur *in clem.* 1. *de celebrat. miſſ. c. dolẽtes. ext. eodem, & in Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de refor. c.* 2. Nam qui aliquid cum aliqua qualitate facere tenetur, non ſatisfacit, ſi abſq; ea illud agat *l. quoties ff. qui ſatiſd. cogantur.* Et Canonici non deputantur, nec conuenire ſolent, ut reliquos audiant, ſed ut ſimul pſallant. Sicut operarius in uineam non conducitur, ut ibi aſſiſtat, ſed ut in ea operam ſuam nauet, nec Parochus ut ſimpliciter reſideat, ſed ut onera parochialia exerceat. Atq; ita communi praxi recipitur. Niſi tamen ex ipſiuſmet particularis Eccleſiæ Cathedralis, uel Collegiatæ ſtatuto, conſuetudine, uel fundatione, ſola præſentia ad diſtributiones quotidianas lucrandas ſufficeret, dum Manſionarii adsũt, qui Canonicorum nomine perſoluunt, *Vgol. l. c. num.* 4. *Suarez. tom.* 2. *de relig. l.* 4. *c.* 12. *Macignus de hor. can. c.* 66. *Bonac. d.* 2. *q.* 3. *p.* 2. *num.* 17. *& ſeq. Garzias. p.* 3 *c.* 2. *nu* 514. *Filliuc. tr.* 2 1. *c* 6. *num.* 197. *Molf. tr.* 5. *c.* 2. *nu.* 25. *Nald. v. offic. diuin. n.* 19. *Moneta. de quotid. diſtr. p.* 2. *q.* 2. *nu.* 43. Quod mĩ improbauimus ſup. *c.* 1. *q.* 9. *dic.* 3.

Qui autem priuatim recitat, ut à peccato excuſetur, & beneficii ſui fructus ſuos faciat, ſatis eſt eum ſic proferre, ut uere dici poſſit uocaliter orare, ita ut ſe ipſum audire ualeat. Et quidquid ſit de ſpeculatione, quatenus ad praxim attinet, ſi quis officium recitaret, & ſe ipſum non perciperet, illud repetere teneretur, quia probabiliter iudicari poteſt, articulatam uocem non formaſſe; niſi forti ex aliquo accident aliquod obſtitiſſet, quod uocis auditionem per breue temporis ſpatium impediuiſſet. Et qui cum ſocio recitat, qui etiam hac obligatione, tenetur dẽt ita alte recitare ut à ſocio percipiatur nõ ut ipſe, ſed ut ſocius ſatisfaciat, &c. *Azor l.* 10. *c.* 11. *q.* 4. *Suar. l. c. c.* 7. *num.* 5. & alii magis communiter quidquid contradicere uideatur. *Bonac. l. c. nu.* 24.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4 quæſtionem dicimus, Primo Marium male agere cum diuina officia ex canonicis ſanctionibus interruptè non ſint perſoluenda, *c. nihil. c. illud* 7. *q.* 1. *c. nullus. de conſ. diſt.* 1. *c. dolentes. de celeb. miſſ.* Et nos ipſa naturalis ratio cõuincit, namqui cum Rege, uel Principe ſermonem habet, cum minime interrumpit, nec ad plebeum, ac infimæ conditionis hominem orationem diuertit, ni ruſticus, & inurbanus haberi uelit. Hinc communiori calculo DD. receptum eſt, interruptionem, ſeu interpellationem notabilẽ, ſeu ad longum tempus, & ſine cauſa factam, niſi repetatur, lethali noxa, uel ſaltem ueniali graui non carere, cum unitas cuiſq; horæ ad ſolemnem ritum, & præſcriptam formam, in recitandis horis pertineat. Notabilis autem interruptio ex proportione ad horam, quæ dicitur, iudicanda eſt, u, g. in interruptione matutini longior temporis mora, quàm in interpellatione ſextæ, uel nonæ, ut notabilis cenſeatur, exigitur, Sic etiam aliquid maius inter pſalmum, & pſalmum, quàm in eius medio

qui primo propter varias eius virtutes in magna hominum opinione habebatur, poſtquam imaginem ſuam in multis, Eccleſiis poſuit, ſtatim ambitionis, & inanis cupiditaris notam commouiſſe. *Palaot.l.c.c.19.* Quod ſi apud gentes, Traiani Imperatoris leuitas repræhenſa eſt, qui nomen, & inſigne ſuum omnibus parietibus imponebat, vt hanc ob cauſam, à nonnullis herba parietaria dictus ſit. Et ſi Antiſthenes ijs qui immortalitatem appeterent, vnicam viam oſtendit, vt iuſte, pieq; viuerent, hominum vulgus damnãs, qui è ſtructuris, ſtatuis, trophcis, ac libris, Sempiternam nominis memoriam promittunt teſte. *Coſta. Fer. 2. poſt. 3. Dom. Quadrag.* quanto minus hoc Chriſtianum, ac religioſum homine A decebit, qui veram grauitatẽ profiteri, & vanã rerũ ſpeciem aſpernari debet? Sic commendatur Plotinus qui nõ eſt paſſus ſe à quoquam pingi, cum diceret, ſi quis hac via nominis æternitatem, & poſteritatis prædicationem quærat, parum quidem intelligere, quidnam amplum, aut anguſtum ſit, cum exiſtimet, picturam, vel ſculpturam, hominis manu factam, ex fragili caducaq; materia conflatã, poſſe d'uturnitatis monumẽta tueri. *ex Porphyr. in vita Plot.c.1.*

Negare tamen non poſſumus quaſdam imagines ab ipſis auctoribus tàm recta mente expeti aliquando poſſe, vt non modo vituperationem non incurrant, ſed commendationem potius, & laudẽ aſſequantur: hoc.n. ob cauſam multi ſancti viri, ſe ſe pingi, vel ſculpi paſſi ſunt, noſtra, Patrumq; memoria; & paſſim ſuppetunt virorum exempla dignitate, ac virtute excellentium, qui in eadem cauſa fuerunt, de quibus ita ſentire par eſt, illos & pietate, & boni ſtudio, quod egregie de Dei gloria, & proximi vtilitate, in illorum actionibus elucebat, quominus id fieret, non recuſaſſe. *Molan. l. 2. de Imag. c. 62.* vbi ait, cũ D. Gregorius Magnus legatur ſuis monachis ſe ipſum in effigie reliquiſſe, manifeſte conſtar, nõ in vniuerſum humano affectu eos laborare, qui ſe in imaginibus exprimi cupiunt. Siquidem Maiorum virtute præſtantium ſimulachra poſterorum animos ad virtutem accẽdunt, vt tradit *Saluſtius in præfat. Belli Iugurt. & Simancas in Cathol. Inſtit. tit. 33.* Sicuti etiam extra controuerſiam eſt, eos qui epitaphijs nomen ſuum ſaxis, parietibuſq; inarare curant, vt prætereuntium precibus commendentur, vel vt rerum egregie geſtarum memoria virtutis flammam in inſuetũ pectoribus excitent, pie, ac religioſe facere. Qui vero in vnum neglectis multo potioribus ſtudeat, vt laudem inde venentur humanã (ſunt enim non pauci, qui inanis gloriæ, popularisq; auræ ſitim ne poſt mortem quidem deponere poſſunt) merito repræhenſione digni videntur. Humana vanitas, & ambitio non ſolum præclaris hominibus, ſed etiam turpiſſimis beſtiis inſignia monumenta, ac conſpicua funera parauit, *vt per Alex. ab Alex. lib. 6. Dierum gent. c. 14. Dacianu in tract. crim. lib. 6. c. 40 num. 44. Boniſ. de furtis. in v. aliena rei num. 37.*

Quippe, & Philoſophi quidam ſatis intellexerunt, virtutem ſolam, non vanas titulorum inſcriptiones, poſt obitum, ac cineres, in pretio eſſe: nã in ſpecie Plotinus, Monumẽti inquit impẽſa ſupua cua eſt, memoria noſtra durabit, ſi vita meruimus *Petrus Bacherius in Apologetico pro defũctis c. 15.*

Vnde cum hæ Hilarii actiones intermediæ ſint, nec eundem indifferentiæ campum retineant, ſed in neceſſarios alicuius finis terminos compellantur & hominis, loci, temporis, aliarumue rerum qualitatibus circumſcribantur, ſequitur vt ex his ſingularibus priorem naturam, communemq; relinquant, & nouum gradum aut laudis, aut uituperationis ſuſcipiãt. Communiter tamen ſi ob quadam inanem gloriam fiant, venialis culpæ reatum non excedunt, per ea quæ de vanæ gloriæ peccato moralũ rerũ ſcriptores tradũt, præſertim *Tol. l. 7. de peccatis c. 7. & Nau. c. 23. nu. 10. & nos in 1. par. tract. 6. c. 2. q. 7.* At vt quidam pius Author dixit, Bonarum mentium eſt etiam a paruis culpis abſtinere, & cordis imitari naturã, quod vt nobiliſſimum, ita nihil noxium pati poteſt.

IIII. Q. RESOLVTIO.

Et Documenta.

AD 4. q. qua quærebatur an Parochus cogire deberet Hilarium grauiter ægrotantem ad dimittendam, & à ſe abdicandam fœminam illã, quæ ei ab obſequiis erat, attamẽ eius concubina à pleriſq. viciniæ hominibus reputabatur, dico, Curatum teneri eum cogere, vt fœminam illam à ſe repellat, nam quæ à iure de concubinariis ſtatuuntur, de his etiam cenſenda ſunt, quos populus tales eſſe credit, licet non ſint, donec ueritas patefiat; quandoquidem non ſolum à malo, ſed etiam ab omni mali ſpecie cauendum eſt *c. cum ab omni ext. de vita, & honeſt. cler.* Et talis debet eſſe ſacerdotum vita, vt de unoquoq; dici poſſit quod de ſole Phythagoras dicebat, Aduerſus ſolem ne loquaris. *D. Iſidor. de ſummo bono l. 3. c. 46. Nau. c. 14. nu. 31. & c. 16. num. 20. Nam vt dixi de ſup. c. 1. q. 9. & Syl. v. clericus 2 §. 4. & Petrus Sotus de temp. cler. lect. 4.* & alij aperte ore fatentur, clericum habitare cum fœmina ſuſpecta lethale flagitium eſſe, cum ei interdictum ſit, non ſolum concubinas retinere, ſed nec mulieres de incontinentia ſuſpectas, & diffamatas; ut expreſſe habetur in Bulla Leonis X. de *publ. concub. §. publici autem &c.* Sic

& Conc.

& Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. non ſolum concubinarum retentionem Clericis prohibet, ſed etiã cum aliis mulieribus cohabitationem, de quibus poſſit haberi ſuſpitio *ex c. interdixit, diſt. 32. Dotian. tract. crim. l. 6. c. 21. tit. de concub. cler. Farinac. de Delictis carn. q. 138. par. 2. num. 74. Bened. Aegid. de Priuileg. Honeſt. art. xi.* Vt etiã omittam quod notanter, & ſapienter dixit D. Cyprianus *de ſingul. cler.* Sacerdotis dignitati minime conuenire, rem tàm ſanctam, & ſacram, à muliere famulatum accipere, quæ ſicut ob ſexus conditionem à Sacris arcentur, nec in eiſdẽ miniſtrant, ita nec Sacerdos ob ſui gradus prerogatiuã, & præſtãtiã, illas apud ſe familiares habere debet; Ita ut merito de nõnullis *D. Hier. Ep. 4. ad Ruſ.* ſic cõqueratur, Videas accinctis renib⁹, pulla tunica, barba prolixa, à mulieribus nõ poſſe diſcedere, ſub eodẽ manere tecto, ſimul inire conuiuia, ancillas iuuenes in miniſterio habere, & præter uocabulum nuptiarum, omnia eſſe matrimonii &c.

Vnde & *Marc. Ant. Gen. in Pract. eccleſ. q. 28.* reſoluit fauore eccleſiæ, & iuſta ex cauſa, Canonicos ſeparatim uiuentes poſſe ab Epiſcopo cogi ut ſimul, ac communiter uiuant, vt quia propter illam ſeparatã vitã cõcubinas tenerent, vel in diuinis officiis perſoluẽdis negligẽtes forent &c. *vt per Scribentes in c. quoniã. ext. de vita, & honeſt. cler.*

Ideo vt ad rem noſtram redeamus Hilarius abſoluẽdus non erit, niſi eam fæminam de domo eiiciat, perinde ac ſi concubina foret. *Sayrus in claui reg. l. 8. c. 3. n. 9.* Eo præſertim tempore, in quo qui de hoc mundo diſcedere parat, domum ſuam diſponere debet. *Ezech. c. 38.* Nam poſt expeditum in ſtatu gratiæ teſtamentum, generalis circumciſio rerum omnium, quę aut impedire, aut ſe à cœleſtis gloriæ ingreſſu retardare poſſunt, perficienda eſt. Suſcipienda ſunt Sacramenta ad id à Deo deſtinata. Et quidem Confeſſio merito generalis ab ultima ſaltem quam feciſſet, inſtituenda erit, ut rationes uitæ ſuæ feliciter cum Chriſto Domino expediantur. Tempeſtiue quoq; uiaticum cum extrema unctione ſumendum erit, quò dignus inueniatur, qui uerbum illud *Ioſue. c. 5.* audire poſſit, Hodie abſtuli à te omnia opprobria Ægypti, ideo Cœli aditus tibi patebit &c. Conſulantur quæ tradidimus. *in Comment. de hum. vita ſtat. par. 2. c. 28. & in tract. de modo adiuuandi infirmos par. 2. c. 2. & ſeqq.* Intelligere quippe eum oportet, ſi ex eo morbo uitam cum morte ipſum commutare contingat, nõ ſolum ſicut alios homines, ſed etiam ſeueriora, & grauiora tormenta ſibi parata, ſi cum ad eius Tribunal iudicandus rapietur, minus habens inueniatur: nam cui plus creditur, plus etiam ab eo exigetur. Cum unuſquiſq; iuxta proprium ſtatum, & uocationem, iudicium ſubire debeat; at cum Canonici ſtatus præſtantiſſimus ſit, magnaq; , ac inſignis Sanctitatis annexam obligationem habeat, profecto ſtrictiori, & exactiori cenſurę ſubiicietur. *Baſſus de officio Canon. c. 28. Card. Palaot. in Arch. Bonõ par. 6. ſerm. 2.*

Hic inchoati perpetui ſupplicii formidabile prorſus exemplum in impuro Sacerdote Deus ſtatuit apud *Petrum Cluniacenſ. l. 1. de mirac. ſui tẽp. c. 25.* Iſte ſiquidem accepta damnationis ſententia, deſperans, uiſis ſe Dæmonibus, & gehennæ tormentis, ſacrilegum ſpiritum emiſit, ut et ãrefert. *Gisbertus de vita Eccleſiaſticorũ c. 40.* Illud tritum ſubiungens,

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Dicebat, quidã nolle ſe cum aduerſariis altercari, ne modum excederet, facilius .n. eſt à pugna abſtinere, quàm in pugna. Quo dicto ſignificatur, peccãdi occaſiones uitãdas eſſe, expeditus ſiquidem eſt à menſa, quàm in menſa ſe continere, & à fœdis uoluptatibus, quàm in uoluptatibus ſe cohibere. Et ut ait Sapiẽs, Qui amat periculum peribit in illo. Eccleſ. c. 3. Quippe qui dicit occaſionem, dicit occiſionem.

Eſt uniuerſorum occaſio porta malorum.

Oſtia ſi Claudis, hoſtes intraſſe non audis.

Thomas Anglicus in illud Pſal. 9. In laqueo iſto, quem abſconderunt, compræhenſus eſt pes eorum, ex libro de rerum naturis refert, uulpem ſi pes eius laqueo innexus ſit, nec aliter euadere, & extricare ſe poſſit, dentibus pedem ſibi abrodendo detruncare. Huc .n. ſpectat illud *Matth. c. 18.* Si manus tua, uel pes tuus ſcandelizat te, abſcinde eum, & proiice abs te &c. Quod eſt ut SS. Patres exponunt ſi aliquis, uel res aliqua tibi eſt ad peccandum occaſio, teq; ad animę mortem pertrahit, quamuis ita chara eſſet ac coniuncta, ut manus, oculus, & pes &c. gladio, quem ueni in terrã mittere, abſcinde, & à te abdica, ne uitam æternam amittas.

Dæmon aſtuta eſt uulpes, ſub mille coloribus, & innumeris artibus, nos aggrediens, ita ut illud Virgilianum locum habeat,

Mille trahit varios aduerſo ſole colores.

Et illud adagiũ, Cauda de uulpe teſtatur. Vulpes .n. ipſa caudam inter clunes inſerit, ita ut canis appareat, ita Diabolus finem, & intentionem ſuã occultat, dum boni ſpeciẽ ſæpe vtilitatis, tibi ſuadet, vt domi mulierem famulam alas, nec eã eiicias, vt per incontinentiam ad tartara ducat. *Laured. in ſylua mor. in v. Dæmon. n. 5.* Caiet. Lorinus, & alii ſuper illud pſal. 48. Cur timebo in die mala iniquitas calcanei mei circumdabit me. Iniquitatem calcanei luxuriam exponunt, eo quod à plãta pedis, ex medicorum doctrina, uena uenerem excitãs inſurgat. Nã & *D. Fulgẽtius l. 1. Mythol. c. 7.* ait

bum inciderit, cum afflicto afflictio addenda non ſit. *l. Diuus. ff. de officio Præt. idem Taſch. v. afflictio. concl. 240.* Quomodo vero cæcitas in foro externo probetur (nam in interno aſſerenti ſe non videre creditur) videatur *Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 278.* vbi etiam ait, illum proprie cæcum vocari, qui vtriuſq; oculi acie caret.

11. Vbi illud eſt obſeruandum quod licet ſanitatis ſit habenda ratio: nam Nō eſt viuere, ſed valere vita: nec eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis, *Eccleſ. 3. gloſſ. in c. & ſi Chriſtus. in v. medico. ext. de Iureiur. Actius. de Infirm par. 1. c. 42. Combrec. de ſtudio perfect. l. 1. c. 11. & nos in Comment. de hum. vitæ ſtat. par. 2. c. 8. & ſeq.* Et longam vitam quis tuta conſcientia exoptare queat, vt virtutum operibus incumbat, & ſibi, alijſq; proſit. *D. Thomas 22. q. 123. art. 8. D. Anton. par. 1. tit. 6. c. 2. §. 2. Diſcipulus ſerm. 134.* Nihilominus in eadem valetudine curanda moderatio adhibenda eſt. Aliqui 12. inueniuntur tùm natura, tùm ſtudiorum aſſiduitate ita affecti, vt melancholici, ac firmiſſimæ appræhenſionis efficiantur, & ab amore naturalis vitæ eo adigantur, vt non morbis, ſed morborum ſuſpicionibus inquietentur, ac medicamentorum auidiſſimi fiat, & quotidie noua remedia conquirant. In quos ſic *Petrus Damian. ep. 4. ad Marin.* loquitur. Illud nō mediocriter mihi diſplicet, quod nonnulli vegeto corpore, quiq; prorſus medicinalis induſtriæ non indigeant, hodie vapotandam Namitori venam præbent, cras ſibimet hirudines adhibent, diuerſa perendie medicaminum pro- ſtruunt artificia &c. Et certum eſt frequentem medicamentorum vſum adeo corporibus nō prodeſſe, vt etiam ipſis multum officiant. *ex Plut. lib. de valet. tuenda. Cornel. Celſo. l. 1. de remed. c. 3.* Vnde *Abb. in c. cum ad monaſterium, ext. de ſtat. monach.* cum ex aliquorum opinione retuliſſet, quod qui 13. Februarii ſanguine minuitur, non eo anno ex febre morietur, hanc rem non approbās, ſubdit, ſed non indigenti non eſt facile conſulendum, quia ex traditione peritorum, vita minuitur. Vt proinde prouerbio vulgo ſit iactatum, Parciorem in ſe ſuoſq; medicamentorum eſſe medicum, quàm in alios, cum experientia doceat medicinas, & pharmaca viſcera deterere; venas exinanire, naturalem calorem retundere, humidum radicale exſiccare, atq; his detrimentis vtentem nec opinantem ad mortem ducere. Hinc *Ouidius 2. Triſt.*

> *Eripit interdum, modo dat medicina ſalutem.*

Vt propterea quidam non illepide ſic luſerit.

> *Accipit oblatum medicus dare non ſolet aurum,*
> *Pharmaca dat medicus, non ſolet accipere.*

Nig. ad reg. 17.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico Primo, debiti ſolutionem ab Apollonia nouitia factam, & donationem, vel eleemoſynam ſacello monaſterij impenſam, etiamſi ex Decreto *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 16.* Epiſcopi vel eius Vicarij authoritas non interuenerit, validam eſſe, ac iure ſubſiſtere, Nā Primo renuntiationis, vel obligationis nomine debiti ſolutio non venit, cum ſolutio ſatisfactionem quoquo modo factam importet, per quam primæua tollitur obligatio *l. ſolutionis ff. de ſolut. l. nulla C. eodem Oinot. in §. 1. Inſtit. quibus mod. toll. oblig. Taſch. v. ſolutio. concl. 340.* Imo diffiniti iuris eſt, hominem ære alieno onuſtum, ad religionem, niſi cum certis conditionibus admitti non poſſe ex Conſtit. Sixti V. Incip. C*um de omnibus. Miranda. tom. 1. Man. Prælat. q. 17. art. 7. Roder. tom. 3. qq. regul. q. 10. art. 9.*

Secundo dicimus quod & ſi nomine renuntiationis, & obligationis, in eodem Conc. Trid. Decreto donatio etiam monaſterio facta intelligatur, ac proinde valida non ſit, ſi abſq; ſolemnitate ibi petita facta fuerit cum tàm renuntiatio, quàm donatio libertati tyronis, ac nouitiæ, ad religionis ſtatum eligendum obſtare poſſit. *Menoch. l. 2. de arbit. Iud. caſu 436. num. 8. Molina. tom. 1. de Iuſt. diſp. 159. Barboſa. de Epiſcopo tom. 3. Alleg. 99. nu. 16.* hoc tamen de eleemoſynis, per nouitios, vel nouitias factis non intelligitur, *vt per Azor. tom. 1. l. 13. c. 9. q. 2.* Præſertim ſi iſtæ eleemoſynæ modicæ ſint, quæ egreſſus libertati obſtare non poſſint, vt. ſ. Concilij locus de donationibus loqui cēſeatur, quæ alicuius momenti ſunt, dum. n. aliquid monaſterio dari à nouitio tyrocinij tempore prohibet, hanc rationem his verbis perhibet. Ne hac occaſione diſcedere nequeat, quod totā, vel maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ monaſterium poſſideat, nec facile ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit. Quare ſicut pauperi extraneo modicam eleemoſynam tribuere non vetat, nec aliqua ſolemnitas ad id deſideratur, ita nec parua donatio, vel eleemoſyna ipſi monaſterio erogata interdicitur, vt conſiderat. *Sanchez. l. 7. de precept. c. 5. num. 22.* & alii neoterici.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. reſpondendo, ſic eam reſoluendam ducimus, profeſsionem ante expletum probationis annum, à puella Apollonia in mortis articulo factam, monaſterio quò ad acquiſitionem bonorum non prodeſſe; nam licet aperta ſint iura, bona religionem ingredientis per profeſsionem Deo dicari, & monaſterio ipſo iure aſcribi, *Au-*

then-

debet in cuius locum ſubrogatur §. *fuerat*, *vbi Io. Faber. & Iaſon. Inſtit. de act.* Quæ eſt regula communis, ac magiſtralis, & ad plures caſus ad vtrunq; forum pertinentes decidendos conferens, *vt per Decian. l. 3. conſ. 43. & Tuſchum in v. ſub rogatus. 757. & per. Ant. Gab. l. 6. tit. de regulis. In. concl. 2.* Secundo quia hoc munus ei non debet eſſe damnoſum. *c. cum non deceat. tit. de elect. in 6. l. ſi quis ff. quem. teſtam. aper. Idem Tuſch. in v. officium. concl. 94. Menoch l. 1. conſ. 58. num. 6.* Quæ pariter poſitio ad multas quæſtiones in praxi frequentes diſſoluendas deſeruire poteſt. Nec obſtat *Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 8.* loqui non ſolum de Pœnitentiario Doctore, vel licentiato, ſed etiam Quadragenario, vt ſcilicet 40. annos agat, vel quia hoc tempore homines prudentiores eſſe ſoleant, *vt ait Dionyſius. l. 3. Roman. antiq.* vel quia tunc potiſſimum mens, & intellectus vigeat, vt ſcripſit *Ariſt. l. 7. Polit. c. 6. Arg. Menoch. in comment. de Arbit. Iud. cent. 6. caſu* 540. Nam iſta ſunt accidentia, & Pœnitentiarij qualitates, quæ vt DD. loquuntur, non taxatiue, ſed demonſtratiue à Tridentinis Patribus apponuntur. Aliquando .n. Pœnitentiarius in minori ætate eligi conſueuit, cum fieri poſſit, vt qui annis iunior eſt, moribus tamen peritia, ac diſciplina ſit conſpicuus. Et ex Pronuntiato Valerij Maximi, Indignum eſt, cum honori nondum tempeſtiuum videri, qui iam virtuti maturus eſt. *Ioannes Coch in Polit. l. 5. c 3. Card. Palaot. de Sacri Conſiſt. conſult. par. 3. q. 4. & par. 4. q. 1.* Sicuti etiam aliquãdo doctus, & expertus vir Doctori laureato, præfertur, cum aliud ſit eſſe doctum, aliud eſſe Doctorem *Gratian. in Diſcept. For. par. 1. c. 85.*

Atq; hæc reſolutio colligitur. *ex Moneta de Diſtrib. Quotid. par. 2. c. 21. num.* 68. Qui addit hoc idem priuilegium ad Canonicos extendi poſſe, qui tanquam minores Pœnitentiarij in partem miniſterij ab Epiſcopo aſſumuntur. Quod tamẽ non ita facile eſt admittendum; ſiquidem multiplicatis hoc pacto Pœnitentiarijs, diuinorum officiorum cultus procliuius diminui poſſet, quod Concilij menti conſentaneum non videtur, cum in ſingulari de Pœnitentiario loquatur. Quod ſi Epiſcopus aliquos alios Pœnitentiarios creare voluerit, congruam mercedem, ac honeſtum ſtipendium aſſignare debebit, ne ipſi Canonici ex labore damnum patiantur, vel ſaltem curare, vt cum Pontificio aſſenſu id faciat &c. *Bonac. de hor. can. d. 2. q. 5. punc. 3. §. 5.*

VI. Q. RESOLVTIO.

SExta q. ſic reſoluitur, Simonem Canonicum, & Pœnitentiarij vicem gerentem, à lethali culpa immunem non eſſe, cum Bachanalibus diebus perſonatus per vrbem inceſſit. Nec .n. deſunt Doctores qui ſentiunt cunctos clericos, qui Sacris initiati ſunt, omneſq; religionis approbatæ profeſſos, ſacrum habitum, quem tueri eos oportet, in illum fœdum, qui mimorum, ac hiſtrionum eſt, conuertentes, culpam æterno ſupplicio dignam contrahere, & profeſſos religioſos excommunicationis cenſura nemini tamen reſeruatæ implicari, cum certum ſit inſigni iniuria, atq; contumelia, tùm eccleſiaſticum ordinem, tùm diuinum cultum afficere, qui ſacrum caput, ſacramq; perſonam, illis infamibus laruis, & turpi veſtitu dedecorant. *Abb. in c. cum decorem, de vita, & honeſt. cler. Card. in clem. 2. q 3. de vita, et honeſ. cler. Ang. & Silueſt. in v. ludus. q. 2. & nos in Coment. de Eccleſ. Exam. par. 1. tr. 1. c. 8. q. 41. & par. 2. tr. 9. c. 14. q. 76. reſol. 1.* Et cum multi pij ac prudentes Epiſcopi hoc clericorum peccatum reſeruare ſibi conſueuerint, manifeſte conſtat, hoc eſſe lethale ſcelus, cum earum culparum eſſe ſoleat reſeruatio, quæ à diuina gratia, & amicitia homines ſeiungunt. *Comitolus l. 6 reſponſ. mor. q. 8. Salon. 22. q. 5. de dominio art. 6. concl.* 2. Vbi ait, Non deſinam admonere clericos ludum laruarum quem exercent perſonati, eſſe clericis interdictum ſub mortali, & forſan ſub eadem cenſura, qua prohibentur religioſi, ne ſine iuſta cauſa habitum ſuæ religionis mutent. Quod multo magis in Canonicis hoc procedere debet, qui inter omnes Ciuitatis, ac diœceſis clericos primarij habẽtur, prout in Aquiſgranenſi Concilio *c.* 115. patet, dum inquit, Quia euidenti auctoritate liquet, canonicam inſtitutionem præſtare cæteris inſtitutionibus debere, neceſſe eſt eos qui huius profeſſionis cenſentur nomine, procurare, qualiter in ſemet ipſis eandem inſtitutionem, vita, & moribus exornent potius quàm dehoneſtent. *Palaot. in Archiep. Bonon. par. 7. in ſerm. ad Canon.* Hinc Gualterus ille primum Canonicus, deinde Magalonenſis in Gallia Epiſcopus, ſi canonici, inquit, vocamur, & canonicã vitam profeſſi ſumus, Canones à Romana eccleſia matre noſtra nobis datos, à quibus etiam vocabulum ſumpſimus, amplecti in omnibus, & imitari debemus, *vt apud Molan. de Canon. l. 1. c. 4. & Baſſum de* Canon. *c.* 18. Vbi probat Canonicos ex vi ſtatus ad ſanctiorem vitam, & Chriſtianę vitę perfectionem obligatos eſſe. Vt etiam tradidimus *in Comment. de hum. vita ſtat. par. 1. c. ix.* In ſimili dicit *Portius. l. 1. Inſtit Ciuil. tit. de excuſat. tut. & Cur.* Scholaris relinquens ſtudium propter voluptates, vt pleriq; faciunt, præſertim tempore Carnis priuij, valde repræhenditur, iſta .n. actio eſt ignominioſa, & eum infamat.

Alterius partis,& conſeſſarij reſolutio.

QVod vero attinet ad illam . q. partem qua quæritur an ſi Simon in caſum reſeruatum incidit, poſſit ſuo Confeſſario facultatem concedere vt ab eo abſoluatur, affirmãtem ſententiam teneri poſſe dicendum videtur, ſuppoſito illo principio,& ea poſitione, Pœnitentiarium ab Epiſcopo conſtitutum, alteri vices ſuas in caſu particulari delegare poſſe. Cuius ratio eſt quod delegato à Principe alteri ſuam authoritatem committere licet *c.vlt. de officio ordin. & c. fin.§. is cui. extr. de officio deleg. Ccnarr. l. 3. var. reſol. c. 10. nu. 10. Piaſecius in Praxi Epiſc. par. 2. c. 1. Zerula in praxi pariter Epiſc. v. Pœnitentiarius, & in Praxi pœnit. c. 24. q. 17. Zecchius in repub. eccleſ. c. 24. tit. de Canon. num. 16. Io. Bapt. Conſtant. in Inſtruct. Paroch. par. 4. tit. 6. c. 4. Riccius in Praxi. var. reſol. reſol. 179. & in Praxi Cauſ. deleg. Deciſ. 121.* Vt alibi tradidimus præſertim de caſ. *reſer. par. 1. c. 5. & de hum vita ſtat. par. 1. c. 10.* Cum autem, vt ſupra firmauimus, Subrogatus eius naturã induat, in cuius locum ſubſtituitur; & Epiſcopus ſi in hæreſim, vel in alios caſus Summo Pontifici reſeruatos incidat, facultatẽ Confeſſario ſuo impertiri valeat, vt eum abſoluat, ac cum eo diſpenſet, eo modo quo ipſe Epiſcopus ſubditos ſuos abſoluere valet, atq; cum ipſis diſpenſare, ſequitur Simonem Canonicum, qui nunc Pœnitentiarii munus ſuſtinet, poſſe ſuo Confeſſario authoritatem concedere, vt ſuper caſu reſeruato, quo ob laruarum ludum obſtrictus eſt, beneficium abſolutionis impendat *Sayrus. l. 7. de cenſ. c. 14. nu. 5. Suar. diſp. 41. ſect. 2. num. 9. Garziaſ. de beneſ. par. xi. c. 10. num. 139. Sanchez l. 8. de mat diſp. 3. num. 3. & de præcept. l. 2. c. 11. num. 11. Barboſa de Epiſcopo par. 2. alleg. 39. num. 15. Sanctarell. de hæreſi. c. 5. dub. 3. arg. doctrina, quam tradit, Sanchez. l. 8. de matrim. de diſp. 3. num. 9. & Nald. v. abeſſe num. 11.* Vicarios, & vicem gerentes Prælatorum regularium poſſe vti erga ſe ipſos ea facultate, qua erga ſubditos & ipſi potiũtur &c. Nihilominus verius, & in praxi tutius reſoluẽdũ cẽſeo, Simoni hãc facultatẽ ſuo Confeſſario dare nõ poſſe, cũ Prædicti Doctores aſſerant, hanc poteſtatem ſoli Epiſcopo, vel alij quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habenti conceſſam, atq; ſic *S. Congreg. Card.* declaraſſe; ſiquidem iuriſdictio illa Prælatum abſoluendi, ſicut & cum eo diſpenſandi, ab ipſo Prælato emanat, vel à Summo Pontifice, qui in *c. fin. ext. de pœnit. & remiſſ.* ei conceſſit, vt Confeſſarium ſibi eligere poſſet *arg. c. quia periculoſum. de ſent. excom. l. 6.* Et ratio illa à moralibus Scriptoribus conſiderata, quod ſi ita non eſſet, non ſa- tis Antiſtitum, ac populi, animarum periculo conſultum foret, &c. in Pœnitentiario, vel ſubſtituto non militat, cum ei facile, & obuium ſit, per ſe, vel per alium, licentiam, vt abſoluatur ab Epiſcopo, vel eius Vicario, petere. Et apud omnes conſtitutum eſt, ex diuerſa ratione in diſpoſitione tàm legis, quàm hominis, diuerſum ius ſtatuendum eſſe. Et ſicut ex facto ius oritur, ita ex facto ius mori. *Craneta conſ. 942. Taſch. v. Rationis diuerſitas concl. 37. & in v. Facti ſpecies concl. 13.*

QVAESTIO XV.

Coadiutor Canonici, quo in loco ſedere debeat. Canonici an ſatisfaciant, ſi altera pars ſuum verſiculum incipiat, antequam altera ſuum expleuerit. Et quid ſi ſubmiſſa voce recitent horas; quid ſi illas interrumpant. Coadiutor nunquid quotidianas diſtributiones lucretur, quid ſi eam ipſe, quàm coadiutus abeſt. Legatum factum Capitulo an cenſeatur Canonicis factum, & Coadiutori ſua pars debeatur.

MArius Pontificio accedente aſſenſu, aſſumptus ab Antonino Canonico in Cathedrali Coadiutor cum futura ſucceſſione, vt vice ipſius adiuti iã ſenis, in choro ſatisfaciat, & alia munia obeat, quæ ipſi principali incumbunt. Primo conqueritur, quod in vltimo loco ſedere debeat, cum ſibi videatur de iure ſedem in eodem loco conuenire, in quo ſuus Coadiutus ſedebat, quem ipſe repræſentat &c.

Secundo dum in choro cum alijs Collegis diuinum officium perſoluit, ita feſtinanter recitat, vt nondum expletis verſiculis à ſocijs, ſequentes dicere incipiat; & cum ſuauibus odoribus delectetur, his deliburus ad chorum accedit multorum nares offendens.

Tertio ita ſubmiſſa voce aliquando recitat vt ab alijs non audiatur.

Quarto ſæpe officium interrumpit animo repetendi, & poſtea non repetit, ſed reliqua tantum omiſſa abſoluit.

Quinto cum perſonaliter choro ipſi inſeruiat, quotidianas diſtributiones ſibi deberi prætendit.

Sexto cum per trium menſium ſpatium abfuerit, tàm ſibi, quàm Antonino coadiuto illas auferri inique fert.

Septimo cum Gaſpar teſtator Capitulo eccleſiæ Cathedralis, quandam pecuniæ quantitatem reliquerit eo pacto, ac conditione, vt ſingulis annis anniuerſarium, vt dicunt, pro eiuſdem anima celebretur, & veri Canonici illam legatam pecuniam

niam inter ſe ipſos diuiſerint, ſuam partem in illa habere prætendit quæritur quid iuris in his quæſtionibus ſtatuendum ſit.

Suppoſita, & prænotiones.

I. SVPPOSITVM.

Reſp. pro clariori harum quæſtionum reſolutione, prius præmittendum videtur, Coadiudtorem in duplici genere conſtitui, prout alter ſimplex dicitur, qui ſolum deputatur ad vices alterius gerendas, vel ad onera beneficii in totum, vel in partem ſuſtinenda, prout inter partes conuentum fuerit, vel quatenus Superior diſpenſauerit Huiuſmodi autem Coadiutorem in curatis beneficijs ſi Rector ob ſenectutem, vel ob alium defectum, Eccleſiæ inutilis eſt, Legatus, Nuntius, vel Epiſcopus, conſtituere poteſt. Epiſcopis vero, alijſq; Superioribus, & etiam Canonicis, ſolus Papa Coadiutorem præſtituit. Alter dicitur Coadiutor cum futura ſucceſſione, qui non ſolum datur, vt Coadiutor in munere ſuo obeundo ex cauſa inſeruire poſſit, ſed etiam vt idem beneficium per ſucceſſionem obtineat, cum per mortem, vel ceſſionem locus datus fuerit. Et huiuſmodi adiutorem ſiue in ſimplicibus, ſiue in Curatis beneficiis ſolus Summus Pontifex pro ſua ſuprema poteſtate decernit. Et regulariter Coadiutor eiſdem conditionibus, & qualitatibus, quibus & principalis præditus eſt, fulgere debet, ſiquidem ſubrogatus eius naturam ſapit, in cuius locum ſubſtituitur. *Litem veniunt*, §. *prædiximus ff. de pet. hæred. Gonzales ſuper reg.8. Cancell. gloſſ.5.§.9.*

II. SVPPOSITVM.

Secundo præmitto, de ratione vocalis orationis, & horarũ canonicarum eſſe, vt ſtudioſe, ac deuote recitentur; ſic n. expreſſe habetur *in c. dolentes. ext. de celebr. miſſ.* (ſiquidem in humanis actionibus duo coniunctim requiruntur, vt veræ virtutis laudem obtineant, alterum vt id quod geritur, rectum ſit, alterum vt recte geratur. Sic, nanq; Deus in Deut. c. 16. præceperat, Quod iuſtum eſt, iuſte proſequeris. Et ex Senecæ proloquio, Non in facto laus eſt, ſed in eo quomodo fiat.) vt etiã nos reſoluimus ſupra *tr.4.c.4.q.38. et ſeq.* Vbi diximus quod vt diuinum officium ſtudioſe perſoluatur, requiritur vt verba non omittantur, vel mutilentur, ſed omnia rite proferantur: Hinc ſequitur eum qui ex nimia acceleratione, verba integra, vel diſtincte non proferret, vel cum alio recitans ſines verſus non expectaret, præter culpam dicti *cap. dolentes*, præceptum non adimpleret. *Tol.l.2.c.13.* quẽ omnes ſequuntur; Niſi tñ vt ait *Azor.p.1.l.10.c.7.q.11. & Leſſ.l.2.c.37. dub.10.* vitio linguæ, ſeu balbutie, uel conſuetudine quadam inolita, quam euellere nequit, quia quodammodo in naturam ſit conuerſa, is excuſetur. Item opus eſſe, vt ſine interruptione recitetur, quando .n. aliquid ita interponitur, vt iudicio boni viri, officium diuidat, & lethalis culpa admittitur, & hora incepta repetenda erit, quia talis oratio horæ ex ſua natura continua eſſe debet. Et ſi aliqui velint, recitantem diuinum officium cum interruptione, mortifere non peccare, ſed Eccleſiæ percepto quò ad ſubſtantiam ſatisfacere, ſiue ad longum, ſiue ad breue tempus interrumpat, vt apud *Bonac. de hor. can. d.1.q.3. puncto 2. num.28.*

Vt vero diuinum officium deuote perſoluatur, illius recitandi intentio requiritur, horarum .n. pſeſio eſt actus humanus, qui humano modo exerceri debet, vt proinde orandi, ac recitandi intentio neceſſaria ſit. Ex quo conficitur, horas canonicas per metum dicentem, Eccleſiæ præcepto ſatisfacere, cum metus voluntarium, ac intentionẽ non tollat; & ſi ſecus ſit de omnimoda violentia, ſiquidem cũ abſoluta ui intentio, & voluntas non ſubſiſtit *Azor.p.1.l.10.c.22.q.9. Marignus de hor. can. c.89.num.42.& alij.* Item vt deuote recitetur attentio neceſſario exigitur, ſiue illa ad verba dirigatur, ſiue ad ſenſum verborum, vel ad Deum, ſeu ad Chriſti paſſionem, vel ad aliam rem piam, cum intentione laudandi Deum, ſeu etiam ad rẽ, quam petimus, vel ad ſanctos, ad quos orationem dirigimus. Quæ conditio adeo neceſſaria eſt vt clericus beneficiarius, qui voluntarie diſtrahitur, & lethaliter animam ſuam ſauciet, ac fructus beneficii, quotidianaſq; diſtributiones, vt multi volunt, reſtituere teneatur. Quæ ſententia & ſi verita ti cõſona ſit; ob prauos nihil minus mores ad praxim parum traduci ſolet. Cum tamẽ vt ait *Natta poſt Baldum conſ.1.num.2.* Res ad praxim reducere nil aliud ſit, quàm fructum de arbore colligere, *vt per Garzian.p.3. de benef. c.1 num.186. & Molfeſ. tr.5.c.2.num.94. Fillluc. tr.23.c.8.num.262.*

Caſus, & quæſtionum reſolutio.

I. Q. DECISIO.

Ad primam quæſtionem reſpondendo dico, quod licet vt habetur in *c. non loca. & in c. mulei diſt. 40.* non loca vel ordines creatori noſtro nos proximos faciant, ſed ei nos merita bona iungant, aut mala diſiungant, nec inter ſeruos Dei computari debeat, qui de primatu tractauerit, Et ut ait *D. Ambroſ. Epiſt. 84.* Multum ad robo-

 tandum

landam dilectionem valeat, ſi ſecundum Apoſtolicam doctrinam inuicem homines ſe honore præueniant, alter alterum ſuperiorem exiſtimantes, ament ſeruire ſubiecti, & neſciant tumere prælari. Vnde Ageſilaus patienter tulit in publico ludo in feriorem, & parum honorificum locum ſibi aſſignati dicens, Oſtendam non locum viris, ſed viros loco dignitatem conciliare. Nihilominus cum vt loquitur *textus in c.1.ext.de maior. & obed.* Sit honoris iſta diſtinctio, vt ipſe prior, & maior habeatur, qui prius Communitatis conſilio, & concordi fuerit actione ordinatus. *Abb. & Felyn. ibi, & Nau. conſ.* 10. *tit. de mat.* 5. *& obed. Scala de conſ. ſap.l.*1.*c.*15.& in actibus politicis, & religioſis, Eccleſiaſticis, & in omnibus, quæ aguntur, diuina, atq; humana miniſteria ordine regantur *Fuſcb.v. ordo concl.*197. Ac vt ait *Menoch.conſ.*126.qui gratia ſeruandi ordinis tantum contendunt, nil aliud agunt quàm vt à Deo ordinata tueantur. *Arg. Roderic. in* 99. *regul.tom.*3.*q* 64 *art.*9. vbi ait, male agere Prælatos religionum, qui in honoribus, ac officiis, ignaros ſapientibus, ac doctis præficiunt, cum eruditi, ac ſcientia præditi, naturali ordine honore digni ſint, ac cenſeri debeant, iuxta illud *Solom. c.* 11. Qui ſtultus eſt ſeruiet ſapienti. Non eſt inquam Marius repræhenſione dignus, ſi inhærendo titulo de maioritate, & obedientia, & vt dignitatum ordo ſeruetur, quærit quæ ſibi de iure deberi exiſtimat.

In qua tamen quæſtione illa ſit firma reſolutio, ipſum Marium Coadiutorem ſedere debere in vltimo loco poſt Canonicos; quia licet Coadiutor illius perſonam referat, cui adiungitur, & ſubrogatus ſubrogati naturam ſapiat, id nihilominus habita ratione aliorum inferiorum intelligitur, non autem reſpectu parium, quos quidem præcedere non poteſt, cum illi propria dignitate, & prærogatiua fulgeant, Coadiutor autem aliena luce coruſcet, illiq; ſint veri Canonici, Coadiutor vero fictus, vel vt aiunt, in herba: & ſedes non ob Canonicatum, ſed ob antiquitatem comperat. Siquidem ille gradus cæteros antecedere debet, quem labor prolixior, & ſtipendia longiora anteriorem fecerunt. *l.* 1. *& 2. C. de rei vendicat. l.* 1. *ff. de albo ſcrib. Gonzales l.c. num.*102. *Riccius in praxi var. reſ reſolut.*137. *Garzia ſ.p* 4.*c.*5.*nu.*67. *Suar. tom.* 2. *de relig. l.*4.*c.*22.*num.*19. *Barboſ.p.* 3. *de off. Epiſcopi Alleg.*60.*num.* 13. Vbi ait quod Coadiutores etiam perpetui, & cum futura ſucceſſione, fidei profeſſionem emittere non tenentur, niſi cum factus fuerit ſucceſſioni locus, quia Coadiutor durante Coadiutoria, non eſt in poſſeſſione Canonicatus, & ideo poſt mortem adiuti ſit verus Canonicus, & tunc eſt ei aſſignanda vltima ſedes, ita vt eum præcedāt à Canonici ingreſſi etiam durante eius Coadiutoria, & poſt eius receptionem.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico Marium qui diuinas preces alternatim in choro recitare tenetur, non ſatisfacere, ſi ſuum verſiculum incipiat, antequam altera pars ſuum expleuerit, quia pars quæ anticipate dicitur, cum ſociis non communicatur, qui eam audire nequeunt. Sicut etiam lethali implicatur culpa, & ſatisfacere non cenſetur, ſi in notabili quantitate, verba diuini officii omittat, vt ſi verſiculos inchoet, & finiat, ijs omiſſis, quæ in medio verſu continentur, quia præceptum in re grauï violatur, niſi, vt aliqui volunt, & ſupra admonui, inuoluntarie hoc fiat, v.g. ex linguæ præcipitantia, balbutie, inolita conſuetudine, quæ corrigi nequeat. Aliquando.n. euenire ſolet quod ex *Seneca* ait *Bald. l.* 3.*conſ.*161. Vix eſt remedio locus, cum vitia mores fiunt Epiſcopi tamen quantum poſſunt conari debent, vt hunc abuſum à ſuis Eccleſijs auocent, & curare vt Canonici in hac re bonam, ac canonicam mentem induant. Quales abuſus non ſolum in Canonicorum Collegiis, ſed & in religioſis cætibus vigent, vbi aliquando nihil aliud attenditur, quàm vt finis cernatur, & hora tranſeat, ſed an bene vel male non curatur. *Vgol. de off. Epiſcopi par.* 1. *c.* 19. §. 1. Ad quod vitium euellendum valde proderit ad mentem reducere viſionem relatam à *D. Ant.* 2. *p.tit.*9.*c.*12.§.3. de quodam S. Patre, qui vidit in choro Dæmonem multa ſacco imponentem, & cũ interrogaret, quid inuolueret, reſpondit, ſyllabas, ac verba, quæ ij, vel illi omittũt; vt ſæpe eos eius rei in futuro iudicio accuſaret, vt etiam aduertit *Biſſeldius de Inſt. cleric. c.*10. & nos alibi annotauimus. *ſ.ſup.tr.*4.*c.*4.*q.*39.

Quippe vt quidam ſapiens dixit, & obſeruat *gloſſ. in c.* 10. *ext. de celluſ. de reg.* Deus non eſt remunerator nominum, ſed aduerbiorũ, hoc eſt non remunerat Deus bonum quod ſit, ſed quod bene ſit. *Et ex D. Thoma doctrina in* 1.2.*q.* 18. *art.* 3. *&* 4. Actio bona non eſt niſi omnes vndiq; bonitates concurrant; quia quilibet ſingularis defectus malum producit.

Corollarium deciſionis 2. *q.*

AD illud vero quod quærebatur, an Marius bene agat, vel peccet dum in choro ſecum muſcum defert cum aliquorum Concanonicorũ offenſione, dico quod ſi hoc facit, vt ſenſui pareat, & voluptati, vel vanitati indulgeat, malum, ac peccaminoſum eſſet, ſecus ſi valerudinis cauſa, vt cerebrum confortetur, vel teter halitus expellatur,

modo

modo condimentum rerum omnium modus adſit: ad omnia.n. illud commodum valet, Ne quid nimis. In vniuerſum vero loquendo peregrini odores, atq; omne artificium benè olendi proprij naturalis, non boni odoris argumenta, & latentium ſunt ſigna defectuũ, vnguenta.n. dicẽ, & hircũ. i. ſuperbiam, & luxuriam olent. *c. eſt, 21. q. 4.* Hinc Zeno philoſ, teſte *Laertio in eius vita*, ſentiens quendam inter aſtantes vnguentum, & muſcum redolere, dixit quis hic mulierem olet? *Et D. Hier. in Eſaiam c. 39.* Qui, inquit, hoc fecerit, vt odores geſtarit, iſ in muliebrem mollitiem redigitur. Notum eſt illius adoleſcentis exemplum, qui dum vnguentis delibutus, pro collata præfectura, Veſpaſiano Principi gratias acturus, ante eum ſtaret, ille hauſto mox odore ſubſtomachãs, acri ſupercillio inſurrexit dicens, Mallem allium oboleuiſſes, ſicq; increpitum ſine honore reſciſſis iam conceſſæ gratiæ literis, bene olidum dimiſit, *Petrar. de ſuaui odore Dial. 22.*

Vbi ſubdit, Ita cum ſemper dedecori ſint huiuſmodi odores, interdum etiam damno ſunt, maxime vbi motum grauis ac maſculus cenſor ſit.

Porro huius Canonici in hac re culpa, ſi modo praua intentio, & ſcandalum abſit, venialem reatum non excedit. *ex traditis per D. Thomam 12. q. 88. art. 2.* Sed horribile exemplum diuinæ caſtigationis in nobilem Venetam fœminam, quod inordinatis odoribus nimis addicta eſſet, videre licet apud *Baronium. tom. 10. Anno 998. num. 30.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. ſic reſpondeo, dicendo, Marium, qui in choro officium dicere tenetur, & mortaliter peccare, & ſuæ obligationi non ſatisfacere, ſi verſus cum aliis ſociis non canit, ſed ſubmiſſa voce recitat. Imo ex cõiori, & probabiliori ſententia, illum non tantum lethaliter peccare, ſed nec etiã quotidianas diſtributiones ſuas facere, cum commutatiue iuſtitiæ legem violet; ideo ad reſtitutionem obligari ſaltem, vt aliqui volunt, quò ad partem illarum diſtributionum, quæ ratione miniſterii canendi debentur. Quoniam Canonicus non ſimpliciter tenetur horarum canonicarum preces in choro recitare, ſed cum aliis alternatiue penſum ſoluere; ita vt alternatim una Canonicorum pars ſuum verſiculum recitet, & altera pars alterum, & ſic alterius partis quiſq; ſit particeps, ut habetur *in clem. 1. de celebrat. miſſ. c. dolẽtes. ext. eodem, & in Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 2.* Nam qui aliquid cum aliqua qualitate facere tenetur, non ſatisfacit, ſi abſq; ea illud agat *l. quoties ff. qui ſatiſd. cogantur.* Et Canonici non deputantur, nec conuenire ſolent, ut reliquos audiant, ſed ut ſimul pſallant. Sicut operarius in uineam non conducitur, ut ibi aſſiſtat, ſed ut in ea operam ſuam nauet, nec Parochus ut ſimpliciter reſideat, ſed ut onera parochialia exerceat. Atq; ita communi praxi recipitur. Niſi tamen ex ipſiuſmet particularis Eccleſiæ Cathedralis, uel Collegiatæ ſtatuto, conſuetudine, uel fundatione, ſola præſentia ad diſtributiones quotidianas lucrandas ſufficeret, dum Manſionarii adſũt, qui Canonicorum nomine perſoluunt, *Vgol. l. c. num. 4. Suarez. tom. 2. de relig. l. 4. c. 12. Macignus de hor. can. c. 66. Bonac. d. 1. q. 3. p. 2. num. 17. & ſeq. GarZia ſ. p. 3. c. 2. nu. 514. Filliuc. tr. 23. c. 6. num. 197. Molf. ſ. tr. 5. c. 2. nu. 25. Nald. v. offic. diuin. n. 19. Moneta. de quotid. diſtr. p. 2. q. 2. nu. 43.* Quod tñ improbauimus ſup. *c. 1. q. 9. dic. 3.*

Qui autem priuatim recitat, ut à peccato excuſetur, & beneficii ſui fructus ſuos faciat, ſatis eſt eum ſic proferre, ut uere dici poſſit uocaliter orare, ita ut ſe ipſum audire ualeat. Et quidquid ſit de ſpeculatione, quatenus ad praxim attinet, ſi quis officium recitaret, & ſe ipſum non perciperet, illud repetere teneretur, quia probabiliter iudicari poteſt, articulatam uocem non formaſſe; niſi forti ex aliquo accidente aliquod obſtitiſſet, quod uocis auditionem per breue temporis ſpatium impediuiſſet. Et qui cum ſocio recitat, qui etiam hac obligatione, tenetur dẽt ita alte recitare ut à ſocio percipiatur nõ ut ipſe, ſed ut ſocius ſatisfaciat, &c. *AZor l. 10. c. 11. q. 4. Suar. l. c. c. 7. num. 5.* & alii magis communiter quidquid contradicere uideatur. *Bonac. l. c. nu. 24.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. quæſtionem dicimus, Primo Marium male agere; cum diuina officia ex canonicis ſanctionibus interruptè non ſint perſoluenda, *c. nihil. c. illud 7. q. 1. c. nullus. de conſ. diſt. 1. c. dolentes. de celeb. miſſ.* Et nos ipſa naturalis ratio cõuincit, nam qui cum Rege, uel Principe ſermonem habet, eum minime interrumpit, nec ad plebeum, ac infimæ conditionis hominem orationem diuertit, ni ruſticus, & inurbanus haberi uelit. Hinc communiori calculo DD. receptum eſt, interruptionem, ſeu interpellationem notabilẽ, ſeu ad longum tempus, & ſine cauſa factam, niſi repetatur, lethali noxa, uel ſaltem ueniali graui non carere, cum unitas cuiſq; horæ ad ſolemnem ritum, & præſcriptam formam, in recitandis horis pertineat. Notabilis autem interruptio ex proportione ad horam, quæ dicitur, iudicanda eſt. u. g. in interruptione matutini longior temporis mora, quàm in interpellatione ſextæ, uel nonæ, ut notabilis cenſeatur, exigitur. Sic etiam aliquid maius inter pſalmum, & pſalmum, quàm in eius medio

Digitized by Google

permitti poteſt. *Nau. de orat. c. 16. num. 75. Suar. d. l. 4. c. 24. num. 10. Azor. l. x. c. 8. Molfeſ. tr. 5. c. 2. num. 39. Filliuc. tr. 23. c. 7. q. 7. num. 239. Leſſius l. 2. c. 37. dub. 10. num. 35. Bonac. diſp. 1. q. 3. puncto 2. nu. 28. & ſeq.*

Secundo dico Marium qui animo iam attente recitata repetendi officium interrupit, lethiferam culpam non contrahere, & eccleſiæ præcepto ſatisfacere, etiamſi eadem poſtea non repetat, ſed reliqua tantum abſoluat. Siquidem ille præcepto ſatisfacit, qui opus ab eccleſia iniunctum exequitur, ſed hic opus ab ea imperatum implet, cum ipſa .ſ. mater eccleſia non præcipiat officium animo reperendi recitari, ſed ſimpliciter iubeat, diuinum officium quotidie perſolui. Vnde ſufficiet ſi mutata voluntate, per priorem recitationem ſatisfacere velit. Imo hoc procedit etiamſi prius propoſitum non mutet. quoniam præceptum nequaquam intentionẽ in actu, vt aiunt ſignato, ſed in actu exercito adimplendi requirit, & ſic ſolum ad actionis ſubſtantiam, non autem vt præcepto, etiam ſatisfacere velit, hominem obligat. *DD. ſup. citati.*

Illationes.

EX qua poſitione colligitũ cõtra aliquos. Primo audientem rem ſacrã in die feſto aĩo eccleſiæ pcepto non ſatisfaciẽdi, adhuc illud adimplere, cũ eccleſia miſſæ auditionẽ, non cũ animo mandatũ exequendi, ſed ſimpliciter ſacrũ audiri iuſſerit.

Secundo eũ qui dũ diuini officij debitũ perſolueret, ſe iterum recitaturum vouit, ad reſtitutionem non teneri, ſi illud poſtea non dicat, quandoquidem non ex eccleſiæ præcepto, ſed ex priuata voti lege, illud recitare, obligabatur; fructuum autẽ reſtitutio ob diuinarum horarum omiſſionem, cõtra eccleſiaſtica inſtituta facienda eſt. *Garzias. de benef. tom. 1. p. 3. c. 1. nu. 198. Vaſquez de benef. c. 4. §. 1. dub. 7. Bonac. de hor. can. Diſp. 1. q. 3. puncto 3. num. 32.*

V. Q. RESOLVTIO.

AD quintam, & poſtremam quæſtionem reſpondendo dico, Marium teneri diſtributiones quotidianas Antonino conferre, cui Coadiutor datus eſt, niſi aliter Summus Pontifex diſpoſuerit, vel niſi Coadiutus conſenſerit, vt Coadiutori ipſi tribuantur. Et ratio illa euidens hoc comprobat, quia quod alicuius fauore inductum eſt, non debet in ipſius damnum retorqueri *l. quod fauore. C. de legibus. c. quod ob gratiam. de reg. Iu. in 6.* Sed Coadiutor regulariter in fauorem Coadiuti conceditur, ergo non debet illi damnum circa diſtributiones afferre, niſi ipſe Antoninus iuri ſuo ceſſerit, antequam ſupplices libellos Summo Pontifici exhiberet; tunc .n. Breuis Apoſtolici tenori ſtandum eſt, in quo tamen ſæpe exprimitur, vt aliquid mercedis pro obſequio in choro, & Eccleſia Cathedrali, impenſo, tribuatur, cum altari ſeruiẽs de altari viuere debeat. *c. cum ſecundũ ext. de preb.*

Addo ex communi DD. ſententia, Antoninum Canonicũ diſtributiones lucrari etiamſi Marius Coadiutor ex aliqua abſit cauſa, puta infirmitatis, & corporalis neceſſitatis, etiam cum tuendæ valetudinis cauſa ex medici conſilio medicamenta ſumit, ac ſimiliũ, ex qua adiutus ipſe ſi abeſſet, diſtributionibus non careret, nam quotidianæ diſtributiones ſenio confectis debentur, ſi aliàs reſidere ſoliti ſunt, ac etiam infirmis, etiamſi culpa ſua in morbum inciderint, aut vulnus acceperint, cum infirmitas ex culpa contracta impediat, quominus præſentes in eccleſia ſint, ac proinde iuſtam habeant abſentiæ excuſationem; nec afflicto afflictio addenda ſit. *c. 1. de cler. nõ reſid. in 6. Tuſch. v. diſtributiones. 514. Gutierez. in canon. qq. l. 1. c. 3. Fuſch. de viſit. eccleſ. l. 1. c. 15. Zerula in praxi epali q. 1. v. diſtributiones, Moneta N. de diſtrib. quotid. p. 2. q. 6. Spinus in ſpec. teſtam. gloſſ. 9. num. 30. Nald. v. diſtributiones nu. 10. & ſeq. Vgol. de off. Epiſcopi p. 1. c. 18. §. 2. num. 6. Molfeſ. tr. 6. c. 11. nu. 42. Barboſ. Alleg. 53. num. 178. Con. l. 3. var. reſol. c. 13. & Azor. par. 2. lib. 7. cap. 7. quæſt. 11. Vaſquez. de benefic. cap. 4. §. 2. dub. 3.* Vbi aliter reſoluunt de Canonico iuſte in carcerem detruſo, vt .ſ. diſtributiones ei non debeantur. Summus .n. Pontifex *in d. c. 1.* infirmitatem generatim non carcerem excepit, conſentit. *Bonac. Diſp. 2. q. 5. p. 2. §. 1.* Vbi etiam obſeruat, quod qui ob criminis ſuſpicionem in carcere detinetur, poſtquam per ſententiam innocens iudicatus fuerit, diſtributionibus ipſis gaudere poſſe, tùm quia per ipſum non ſtetit, quin choro intereſſet, ſed iniuſto carcere impeditus fuit, ne ad eccleſiam ſe cõferret, tùm quia per Sacram Congreg. Card. ita declaratum eſt, vt etiam fatetur *Garzias. 3. p. c. 2. nu. 362.*

VI. Q. RESOLVTIO.

SExtæ quæſtioni ſic etiàm breuiter reſpondendum eſſe duco .ſ. Antoninum Coadiutum, & Marium Coadiutorem abſentem, quotidianas diſtributiones non lucrari; nam *Conc. Trid. c. 12. ſeſſ. 24. de reformat.* diſponit vt Canonicis non liceat vltra tres menſes à ſuis eccleſijs quolibet anno abeſſe, alioqui primo anno priuetur vnuſquiſq; dimidia parte fructuum, ſecundo anno priuetur omnibus fructibus, creſcente vero contumacia priuetur Canonicatu. Et ſi Canonici aliqua die non inſeruiunt, quotidianas diſtributiones illa die

ſibi

Digitized by Google

ſibi competentes amittunt, & ijs qui aſſiſtũt accreſcunt, quauis colluſione aut remiſſione excluſa, vt etiam notat. *Pariſius, de reſignat. l. 1. c. 10. nu. 62.*

Quod procedit etiamſi remiſſio facta ſit abſenti ex legitima cauſa à iure permiſſa, vel ab Epiſcopo approbata, vt cauſa ſtudij, vel grauiſſimi negotij (modo non abſuerit ob infirmitatẽ, vel ob rationabilem, corporis neceſſitatem, vel ob euidentem eccleſiæ vtilitatem; nam in his caſibus, ex iuris communis conceſſione diſtributiones amittere non debet) tùm quia *Conc. Trid.* abſolute, & generaliter quamlibet remiſſionem, vel colluſionem excludit, tùm quia Sacra Congregatio aperte aſſerit, irritam eſſe remiſſionem quouis prætextu fiat, & quouis modo abſuerit. Adduntq; communiter DD. abſentem, qui hoc modo diſtributiones accipit, non eſſe in conſcientia tutum, nec in foro animæ, eas ſuas facere, cum nullus recipere, & retinere poſſit id ad quod acquirendum incapax, & inhabilis effectus eſt; malitiis .n. & hominum negligentijs obuiam eundum eſt. *l. ſi in fundo. ff. de rei vind.* Et qui non facit quod debet, eidem obuenit quod non credit *arg. c. quia. ext. de Vſuris.* Diſtributiones tamen quæ Canonicis intereſſentibus accreuerũt, illiſq; ob alterius abſentiam traditæ ſunt, iure communi retineri poſſunt, ſi ab eiſdem donationis titulo abſenti reſtituantur, cum proprie, & ſtricte loquendo non ſit idem collatio, remiſſio, & donatio, licet particulari iure alicubi non ſolum diſtributionum remiſſio, verum etiam donatio illicita ſit, *vt per Bonac. diſp. 2. q. 5. p. 4. nu. 11. & diſp. 2. q. 5. p. 7. §. 1. & 2.* Et vt ex communi reſoluit. *Barboſa. p. 3. de off. Epiſcopi Allegat. 53. num. 124.* At quando diſtributiones à præbẽdis diſtinctæ nõ ſunt, in earum locum ſuccedunt, & tanquã fructus habẽtur, & tunc ex quauis legitima cauſa abſentes illas lucrantur. Inſuper ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, qua cauetur, ſeruitium 40. annorum; eccleſiæ præſtitum, beneciatum à reſidentia liberare, ac quotidianas diſtributiones in abſentia acquirere, quamuis Canonici diuinis non interſint, obſeruari, vel potius tolerari poterit.

Tandem communiter ſcribentes obſeruãt, tres menſes, qui à Concilio Trid. quò ad abſentiam Canonicorum conceduntur, continere debere nonaginta dies, & menſem triginta. Et cum Tridentini Patres illos abſolute largiantur, nec exprimãt quo tempore incipere debeant, non ſolum continuos, ſed etiam interruptos accipi poſſe, modo illius temporis abſentia in natale, aut Paſcha Domini, aut ſimiles maximas ſolemnitates non incidat. *Menoch. de arbit. Iud. caſu 50. num. 12 Gonzales. ad 8. reg. Cancell. gloſ. 11. num. 8. Garniaſ. p. 3. c. 2. num. 306. & 316.* Nec non Epiſcopum ob legitimam cauſam poſſe Canonicis dare facultatem vt per quatuor menſes abeſſe poſſint; referunt deciſum. *Comit. l. 1. reſponſ. q. 59. & Barboſ. l. c. nu. 113*

VII. Q. RESOLVTIO.

AD 7. q. hoc ſit reſponſum, Mario Coadiutori nil de tali legato deberi, ſicut nec Antonino Coadiuto, neq; aliis Canonicis quidquã de eo accipere integrum eſt. Licet .n. aliqui ſenſerint, capitulum Eccleſiæ pecuniam ei legatam inter eoſdẽmet præſentes Canonicos diuidere poſſe, eo quod legatum Collegio Clericorum, vel Canonicorum factum, eorum ſingulis relictum cenſeatur, *c. x. Abb. in c. requiſita. ext. de teſtã. Fachin. l. 5. contr. iuris. c. 41.* Menoch. *l. 4. Præſumpt. t 12. & alijs*, verior tamen, ac in praxi receptior eſt ſententia, hanc legatam pecuniam non inter collegas eſſe diſtribuendam, ſed in bona ſtabilia conuertendam eſſe, vt ſic annui redditus, & fructus futuris Canonicis reſeruẽtur, qui onus anniuerſarium ſingulis annis celebrando ſuſtinebunt, iuxta illud,

Commoda qui ſentis iungat onus emolumentis. c. qui ſentit. de reg. iu. in 6. & c. cum ſecundum. vbi DD. ext. de præbendis. Nau. conſ. 8. tit. de rebus eccleſ. alien. Zerula in Praxi epiſc. p. 2. v. alienatio. Marc. Ant. Genuẽſ. in Man. Paſt. *c. 72. Ricc. in* Pra*xi Fori. eccleſ. Deciſ. 411.*

Documenta.

POrro nil hic ſupereſt dicendum niſi vt Canonici, tam primarii, quam ſubſtituti, ac Coadiutores ſui præcipui muneris meminerint, quod in canonicis horis in choro perſoluendis ſitum eſt, à quibus ſecundum aliquos Canonici nomen venit, talis ſiquidem diuini officij exſolutio, à D. Benedicto *in reg. c. 43.* præſtantiſſimum opus Dei vocatur, quia ad ipſius cultum, & venerationem inſtitutum eſt, & ab ipſo Deo per eccleſiam tanquam eximium, & principale opus ordinatum. At Dæmonis tentatio, ex aliquorum animo profliganda eſt, qui antequam ad hunc gradum aſcendant, tanta illum anxietate, & animi impetu affectant, vt ſe beatos fore arbitrẽtur, ſi eò perueniant, vt votis ſuis potiantur, vix autem aſſecuti quod volebant, ſtatim immoderato proprii corporis amore illecti, à concepto feruore tepeſcunt, in opere laſſantur, quotidianam reſidentiã vti crucem horrent, & auerſantur, & ſi in chorum conueniant, tanto cum animi languore, ac triſtitia id faciunt, vt omne aliud agere videãtur, quàm illud vnum, ad quod venerunt. Et ſi aſſiſtunt, (& eſt altera Satanæ tentatio) eo animo id præſtant, vt temporalia emolumenta conſequantur. Ad

quod

Digitized by Google

quod quidem ſi primaria intentione ferantur, lethali culpa non caret, *ex Nau. communiter recepto in Man. c. 17. num. 209.* Quod ſane peccatum, vt magnũ, & in Canonicis, & aliis eccleſiaſticis frequens his verbis arguit *D. Bernardus. ſerm. 6. ſuper qui habitat.* Omnes, inquit, Chriſtiani, quę ſua ſunt quærunt; Ipſa quoq; eccleſiaſticæ dignitatis officia in turpem quæſtum, & tenebrarum negotium transfiere, nec in his animarum ſalus, ſed luxus quæritur diuitiarum; propter hoc tondentur, propter hoc frequentant eccleſiam, miſſas celebrant, pſalmos decantant. Pro Epiſcopatibus, & Archidiaconatibus, Abbatiis, aliiſq; Dignitatibus impudentur hodie decertatur, vt eccleſiarum redditus in ſuperfluitatis, ac vanitatis vſus diſſipentur, vt etiam proſequitur. *Roderic. in ſpec. vitæ l. 2. c. 19. & Lud. à Ponte de Chriſt. perfect. tom. 4. tr. 1. c. 8. Baſsus de off. Canon. c. 3.*

Tria alia monita.

INſuper Canonici tria magni momenti, & perfectionis monita ſeruare debent. Primum eſt vt omnino ad Chorum ſtatim atq; vltimum ſignum datur, ita accedant, vt ibi adſint, antequam officiũ ipſum inchoetur, cogitantes, Deum ipſum eſſe qui nolæ pulſu ipſos vocet, eiuſq; voluntatem eſſe ut ſumma promptitudine obediant, excuſationes nõ quærentes, ut hęreant, ac moram trahant, alioqui culpa non carebunt. *Suarez. de horis can. l. 4. c. 13.* Secundum eſt, ut continuo, & conſtanter in ipſo choro permaneant, quamdiù diuinum officium perficitur, neq; falſas cauſas arripiant, ut citius exeant, & ex parte aliqua Deum ſancto illo cantus munere defraudent. Dæmonis illius meminerint, qui parui cuiuſdam Æthiopis ſpecie monachum quendam ex orationis loco educebet; valde .n. huiuſmodi mali ſpiritus proprium eſt, ita in odeo exiſtentes turbare, ut diſtracti ſint, & aridi, & præ tædio inde recedant, ut aliquod ſibi ſolatiũ quærant. Quare cum S. Dominicus Dęmonem ſemel ad chorum deduxiſſet, & interrogaſſet, circa quam rem monachos ibi tentaret. Hoc, inquit, efficio, ut tardius ueniant, ac citius exeant. *Lud. l. c. §. 1. tract. 3. c. 8. §. 1. & c. 9. §. 1.* Tertium monitum eſt vt pura intentione, & ab omni temporalis lucri reſpectu expedita, ſpiritualia miniſteria obeãt; grauiſſima .n. eſt auaritię inordinatio, ea ob temporale ſtipendium præcipue præſtare, vt ob ſtipẽ Sacrum facere, ad chorum ob ſolas diſtributiones accedere, horas canonicas ob beneficii prouentus obtinẽdos, &c. Aliàs lethali culpa animas proprias ſauciant, & mentali ſimonia eas inficiũt *Felyn. in c. ex parte. el 1. ext. de off. Deleg.* Et intelligant Canonici quò magis ipſi à cupiditate ſe alienos oſtenderint, eò magis Deum ad temporales ipſorum neceſſitates adfuturum. Hanc .n. cauſam *D. Chryſoſt. hom. 53. ad pop. Ant.* fuiſſe tradit, ob quam Spiritus ſanctus primis Chriſtifidelibus ſuggeſſerit, vt quæ habebant venderent, & ad Apoſtolorum pedes proiicerent, vt diuinæ prouidentiæ ſtudium circa illorum ſuſtentationem ipſa experientia diſcerent. *vide Lorinũ in commẽt. Act. 4.*

QVAESTIO XVI.

Legatum per vxorem marito factum, an computetur in dimidiam dotis partem, quam ex forma ſtatuti lucratur maritus vxore præcedente abſq; filijs. Et quid ſi matrimoniũ aſſertione vxoris cõſummatum non ſit. An perpetua onera miſſarum celebrandarum ſine Epiſcopi conſenſu ſuſcipi poſſint: & num eleemoſyna pro ſacris faciendis accipi queat, etiam ſi alijs oneribus non ſit ſatisfactum. Bona in villis poſita an Ciuibus non facta denuntiatione, ruſticis vendi poſſint. Vtrum ſacerdotes qui publicis proceſſionibus non interſunt, ſub m. p. teneantur litanias priuatim recitare. An Canonicus poſſit alium in choro ſubſtituere, & diſtributiones capere. Et an capitulum ſine Epiſcopi licentia decernere poſſit vt abſentes d. diſtributiones lucrentur. An literis non expeditis penſio exigi poſſit.

CVm Cæcilia Poſſidonio in matrimonio per verba de pręſenti iuncta eſſet, nondum tamen illud eiuſdem ſponſæ aſſertione conſummatum foret, graui morbo correpta, poſt ſacramentalem confeſſionem ab ea Chriſtiano ritu peractam, teſtamentum condidit, in quo fratre ſuo Bernardo cuiuſdam Eccleſiæ collegiatæ Canonico, & Præpoſito, hærede inſtituto, alimentorum cauſa, & pietatis, ſeu eleemoſynæ titulo, eidem Poſſidonio coniugi, & marito, centum aureos quotannis eius vita durante reliquit; cum vero defunctus erit, ad prędictum fratrem Canonicum deuolui ſtatuit. Porro cum illa ea hac vita migrauerit, ipſe Bernardus frater legatum illud ſoluere renuit, tùm quia matrimonium illud, vt dictum eſt, & Cæcilia aſſerebat, conſummatum non ſit, & propterea Poſſidonius maritus dici non poſſit, & blanditiis, importuniſq; precibus potius illecta, quàm propria uoluntate, ei illa centum reliquerit, tum quod legatum ipſum à Cęcilia ei factum cenſeatur animo compenſandi cum lucro dimidiæ partis dotis; quod ea municipalis legis, diſpoſitione ſuperſtiti marito debetur.

Secundo idẽ Bernardus Canonicus inter alios Primarius, ſine Epiſcopi, vel eius Vicarii facultate, & venia, ac Capituli conſenſu, quædam perpetua celebrandarum miſſarum onera ſuſcepit, &

Digitized by Google

quaſdam alias manuales, vt dicunt, eleemoſynas pro aliis ſacris faciendis accepit, etiamſi oneribus antea impoſitis ſatisfactum non ſit.

Tertio Diomedi ciui, & vrbis incolæ, quoddam patrimoniale prædium cum ruſtica domo ei adiacenti, contra formam ſtatuti vendidit, ſiquidem ipſa municipali lege cauetur, vt comitatus, ſeu, vt aiunt, fumancium bona abſq; denuntiatione facta conſuli, vel maſſario, in cuius communi ea bona ſita ſunt, ciuibus vendi non poſſint, aliàs ipſa alienatio nulla, & inualida ſit.

Quarto cum ſupplicationum, ſeu rogationum tempore, quæ in feſto D. Marci, & tribus diebus ante Do. Aſcenſionem celebrari ſolent, illis non interfuerit, priuatim illas litanias, & preces, quæ in Calendario, vel Breuiario præſcribuntur, non recitauit.

Quinto cum à choro abeſt, alterum in ſui locum ſubſtituit, & quotidianas diſtributiones capit, Imo cum maiore parte capituli abſq. Ordinarij conſenſu ſtatuit, vt cum iuſta abſentiæ cauſa occurrit, ipſæ diſtributiones etiam abſentibus tribuantur.

Sexto cum ſuper beneficio Alphonſi Archipresbyteri penſio 50. aureorum à Papa aſſignata fuerit, eam non expeditis literis exegit. Quæritur quid iuris tàm quò ad charitatis, quàm iuſtitiæ leges in his qq. decernendum ſit.

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1. q. reſpondendo dico legatum illud à Cæcilia Poſſidonio coniugi relictum ei iure deberi, & à Bernardo Canonico, teſtatricis fratri, ſoluendum eſſe; ſiquidem poſt matrimonium de præſenti contractum, in materia fauorabili, etiamſi copula ſecuta non ſit, vir maritus, & fœmina vxor appellari ſolent cum nuptias non concubitus, ſed cōſenſus faciat. *l. nuptias ff. de reg. Iu. vbi Decius, & Cagnol. hoc notant. c. conſultationi. vbi ſcribētes, ex. de ſponſ. Tuſch. v. maritus, & vxor concl.* 81. *& v. vxor. concl* 383. *Sanchez l.* 1. *de mat. d.* 1 *num.* 3. *Gutierez. de mat. c.* 1. *num.* 5 *& de tutelis par.* 1. *c.* 9. *num.* 6. *cum ſeq.* Et quidquid ſit de illa quæſtione, An ſtante ſtatuto vt vxore ſine liberis decedente, vir dimidiam partem lucretur, an eam acquirat, ſi ſponſa de præſenti incognita, decedat. In quo articulo comunior ſententia videtur, non deberi; eorum tamen placitum intelligendum eſt cum plane conſtat, matrimonium cōſummatum non eſſe, ſecus quando vir medio iuramento id aſſerit: nam ad probandam copulam in muliere nubili, & per verba de præſenti deſponſata, & ad mariti domum traducta, quæ aliquo tempore cum ipſo uiro habitauerit, eius iuramento ſtatur. *per c. continebatur. vbi gloſſ. et Abb. de deſpõſ. impub. Dec. conſ.* 368. *num.* 1. *&* 3. *Alex. vol.* 5. *conſ.* 149 *Maſcard. de Probat. vol.* 2 *concl. MXXX. Idem Tuſch. v. matrimonium. concl.* 129. *num.* 7. *Seraph. de priuileg. Iur. Priuileg.* 167 *Mançin. de Iur. effect.* 176. *Viuius opin.* 491. Vbi aiunt, contrariam probationem admitti, ſi mulier id neget, idq; per rei euidentiam probabitur, ſi ea ab honeſtis matronis inſpici patiatur, quod in noſtro caſu fieri non poteſt, cum ipſa Cæcilia iam pridem ex hac vita deceſſerit.

Nec obſtat quod Bernardus allegat Cæciliam ſororem ad illud legatum relinquendum blanditijs & importunis precibus inductam fuiſſe, nam cum in dubio partis deterioris præſumptio non ſumatur, aſſerēti probādi onus incumbit. *Menoch. l.* 5. *de præſumpt.* 1. *Maſcard. de Probat. concl.* 193. *Sāchez. l.* 4. *de mat. d.* 5. *et* 10. Vt omittā ī vtroq; foro importunas preces, & blanditias non obligare, niſi cum mixtum inuoluntarium efficiunt quando. ſ. omnino repugnanti voluntate, & quaſi coactus, vt vehementem importunitatem repellat, quis aliquid concedit. *Salon.* 22. *q.* 62. *art.* 2. *conſ.* 25. *Bonac. de contract. d.* 1. *q.* 2. *punt.* 12. Idemq; dicendū de Principum, & aliorum Superiorum blanditiis, non .n. conſtantis viri metum incutiūt, nec actū inſtringūt, cū potius ex *D. Thoma* 1. 2 *q.* 6. *art.* 6. volūtariū non minuant, ſed augeant, niſi ab eo agantur, qui in eos ſæuire ſolet, qui votis ſuis non obtemperant, vt etiam per *Tiraq. de temp. pœnis cauſa* 35. *Farinac. eod. tract. q.* 97. *caſu* 1. *& eūdem Menoch l.* 2. *de arbit. Iud. caſu.* 344. *& Tuſch. v. preces concl* 484. Neq; etiam officere debet illa Bernardi prætenſio, quod legatum illud alimentorum à Cęcilia Poſſidonio coniugi relictum, animo compenſandi cum lucro, ex forma ſtatuti eidem debito factum cenſeatur, &c. nam licet hæc poſitio regulariter vera ſit, vt in ſpecie conſiderat. *Baldus. l.* 1. *conſ.* 79. *& Surdus de communi atteſtans. l.* 1. *conſ.* 112. *& de alimentis tit.* 9. *Priuileg.* 34 *num.* 3. *& Deciſ.* 119. *Menoch. de præſumpt. l.* 4. *Præſumpt.* 109. *num* 35. *Mantica de coniect. vlt. volunt. l.* 10. *tit.* 2. *num.* 7. *Tuſch. v. legatum concl.* 141. *num.* 56. & alii, qui rationem aſſignant, quod debitum iſtud ſit neceſſarium ex ſtatuti diſpoſitione proueniens, ideo ſi vxor ſimpliciter marito aliquod legat, in dubio relictum in lucro à ſtatuto eidem in dote conceſſo compenſatur.

Hoc tamen non habet locum quando legatū intuitu pietatis, vel pro eleemoſyna alicui pauperi a vt in noſtro caſu relictum fuiſſet, cum eleemoſyna non de alieno, ſed de proprio ſit facienda, *c. non eſt putanda.* 1. *q.* 1. Vt de Sapiēs *Prouer. c.* 3. Honor, inquit Dominum de tua ſubſtantia. *Sil. v. eleemoſyna. n.* 5. *Val. in* 22, *tom.* 3. *d.* 3. *q.* 9. *punt.* 5. *Iuſtin.*

In

In Comment. in Tobiam c. 4. verſ. 7. & Docum. 1. Vbi ait, quod & ſi aliquando in neceſſitatibus liceat famulis de dominorum, liberis de parentum, vxoribus de maritorum facultatibu, minuta quædam egentibus tribuere, quia in his ſi non expreſſus, ſaltem tacitus, vel certe debitus conſenſus adeſſe cenſetur, qui ſatis eſt ad factum huiuſmodi ab omni iniquitate excuſandum. *arg. Syluest. in v. restitutio. v. q 3. & Beia. par.* 1. *reſponſ caſu.* 36: ſi tamen animaduertunt, huiuſmodi charitatis officia in his etiam minutioribus diſtribuendis, patri vel matri familias, vehementius diſplicere, abſtinere debent; plus. n. domeſtica pax Deo placet, quã eleemoſyna ab inuitis extorta. *arg.* 1. *Berard. epiſt.* 87. Vbi ait extortam, ſeu coactam licentiam non eſſe licẽtiam, ſed violentiam. Quare bene monet *Tobias l. c.* Ex ſubſtãtia tua fac eleemoſynam. *Et Iſaias c.* 58. Frange eſurienti panem tuum. *Vbi D. Hieronymus*, Pulchre inquit, addit tuum, ne de furto, vel rapinis, eleemoſynam facias. Atq; hanc rationem pro q. reſolutione adducit inter alias. *Rota. Bonon. Deciſ.* 10. Et multo magis hæc limitatio procedere poteſt, quod hoc legatum perpetuum non eſt, nec ad Poſſidonii heredes tranſire debet, cum eius morte expiret, nam vt communiter Iuriſtæ aiunt legatum factum ad tempus peracto tempore cum proprietate conſolidatur *Ludouiſius. Deciſ.* 398. Ac vt in iure conſtat, alimẽtorum cauſa multis priuilegiis gaudet, cum inter alia cauſa pia dicatur. *teste Surdo. de alimẽtis tit.* 8. *Priuileg.* 1. *& Tuſch. v. alimenta concl.* 286. vbi *num.* 6. ait eorum fauore huiuſmodi legatum cũ ex vltima voluntate debeatur, in principio anni, & aliquando etiam menſis cuiuslibet initio præſtandum eſſe. *Vt ſupra c.* 1. *q.* 4. *reſol.* 4.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dicimus Bernardum illius collegiatæ Eccleſiæ Præpoſitum, à graui culpa non excuſari, ſi poſt Decretum Vrbani VIII. quò ad miſſarum celebrationem editum, Incip. *cum ſæpè* perpetua onera ſine Epiſcopi, vel Vicarii facultate ſuſcepit, & alias quotidianas eleemoſynas pro aliis celebrandis accepit; hoc. n. Sacra Congr. Card. eiuſdem Pont. authoritate ſumma ratione ſeriis verbis prohibuit, cum audierit, ac nouerit, in quibuſdam Eccleſiis, tàm magnum celebrandarum miſſarum numerum, ex variis defunctorũ relictis, aut piorum eleemóſynis, impoſitum eſſe, vt illis pro ſingulis diebus præſcriptis nequeat ſatisfieri: & tamen noua onera miſſarum in dies ſuſcipiantur; indeq. fiat vt depereant piæ reſtantiũ voluntates, obſtricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animæ ſuffragiis priuentur, eccleſiis debitus ſubtrahatur cultus, ac Chriſtifideles graui ſcandalo affecti, plerumq: à ſimilibus charitatis operibus retrahantur. Ipſa Sacra Congregatio animaduertens ſe rem Deo gratiſſimam, charitatiq; ac iuſtitiæ maxime conſentaneam facturam, ſi pro uiribus ſatagat hunc teterrimum abuſum è Chriſtiana republica conuellere, atq; eradicare, inter alia quibuſuis capitulis, collegijs, ſocietatibus, congregationibus, nec non omnibus, ac ſingulis, eccleſiarum, ac piorum locorum, tâm ſecularium, quàm regularium Superioribus, vel aliis, ad quos pertinet, diſtricte interdixit, ne in poſterum onera perpetua celebrandarum miſſarum ſuſcipiant. Seculares quidem, vt dixi, ſine Epiſcopi, uel eius Vicarii, Regulares uero ſine Generalis, uel Prouincialis conſenſu, & licentia in ſcriptis, & gratis concedenda. Alioquin Secularis qui huius prohibitionis tranſgreſſor extiterit, ab ingreſſu eccleſiæ interdictus ſit. Regularis uero pœnam priuationis omnium officiorum, quę tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, uociſq. actiuæ, ac paſſiuæ, abſq. alia declaratione incurrat. Eleemoſynas uero manuales, & quotidianas, pro miſſis celebrandis, ita demum iidem accipere poſſint, ſi oneribus ante impoſitis ita ſatisfecerint, vt noua quoq; onera ſuſcipere valeant; alioquin ab huiuſmodi eleemoſynis etiam ſpontę oblatis in futurum recipiẽdis, abſteneant, & capſulas auferãt ab eccleſiis, cum inſcriptione illa, Eleemoſyna pro miſſis, vel alia ſimili ſub eiſdem pœnis ipſo facto incurrendis, ne fideles hac ratione fruſtrẽtur hæc ibi. Vt etiam inferius ex ipſa Cõgr. declar. dicemus. An autem iuri oneribus miſſarum celebrandarum detur aliquando, vel dari poſſit præſcriptio videatur. *Nau. conſ.* 1. *de præſcript. In arg. Tuſch. v. Præſumuntur. concl.* 631. *Grat. in For. diſcept. c.* 118. *Genuenſ. in Prax. eccleſ. q.* 586. Eiuſdem Præpoſiti noxa augetur, cum ſine ſui capituli conſilio, & conſenſu, talia onera ſuſcepit &c.

Propterea namq; Congregationes in ſingulis tam Cathedralium, quàm Collegiatarum eccleſiarum capitulis, ſapientiſſime inſtitutæ ſunt, vt copulatis multorũ mẽtibus, iuribus, ac prouẽtibus eccleſiarum pro quotidianis diſtributionibus, & miſſarum ſtipendiis ordinandis, ac aliis huiuſmodi, ſolo Dei honore, & animarum ſalute ob oculos poſita, ſolidius conſulatur. Hinc ab aliquibus qui de bono regimine diſputarunt, Senatus anima, & ratio reipub. appellatur. Vt propterea Lãpridius Seuer. Imperatoris prudentiam laudauerit, quod nihil vnquam ſine conſilio ſtatuerit.

Vnde Canonicorũ conſiliũ, & ſæpe conſenſum adhiberi debere, ſatis notum eſt, ex his præſertim, quæ ſcripſit. *Alexander.* 3. *ad Patriarcham Hieroſolimorum, & à Cæleſtino.* 3. *Innocentio.* 3. atq; ab

aliis

alijs conſiſmata ſunt. c. nouit. ext. de his, quæ fiunt à Prælat. &c. & toto tit. de his quæ fiunt à maior. par. cap.

III. Q. RESOLVTIO.

TErtiæ q. ſic ſatisfaciendum exiſtimamus, dicendo, Bernardum Canonicum non potuiſſe Diomedi ciui vendere prædium ruſticum à patre ſuo ſibi relictum, non facta denuntiatione in illo loco, an aliquis ſumaſtium, vel de illo communi, velit emere, cum hoc Ciuitatis, vt aiunt, Cameræ, vel Fiſco præiudicium afferre conſpiciatur; ſiquidem bona illa in Ciues tranſlata, ab oneribus, & tributis ei debitis, eximuntur, &c. Licet, n. exploratí iuris ſit, clericos laicorum ſtatutis non ligari, & in patrimonialibus eiſdem priuilegiis, ac exemptionibus gaudere, quibus in bonis eccleſiaſticis potiuntur, vt per. *Scribonte; in c. clerici. ext. de iud. & in c. eccleſia S. Mariæ. ext. de Conſtit. & per Duardum. l. 2. in Bulla Cœnæ Domini. Can. 15. q. 17. num 3. & Can. 17. q. 5. num. 4. Sayrum de cenſ. l. 3. c. 22. num. 9. Marc. Ant. Genuenſ. in Praxi. Cur. Archiepiſ. Neap. c. 92.* Fallit tamen quando ſpecialiter, & ex certa ſcientia, præſertim in terris ſibi ſubiectis, à Summo Pontifice, vt in caſu noſtro, approbata forent; quia tunc inter eccleſiaſticos indiſtincte ſunt ſeruanda. *Marta de Iuriſd par. 4. caſu. tit. 2. & 99. Surdus conſ. 2. Duard. d. q. 17. num. 25. Nald. v. Statutum. nu. 1.*

Hinc ſequitur hanc venditionem prædii Diomedi laico factam, firmitate carere, vt proinde ex ea nec ciuilis, nec naturalis obligatio naſcatur, cum clauſula, vt dicunt, annullatiua adeſt. *Iaſon. l. 4. conſ. 147.* Nec dubium quin tale vrbis ſtatutum. *tit. de vendit. & alienat. bonorum ſuman.* formam huiuſmodi venditionibus ſeruandam inducat, qua non obſeruata, actus corruat, vt late tradit. *Felyn. in c. cum dilecta. ext. de reſcriptis. Euerardus in top. legal. in loco à defectu formæ. Farinac. Decis. 247. Gratian. in Diſcept. Forenſ. par. 1. c. 82. nu. 21. Tuſch in v. forma. Concl. 415.* Atq. ſic reſoluit. *Rota Bonon. Decis. 146.*

IV. Q. RESOLVTIO.

QVartæ q. talis affertur reſponſio, & reſolutio, videlicet Bernardum illius collegiatæ eccleſiæ Præpoſitum, qui tempore rogationum ſupplicationibus non interfuit, obligatum fuiſſe ſub lethalis culpæ reatu, litanias in Calendario, & Breuiario præſcriptas, priuatim recitare, ac proinde niſi bona fides, vel obliuio excuſet, ad fructuū beneficii reſtitutionem, pro rata diuini officii tenetur; tum quia notabilis videtur illius penſ co die recitandi pars; tum quia de ipſis extat conſtitutio *in c. rogationes. de conſ. diſt. 3.* vbi hæc verba habentur, Rogationes ideſt litanias, ante Aſcenſionem Domini placuit celebrari, ita vt præmiſſum quadragenum ieiunium, in Dominicæ Aſcenſionis ſolemnitate ſoluatur. Per quod triduum ſerui, & ancillæ, ab opere relaxentur, quò magis plebs vniuerſa conueniat. Quo triduo omnes abſtineant, & quadrageſimalibus cibis vtantur. Et eo loci notat *Turre Crem.* illos dies conſuetudine feſtos eſſe deſiſſe, ita vt rem ſacram audire, & à ſeruilibus operibus abſtinere iure nemo cogatur. Sicut ieiunium in illis diebus indictum, per contrarium vſum abrogatum fere vbiq; fuit. *Azor. p. 1. l. 7. c. 4. q. 2. & c. 26. q. 4.*

Litaniarum porro nomen, vt obiter hoc dicatur, à verbo græco, quod eſt ſupplicare, ſumptum eſt; nam eiſdem ſupplicationibus S. M. Eccleſia per vniuerſum orbem, & quibuſcunq; temporibus vti conſueuit, quò Deus Sanctorum interceſſione nos à periculis eruat, hoſtes viſibiles, & inuiſibiles auertat, peccatorum nexibus ſoluat, peſtem repellat, ſalubrem aerem concedat, carnalia deſideria reprimat, à cunctis malis liberet, & omnes in ſalutis ſuæ proſperitate diſponat, vt ait idem *Turre Crem. l. c.* Litania maior in feſto D. Marci die 25. Aprilis celebrari ſolet; minor vero tribus ante Domini Aſcenſionem diebus. Illa maior vocatur, quia a D. Gregorio Magno inſtituta, vel potius innouata fuit, ad auertendum maximum, quitunc irrepſerat morbum in Vrbe, quæ mundi caput eſt. Iſta minor à Mamerto Vienneuſi Epiſcopo ordinata fuit, ob teterrimam ferarum rabiem, quæ in Gallijs homines ſæue, & crudeliter abſumebat, vt poſt *Turre Crem. ait Couar. lib. 3 var. reſol. c. 20. Baron. in Annot. ad Martyrolog. die 25. Apr. Gratianus in Diſcept. Forenſ. par. 1. c. 95. Diſcipulus ſerm. 16. de ſanctis.* Vbi hortatur vt hos dies cum ſumma pietate, & cordis humilitate agamus, quò non ſolum viſibilium luporum rabiem euadamus, ſed vt inuiſibilium, ideſt immundorum ſpirituū tentamenta vincere valeamus, & ſubitaneam mortem euitemus; contra quam tria remedia præbet, Primo vt quiſq; diem S. Marci cum ſupplicatione deuote veneretur, & in litaniis pro ſe apud Deum, & Sanctos preces fundat. Secundo vt ſingulis noctibus in fronte ſigno crucis ſe muniat dicens; Ieſu Nazarene Rex Iudæorum miſerere mei. Et vt verſiculum illum qui habetur in pſalmo 115. ſæpe trina vice pronuntiet, Dirupiſti Domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Tertio vt in ſpiritu humilitatis, & in animo contrito, Chriſto, B. M. V. & ſancto ſuo deuoto, ob hoc ſe commendet.

Atq; ſupra firmata reſolutio nempe Bernardū

ſub

ſub grauis culpæ reatu, & reſtitutionis obligatione, priuatim litaniarum recitationem omiſiſſe, ſentit. *Suarez. de relig. l. 4. c. 25. num. 7. Filliuc. tom. 2. tra. 7. 23. c. 7. n. 243. Bonac. de horis canon. d. 1. q. 3. pun. 1. n. 13. cōtra Macignum. de hor. c. d. c. 29. p. 18.*

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. q. dico primo Bernardum dictæ Eccleſiæ Canonicum, et Præpoſitum, ſecluſo Pontificio priuilegio, & ut aliqui uolunt, (quod tamen non probamus) quadragenaria conſuetudine legitime præſcripta) non poſſe alium in ſui locum ſubſtituere, & in abſentia diſtributiones lucrari. Ratioq. illa fundamentalis affertur, quod diuini officii recitatio in choro perſoluendi perſonalis eſt, quæ per alterum adimpleri nequit: ut patet in ieiunio, & oratione à confeſſario iniuncta; ut proinde illa regula hic locum non habeat, Qui per alium facit, per ſe ipſum facere cenſetur. *c. qui per alium. de reg. iu. in 6.* Sicq. hæc reſolutio colligitur *ex c. 1. de cler. reſid. in 6. & ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12.* Vbi præſcribitur, ut omnes per ſe, & non per ſubſtitutos diuina obire officia compellantur. *Tuſch. v. Diſtributiones cōcl. 313. cu Calderino cōſ. tit de cler. non reſid. Azor. par. 2. l. 7. c. 7. q. 5. Nald. in v. diſtributiones. num. 6. Bonac. de hor. can. d. 291. pun. 4. & 5.* Vnde etiam aliàs reſoluimus Canonicos, & qui dignitates tàm in Cathedralibus, quàm in Collegiatis obtinent, etiam ſecluſa conſuetudine, uel ſtatuto, vel ſi Manſionarij ſeu Capellani adſint, teneri in choro per ſe ipſos canere &c. *Barboſ. de Epiſcopo. par. 3. Alleg. 53. num. 131.*

Secundo dicimus cum maiori parte capituli abſq. Epiſcopi conſenſu, illud Decretum condere non potuiſſe, cum. n. abſentis portio non ſolum illis de capitulo, ſed etiam ſingulis beneficiarijs qui choro interſunt, accreſcat, non accedente illorũ conſenſu, per Capitulum aliquod præiudicium illis inferri minime potuit. *Ludouiſius. Deciſ. 154. Arg. Sanchez. l. 6. de præcept. c. 1. num. 19.* ubi reſoluit Præfectũ regularem ſiue Generalẽ non poſſe ſtatuta edere, quæ religioſos ad arctiorem uitam obliget, niſi omnes profeſſi conſentiãt; quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari; cum ſequitur *Caſtell. de elect. in Addit. ad Pralud.* §. 4. Quam rem ſæpius ex ſubiecta materia tetigimus. Et licet cum legitima abſentiæ cauſa intercedit etiam non intereſſentibus ipſæ diſtributiones debeantur, nihilominus id uerum eſt, quando ultra iuſtam cauſam, etiam Epiſcopi expreſſa licentia concurrit. *vt per Rotam Rom. par. 1. Deciſ. 608. ubi plures refert. & Beltram. in Annot. ad d. Deciſ. Ludou.* ubi ait, etiam hanc Ordinarii facultatem non requiri, quando culpa, uel facto Capituli reſidere impeditur; hoc namq. caſu diſtributiones debeantur, ne capitulum ex impedimento per ipſum iniuſte illato lucrum reportet, cum alteri per alterum iniqua conditio fieri non debeat *c. non debet. de reg. iu. in 6.* Et iuſtitiæ præcepta ſint, honeſte uiuere, alterum non lædere, & ius ſuum unicuiq. tribuere. *§. iuris præcepta. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuili. vt per Cagnol. in. l. non debet. ff. de reg. iu.*

VI. Q. RESOLVTIO.

SExtam q. ſic expediendam puto, Bernardum illam penſionem ſibi ſuper beneficio Alphōſi Archipresbyteri aſſignatam recipere non potuiſſe, non expeditis ſuper illius ſacta reſeruatione literis (. Quæ tales dicuntur cum plumbo ex ſtylo curiæ ſignatæ fuerint,) quidquid aliqui dicant, qui tanquam Theologi in iuris materia ſine ſolidis fundamentis loquuntur. Nam & ſi olim aliud ſentiretur, nempe in foro cōſcientiæ, vt quis ſit tutus, ſolam gratiæ ſupplicationẽ ſufficere, quãuis ſine literis ad d. penſionis ſolutionem per Iudicem cogi non poſſet. *Parifius de reſig benef. l. 8. q. 2. n. 24. Sanchez. l. 8. de mat. d. 29.* Nũc penſio literis non expeditis exacta eſt nulla, ſtante Decreto Pontificio, & clauſulis apponi ſolitis, vigore literarum Apoſtolicarum de ſuper conficiendarum, *vt per Saluſt. Tiber. in Pract. Auditoris Cam l. 3. c. 4 Garziam de benef par. 4. c. 2. nu. 439. Mant. Deciſ. 286. & Deciſ. 300. Ludouiſium Deciſ. 440. & Beltram. in Addit.* vbi communiter obſeruant eiſdem clauſulis etiam per ambas partes appoſita obligatione in forma Cameræ, renuntiari non poſſe, quia ad fauorem Officialiũ Cancellariæ ne. ſ. defraudentur, hoc inſtitutum eſt. Siquidem licet iuri ſuo quilibet renuntiare poſſit. *l. ſi quis in conſcribendo. vbi. ſ. ſe. Iaſon. C. de pactis.* Illa tamen poſitio reſtringitur, ac limitatur, quando publico fauore eſſet aliquid introductum. *Tuſchus in v. Renuntiare. concl. 170.*

CAPVT III.

QVAESTIO XVII.

Verum Canonicus, qui in capitulo cum ſententiam ſuam dicit, in rixas, & contumelias prorumpit, & acta in eo reuelat. p. m. Et quid de iniuria extra illud Concanonico illata &c.

EVgenius Canonicus cum in Capitulo, quod octauo quoq. die haberi ſolet, verſatur, & ſuam dicere ſententiam à Præſide de rebus in conſultationem adductis iubetur, in iurgia, rixas, &

ac

Digitized by Google

ac contumelias prorumpere ſolitus eſt iniunctum ſibi ab eo munus recuſare, & aliquando acta, aut dicta in capitulo ipſo efferre, & reuelare.

Item cum in quodam literario congreſſu ſuſtineret Blaſium clericum in carcere detentum ob quoddam crimen ei imputatum, poſſe illud negare, etiamſi uere commiſerit, modo ſpes euadendi adſit, Albertus vero Collega falſam hanc ſententiam diceret ſtatim eum ignarũ compellauit &c. Quæritur an in his caſibus lethaliter peccauerit & an eidem Alberto ſatisfacere teneatur.

Suppoſita, & prænotiones.

I. SVPPOSITVM.

CAnonici omnia mutua pace, & concordi voluntate peragere debent; ſicut. n. in vna ecclesia collocati ſunt, & de vna cõmuni mẽta Chriſti ſanguine acquiſita viuunt, ſic etiam vno pacis, & charitatis vinculo coniunctos eos eſſe oportet, inſtar naſcentis eccleſiæ miniſtrorum, quorum vt in actis Apoſtolorum legitur, erat cor unum, & anima una. Hinc in miſſa ante communionem oſculum pacis dari ſolet, vt oſtendatur iis ſolum qui uera pace, & charitate vniti ſunt, eſſe Domini locum. iuxta illud Pſal. 75. Factus eſt in pace locus eius. Et olim dextras etiam iungebant, vt fidelis pacis, ac vnionis ſignum exhiberent, vt docet *D. Paul. Nolan. in eo carm.*

Tunc ambo nexi ad inuicem dextras damus
In oſculo pacis ſacra.

In defunctorum vero miſſis nõ datur pax, quod mortui temporalis pace non egeãt. cum extra mũdi pugnam, & perturbationem ſint. *Io. à Turre Crem. in c. pacem. de conſec. diſt. 2.* Et ut ait *Caſtrẽſ. Li. conſ.* 420. Eccleſiaſtici pacem, & vnionem in eccleſia Dei procurare tenentur, ſicut quilibet Chriſtianus etiam obligatur, quia pax. & vnio eſt vinculũ charitatis. Pythagorici ſi quando in contentionibus, vel aliter ira commoti ad mutua conuicia proceſſiſſent, ante ſolis occaſum dextris inuicem daris, manuq; exoſculata, rem componebant. Nec immerito Aghathon Abbas in Domino gloriatus eſt, ſe nunquam ſomnum cæpiſſe, niſi prius, & ſuam aduerſus alios, & aliorum contra ſe indignationem placando ſopiret. Et quia vbi multa ſunt conſilia, ibi ſalus eſt. *Prouerb. c.* 24. Ideo quotieſcunq; de rebus capitularis patrimonii, vel de locationibus, aut contractibus, ſeu de officijs conferendis, alijſue grauioribus negotijs, in quibus neceſſaria erit diſcuſſio, inibi conſultandũ fuerit, quò maturius, & prudentius res ipſæ perpendantur, in Capitulo præcedenti proponendæ ſunt, & in altero ſubſequenti deliberari. Ac ad amouendas factiones, rixas, & controuerſias, quæ interdũ excitari poſſunt in deliberandis, ac decidẽdis quibuſcunq; negotijs, occulta ſemper ſuffragia adhibenda ſunt, vt vnuſquiſq; liberius animi ſui ſententiam expromere valeat, quam modeſte dicere debet, & ſuo quiſq; loco, non præpoſtere quod ſentit proferre. Ac omnes, tàm in proponendo, quàm in reſpondendo religioſe, & grauiter ſe gerere par eſt, à verbis ſcurrilibus, iocoſis, & contumelioſis peruicacibus abſtinentes. Quibus animi vitijs, atq; perturbationibus quicunq; laborat, conſilio inutilis exiſtimandus eſt, ſiquidem ab alijs diſſidet, nemini cedit, omnibus refragatur, deniq; melius, peius, proſit, obſit, nil videt niſi quod lubet. Vnde Prudentius,

Sciſſura domeſtica turbat
Rẽ populi. titubatq. foris quod diſſidet intus
Ergo cauete viri ne ſit ſententia diſcors
Senſibus in veſtris.

At qui meliori mente ſunt, non difficulter pro re, & tempore aliis aſſentiuntur, neq. indigne ferunt, ſi ſuam reiici ſententiam animaduertunt. D. Bernardus *in ſerm. ad milites templi.* ſummam in primæua eccleſia fidelium vnionem ex eo prouenisse tradit, quod omnes propriam ſuam voluntatem abnegarent, illam cum perfecta obedientia iis ſubiicientes à quibus regebantur, in omnibus rectiſſimam, ac puriſſimam Deo placendi intentionem gerentes, ſeruientes omnia Deo eiuſq; eccleſiæ in miniſteriis, & officiis ſibi aſſignatis humero uno, ut loquitur *Sophon. c. 3.*

Canonicorum munia.

CAnonici, ut ait *ait Lud. à Põte. de Chriſt. hom. perf. tom. 4. tr. 1. c. 8. §. 1.* nomen ſuum explere dẽnt, quod iuxta regulã viuentẽ ſignificat, & eccleſiaſtici nomen claturã, quod illũ deſignat, qui in eccleſiæ vnione vitam exigit, Quam quidem in duobus præſertim locis Canonici habere debent, In choro. ſ. vbi ad diuina officia celebranda conueniunt contendentes, ut ſicut voces in vnum cum magna vniformitate in cantu proferuntur, ita in vnum animi, & corda cum magna in affectibus ſpiritus ſimilitudine cogantur. Alter locus eſt Capitulum ad quod ad eccleſiæ negotia tractanda, ſiue ſpiritualia, ſiue temporalia ſint, conuenire ſolent. Et quamuis ibi vnicuiq. cum ſancta libertate ſuum votũ promere liceat, nec ex *D. Thoma infra citan.* ſentẽtiarum diuerſitas charitatem diſcindat, ſemper tamen cordium vnitas ſeruanda eſt vt vnum, & eundem finem reſpiciant, nempe Dei gloriam, & Eccleſiæ bonũ. Hinc Zypæus. *de iure Pontificio: l. 3. tit. de his quæ fiunt a maiori parte cap.* Non ſperni, inquit debent Cõgregationes nẽ quidẽ multorum capitum, adeoq; ſententiarum ſint: id ipſum .n. laudabile, ſi cum ratione non amore contentio

nis ſtudia in contraria ſcindantur, *ex D. Thoma. 2.2.q.29.art.3.ad 2,* modo inſtar vulpium Sanſonis colligatæ maneant caudæ, quibus vtilitatem communem concludant, diſputando .n. eruitur veritas, quæ in hoc humano ſtatu ſæpe obſcura eſt .. Nihil eſt periculoſius, quàm aliorum conſilia ita contemnere, vt audire, vel expendere nolis, ſed ſoli tibi fidere velis. Rarum quidem eſt vt omnes, qui in collegio ſunt, eiuſdem ſint opinionis, ne ergo res communes infectæ maneant, quod maiori parti placuit, exequendum eſt, *Zerula in v. capitulum §.1.*

Aduerſus hanc conſilii peſtem .ſ. pertinacem contentionem vnicum eſt remedium, Christiana patientia qua quis non tantum aduerſarium vincit, ſed & ſeipſum, .i. animum ſuum tanquam peſſimum hoſtem frangit, in quo maxima fortitudinis laus eſt. Vnde D. *Greg. l. 21. in. Iob. c. 16.* Nunquam, inquit, ſeruari concordia niſi per ſolam patientiam ualet, crebro namq. in humana actione naſcitur, vnde mentes hominum viciſſim à ſua unitate, & dilectione ſeparentur; & niſi ad aduerſa tolerand a ſe animus præparet, procul dubio humerus corpori non inhæret. Hinc etenim *Paulus* ait *ad Gal. c. 6.* Inuicem onera veſtra portate, & adimplebitis legem Chriſti, hæc ille. *& Io. Choc. l. 3. Polit. c. 8. Chaſſ. de prud. l. 1. c. 8.*

II. SVPPOSITVM.

SEcundo Supponendum, Haud minus eorum reprehendendam eſſe rationem, qui aut forte ducti, aut iuſtis Capituli ſuffragiis ad aliquod publicum munus, negotiumue gerendum delecti, id pertinaciter refugiunt, quàm qui vltro ea appetunt; vt .n. hos cupiditatis, ita illos contumaciæ ſuſpicio redarguit. Itaq. ab Epiſcopis ſtatuendum, ne cuiquam liceat officium ſibi à Capitulo mandatum recuſare, niſi iuſta de cauſa, quæ occultis pariter ſuffragationibus capitulo ipſi comprobetur. Qui renuerit, vnius anni diſtributionibus carere debeat, & grauius puniri &c. Nihil .n. leue dici poteſt, quod a Chriſtiana charitate profectũ, ad diuinam gloriam augendam tendit, atq; dirigitur. Et nihil eſt abiectum quod in republica geritur, niſi forte malis moribus fuerit viciatum. Nec ſanctorũ virorũ exẽpla deſunt, qui vulgaria quædam munera obeuntes, & tanquam ſui ſtatus propria ea adminiſtrantes, maxima laude floruerunt Vnde *D. Greg. Nazianz. ſerm. de mod. in diſp. ſer.* Hoc ordine, ait, cuncta à Deo creata contineri, vt vnuſquiſq. aſſignatum ſibi officium omni ex parte complectatur, & Deo placere cupiens, bonam in ea fidem oſtendat, *D. Auguſt. de Doct. Chriſt. l. 4. c. 18. Gabriel. Card. Palaeot. de ſacri conſiſt. conſult. par. 5. Ala. de Decur. Polit. q. 81. & Chriſt. q. 99.* Quippe eximia Canonici laus ab animi moderatione ſumitur, qua ex cultus eſſe debet; cuius quidem virtutis maximum indicium eſt, ad hæc leuia munera pietatis, ac religionis amore ſe demittere. Accedit etiam publica vtilitas, quæ in eo verſatur, vt minoribus quoq. officiis, quæ commũni ſolẽt, aliquid dignitatis, ac ſplẽdoris adijciat; nã non ſolum Magiſtratus virum oſtendit, ſed etiam vir ipſum Magiſtratum indicat, vt exemplo Epaminondę oſtendit Plutarchus in *Politicis.* Nec etiã ſi Canonici gñre nobiles ſint, hęc munia reſpuere debentinam vera nobilitas non ex ſanguine, & carne, ſed ex virtute animæ, formam, & characterem accipit, nec generis, ſed virtutum nobilitas vitæq. honeſtas gratum Deo ficiũt, & idoneum ſeruitorem. *Baron. in Ann. eccleſ. tom. 8. anno* 630. vt habetur *in c. venerabilis ext. de præbendis, vbi Abbas* notat, non valere ſtatutum, vel conſuetudinem, vt ſolum nobilibus parentibus nati, in Canonicos Cathedralium admittantur.

III. SVPPOSITVM.

TErtio præmittendum eſt, quod cum in omni negotio vtilis ſilentij fides ſit, tùm in capituli rebus è communi commodo agendis apprime neceſſaria videtur, ne quod quis eccleſiæ ſtudio pro ſententia dixerit, in vulgus inde ſi reſciſcatur, apud eos contra quorum voluntatem dixerit, oneretur; proinde tàm dignitatibus, quàm Canonicis omnibus cordi eſſe debet, vt ne quis quod actum, dictumq. in capitulo ſit, efferat. Ad quam taciturnitatem ex natura rei Canonici tenentur, & ratione ſuſcepti muneris aſtringũtur, vſq. adeo, vt vel cum vitæ profuſione in grauibus rebus, eam ſeruare debeant, *teſte Soto. in relect. de rat. deteg. ſecret. membro. 3. q. 4. concl. 6. Bald. l. 1. conſ. 250. Nau. in c. inter verba. Pralud. 2. 11. q. 3. Io. Cocb. in Polit. l. 3. c. 15.* Quod olim etiam in Conſiliis tùm Græcorum, tùm Romanorum caute obſeruatum eſſe legimus, vt, .ſ. ea, quæ ibi tractata eſſent, arcano ſilentio comprimerentur, ingenſq. piaculũ haberetur, ea diuulgare, Vnde prouerbium illud effluxit, Areopagita taciturnior. Et vetuſtum eſt illud Demoſthenis apophthegma, cum quidã oris fœtorem obiiceret, Bene dicis reſpondit, multa .n. tùm publica tùm priuata ſecreta in eo computrueruntur. Et Romana Senatus Conſulta tacita vocabantur, eo quod taciturnitas Conſiliorum quaſi theſaurus cenſeretur.

Porro ad ſilentium, & taciturnitatem ſeruandam triplex cautio ſeu remedium adhiberi ſolet.

Primo vt Canonicus in conuiuiis in quibus maxime libertatis lubrico peccari ſolet linguam contineat.

Secun-

Secundo vt à fœminei ſexus commercio, & conuerſatione caueat, nam ad elicienda animi arcana vim quadam habet, cui ſi quis ea ſemel detexerit, lippis, & tonſoribus nota erunt.

Tertio vt à diſcordiis, & peruicacia abſtineat, quæ vbi inter cōſiliorum adminiſtros inualuerint, non eſt quod aliquid fidum, ac ſecretum fore putamus. *Io. Chor.l.c.*

I. Q. RESOLVTIO.

His hoc modo præmiſſis dico, Eugenium diffícile poſſe à mortali peccato excuſari. Primo ſi contendendo alios canonicos contumeliis inceſſat, & iurgia miſceat, quæ prorſus à ſacris rebus, perſonis, & locis remota eſſe conuenit, vt potè cum Dei, & proximi charitatem maxime lædant, *Reginal.l.17.num.131.& 24.n.100.* De qua ſe diximus ſuperius.

II. Q. RESOLVTIO.

Secundo ſi cum pertinacia munus à Capitulo mandatum recuſat, præſertim ſi cauſa ipſa ad Epiſcopum delata, & omnibus circumſtantiis ab eo perpenſis, ipſius etiam Paſtoris præceptum accedat. Siquidem inobedientia, & tranſgreſſio præcepti Superioris ex contemptu ſaltem tacito in re graui lethalem culpam inuoluit, cum ſciamus in diuinis præceptis contineri, vt Superiorū ſcita cuſtodiamus &c. *c. qui reſiſtit. 11.q.3. Suarez. l.3. de legib.c.28. Sanchez.l.1.de precept. c. 5. Reginal. l. 15.n.62. Molfeſ.l.8.c.8 n.85.* vt annotauimus *tr. 6 c.6.q.21.* Quò ſpectat illud. *Gerſ.tom.3. lede vita ſpir.lect.6. cum ait.* Si paſſim abſq. prætenſo quolibet ignorantiæ, vel fragilitatis, vel impotentiæ velo, ſed pro ſola libidine tranſgrediendi, quę monita ſunt, religioſus effrænis eſt ad omnia, velut vnus ex ſecularibus, palam eſt quod cōtemnit, præſertim ſi ſuper iis addiderit pertinaciam quæ recuſet diſciplinam &c.

III. Q. RESOLVTIO.

Tertio Canonicus, qui ex publico officio adiuncta aliqua ordinis iurandi religione, fidem ſeruare tenetur, ſi in rebus præſertim magni ponderis, ſecretum reuelet, & pandat, iniuſtitiam mortalem committit, & ex ſuo genere grauiorem, quàm ſi mutuum, aut depoſitam pecuniam non redderet. *vt ait. Sotus. de teg: vel deteg. ſecreto membro 1.q.3. Paleotus. de Sac. Conſiſt. Conſult. membro. 5.* Poſſet tamen à mortali culpa excuſari, ſi ob ſubreptionem, inde liberationem, & loquacitatem, ſecretum illud reſeraſſet, nam vt Iuriſtæ aiunt, lubricum, vel tranſcurſus linguæ, vel ſermo male, & incaute prolatus ad pœnam non trahitur. *gl. in c. fin. d.43. Oldrad.conſ.185. Alex.conſ.180.* Sic in ſimili dicit. *Pet. Nau. l. 2.c 4.num.335.* reuelantem ex loquacitate, vel leuitate aliquod alterius peccatum ſi nullum, vel leue detrimentum ſubſequi poſſit, lethalis noxæ reum nō fieri, dum ſine iudicio volat irreuocabile verbum. Qua in re illud præcipuum incommodum inter multa alia, quibus capitula, & aliæ Congregationes afficiuntur, deplorandum, ac deteſtandum eſt, quod vbi aliquorum leuitate ea in vulgus efferri contingat, quæ ingenue aliquis Canonicus, vel Decurio in propoſita controuerſia protulerit; multę ſimultates, & occulta odia in eum erumpunt, quò poſtea fit vt minus libere ſententiam dicat, & publica negotia priuatis rationibus cedant. *Synodus Ameriana de Canonicis. cap. 536. Ala. de Christ. & polit. Decur.q.26.*

IV. Q. RESOLVTIO.

Quarto dico ipſum Eugenium teneri ab ipſo Alberto veniam, & reconciliationem petere, cum eum ignarum appellando grauem illi iniuriam intulerit; nam & ſi per ſe loquendo, & cæteris paribus ille prius ſatisfacere teneatur, qui prius offendit, cum ſic æquitatis, & iuſtitię lex poſtulare videatur, cum tamen cętera paria nō ſunt, qui prius leuem alteri iniuriam intulit, & longe grauiorem poſtea pertulit, veniam prius poſtulare non cogitur. *Syl.in aur. roſa caſu. 56. Graff. in Deciſ.aur.l.2.c.72.num.12. Bonac. de leg.d. 3. q. 4. puncto. 3. Reginal l. 17. num. 125.*

Eſt autem commune axioma, reum lethali culpa implicari, ſi legitime interrogatus negare audet etiamſi mortis periculum immineat; & vt reſpondere teneatur, Iudex competens eſſe debet. crimen ſemiplene probatum, vnico ſaltèm teſte omni exceptione maiori, uel ſufficiētibus indiciis, quæ illi nota eſſe debēt *Th. 22.q.64.art.1. vbi Caiet. Salon. Arrag. & Val. Sanch.l. 3. de precept.c.7.* & alii cōiter. Veruntamen nonnulli etiā graues, authores Eugenii opinioni fauētes tenent probabilē eſſe ſententiam, vt quamdiu ſit euadendi ſpes, etiāſi reus iuridice interrogetur, non teneatur crimen fateri, ob quod vel mors, vel triremis pœna, & huiuſmodi infligeretur. *Leſſ.l.2 c.31.num.16. Reginal.l.24.num.37. Molfeſ tr 11.c.11.num.77. Bonac. de leg.d.10.q.3.pun.2.num. 7. vt dixi tr. 7. c. 32.q.130.*

QVAESTIO XVIII.

Vtrum habens Archidiaconatum, et ſimul Canonicatum duas etiam diſtributiones habere debeat, &

An abſente Epiſcopo poſſit cenſuram in aliquem ferre. An alteri referens iniuriam ſibi illatã par. & nũc cũ homicida, & adultere diſpenſare que at.

LAurentius in Cathedrali eccleſia obtinet dignitatem Archidiaconatus, & Canonicatum ſimul, ideo in capitulo prætendit duas voces, & ob præſentiam in choro, duas etiam diſtributiones obtinere, quæritur an poſſit.

Item ſecũdo quendam Canonicum contra aliũ conuicia in capitulo proiicientem, per duos menſes abſente Epiſcopo à diuinis ſuſpendit, quæritur pariter an ei id licuerit.

Tertio cum quandam iniuriam à Gabriele ſuo collega accepiſſet, Poſſidonio amico ſuo eam retulit. Vnde quæritur an hoc agendo lethali culpa ſe maculauerit.

Quarto abſente Epiſcopo, Vicarii locum tenẽs, cum Daniele Manſionario diſpenſauit, vt ſua munia obire poſſit, nam vitæ tuenda cauſa, vim vi repellendo Iulium laicum interfecit, cum ab eo in adulterio cum propria vxore decumbens ſit deprehenſus. An iure id agere potuerit.

I. SVPPOSITVM.

REſp. Præmitto primo Prælatum ſic dictũ, quod aliis ſit antelatus, tripliciter accipi, communiter, proprie, & propriiſſime. P.modo dicitur quilibet clericus animarum curam habens, vt Parochus. Secũdo nomine Prælati veniũt maiori prærogatiua ſine tñ iuriſdictione fungentes, vt Decani, Archipresbyteri, Archidiaconi, & huiuſmodi. Tertio loco Prælati dicuntur qui iuriſdictione in perſonas eccleſiaſticas quò ad forum exterius potiuntur, vt Epiſcopi, & alii Epiſcopali facultate muniri, vt quidam Abbates exempti, & Præſides, vel Rectores regularium, vt Generales, Prouinciales, & vt aliqui volunt, particularium domorum, ſeu monaſteriorum Præfecti. Atq; ij Prælati hoc 3. modo ſignificati (quidquid ſit de ſingularium conuentuum Præpoſitis) ex communiori, & frequentiore ſcribentium calculo cenſuras ferendi facultate gaudent. *Miranda in Man. Prælat. tom. 2. q. 13. artic. 8. Et Taſcb. in. v. Dignitas. concl. 439.* vbi dignitatem cognoſcendi tria dat ſigna. Primo quando ij qui habet officium, adminiſtrationi cum iuriſdictione præeſt. Secundo quã do nomen officij in dignitatem ſonat, & eſt perpetua, prout Archidiaconus, Archipresbyter, & Primicerius. Tertio quando ex conſuetudine, vel cõſtitutione pro dignitate habetur. *ex Franc. Aret. conſ. 23. & Riccia in Praxi var. reſol. 178. Gratian. in Forenſ. Diſcept. par. 1. cap. 106. num. 26. Zecchius de repub. eccleſ. c. 24. num. 12. Catan. in Summula. v. Prælatus, Sanchez. l. 8. de mat. d. 31. num. 9. Roder. tom. 2. regul. qq. q. 69. art.*

II. SVPPOSITVM.

2. Præmitto.

ARchidiaconatum eſſe officium eccleſiaſticum cum iuriſdictione, quod poſt Epiſcopatũ primum dignitatis locum in Cathedrali tenet, & quidem Archidiaconus Vicarius generalis, & oculus Epiſcopi in iure dicitur. Licet quò ad præminentiam, poteſtatem, & iuriſdictionem, regionis conſuetudo, & ſpecialia priuilegia, quibus inſtituiatur, attendantur, *vt per Doctores in c. 1. & ſeq. ext. de officio Archid. & Zerolam in Praxi Epiſcopali in v. Archidiaconus. & nos ſup. tract. 1. c. 9. q. 35.* Cuius potiſſimum officium eſt, diligenter inuigilare, ne quid de his prætermittat, quæ ad cleri diſciplinam, debitumq; eccleſiæ obſequium, Dei cultum, & rectam capituli adminiſtrationem ſpectat, ne qd indecore, ac prępoſtere fiat, & vt Sacriſta, & Cuſtos, diligenter, & fideliter officium ſuum obeant. Illos vero qui officio ſuo non ſatisfecerint, amãter obiurgare, & ſi non paruerint, ad Epiſcopum deferre, ordinandos examinare, (& ſi hoc male in praxi obſeruetur) in poſſeſſionẽ eos mittere, quibus ab Epiſcopo fuerit beneficium collatum Clericorum puerorum, qui in Cathedrali eccleſia veluti quodam Seminario ad rerum eccleſiaſticarum miniſterium inſtitui ſolent, curam ſuſcipere, & nil omittere, quæ ad probam illius ætatis educationem conferre iudicauerit. Nam *vt ait Sadoletus in tract. de recte. inſtit. lib.* Recta adoleſcentium educatio eſt totius reipublicæ fundamentum. Ad eum etiam ſpectat capitulum conuocare, etiamſi in Sacris conſtitutus non ſit, nec vocem habeat, & curare vt omnia honeſte, & ſecundum ordinem fiant. *Bonac. de bon. can. d. 1. q. 3. punt. 3.* At vt ſi quis Raymundus *in Summa de Archidiaconi officio* hæc non proſequor, quoniam circa eius poteſtatem & munus, fere quot ſunt eccleſiæ, tot ſunt conſuetudinum varietates, vt etiam per *Dionyſ. Carthuſ. in opuſc. de vita, & remig. Archid. Zecchius l. c.* Vbi ex Calderino *conſ. 3. de Priuil.* teſtatur Archid. Bonon. habere facultatem Doctoratus laurea decorandi. Verum, vt dixi, eius poteſtas officium, & iuriſdictio, iuxta loci receptum vſum conſiderari debent. *Zerola in praxi Epiſcopali par. 1. & 2. verb. Archidiaconus. Azor. par. 2. l. 3. cap. 13. Taſcb. v. Archidiaconus. concl. 482. Riccius. p. 3. Deciſ. Cur. Neap. Deciſ. 89. Sbrozzius de off. Vicarij l. 1. q. 3. Cucchus. in Inſtit. maior. l. 2. tit. 10. Moſcon. de Maieſt. milit. eccleſ. p. 1. c. 12. Reginald. l. 30. tract. 1. num. 49. Molfeſ. tract. 6. c. 1. num. 66. Gen. in Praxi Neap. in Addit. c. 66. Campanil. in Diœceſ. Iuriſ. Canon. rub. 3. nu. 16. Oldrad. conſ. 150.*

Secundo, tria potiſſimum ad eius ſtatum requiri. Primo dubitam ætatem, ſ. 23. annorum, ex quo Diaconatus ordinem annexum habet; ſi autem ſacerdotem eſſe deſideretur, 25. annum attingere debet. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de refor.* Secundo, competentem ſcientiam, vt ſ. in Sacra Theologia, vel Iure Canonico Doctor exiſtat Tridentini namq. Patres l. c. hortantur vt in Prouincijs, vbi commode id fieri poteſt, dignitates omnes, aut ſaltem dimidia canonicatuum pars in Cathedralibus eccleſijs, & Collegiatis inſignibus conferantur tantum Magiſtris, vel Doctoribus, aut etiam licentiatis in Theologia, vel iure Canonico. *Pariſius de reſignat. l. 4. q. 11. Menoch. de arbit. Iud. l. 2. caſu 426. Garz. ias. p. 7. de benef. c. 7. nu. 37.*

Tertio prudẽtiã, & diligentiã, quibus in ſui muneris executione vti debet; ſiquidem, vt dixi, ad eũ pertinet in occipitio, vt aiunt, oculos gerere, eccleſiaſticæ diſciplinæ curam ſuſcipere, ſingulorum iurgia, & querelas audire, & quæ corrigenda viderit, ſedulo emendare, & ardua, quæ per ſe terminare nequit, ad Epiſcopum deferre, *c. per lectis. d. 25. & D D. ſupra citati.* Præpoſiti ait D. *Proſper. de vita contempl. l. 2. c. 2.* Speculatores ſunt, quia hominũ actus ſpeculantur, & qualiter quiſq. viuat diligenter explorant, quos bonos probauerint, honorando confirmant, quos vitioſos deprehenderint, arguentes.

III. SVPPOSITVM.

TErtio Præmitto, quod ſicut eccleſia Cathedralis cũ ſtatum Eccleſiarũ matrix eſt, & ceteris miniſtrorũ numero, ac dignitate præſtat. *Lapus. Alleg. 63.* ita Canonicos, ac dignitates in ea obtinentes, qui in eadem inſeruiũt, tum doctrina, tũ in ſanctitate, cæteros anteire decet; & quanto honoris gradu alijs excellunt, tanto diligentius partes ſuas obire debent, Vnde Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti aſſiſtere eos par eſt, nec nõ ipſum ad eccleſiam deſcendentem, honoris cauſa deducere, & mox redeuntem comitari. *Ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12.* Et cum in choro pſallẽdum eſt, ipſis quoq. vna cum alijs laudes Dei attente, & deuote concinere eos oportet, Quod ſi muneri ſuo defuerint, perinde habeatur, ac ſi diuinis officiis non interfuiſſent. Nam vt ait *Nau c. 11. de orat. nu. 41.* Cantare debent Primiores in choro, quia præſtantia dignitatis non excuſat à cantu, imo magis obligat. *Conc. Baſilienſe ſeſſ. 21.* Et nobilitas parum habet momenti ab excuſando quempiam ab his exercitijs ſpiritualibus, & multa iura id inſinuãt. *c. nos qui e. nilliſſimus, 1. q. 1.* Addo quod quã uis vir nobilis ob nobilitatem aptior ſit vt ad dignitatem, & altiora officia, in eccleſia, & Chriſtiana repub. promoueatur. *Menoch. conſ. 422. & 446.* exiguum tamen fructum inde hauriet, ſi ob defectum virtutis, pietatis, ac religionis, à cœleſti gloria repellatur. vt ait *Lud. à Ponte de perfect. hom. tom. 2. tr. 1. c. 8.*

I. Q. RESOLVTIO.

QVibus ſic præmiſſis dico, Laurentium, qui ſimul Canonicus eſt, & Archidiaconus, duplicem vocem in Capitulo habere poſſe, nec non duplicatas diſtributiones lucrari, niſi conſuetudine, vel ſpeciali eccleſiæ illius conſtitutione aliud inductum, vel cautum ſit; poteſt. n. & in capitulum conuenire, & choro adeſſe, duplicem perſonam ſuſtinendo, nempe Canonici, & Archidiaconi. *Perez. de Anniuerſ. & Capell. l. 2. c. 7.* Nec nouũ eſt, poſſe quem duplici officio fũgi, modo vnius exercitium alteri non aduerſetur; & cum duo officia voluntur vtrunq. obeunti duo etiam ſtipẽdia deberi. *Riccius in Praxi, var. reſol. reſol. 973. Arg. Nau. de incompab. benef. nu. 9. & de eleemoſyn. nu. 72.* Vbi ait, Duorum vicem vnum hominem ſuſtinere difficile eſſe, quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire. *Matth. c. 6. & c. 1. 21. q. 1.* Et naturalis ratio clamat, *Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus c. diuerſis ext. de cler. coniug.* Duorum tamen officium ſubire quem poſſe, quando neq. materia neq. diſpoſitionis forma repugnat. Hancq. ſententiã tuentur inter alios *Ioannes And. Abbas, Imola, & Felynus in c. cum olim ext. de ſent. & re iud. Alphonſ. Hend. in tract. de incompat. benef. c. 12. num 15. Cou in l. 3. var. reſol. c. 13. V. iuius in communi opin. in v. Archidiaconus. Lazar. in Annot. ad Compend. Oper. Nau. v.* Diſtributio. *num. 6.* quidquid ſentiat, *Moneta de diſtrib. quotid. p. 2. q. 4. & Leochius de repub. eccl. c. 24. num. 4. verſ. ſexto*

II. Q. RESOLVTIO.

SEcundo dico non potuiſſe in illum diſcolum Canonicum ſuſpenſionis ſententiam ferre, niſi ab Epiſcopo hanc cenſuris ſubditos percellendi facultatem habeat, vel conſuetudo, quæ iuriſdictionem confert, ei ſuffragetur; nam quidquid ſit de iure, quo in foro etiam externo iuriſdictione potiri multi Archidiaconum volunt. *Barboſa de Epiſcopo par. 3 Alleg. 54. num. 17.* hæc cenſuras ferendi authoritas, in particularibus diæceſibus penes Epiſcopum, & eius Deputatũ Vicarium generalẽ exuſu reſidet, per ea quę tradidi *ſup. tract. 11. c. 1. q. 1. arg. Riccius in Praxi var. reſol. reſol. 93. Henriq. in ſumma, de excom. l. 13. c. 17. § 4. Lazar. de monit. ſect. 1. q. 6. & 7.* Vbi fatetur, abſente Epi-

Digitized by Google

ſcopo nullo per eum Vicario conſtituto, ad eum ſpectare monitorias literas concedere, cum abſq. alio facto, & ipſo iure ſit Epiſcopi Vicarius.

III. RESOLVTIO.

TErtio dico Laurentium à lethali peccato nõ excuſari, ſi animo ad vindictam detrahendi, iniuriam ſibi à Collega illatam, Poſſidonio amico retulit; eſt nãq. hæc detractio formalis, ex ſuo genere lethalem culpam ſecum inuoluens. Si verò non animo detrahendi, ſed vt conſilium, vel conſolationem caperet, hoc amico expoſuiſſet, à lethifera noxa immunis eſſe poſſet; iure .n. ſuo vti videtur iniuriam ſibi irrogatam ad capiendam conſolationem, & dolorem mitigandum manifeſtando: alioquin humanitati nimis durum videretur, ſi acceptas iniurias cum amico quis conferre non poſſet. *Bon. de cont. diſp. 2. q. 4. p. 3.* Hinc Diogenes Antiſthenem morbo decumbentem inuiſens dixit, Nunquid amico eſt opus? ſignificans in afflictis rebus potiſſimum fidis amicis vtendum, qui vel re opitulentur, vel conſolando moleſtiam leniant. Idem dicere ſolitus eſt, ſæpius in vita ſermonem, quàm laqueũ parandum; quãm qui animũ deſponderunt, ad laqueum confugiunt, cum ad conſolatorium ſermonem potius perfugiendum ſit; nam animo ægroto medicus eſt oratio. *teſte Laertio lib. 6. Apoph.* Quippe ex Senecæ proloquio, leuis eſt dolor, qui conſilium capere poteſt. Et magis exuruntur quos ſecretæ lacerant curæ, vt propterea & vates ille cecinerit,

Strangulat incluſus dolor, atq. æſtuat intus,
Cogitur & vires multiplicare ſuas

Et Sophocles *Quiſquis proprys aſpicit oculis*
Aerumnas, nec habet partem in quam transfundat mala,
Magnos ſuſtinet ille dolores.

Io. Cech. in Polit. l. 2. c. 10. Hinc D. *Amb. l. 3. off. c. 16.* Solatium, ait, huius vitæ eſt vt habeas cui pectus aperias tuum, cum quo arcana participes, qui in proſperis tibi gratuletur, in triſtibus compatiatur, in perſecutionibus adhortetur &c.

IV. RESOLVTIO.

QVarto dico Laurentium Archidiaconum cui Epiſcopus abſens omnem ſuam facultatem in foro tàm interno quàm externo conceſſit, & ẽt in caſibus qui ſpeciale mandatũ requirũt Danielem in Cathedrali Eccleſia Manſionarium interrogare debuiſſe, quomodo Iulium Laicum occiderit; nam ſi illi mortem intulit ob ineuitabilẽ defendendi vitam neceſſitatem, nullatenus irregularitatem contraxit, & per conſequẽs nulla egebat diſpenſatione *ex clem. ſi furioſus. de homicidio* etiam ſi per adulterium inuaſionis cauſam dederit. *Bonac. tom. 3. d. 7. q. 9. p. 4. num. 3.* Si verò illum de medio ſuſtulit inculpatæ tutelæ moderamen excedendo, licet irregularis ſit factus, hæc tamen labes, & iſtud impedimentum, nedum à Summo Pontifice, ſed etiam ab Epiſcopo, vel eius Vicario ad vniuerſitatem delegato tolli poteſt, & ſic per Archidiaconum Epiſcopi vices gerẽtẽ, ſuper illa irregularitate diſpẽſari potuiſſet. *vt per Sayrum de cenſ. l. 6. c. 7. num. 22. Comit. in reſp. mor. lib. 9. ſit Graff lib. 2. Deciſ. aur. c. 65 nu. 13. Barboſam, de Epiſcop. par 2. Alleg. 39. num. 54.* Eſt etiam apud Scribentes conſtitutum, Epiſcopum, & alios ab eo poteſtatem habentes, diſpenſare poſſe in irregularitate, quæ ex publico adulterio naſcitur, *Reginal. l. 30. tract. 2. c. 3. ſect. 4. num. 27. Idem Bonac. l. c. q. 3. pun. 1. num 6.* Vide quæ in ſimili caſu diximus *ſup. c. 3. q. 10.* Daniel autem Sacerdos, ac Manſionarius (quidquid ſit de homicidio ob vitæ propriæ defenſionem perpetrato) pro adulterii crimine de iure canonico deberet deponi, & vlterius in monaſterium per totum vitæ ſuæ tempus detrudi *c. 10. & ſeq. diſt. 81. Clarus. in §. adulterium. num. 7. Menoch. de arbit. Iud. caſu. 419. Farinac. de delictis carnis q. 141. num. 29. Lopez in annot. ad praxim. crim. Diaz. c. 87. Tuſch. v. adulterium: concl. 225. num 3.* Nec. n. dubium eſt, quod & ſi religio in ipſo eius ingreſſu tàm liberali munere omnes excipiat, vt eos omnibus peccatorum nexibus exſoluat, vt oſtendimus *in 2. par. tract. 12. c. 3. q. 11.* attamen præter hoc tam multa habet remedia, tãq. efficacia ad eadem peccata expurganda, vt cũcta eius ſtudia ad hunc vnum ferme finem quodammodo referri videantur, ſic nanq. vocarunt, & ita uere eſt ſtatus pœnitẽtiæ, quaſi in eo verſetur, vt præterita delicta, ac peccata lugeat, ætatiſq. ante actæ culpas diluat, prout Sacri Canones declarant. *vt c. admonere. 33. q. 2.* Vbi Stephanus V. Pontifex Max. Aſtulphum propriæ vxoris parricidam hortatur, vt monaſterium ingrediatur, quò, vt ait, ſub manu Præpoſiti humiliatus, & multorum fratrum precibus adiutus, miſericordiam à Deo obtineat. *D. Thomas de ſpirituali perf. ſt. c. 10. & Quodlib. 3. art. 13. & 22. q. 189. art. 3. ad 3. Platus de bono ſtat. relig. l. 1. c. 14.*

At hæc depoſitionis pœna, ac in monaſteriũ detruſo, vt in multis alijs pœnis cõtigit, in deſuetudinem, *vt DD* aiũt, abijt. Et vt facete dicere ſolebat Andreas Alciatus. Si hodie clerici ob adulteriũ in monaſterium detruderẽtur, pauci eorum per vias, & plateas ambularent. prout referunt *Clarus, & Lopez. l. c.*

QVAE-

QVAESTIO XVIV.

An Archipresbyter poſſit à caſibus Epiſcopo reſeruatis ſuo iure abſoluere literas à Sacra Romana Pœnitentiaria emanantes aperire, & exequi; & in Cathedrali matrimonia celebrare, in votis, ac iuramentis diſpenſare. Et an excommunicatus priuatim tàm diuinum officium, quàm B. M. V. preces ſeptem pſalmos, & officium pro mortuis recitare teneatur.

DEmetrius Archipresbyteri dignitate in Cathedrali fulgens, cum ſuæ dignitatis, & officij iure poſſit omnium Epiſcopatus fidelium cõfeſſiones audire, ſolet inſcio Epiſcopo in precipuis anni ſolemnioribus, feſtiuitatibus in Pœnitentiarij ſubſidium hoc munus obire, & aliquando à caſibus Epiſcopo reſeruatis abſoluere & literas, quæ à Sacra Romana Pœnitentiaria emanant, aperire, & exequi, & ſi Doctoratus laurea inſignitus non ſit; nec non matrimoniorum celebrationi in Cathedrali Eccleſia, vt authenticus teſtis intereſſe conſueuit, & in votis ac iuramẽtis diſpẽſare. Quæritur an hæc munia exercendo peccet, & an geſta valeant &c. Inſuper cum ob non ſolutam quandã penſionem ſit per Apoſtolicam Sedem in eũ excommunicationis inflicta pœna, quærit an præter magnum diuini officii penſum, teneatur etiam domi perſoluere B. Mariæ horas, & ſeptem pſalmos qui ſtatis diebus in choro ex Cathedralis eccleſiæ ſtatuto recitari ſolent.

I. SVPPOSITVM.

REſp. Suppono primo Archipresbyteratum eſſe eccleſiaſticum officium, & dignitatem, ſpiritualem iuriſdictionem, in ſe continens: Siquidem in Metropoli ſiue Cathedrali eccleſia, duæ potiſſimæ dignitates reperiuntur, vna temporalis, quæ in Archidiacono, altera ſpiritualis, quæ in Archipresbytero de iure reſidet. Et licet in contentioſa iuriſdictione ille hoc maior ſit, in regimine tamen, & cura eccleſiæ, Archipresbyter ipſe ſuperior agnoſcitur. Nec dicitur beneficium Curatum, & ſi ſpũali vt dixi iuriſdictione potiatur, vt ex Sacra Congreg. Card. refert. *Maſobrius in praxi cõcurſus in Prælud. nu. 3. dub. 2.* Horum duplex eſt ſpecies, alij, n. Vrbani, & alij Exteri ſunt. Vrbanus Archipresbyter alio nomine Decanus dicitur, in ſpiritualibus, vel in foro pœnitentiali, & diuinorum officiorum celebratione Epiſcopi vicem gerens. Hinc reſoluunt communiter. DD. oblationes, quæ tempore Iubilei, vel in Anno ſancto in Cathedrali eccleſia fiunt, ad Archipresbyterum, non ad Epiſcopum de iure ſpectare: nam cum ille animarum curam, & ſacramentorum adminiſtrationem habeat, in omnibus oblationibus priuatiue quò ad Epiſcopum fundatam intentionem tenet, *Malues. de oblat. dub. 4. num. 401. Ferret. conſ. 143. num. 4.* & ita diffinitum eſſe à Romana Rota. *refert, Belles. in Diſq. clerical. tit. de bonis, cler. S. 3.* Exteri qui & Vicarij Foranei dicuntur, ſunt illi, qui circa ſingulas plebes conſtituti, non ſolum populi ſollicitudinem gerunt, verum etiam presbyterorum, qui minoribus parochijs præficiuntur, vitam iugi circumſpectione cuſtodiunt. *t. c. fin. vbi Abbas. ext. de off. Archipresbyt. Conc. Trid. ſeſſ. 5. c. 2. Fuſchus de viſit. eccleſ. l. 2. c. 6. Zecchius l. c. c. 27. Gratian. in Forenſ. Diſcept. p. 1. c. 133. Azor. p. 2. l. 3. c. 15. q. 7. P. Moneta. de Conſer. c. 5. q. 7. Riccius in Praxi var. reſol. reſol. q. 3. & 287. Toſch in v. Archipresbyter. concl. 685. Graff. in Appen. l. 1. c. 11. num. 27. Tholoſ. in Syn. tag. Iu. l. 15. c. 21. Farinac. tom. 1. Deciſ. 533.*

II. SVPPOSITA.

SEcundo præmitto, Archipresbytero tres conditiones ineſſe debere. Primo Sacerdotali ordine inſignitus eſſe debet, nã & ob hãc cauſam dicitur Archipresbyter quaſi præsbyterorum Princeps, Secundo ſi animarũ ex regionis vſu curã gerat, talem eſſe conuenit, quales Parochos eſſe oportere ſupra deſcripſimus. Tertio ex Concilij Trid. diſpoſitione, Doctoratus gradu decoratus eſſe deberet, *ſeſſ. 24. c. 12. Menoch. de arbit. Iud. l. . ca. ſu. 415.* Ad dignoſcendum vero an hæc ſit prima dignitas, eccleſiæ conſuetudo attenditur, nã in vna eccleſia primaria dignitate gaudet Archidiaconatus, in alia Archipresbyteratus *Grammat. Deciſ. 64. Mant. Deciſ. 175. Beltram. in Adnot. ad Deciſ. Ludouiſij 411. Molfeſ. tract. 6. c. 1. nu. 67.*

I. ASSERTIO.

HIs animaduerſis dico, quod licet Archipresbyter de iure, & particulari aliquarũ diœceſium conſuetudine, omnium de Epiſcopatu confeſſiones excipere poſſit (cũ quilibet valeat in Cathedrali ſacramenta ſumere, quæ non ſolum generalis, ſed etiam immediata, & particularis totius ciuitatis, & diœceſis parochia dicitur. *Toſch. v. Cathedralis concl. 131.*) non tamen à caſibus reſeruatis abſoluere ei integrum eſt, niſi ab Epiſcopo hęc facultas ſpecialiter, ſit ei conceſſa: cum generalis cõceſſio cõfeſſiones audiendi nõ tangat Epõ in ſpecie reſeruata, Sicut in ſimili generaliter pignori res omnes ſuas ſubijciens quas habet, & habiturus eſt, non cenſetur veſtes ſuas obligaſſe ſine quibus honeſte viuere, vel corpus ſuſtentare non poſſet: nec neceſſariam ſuppellectilem, neq. ſuę artis inſtrũ. &c. Siquidẽ, vt notum eſt, in generali

con-

conceſſione ea non veniunt, quæ quis veriſimiliter excepiſſet. *c. in generali. tit. de reg. Iu. in 6. Graffius, l. c. c. 2. de pœnit. & remiſſ. lib. 6. Syl. in v. Archipresbyter. q. 3. Azor. p. 2. l. 3. c. 15. q. 8. Nald. in v. Diſpoſitio. num. 5. Monachus. in tract. de execut. inueſtibus. c. 1. num. 23. Trentacinq. lib. 3. var. reſol. reſol. 3. Tuſch. v. obligatio. concl. 36.*

Proinde fatendum eſt, ſuper reſeruatos caſus impenſam ab eo abſolutionem inualidam eſſe, cum *Concilium Trid. ſeſſ. 14. cap. 7.* diffinierit, nullius momenti abſolutionem eam eſſe debere, quã Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut delegatam non habet iuriſdictionem. Ac ipſum Archipresbyterum debere abſoluendi facultatem procurare, vt quos male abſoluit, veræ abſolutionis beneficio donet; quod ſi facere nequeat, pœniteat, & ſe ipſum, pœnitenteſq. Deo commendet. *Soens in 4. d. 18. q. 2. art. 5. Henriq. l. 3. de pœnit. c. 15. Graff. lib. 1. Deciſ. aur. c. 23. num. 90. & alij communiter, vt per Reginal. l. 8. n. 30. Bonac. d. 5. q. 7. p. 6. Zerolam in Praxi epiſc. p. 2. in v. confeſſores.*

II. ASSERTIO.

SEcundo dico, quod licet gradus Doctoratus neceſſario in Archipresbytero non exigatur cum *Conc. Trid. ſeſs. 24. c. 12.* tantummodo hortetur vt Dignitates in Cathedralibus Doctoribus in Theologia, vel Iure Canonico conferãtur, neceſſarium tamen eſt, vt illo gradu ſit inſignitus, ſi literas Sacræ Pœnitentiariæ exequi velit, nec ſufficiet, ſi tantum ſit licentiatus. Pœnitentiarii tamen in Cathedralibus conſtituti, quorum nota eſt eruditio, & ab aliqua vniuerſitate approbati, & nonnulli etiam regulares Confeſſarii hoc priuilegio gaudent, vt quamuis Doctores non ſint, huiuſmodi literas aperire, & expedire valeant.

Requirit̃ tñ, vt à Generale Prefecto ſint deſignati, aliàs hac facultate vti non poſſent, illa .n. deſignatio pro forma requiritur, vt ad tantum negotium non ſimpliciter tanquam idonei ab Ordinario approbati ſint, ſed & docti à ſuperioribus quibus bene cogniti ſunt, deſtinẽtur. *Rodericus in qq. regul. tom. 1. q. 63. art. 8.* Cęterũ in aliquibus religioſis cætibus Præpoſiti domorum hanc licentiã cõcedere ſolent, & ſic vſum ſeruare teſtatur. *Pereg. in comp. cler. regul. v. confeſſarius.* Idem *Zerola in praxi epiſcopi p. 2. in v. Pœnitentiarius. Steph. Daluin. de poteſt. epiſcopi. Abbatis, & Abbatiſſa. c. 35. num. 17. Sanchez. l. 8. de matrim. d. 34. nu. 64. Reginal. l. 31. num. 214. Molfeſ. tract. 4. c. 12. nu. 63.*

III. ASSERTIO.

TErtio dico, quod & ſi Archipresbyter cenſeatur Epiſcopi Vicarius in hoc vt omnium illius diœceſis inſtar Pœnitentiarii confeſſiones excipere poſſit. *c. officium. ext. de off. Archip.* cum tamen eius poteſtas nunc reſtricta, ac limitata ſit, vt tantum in Cathedrali tanquam Parochus ſacramenta adminiſtrare valeat, niſi ſpeciatim deputatus ſit vt ad eum omnes de diœceſi ſacramenta recipiendi gratia confluere poſſint, ei nefas eſſe in tota diœceſi matrimonio aſſiſtere, ſed ſolum in ſua parochia id iuris eſſe, *vt per Sanchez. l. 3. de mat. Diſp. 2. 12. Molfeſ. tr. 4. c. 8. n. 67.* Valebunt tñ matrimonia coram illo contracta, ſi communi æſtimatione verus Parochus, & idoneus habebatur, ſi quidem communis error, licet lateat veritas, facit ius, & huiuſmodi perſonis authoritatem tribuit. *Gen. in praxi Neap. c. 61. Sãchez. l. 3. d. 22. Bonac. q. 2. p. 8. num. 27. idem Molfeſ. l. c. nu. 59.*

IV. ASSERTIO.

QVarto dico, quidquid ſit de pœnitentiariis (qui ab Epiſcopis aſſumi ſolẽt vt illis ſubſeruiant in caſibus, cenſuris, votis, iuramentis, & aliis conſcientiæ forum concernentibus) Archidiaconos, Archipresbyteros, & alios Prælatos inferiores epiſcopali iuriſdictione carentes, non poſſe in iuramentis, ac votis diſpenſare, niſi ſpecialẽ commiſſionem habeant, aut legitima præſcriptione puta 40. annorum hanc poteſtatem acquiſierint. Quæ quidem conſuetudo vltra caſum in ea præſcriptum extendenda non eſt; quare qui vſu præſcripſere poſſe in denuntiationibus matrimonio præuijs diſpenſare, & huiuſmodi, non ob id in votis, aut iuramentis, aliquem lege ſoluere eis integrum erit, & ſi cõſuetudo ſit diſpenſãdi in votis peregrinationum, in aliis votis nequibunt. Quippe ea conſuetudo tanquam iuri aduerſa eſt ſtricte accipienda, & ideo eius limites quod cõceſſit excedendi non ſunt. vt ait *Sanchez. l. 4. de precept. c. 38. num. 21.* Imo ſi vota vel iuramenta promiſſionem tertiæ perſonæ, vel Communitati coniunctam habeant, eaq. ſit acceptata, ſine conſenſu tertii, nec ab Epiſcopo diſpenſari, vel commutari poſſunt, quia per acceptationem illi tertio acquiſitũ eſt ius, & ei pręiudicium fieret. Atq; hoc tàm de poteſtate ordinaria, quàm delegata diſpenſandi, vel commutandi intelligendum eſt. *Filliuc. tr. 26. c. 9. q. 5. Molfeſ. tr. 11. c. 10. num. 22.*

V. ASSERTIO.

QVinto dico Demetrium Archipresbyterum excommunicatum, teneri quidẽ domi perſoluere preces horarias magnas, quia excommunicatus, vel aliis cenſuris irretitus, ordinem, ac beneficii titulum retinet, licet eiuſdem beneficii fru-

ctibus

ſtibus priuetur, ergo dum culpa ſua in cenſuram incidit, obligatio ad diuinum officium priuatim recitandum remanet, dum ob cenſuram cum aliis in choro intereſſe non poteſt. Sicut etiam excõmunicatus reſtituendi onere non eximitur, ne aliás debitor ex ſuo delicto commodum reportet. Quo ve ro ad fructus beneficij, à Romana curia diſpenſationem, vel cum Apoſtolica Camera compoſitionem procurare debet, vt eſt notoria praxis. *teste Melfeſ.tit.50.e.4.n.45.* Adduntcommuniter DD. contra nonnullos præſertim *Toletum l.1.c.17.* clericum in ſacris conſtitutum, ſed vt, aiunt, degradatum, vel ad triremes damnatum, ab onere horas canonicas recitandi nõ eximi, niſi ob impotentiã, vel ob aliã inſtam cauſam excuſetur. *Nau. de hor. can.c.17.num.19. & ſeq. Sayr.l.5. de cenſ.c.22.nu.47. Bonac. de hor.can.diſp.1.q.2.pun.3.*

Cæterum quò ad officium paruum B.M.V. ſeptem pſalmos pœnitentiales, & mortuorum preces, dico eundem Demetrium eas ſoluere non cogi, ſiquidem Pius V. vt conſtat ex literis nouo Breuiario præfixis, conſtituit ne hac lege clerici teneantur, cum priuatim horarias preces recitant. *Azor.p.1.l.10.c.16.q.3. Graffius l.2. Deciſ. aur.c.53.num.23. Nau.conſ.12.de celeb.miſſ.*

QVAESTIO XX.

Primicerius, vel Punctator, qui ob humanas rationes eos qui choro non interſunt, & male recitant haud notat, an charitatis, & iuſtitia leges violet, &c.

HIppolytus Primicerius, ſeu Cantor, & Præfectus chori conſtitutus eſt, vt ſumma dili gentia vtatur, ne quid eorum prætermittatur, quæ ad probatam chori normam attinent, quæuè tùm communibus, tùm propriis conſtitutionibus in diuinis obeundis præſcribuntur, qui etiam iuxta eccleſiæ illius conſuetudinem, punctator inſtituitur, vt in notularũ libro omnes ſcribat, qui ſiue Canonici, ſiue Manſionarii, vel Capellani ſint, intempe ſtiue ad chorum acceſſerint, vel in eo indecore ſe geſſerint, nec cum aliis recitauerint, vel diuinis nullo modo interfuerint, quò diſtributionibus quotidianis priuentur, & aliis pœnis arbitrio Or dinarii plectantur, Ipſe tamen humanis quibuſdã rationibus retardatus, & ne aliorum odium ſubeat, hæc officia prætermittit, & amiſſas diſtributiones condonat. Et cum Canonici in Matutino officio perſoluendo videat ſtatim poſt veſperas antecedentis diei, tàm æſtate quàm hieme illud nimis celeriter, & vt DD. loquuntur, ſyncopari, tacet, nec huic obſtat abuſui. Nec pariter curat, vt ſilentium in ſacello ante vel poſt horas canonicas ſeruetur, etiamſi initio ſuſcepti muneris iure iurãdo ſpoponderit, ſe fideliter, ac ſyncere illud exe cuturum. Quæritur an lethaliter peccet, & iuſtitiæ leges violet.

Præmiſſa, ac Suppoſita.

I. SVPPOSITVM.

REſp. præmitto. Primo non leuis eſſe momenti, Cathedralis eccleſiæ regimen, vt in quam cæteræ omnes eccleſiæ in tueantur, & à qua exemplum ſumant. *Tuſch. in v. Cathedralis concl. 131* ea propter magna adhibenda eſt cura, vt lu cerna eius, quę celari non poteſt, omnibus eluceat, qui ab ea lucem expectant. Sed quia vbi multa ſunt negotia, multis quoq. gubernatoribus, & auxiliaribus manibus opus eſt, eo fit, vt in ea plura ſint officia; nam præter eos, quos proxime enumerauimus, omiſſis aliis, vt Præpoſito Priore, Decano, & aliis qui, ut plurimum nomen tantum, ac titulum gerunt, ſunt alii pro cuiuſq. eccleſiæ inſtituto, qui proprium ac uerum habent dignitatis no mẽ, ac peculiari funguntur officio, qui Primicerii ut dixi, ſeu Cantores, & aliquando Punctatores dicuntur. *Cocchinus l.2. In ſtit. Maior.tit.3. Zerola in praxi epiſ. punctator.v.c.3. Tuſch. v. Cantoria concl. 42. Ricc. in praxi for. eccleſ.concl. 583.*

II. SVPPOSITVM.

SEcudo ſupponendum eſt ex Gregorio Nazianzeno in ſerm. de moderat. in diſp. ſeruanda: hoc ordine cũcta a Deo creata contineri, vt vnuſquiſq. aſſignatum ſibi officium omni ex parte complectatur, & fideliter exequatur. Siquidem ex vulgato D. Hieronymi pronũtiato, Ingratum eſt ſpiritui ſancto, quid quid obtuleris, coneglecto ad quod teneris. Quod etiam ſenſiſse uidetur Vates regius pſal.124. cum ait, Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Tanti.n. Dominus facit hominem ſua munera implentem, vt qui in eis declinat inique, & iniuſte agere dicatur, vt etiam animaduerti in *Comment. de hum. vita Hat.p.1.c.1.*

III. SVPPOSITVM.

TErtio obſeruandum, eccleſiam ſpiritu ſancto ductam, cantum in choro frequentandum, ad Dei cultum, & ad populi pietatem, deuotionemq. excitandã inſtituiſſe. Qui quidem chori vſus etiam Apoſtolorum temporibus in Dei eccleſia antiquiſſimus fuit. Et morem pſalmos alternatim canendi D. Ignatium martyrem ordinaſſe ferunt, poſtquam Angelos alternis verſibus ſan-

ctiſ-

Digitized by Google

ctiſſimę Trinitati laudes perſoluentes audiuit, & inde ſanctiſſimum Antiſtitem motum fuiſſe, vt vsū illum in eccleſiam induceret, Vt proinde clare appareat, poſitionē illam falſam, & impiā eſſe, chorum propter ineptos ad maiora, & grauiora exercitia, introductum eſſe; nobilis .n. & ſeria eſt hæc actio ad Dei cultum, & obſequium ſpectans, ab innumeris viris ſanctitate, & doctrina præclaris, & ad maxima quoq. obeunda natis, & apriſſimè frequentata. Vnde diuini officij, exſolutio vocatur à *D. Benedicto, in regul. c. 43.* præſtantiſſimum Dei opus, quia ad ipſius cultum, & venerationem inſtitutum eſt, & ab ipſo Deo per eccleſiam tanquam præcipuum opus ordinatum. Et rectè dicitur officium diuinum, vt eccleſiaſtici quorum peculiare munus eſt Deum laudare, & in choro pſalmos canere, primariæ obligationis ſuæ admoneantur. Vt propterea etiam *D. Iſid. l. 5. & hiſt. c. 19.* chorum à chorea, ſeu corona dictum putauerit, quaſi religioſi ex proprio munere alternatim in choro pſallant, vt Chriſtum in medio illorum exiſtentem venerentur &c. Verum quia nulla actio poteſt eſſe cum virtute coniuncta, niſi recta per ſe ſit, & rectè exerceatur. *c. 1. vbi gloſſ. ext. de colluſ. deteget.* colligitur. *ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. mat.* dum ait matrimonium rem ſanctam eſſe, & ſanctè tractandum. Ideo in *c. dolentes. ext. de celeb. miſſ.* præcipitur, vt diuinum officium tam in choro quam extra ſtudioſe, ac deuotè celebretur. Vnde, *& D. Ambroſ.* ſuper illud Saluatoris noſtri neminem per viam ſalutaueritis, admonet vt quando diuina miniſteria mandantur, paulilper humana ſequeſtrentur, & hoc vnum agamus &c. Quidquid de chori vſu minus caute dixerit. *Val. tom. 3. d. 10. q. 6 p. 2. Vide Molfeſ. tract. 5. 2. 2. nu. 73. & quæ dixi ſup. tr. 4. c. 3. q. 30.*

I. RESOLVTIO.

His breuiter annotatis dico Primo, Hippolitum, qui chori diſciplinam cui præfectus eſt, ſolui negligiq. patitur, & ſuum munus, vt diuina officia rectè, ac religioſè peragantur, non præſtat, & Punctatoris partes, ea qua debet fide, & integritate non expler, vt neq. cuiquam qui notandus ſit, gratiæ cauſa parcat, neq. odio, quemquam notet, charitatis, ac iuſtitiæ leges transgredi, nonn. deberet etiamſi certa diſcrimina imminerent, officium ſuū interuertere, cui ſe fidei, ac iuramenti vinculo ſe obſtrinxit, ita vt pro veritate, ac iuſtitia, publicaq. vtilitate tuenda, nec ſanguinis effuſionem vereri eum oporteat. Nam quamuis homo naturaliter corporis detrimentum, & rerum temporalium damna timeat, non tamen propter iſta à iuſtitiæ tramite deflectere debet, alias timor inordinatus dicitur, qui prorſus damnandus eſt; dicente D. Auguſtino, Quiſquis metu cuiuslibet poteſtatis veritatē occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat, quia magis timet hominem, quam Deum *c. quiſquis, 11. q. 3.* Meminerit quod vt ait. *Thomas Cantip. l. 2. Ap. c. 17. & Dauroc. in Catechiſ. hiſt. tom. 4. c. 7. tit. 79.* Sicut Apes quæ aculeum perdūt mella de cætero facere non poſſunt; ſic ſæpius fit vt qui quos debet non corripit, dum errantes videt; vt iuſta Dei vindicta à melle virtutis cadat, & meritas pœnas luat, Item diuinum chori, & altaris cultum exquiſite curandum eſſe, ſi Canonici Deū propitium cupiunt, aliàs male ſecum actum fore, in victu, temporalioq. cultu, ſi ſacra, & ſpiritualia negligant: nā vt quidam ex veteribus dixit, Omne collegium quod in ſpiritualibus bene regitur, in temporalibus optime à Deo gubernatur.

Cum vero mulctæ diſtributionū iuxta cuiuſq. eccleſiæ conſuetudinem, ijs accreſcant, qui choro, ac diuinis officijs interſunt, *vt Trid. Concilio ſeſſ. 24. c. 12.* cauetur, hinc ſit, vt Præfectus Chori, vel Punctator imo omnes Canonici non poſſint Concanonicum, qui ſecluſis priuilegiis tempore diuinorum officiorū celebrauit, vel etiam per aliquot dies abſq. neceſſitate abfuit, tanquam præſentem habere, atq. ipſarum diſtributionum ex liberalitate participem efficere. Diſtributiones vero, inquiunt. ibi Tridentini Patres, qui ſtatis horis interfuerint recipiāt, reliqui quauis colluſione, aut remiſſione excluſa his careant, iuxta Bonifacii Decretum, quod incipit conſuetudinem, quod Sācta Synodus in vſum reuocat, nō obſtantibus quibuſcunq. ſtatutis, & conſuetudinibus. *Bonac. de Sacr. d. 4. q. vlt p. 7. § 5 nu. 7. Riccius in Praxi var. reſol. reſol. 363*, vbi reſoluit Canonicum qui abſq. aliqua cauſa diuinis officiis non intereſt, præter quotidianarum diſtributionum amiſſionem, lethali etiam vulnere animā ſauciare. Præſentia. n. horis Canonicis debita eſt valde in Sacris Canonibus conſiderabilis, adeo vt multi etiam fateantur Epiſcopos ab horis in choro ſuæ Eccleſiæ Cathedralis recitandis immunes non eſſe. De qua Epiſcoporum, & Canonicorū obligatione vide quoq. *Gennēſem in Man. Prælat. c. 33. et noſtra Comment. de hum. vita ſtat. p. 1. c. 6. & c. 9.*

II. RESOLVTIO.

Vnde ad aliam ſpecialemq. deſcendendo dico, à peccato excuſari Hippolitum, qui horas matutinas cum laudibus in veſpera diei proxime præcedentis, videlicet vna hora, duabus, tribuſue ante ſolis occaſū, à Canonicis celebrari permittit, ſi in huiuſmodi Cathedrali Eccleſia uſus inualue.

aluerit vt nocturnæ preces ſtatim poſt veſperas, & completorium publice decantari ſoleant. Et licet multi DD. in hac re honeſtam, & iuſtam cauſam requirant, vt D. Thomas, que m plures ſequũtur in *Quolib. v. art. vlt. ad* 1. qui cum hanc quæſtionem agitaſſet in hunc modum reſpondit; Si aliquis poſt dictas Veſperas, & Cõpletorium; dicat matutinaa; ſi hoc faciat propter laſciuiam, vt quietius ſomno, & voluptati indulgeat, abſq. peccato non facit. Si vero propter neceſſitatem licitæ, & honeſtæ occupationis, abſq. vllo peccato facit. Hodiernis nihilominus diebus beneficiariorũ moribus introductum videtur, vt tàm publice, quàm priuatim ſubſequentis diei matutinum in veſperis antecedentis diei abſq. vlla cauſa recitetur, Nĩſi forte dicamus quemliber iuſtam ſibi cauſam fingere, & legitimam rationem aliquid faciendi etiam in prohibitis ab humano iure eſſe, ſic agendi conſuetudinem, iuxta *Ioannem de Imola. conſ.* 86. *num* 8. Et publicam fidem, vel in his quæ ſunt de genere prohibitorum à pœna excuſare. *Alex. l.* 4. *conſ.* 127. *num.* 10. *Gramm Deciſ.* 5. *num* 26. Atq. hæc reſolutio colligitur ab *AZoriol.* 10. *c* 9. *q.* 5. *SuareZ. tom.* 2. *de relig l.* 9. *c.* 27 *num.* 14. *Filliuc. tract.* 23. *c.* 8. *q.* 10. *num.* 275. *Bonac. de hor. can. diſp.* 1. *q.* 3. *puncto* 3. *& alijs*.

III. RESOLVTIO.

QVod vero ad illam partem attinet, in qua dicebatur Hippolitum tacere, & canẽ mutum eſſe cum videt Canonicos, & Manſionarios tranſcurrendo, & ſyncopando diuinum officium præſertim matutinum perſoluere, dico à graui culpa non eſſe immunem, cũ vt ſæpius à nobis inculcatum eſt, grauis extet illa Canonica præceptio in *c. dolentes. ext. de celebr. miſs.* qua cauetur in virtute S. obedientiæ, vt diuinum officium nocturnum pariter & diurnum, quantum Deus dederit, ſtudioſe quantum ad officium oris .i. ſine ſyncopa, & deuote quatenus ad cordis munus ſpectat, ab eccleſiaſticis, tàm publice, quam priuatim celebretur. Vnde *Tolet. l.* 2. *c.* 13. Qui, ait, verba nõ profert, aut ex nimia acceleratione male profert: aut qui cum alio recitans, non expectat fines verſuum, ſed anticipat acceleranter, non implet præceptum. Neq. ſimiliter qui cum ſimilibus recitant, quando ſit in notabili quantitate. Propterea tam Epiſcopus, quam chori Præfectus huic abuſui, & errori, proſpicere deberet, ne error, cui non reſiſtitur, ab his approbari videatur. *c. error. diſt.* 83. *Vgol. de off. Epiſcop. p.* 1. *c.* 19. *S.* 1.

Idem dicendum ſi non curat, vt ſilentium ante, vel poſt horas canonicas in ſacello ſeruetur. Quid .n. magis indecorum, & inciuile, quàm videre ſacerdotem Deo ſacrificaturum, vel cum eius Maeſtate a loquuturum, dũ adhoc diuinum opus ſe parat, inanes ſermones cum Aedituo miſcere, & alijs de negotijs ſecularibus tractare, indignari, & cum aliis rixari. *Nau. in Comment. de ſilent. in diuin. off. ſeruan. Baſſus de officio Can. c.* 9.

Præfecti Chori, & Punctatoris Monita, & Documenta.

VNde cum pſallentium Sacerdotum Chorus Angelicos Concentus imitetur, ac referat illiuſq. diſciplina plena religionis, ac pietatis ſit, partes *Præfecti*, & Punctatoris erunt, oblata occaſione aliquando Canonicos, & alios Manſionarios, qui ad diuinas laudes celebrandas in choro conueniunt, blandè admonere, vt attentè, deuote, explicate, & cum debitis verborum interpunctis pronuncient, loci ſanctitatem, & conueniendi cauſam cogitent; ſeq. ad Angelicum munus obeundum ſanctæ meditatione, & exteriori cultu ſe præparent. Cum ſuperpellicium induunt, quod ex candida tela confectũ eſſe debet, ſibi perſuadeant, candidum amictum nihil aliud ſignificare, niſi vt ab omni peccati labe puri exiſtant, nec in ipſis aliquid reperiatur, quod Dei oculos offendat. Sic Pericles quotieſcunq. Magiſtratum aliquem inibat, ipſa honoris delati inſignia, & vnum quodq. geſtamen pro concione alloquebatur, quid ea ſibi vellent, qualem virum poſcerent percunctabatur, ſeq. mox ad perſonam, quam induebat, ſtrenue, decenterq. gerendam adhortabatur. *Bellar. de arte mor. l.* 1. *c.* 14. Et ſi quem minus apte rem agere, aut licentius in choro verſari, aut omnino quid contra diſciplinæ rationem facere animaduerterit, cũ pro modo culpæ, nunc amanter monere, nunc grauius obiurgare debebit. Ac ſi quos monita reſpuere, ac contumacius iuſſa detrectare intellexerit, eorum nomina in librum mulctatorum referre, quod perinde illis erit, ac ſi in chorum non veniſſent. Cũ paria ſint, aliquid non facere, & facere minus idoneo, aut ſi opus eſſe viderit, rem ad Epiſcopum deferre, qui iuſtas ab his pœnas repoſcet. Siquidem, ut ait *Cicero pro Roſcio Amer.* Quos ipſa natura retinere in officio non poteſt, ij magnitudine pœnæ maleficio ſubmoueri debent. Et vt loquitur Horatius, qui virtutis amore à peccatis non abſtinent ſaltem formidine pœnæ ab his cohibeantur. Et pœna eorum oculos aperiat, quos culpa claudit. Quamuis .n. generoſus animus, teſte Seneca, rectius ducatur, quàm trahatur, attamen, quia non deſunt homines ſeruili ingenio, qui non ratione, non pudore, non honeſtate, non monitis corriguntur, ijs mulctæ adhibendæ ſunt, iuxta illud, Phryx

pla.

plagis emendatur. Qua in re omnis ſuperioris, & humanæ poteſtatis deſudare debet induſtria, quæ vt admonet *Apoſt.13.ad Rom.* Non ſine cauſa gladiũ portat &c. Et certe vt ait *D.Greg.l. 3. epiſt. 5.ad Boniſ.* Contumelia Sacerdotum eſt, de diuinis cultibus admoneri, quod .n. ipſi exigere debent, turpiter exiguntur &c. Ac mirandum eſt nõnullos eccleſiaſticos, ſubinde in templo corã Deo garrire, ridere, nugari, qui coram vno Prælato verecundarẽtur; & id facere pertimeſcerent; & nugarum inſtitores fieri, qui Areopagitis taciturniores eſſe deberent; & ſæpe Dæmonis ſuaſu à choro, & ab inceptis precibus legitimæ cauſæ prætextu abduci, vel in alienas à diuino officio curas indigne diſtrahi *& c.Gilbert. de vita eccleſ.c.46.*

CAP. IV.
QVAESTIO XXI.

Pœnitentiarius an totas, & integras confeſſiones audire teneatur, & an dum eas excipit, diſtributiones quotidianas lucretur. Verum vi Concilij Trid. per c.liceat ſibi ſubditũ in aliena diœceſi à caſu Pontificio abſoluere, & in irregulari diſpenſare. Et an inualide ei confitens poſſit à prædictis reſeruatis oblitis ab inferiori confeſſario abſolui.

Hilarius in Cathedrali eccleſia Pœnitentiarius, cum aliquis pœnitens pro abſtergendis propriæ animæ ſordibus, ad eum accedit, non vult totã, & integrã, longã confeſſionẽ audire, ſed tantum caſus reſeruatos ſi quos habet, vt ab illis abſoluat, & pro alijs non reſeruatis ad inferiorem ſacerdotem mittat. Itẽ 2. dum confeſſiones excipit, vult quotidianas diſtributiones lucrari, quæ alijs Canonicis qui choro interſunt, dari ſolent.

Tertio cum ab Epiſcopo generaliter conceſſa ei ſit facultas Concil. Trid *ſeſſ. 14 c.6.* potuerit abſoluere extra diœceſim quendam ſacerdotem, qui doloſe abſoluit à quodam caſu reſeruato contra Decretum Clementis VIII. nempe Aſſiſij, quò pietatis, ac deuotionis cauſa profectus erat; & quia illemet Sacerdos in contracta excommunicatione celebrauit, an ipſi Hilario in eodem loco cum eo in irregularitate diſpenſare licuerit.

Quarto cum Iulius ei non integram, ſed inualidam confeſſionem, fecerit, nũm caſus reſeruatus oblitus reſeruatione euerit.&c Quæritur ergo Primo an in primo caſu contra officij ſui leges agat. In ſecundo an diſtributiones lucrari poſſit. In tertio caſu an abſoluere, & diſpenſare licuerit. In quarto an Iulius ab altero inferiori cõfeſſario abſolui valeat, &c.

Suppoſita, & prænotiones.

I. SVPPOSITVM.

Reſp. Supponendum eſt, Epiſcopum in ſui Cathedrali Eccleſia modo id commode fieri poſſit, Pœnitentiarium .i. aliquem qui inſtar Archipresbyteri confeſſiones diœceſanorum ad ſe accedentium, & pœnitentiæ Sacramentum adminiſtret, inſtituere debere. Sic enim habetur apud. *Trid. Synod, ſeſſ. 24. c.8.* In omnibus etiam Cathedralibus Eccleſiis, vbi id commode fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis cũ vnione præbendæ proximè vacaturæ ab Epiſcopo inſtituatur, qui magiſter ſit, vel Doctor, aut licentiatus in Theologia, vel iure Canonico (ſi tamen huius præbendæ collatio in virũ uere doctum, & ſi Doctoratus gradu non inſignitum fiat, valida eſſe videretur, teſte *Sãchez.l.8 de mat.d.34.num.10. Bonac. de hor. canon. d.2.q.5.§ 5.p.3.§.5.num.4. Barboſa de Epiſcopo p. 3 Alleg.55.nu 5.*) Et annorum quadraginta, ſeu aliàs qui aptior, pro loci qualitate reperiatur, qui dum confeſſiones in Eccleſia audiet, præſens in choro cenſeatur, hæc ibi. In cuius conſtitutione licet ipſe Epiſcopus conſilium Capituli exquirere non teneatur, ſi tamen officij Pœnitentiarij, & vnitæ præbendæ vacatio in Menſe Apoſtolico contingit, vel aliàs præbenda eſſet reſeruata, & affecta, eius electio ad Sanctiſſimum pertineret &c. *Vgol. de off. Epiſcopi p 2. c 33. Gonzales reg. 8. Cancell. gloſ.7.§.2 num.59.* Hoc autem Pœnitentiarij munus optioni non ſubiacet, quia induſtria perſonæ electa cenſetur, & cum eius præbenda perpetuo ei deputata permaneat, hoc non eueniret ſi optioni ſubiecta eſſet. *Nau.conſ. 14 tit.de reb. Eccleſiæ non alien. Garzia ſ d.c.5.c.4.num 132. Nald. v. Canonicus num.11. Barboſa de Epiſc par.3. Alleg.55.nu. 35. Moneta de opt. c.4.nu.4* At in quibuſdam Eccleſijs conſuetudo viget, vt ſimplices presbyteri Canonicatus Dignitates gradatim in Cathedralibus optent. Quæ optio etiamſi de pœnitentiali, vel theologali ſit, 20. dierum ſpatio à die notitiæ fieri debet, *cap.fin.§.ne autem de conſuetud.l. 6.* Quod tempus per Epiſcopum, vel Capitulum ex conſuetudine, vel ſtatuto, & protogari ac diminui poteſt, dum tamen in id omnes optare volentes conſenſerint. Nam ex cõmuni axiomate quod omnes tãgit, ab omnibus debet approbari. *c.quod omnes. de reg. Iur. in 6. Riccius in Praxi var. reſol. reſol.489. Zerula in Praxi Epiſcop. v. Canonia. ad. 7. Moneta l.c.c. 6. Tuſch. v. optio concl. 270.*

Porro licet Concilium *ſeſſ. 24. c. 8.* in ſingulari numero loquens decerna, Pœnitentiarium aliquẽ conſtituendũ eſſe, non propter hoc tñ prohibetur

quin

quin Epiſcopus in Diœceſi, & Ciuitate plures Pœnitentiarios præficere poſſit, qui eadem poteſtate fungantur. Et ſi ibi præſcribatur vt ſit Doctor Theologiæ, vel Decretorū, nihilominus ſatis erit ſi ſit licētiatus, vel ſi regularis, ſit à ſua religione approbatus, alioqui in ordinibus religioſis, vbi nec Magiſtri neq. Doctores creantur, pro huiuſmodi munere confeſſarii eligi non poſſent, quod dicendum non eſt; ſed ſacræ Pœnitentiariæ mens eſt vt doctus, & idoneus, deligatur, vt ait *Zerula in Praxi Epiſc. in 2. p. v. Pœnitentiarius, & Steph. Dalu. de Epiſcop. Abb. & Abbatiſſa poteſt. c. 35. poſs. Nau. conſ. 8. de off. deleg.* Vbi per hoc etiam tradunt talem Pœnitentiarium poſſe aperire, vel expedire literas, quæ à Sacra Romana Pœnitentiaria emanant, & Doctoribus in Theologia, & Iure Canonico diriguntur. Non tamen eorum dictum in ea parte recipiendum videtur, quod ſi impetrans alicui illas literas præſenter, non poſſit eo relicto aliū adire. *ex Nau. conſ.* 8. *de off. deleg.* non enim per illum ſolum aperitionis actum facultas diſpenſandi, vel abſoluendi conſummata cenſetur &c. *vt ait Sanchez. l. 8. de mat. diſp. 27. num.* 40. *Nald. v. Confeſſarius, num.* 38. *& v. litera num.* 8. *Bonac. mat. q. 3. p.* 15. *num.* 7.

II. SVPPOSITVM.

Secundo ne fruſtra conſtitutus videatur, cum alij Confeſſarij non deſint, ad quos Diœceſani accedunt, par erit vt Vicarius ab Epiſcopo in ſpiritualibus inſtituatur, ita vt ipſius vice, & authoritate à caſibus, & cenſuris Epiſcopo iure, vel conſuetudine, vel ab homine reſeruatis abſoluat. In his, ac in iuramento, impedimento petendi debitum, nec non in irregularitatibus ex delicto occulto prouenietibus, in foro conſcientiæ diſpēſet, iuxta *c. liceat. Cōc. Trid. ſeſſ.* 24. Itē vt abſoluendi à caſibus reſeruatis, in caſu particulari dū in facto conſulitur, facultatem alteri delegare poſſit. Et etiam vt Parochi, & inferiores Confeſſarij pro dilucidatione dubiorum in audiendis confeſſionibus occurrentium, debito confeſſionis ſigillo ſeruato, ad eundem recurrant. *Zecchius in tract. de Epiſcopo c. 6. num. 29. & de repub. eccleſ. c. 24. num.* 16. *Io. Chap. de caſ. reſer. c.* 4. *diff.* 1. *Riccius in Praxi var. reſol. reſol.* 179. *Ioannes Iacobus in Conſtitut. Saliſ. 6. Conſtitut. 45. c. 3. Piaſecius in Praxi Epiſcopali p. 2. c. 1. Zerula in v. Pœnitentiarius. Cald. conſ.* 168. *Tuſchus in. v. Pœnitentiarius. concl.* 261. *Bonac. de hor. can. d. 2. q. 5. p. 3. §. 5.*

III. SVPPOSITVM.

Tertio Grauiſſimum quippe, ac ad animarum curam in primis pertinens eſſe Pœnitentiarij munus, maximeq; virum ſpectatæ doctrinæ, atq. integritatis poſtulare conſtat. Vnde cum Pœnitentialem præbendam vacare contigerit, niſi forte eius conferendæ ius ad Apoſtolicam Sedem ſpectet, dictum proponi ab Epiſcopo debet, quò ad eam inuitentur, quicunq. examen ſubire, aut qui ſubeat nominare voluerint, qui conuenerint, eorum ſeparatim variis quæſtionibus, ac diligenti percunctatione, ingenium, literæ, doctrina, exercitatioq. earum præſertim rerum, quas negotii ratio requirit, coram eodem Epiſcopo, vel eius Vicario, & Examinatoribus exploranda sūt.

Interrogationum vero capita præter ea quæ à nobis de Confeſſariis, & Parochis dicta ſunt, hæc eſſe poterunt.

Primo quid ſit pœnitentia, & quæ eius partes, ad quem finem inſtituta, de quibus ſupra *tract. 5. c. 1. q. 1 & ſeq. & tract. 13. c. 3. q. 9.*

Secundo vnde eccleſiæ Sacramēnta originem habuerint. Et de vnoquoq. Sacramento aliquę particulares quæſtiones, quæ commodiores videbuntur, inſtitui poterunt, *vt par. 1. tract. 4. c. 1. & 2. & par. 3. toto tract.* 13.

Tertio quid ſit indulgentia, quid differat à Iubileo, à quo concedi, & quibus dari poſſit, & quę nam ad eam acquirendam requirantur. *par. 2. tract. 11. q. 3. ſuppoſito* 5.

Quarto quid ſit contractus, quæ eius ſpecies, quid viura, quid ſimonia, & ſuper vnoquoq. caſus aliquis formandus erit. De qua materia egimus *par. 2. tract. 9. c. 1. & ſeqq. c. 4. & ſeqq.*

Quinto quid ſit cenſura, & quot eius ſpecies, quid irregularitas, & ex quibus capitibus deſcendat, propoſito aliquo practico caſu &c. *par. 2. toto tract. 11. & 12.*

Sexto caſuum reſeruatio vnde primum inuenta, & quot, quales ſint caſus à iure, vel conſuetudine reſeruati. An mortuo Papa, vel mortuo ſeu amoto Epiſcopo expirent &c. Et quomodo differat forum pœnitentiale à foro conſcientiæ, & exteriori. *p. 2. tr. 11. c. 7. q. 16. ſuſp. 2. & 3. & par. 1. tr. 5. c. 4. q. 21. & c. 6. q. 41 & in noſtro commet. de caſib. reſer. & de hum. vitæ ſtat p. 1. c.* 10. Quomodo etiam in praxi cū homine aliquo caſu reſeruato affecto ſe gerere debeat. &c. conſulantur *Acta Eccleſiæ Med. p. 1. conc. Prouinc.* 1. Quod tū examē in honore docto, & literis munito omitti poterit: ſiquidem examinari non oportet, quem notum eſt eſſe ſufficiētem. *gloſſ. in c. de Petro. d. 47 Sa. v. examen. Barboſ. de Epiſcopo Alleg. 72. num.* 119.

RESOLVTIO.

I. ASSERTIO.

His ſic annotatis dico Primo, Pœnitentiarium abſoluentem aliquem à caſibus reſeruatis

natis non teneri integre illius confeſſionem audire, præſertim ſi cõfeſſio prolixior futura ſit, & aliis audiendis etiam vacandum. Cum regulariter in facultate ſuperiorum ſit, ſolum reſeruata peccata ſubditorum excipere, & ſalutarem pœnitentiam pro illis iniungere, & illos ad ordinarium confeſſarium mittere, quò illos à reliquis culpis non reſeruatis abſoluat, cui tamen omnia tàm reſeruata, quàm non reſeruata aperienda ſunt. *Nau. in c. 1. §. cautus de pœnit. d. 5. Sotus in 4. d. 18. q. 2. art. 5. cõcl. 2. Palud. Riccard. Caiet. & alij penes Vaſquez. tom 4. q. 91. art. 3. dub 90. Reg. l. 1. num. 76. Coriol. p. 1. de caſ. reſer. ſect. 1. art. 10. Comit. in reſponſ. l. 1. q. 28. Graffius in tract. de Arbit. confeſs. caſu 23. Molfeſ. tract. 7. c. 21. n. 23. Hẽriq. l. 3. de pœnit. c. 15. Coninch. de pœnit. d. 7. dub. 9. n 86. & alij cõtra Barboſ. p. 3. Alleg. 55 Garziam. de benef p. 5. c. 4. n. 117.*

Conſultius tamen aget, ſi pro ſolo caſu reſeruato ſacramentalem abſolutionem non impendat, ſed audito peccato, ſalutarem pœnitentiam tam ſanatiuam, quàm præſeruatiuam imponat, illũq. ad ordinarium Confeſſarium dimittat, vt ei integre omnia peccata confiteatur, & ſacramentalis abſolutionis beneficium tribuat, [illegible] iure in praxi tam Epiſcopi, quàm eorum Pœnitentiarii vtuntur. In quo caſu tenentur ſub confeſſionis ſigillo peccatum illud ſeruare. Et inferior cõfeſſarius de iure debet pœnitenti credere, ſe coram ſuperiore exhibuiſſe, & ab eo reſeruationẽ ſublatam fuiſſe, ſiquidem in hoc foro, vt pluries replicatum eſt, dicto pœnitentis pro ſe, & contra ſe fides præſtatur. *Molfeſ. l. c. num 24. Io. Bap. Conſtantius in Admonit. ad Cur p. 4. tit. 6. c. 4. Viſſecius in Praxi Epiſcopali. p. 2. c. 1. num 15. Zerola in v. Pœnitentiarius, vt dixi in Cõment. de hum. vita ſtat p. 1. c. 10.*

II. ASSERTIO.

SEcundo dico Pœnitentiarium dum confeſſiones etiam peccatorum non reſeruatorũ, aut venialium audit, & dum diuina fiunt, pro præſenti in choro haberi, perinde ac ſi illi intereſſet, vt proinde quotidianas diſtributiones lucretur, cum ſacrum miniſterium, quod exercet, in vniuerſalis eccleſiæ totius Ciuitatis, ac diæceſis cedat. Cum autem concilium concedit, vt dum cõfeſſiones excipit, præſens diuinis cenſeatur, alias actiones non comprehendit, vt dum celebrat, aut priuatim officium recitat, etiam vt opportunius confeſſiones audiat. Nec alias diſtributiones complectitur, quæ extra chorum litaniarum, ſupplicationumq. quæ per vrbem aguntur nomine, Canonici percipere ſolent, *vt per Vgal. p. 2. de off. Epiſcopi c. 33. Moneta de Diſtribut. Quotid. p. 2. q. 11. num. 65.* & ſi contrarium ſentiat, *Garziaſ. Benef. p. 5. cap. 4. num. 125. Nald. in v. officium. Barboſ. in remiſs. ad Conc. Trid ſeſs. 24 de refor. c. 12.* His tamen addo S. Congregationem reſcripſiſſe D Carolo Borr. Card. S. Praxedis Canonicos dum interueniunt, & adſunt Congregationi S. Officii *In*quiſitionis habendos eſſe ex gratia pro præſentibus in choro, & ſic quotidianas diſtributiones non amittere tunc temporis illis obuenientes, quam reſolutionem in Pœnitentiario locum habere dicendum eſt.

Atq. idem cenſendum quò ad viſitationis officium, vt ſi ob aliquam neceſſitatem ab Epiſcopo vocatus, vel iuſſus vrbem, vel diæceſim viſitaret &c. *arg. Comit. in reſp. mor. l. 1. q. 59.*

III. ASSERTIO.

REſpondeo 3. quod & ſi Parochus, & quilibet Confeſſarius approbatus poſſit non tantũ in ſuo oppido, vel vrbe ſibi ſubditos vbicunq. repertos etiam extra diæceſim à peccatis abſoluere, quia hoc ad forum contentioſum, & ad ſtrepitum iudicii non pertinet, *vt per Henriq. l 3. de pœnit. c. 7. num. 1. & Sanchez. l 3. de mat. d.* 14. A caſibus tamen occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis tantum ſubditos in ſua diæceſi Epiſcopo, Pœnitentiario, vel alii iuriſdictionem, vel facultatem *capſiceat* habenti abſoluere licet, vt in dicto Decreto cauetur, & tradit *Suarez. tom. 5. de cenſ. d. 41. ſect. 2. num. 10. & 12. & idem Sanchez. l. 2. de præcep c. 11. nu.* 12. dum reſoluunt, poſſe Epiſcopum, & eius authoritate fungentem, exercere diſpenſandi poteſtatem in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus erga ſubditos ſuos extra diæceſim; & verba illa in diæceſi ſua referri ad poſteriorem partem illius textus, in quo conceditur Epiſcopis facultas abſoluendi à reſeruatis. In propria autem diæceſi potuiſſe Hilarium liberare illum ſacerdotem ab ea pontificia excommunicatione etiamſi poſt Cõcilium ſit reſeruata, communis eſt opinio, *vt per Pereg. de Duello q. 37. & Roder. p. 1. ſumma c 81. nu. 4. Beism. p 4. caſu 37. contra Lazar, & Chap.* Certum eſt etiam virtute facultatis qua Pœnitentiarius fungitur, ſibi integrum eſſe abſoluere pœnitẽtem alterius diæceſis à caſibus in proprio Epiſcoparum reſeruatis, & ab excommunicatione ibi pariter reſeruata, modo in fraudem .i. vt proprii Epiſcopi cenſuram fugiat, hoc non fecerit, nec ad excõmunicatorem facilis ſit aditus. *Graff. de caſ. reſ. l. 1. c. 4. reg. 15. Flor. p. 1. c. 4. §. 24. num. 3.*

IV. ASSERTIO.

AD 4. q. dico *I*ulium qui inualide ex defectu contritionis, vel attritionis Pœniten-

Digitized by Google

tiario,& extra tempus Iubilei confeſſus eſt, & caſum reſeruatum oblitus fuit, non poſſe poſt ea ab inferiori confeſſario ab eo abſolui, cum illud peccatum ab ipſo Pœnitentiario cognitum, & iudicatum non fuerit, & per conſequens eius reſeruatio nõ ſit ſublata. Secus autem eſſet ſi peccatum illud eidem Superiori aperuiſſet etiãſi poſtmodum confeſſio ex aliquo capite validitate careret, vt colligitur *ex Caiet.cõmuniter recepto.in v. caſus, & D. Anton. 3.p. tit. 14. c. 19. §. 17. Miranda in Man. Pralat.tom. 2.q. 34. art. 13. Suar. tom. 4. d. 31. ſect. 4. num. 9. Reginal. l. 8. num. 62. Bonac. de Sacr. d. 5. ſect. 5. §. 5. num. 9. & alijs.*

QVAESTIO XXII.

Vtrum qui in ſacra Theologia non eſt gradu Doctoris inſignitus prebendam theologalem obtinere poſſit, & an iuris, Epiſcopiq. menti ſatisfaciat, ſi in ſcholaſtica Theologia pralectiones faciat. An in mortali peccato legens m p. Nũquid dum legit, diſtributiones lucretur, & de his diſponere valeat. Et num ob falſum datum Conſilium reſtituere teneatur &c.

BAſilius Canonicus licet Doctoratus laurea non inſignitus, præbenda Theologali ab Epiſcopo decoratus eſt, vt Sacerdotes, & alios clericos, & egenos ſcholaſticos, qui parentum opibus in ſcholis ſuſtentari nequeunt, hora pomerediana in Cathedrali Eccleſia in ſacris literis doceat, & in his præſertim informet, quæ ad cuiuſq. miniſterium, & animarum curam ſpectare dignoſcuntur. Hic autem Canonicus cum parum, vel nihil moralem theologiam calleat, ſolum de ſcholaſtica Theologia, vt de ſanctiſſima Trinitate, Incarnatione, & de Angelis prælectiones facit; & aliquando in peccato mortali conſtitutus, hoc officium præſtat. Item cum abſolutus, & omnibus numeris perfectus Theologus in vrbe habeatur, multi ad eum confluere ſolent, vt quæſtionum, quæ ad caſus cõſcientiæ pertinent, reſolutionem ab eo reportent, qui tamen multoties hallucinatur, & falſum conſilium præbet. Quæritur, an licet Doctoris gradu in publica Academia non ſit inſignitus, præbendã illam habere potuerit. Et an menti Concilij Tridentini *ſeſſ. 5. c. 1. de refor.* & intentioni Epiſcopi eum conſtituentis ſatisfaciat, dum omiſſis his quæ tum ad clerum in caſibus conſcientiæ, & recta ſacramentorum adminiſtratione informandũ; tùm ad populum in moralibus quæſtionibus inſtituẽdum pertinent, in illis tantum materijs verſatur, quæ ſpeculatiuam facultatem concernunt.

Secundo an dum actu legit, tàm fructus præbẽdæ, quàm quotidianas diſtributiones lucretur, & de illis teſtari poſſit &c.

Tertio an ob falſa, & praua conſilia, vel reſponſa ab ipſo data, damna inde ſecuta reſtituere teneatur?

Suppoſita, & pramiſſa.

I. SVPPOSITVM.

REſp. Suppono Primo quod cum Epiſcopis magna ſacerdotum debeat eſſe cura, iuuenum præcipue, ac eorum, quibus animarum cura pro tempore committenda erit, ne horis à miniſterio vacantibus, ſomno torpentes, & otio dediti irrecuperabile tempus male perdãt, & in laqueos incidant Diaboli, ſed potius eorum opera in officijs eccleſiaſticis ad diuinum cultum vſui eſſe poſſit. iuxta *Lateran. Concily, & Tridentina Synodi ſanctiones. ex c. 1. & 4. ext. de Magiſtris, & d. ſeſſ. 5. c. 1. vt per Riccium in Praxi var. reſol. reſol.* 175. *Barboſa de off. Epiſcopi p. 3. Allegat.* 56. In Cathedrali eccleſia, & alijs collegiatis inſignioribus, & opulentioribus, eligendus eſt vir doctus, ac in ſacris literis verſatus, & in morali ſeu poſitiua Theologia inſtructus, qui tam Clerum, quam populum in diuinis, ac Chriſtianis diſciplinis inſtituat, ſacram Scripturam, vel Catechiſmum Rom. ſeu caſus, quos conſcientiæ vocant, explicet. Et ne quod de potentia reducta ad actum etiam de Theologo profitente, & auditoribus carente dici poſſit, fruſtra. ſ. locuturum docturumq. eum, qui diſcentes, aut audientes non habuerit, partes Epiſcopi erũt, edicere, vt omnes presbyteri, Parochi, & alij clerici interſint, nec non & laicos hortari, vt niſi impediantur, huiuſmodi lectionibus incumbere ſtudeant. *Zecchius. de regim. Epiſc. c. 7. num. 19. Duardus in Bulla cœna* Domini *l. 1. c. 1. q. 3. nu.* 123. Vnde vbi primum theologalis pręebenda vacauerit, etiamſi illius conferendæ ius ad alium, quàm ad Epiſcopum (prætetquam ad Sedem Apoſtolicã) pertineat, vt ſupra de pœnitentiali dictum eſt, edictum de more proponendum erit, quò ad concurſum euocentur quicunq. ſint, qui illius muneris cauſa examen ſubire velint, vt coram Epiſcopo, vel eius Vicario, adhibitis etiam alijs peritis, probiſq. viris, perquiratur de illius vita, moribus, ætate, gradu, ordine, cæteriſq conditionibus, quæ ad tale munus obeundum neceſſariæ ſunt, ac potiſſimum periculum, experimentumq. fiat in literis, ac doctrina &c.

Quanam à Theologo interroganda ſint.

PRimo quænam requirantur in Theologo huius præbendæ, vt digne poſſit illam ſuſcipe-

R a te,

Digitized by Google

re, nempe ætas, legitima, bonitas, ac ſcientia, tàm ſpeculatiua, quàm practica, vt ſupra notauimus.

Secundo quid ſit theologia, quod nam eius ſubiectum, & in quot partes diuidatur. Et quænam ſit concionis, vel theologicæ lectionis materia. Quot nam ſint verbi Dei ſcripti ſenſus ſeu ſacræ ſcripturæ interpretationes. Quid ſint traditiones, & quot earum genera.

Tertio vnde eſt homini Dei cognitio, & quomodo ſe Deus homini reuelat.

Quarto cur Deus humanam carnem aſſumere voluerit, & an omnes ſanctiſſimæ Trinitatis perſonæ ad operandam Domini noſtri Ieſu Chriſti incarnationem interuenerint.

Quinto quid ſint Angeli, quænam eorum cognitionis vis ac poteſtas.

Sexto Homo cur à Deo creatus, & an proprijs viribus ſuum vltimum finem conſequi poſſit.

Septimo quid ſit gratia, quid meritum, & quæ requirãtur, vt opera humana meritoria ſiãt. Quid ſit actus humanus, quid peccatum, & an ſolo ſuo libero arbitrio ab ipſo peccato reſurgere valeat. Quid prædeſtinatio, an ad iuſtificationem ſola fides ſufficiat, quænam eius cauſæ, & quænam ad eam requirantur.

Octauo cur Deus ſacramenta inſtituerit, quid & quomodo in anima operentur. Quid ſit ſacrificium miſſæ quid Purgatorium, & inuocatio ſanctorum &c,

Nona quid ſit iuſtitia, & quotuplex, quid dominium, quæ conditiones ad dominij acquiſitionem requirantur. An in rebus conſumptibilibus poſſit vſus à dominio diſtingui. Quid teſtamentum, & an aliquid in teſtamento minus ſolemni acquirens poſſit in foro conſcientiæ retinere.

Decimo quid ſit indulgentia, & quid à Iubileo differat, & quænã cauſæ ad eum exigantur. Quid ſit cenſura, & quotuplex, quomodo inter ſe differant. An indulgentias, & cenſuras penes eccleſiã eſſe negans ſit hæreticus, & in quam pœnam incidat, & cætera huiuſmodi pro Examinatorum prudentia, & arbitrio interrogari poterũt. De quibus omnibus inter alios, *Viguerius in inſtituit Theologicis*, & nos ſparſim in tribus partibus de Examine. Item duo puncta, vel loca ex veteri, & nouo teſtamento explicanda proponere licebit, de quibus *Gaudioſus Floridus in explicationibus Catholicis locorum veteris, ac noui teſtamenti*. Hic tamen illud obſeruandum eſt quod licẽtia Ordinarii ſeu eius examen, vel de ſcientia, & moribus periculũ, non requiritur pro licentia habendi lectionem ſacræ ſcripturę in Conuentibus regularium. *Ex Declar. S. Congreg. Nald. in v. licentia. num. 4. Barboſa de Epiſcopo par. 3. Alleg. 56, num. 17.*

II. SVPPOSITVM.

SEcundo ſuppono forum eſſe quintuplicem. Primus eſt contentioſus, de quo loquitur *titulus ext. de foro competenti*, & dicitur contentioſus, quia inuitus quis ad illum trahitur. Secundus eſt volũtarius, quia inter volentes locum habet. *c. nonit. vbi gloſſ. & DD. ext. de officio legati, & Sanch de mat. l. 3. d. 19. n. 7.* Tertius eſt forus pœnitẽtialis, q in ſacramẽtal iudicio exercetur, de quo in toto *tit. ext. de penit. & remiſſ.* Quartus eſt forus conſcientiæ, qui ſecreto abſq. teſtibus, & ſcriptura agi ſolet, & ſic à foro exteriori diſtinguitur, vt per eundem *Sanchez p. 2. de mat. l. 8. d. 34. num. 39.* Quintus eſt forus quaſi pœnitentialis, qui .ſ. inter hos eſt medius, vt quando quis ſalutare conſilium petit, vt per *Abb. in c. ſignificaſti ext. cl. 2. ext. de homicidio.* Ea eſt .n. poſt primorum parentum peccatum, hominis ignorantia, vt pauca admodũ ſint quę certè, vel clare per ſe ipsũ dignoſcat, ſed alterius lumine, & ope indigeat. Vnde vt ait *D. Bernardus epiſt. 87.* Qui ſe ſibi magiſtrum conſtituit, ſtulto ſe diſcipulum ſubdit, vt propterea ſalubre, & amplectendum ſit illud Tobiæ monitum *c. 4.* Conſilium ſemper à ſapiente require, *Maſcard. de probat, vol. 2. concl. 796.* Conſiliarij vero. i. illi à quibus ex officio ad hoc conſtitutis conſilia petuntur, tenentur de damno lata ſua culpa ſecuto, quia ex vi proprij muneris ea ſcire, & prẹſtare tenentur, quæ hominis eiuſdem conditionis ſciunt, & præſtant, vt ex communi ait *Bonac. de cont. d. 1. q. 2. p. 8. num. 29.*

III. SVPPOSITVM.

TErtio præmittendum eſt tria bonorum genera clericis beneficiarijs competere poſſe.

I. BONORVM CLER. SPECIES.

PRimo patrimonialia, quæ per ſucceſſionem, aut propriam induſtriam, aut donationem, aut alios contractus eo modo quo laici, iuſto titulo acquiſierunt, quorum verum dominium habent, ita ut de illis teſtari, & in vſus ſibi placentes, ac profanas donationes, ſicut & laici impendere valeant. Siquidem clericus per ordinem dominio ſe non abdicat, neq. ad patrimonialia in pios vſus expendenda ſe obligat, & vt aliàs dixi, poteſt de beneficiorum redditibus viuere, & hæc patrimonialia bona conſeruare, & pro libito de his diſponere, eodẽ tñ priuilegio quò ad immunitatẽ gaudent quo eccleſiaſtica bona. *c. Epiſcopus, 12. q. 1. & quia nos, vbi Abbas, & alij ext. de teſtamentis. Sot. l. 10. de iuſt. & Iu q. 4. art. 5. Leſſius. l. 2. c. 4. dub. 6. Lopez. l. 2 de cont. c. 47. & communiter. DD. Decius, & alij*

& alij in c. Epiſc. ext. de præb. Cou. in c. 1. tit. de teſtam. Ludouicus à Ponte de Chriſt. perfect. tract. 1. c. 9. §. 1. Belletus de bonis cler p. 1. §. 14.

II. SPECIES.

SEcundo alia ſunt quaſi patrimonialia, & ea ſunt omnia quæ ipſi clerici ratione dignitatis, vel officij abſq. beneficio, vt celebrando, prædicando, prælectiones faciendo, confeſſiones audiendo, canendo, & ſacramenta adminiſtrãdo, ſibi acquirunt. Quorum etiam ſicut patrimonialiũ Domini fiunt moderatores, & arbitri, idemq. dicendum eſt de penſionibus, & de quotidianis diſtributionibus, quæ à S. Canonib. eccleſiæ miniſtris ob illud miniſterium, quod altari, aut diuino cultui impendunt conceduntur, *c. 1. de cler. non reſid. l. 6. Gutierez l 2. Canon. qq. c. 15. Genueñſis in Pract. eccleſ. q. 463. Bellet. in Diſq. cler. p. 1. tit. de bonis cler. §. 7. Molfeſ. tr. 6 c. 10. num. 40. Hoſt. & Innocent. in d. c quia nos. Leſs. l. 2. Nau. q. 1. de redd. eccleſ. monit. 19. & 39. Mol. de Iuſt. d. 138. Reginal. l. 25. n. 624. & l. 30 n. 110. Mantica. de con. vlt. vol. l. 2. tit. 9.*

III. BONORVM SPECIES.

TErtio quedam alia bona clerici poſſident, quæ eccleſiaſtica dicuntur, nempe quæ eccleſiaſtici beneficij titulo recipiuntur; & quò ad hæc certum eſt, de fructibus, ac prouentibus, qui congruæ ipſius beneficiarij ſuſtẽtationi ſuperſũt; teſtari, & prout vult de illis diſponere non poſſe, cũ in cauſas pias, non in profanas inſumendi ſint; licet de ipſius beneficij redditibus iuſte tantundẽ retinere valeat, quantum de bonis patrimonialibus, vel quaſi, ad decentem ſui ſtatus ſuſtentationem impendit, atq. de eo tanquam de patrimonialibus diſponere poſſit. Idem dicendum eſt ſi ex his bonis patrimonialibus in eleemoſynas, & alia pietatis opera expendit, quia cum illa bona non teneatur abſolute in opera pia erogare, ſi ſic diſtribuerit, integrum ei erit, ex fructibus beneficii quos alioqui in huiuſmodi opera conferre debuiſſet, compẽſatione vti. Ex quo etiã ſequitur, beneficiarium, qui ex decenti ſui ſtatus ſuſtentatione ſe reſtringendo, parcius viuendo, & genium defraudando, aliqua ſubtraxerit, de his ſicut de bonis ſecularibus teſtari, & diſponere poſſe, & de his conſanguineos ſuos augere. *Cou. in c. cum in officiis, de teſtam. Sot. d. l. 10. q. 4. art. 3. Leſſius. d. dub. 6. Nau. de redd. eccleſ. q. 1. monit. 30. Bonac. de cont. d. 3. q. vlt. p. 2. Garziaſ. de benef p. 2. c. 1. num. 11.* Qua etiam ratione communi calculo reſoluunt Doctores, quod licet melioramenta in rebus eccleſiæ per clericum facta, ipſi eccleſiæ cedant, & de his ſuo arbitratu ſtatuere non poſſit, (quando quidem quilibet clericus tenetur ſponſæ ſuæ conditionem meliorem facere, adeo vt proprii beneficii frugiferas arbores cædens, & cũ beneficii iactura in proprios vſus conuertens, excõmunicatione in *Conc. Trid. ſeſs. 22. de refor. c. 11.* lata ligetur) ſecus tamen cenſendum eſſet, quando de ſuo patrimonio expenſas feciſſet, quia tunc tàm ipſe quàm eius hæres repetere poſſet. *Abbas in c. de his. ext. de eccleſ. ædif Surdus de alimentis. tit. 1. q. 21. Bellet p. 1. Diſq. cler. §. 4. & §. 17. Naldi v. beneficium. nu. 33. Burſat. conſ. 178. vol. 2. & vol. 3. conſ. 226. Tuſch v beneficiatus concl. 74.* Quod ſi beneficiàrius inteſtatus decedat, ſi nil aliud præter beneficium habeat, quidquid acquiſierit ſucceſſori debetur. Si vero partim pecunias, vel res mobiles ex beneficii redditibus partim ex bonis patrimonialibus, vel eius induſtria adeptus eſt, in Iudicis arbitrio erit diffinire quæ nam ex ipſius beneficii fructibus ſint comparata, vel ad Cameram Apoſtolicam, vbi vigent ſpolia, vel ad hæredes pertineant, ſic tamen vt in dubio ex redditibus eccleſiaſticis acquiſita cenſeãtur. &c. *Zecchius in rep. eccleſ. tit. de beneficiatis, num. 11.*

RESOLVTIO ET I. EIVS ASSERTIO.

HIs conſtitutis dico Primo, Baſilium præbendam theologalem conſequi potuiſſe, licet Doctoratus laurea decoratus non ſit, ſufficit .n. vt doctus ſit, & in ſacra Theologia licentiatus. *arg. Conc. Trid. ſeſs. 24 de ref c. 8. & c. 12. Itẽ Concilii Trid d. ſeſs. 5 c. 1.* dum Theologus ſcholaſticam, & ſpeculatiuam legit, diſpoſitioni ſatisfieri, quod indifferẽter de ſcriptura, & Theologia loquitur, non tamen id Epiſcopi menti conſonũ, & conſentaneum eſſe, qui eum cõſtituit, vt diebus feſtis poſt veſperas in Cathedrali clerũ caſus, vt uocant conſcientiæ, doceret. Siquidem Sacta Congregatio Cardinalium cenſuit, quod de tempore, & hora, materia ſcripturæ, & theologiæ, quæ in ſacra ſcriptura continetur, ſuper qua legendum ſit, arbitrio Ordinarii relinquitur, & quod ipſe Lector à lectione tribus menſibus vacare põt nẽpe menſibus Iulii, Auguſti, ac Septembris &c. *Garziaſ. p. 5. c. 4. nu. 157. & ſeq. Genuenſis in Man. Paſt. c. 62. num. 3. Nald. v. legere num.* 2. Cognouit .n. Epiſcopus iſte cum vrbem, & diæceſim viſitauit, complures ex clero maxime quibus animarum cura commiſſa eſt, ſacratum literarum, & inſtitutionis ad eccleſiaſticas functiones obeundas, neceſſaria ſciẽtia, & vſu deſtitutos. Probe nouit Canonicam ſcientiam principaliter tendere ad interpretandũ

ius diuinum in dubiis caſibus ad moralem philoſophiam, & theologiam ſpectantibus. Per puram, & ſolam ſcholaſticam theologiam, recte, & idonee Dei eccleſiam regi non poſſe. *vt per DD. in c. 1. ext. de conſang. & aff. D. Anton. p. 2. tit. 1. c. 7. §. 4. Tuſch. in v. Theologi. concl. 297.*

II. ASSERTIO.

SEcundo quamdiu legit, pro præſenti haberi, & omnes fructus recipere, præter quotidianas diſtributiones, ſuppoſito quod adſit maſſa, groſſa, vel præbenda. Gregorius tamen 13. audita relatione Congregationis ex gratia illas deberi ei voluit, nõ modo pro illis horis, vt ſi mane legit pro matutinis horis, & miſſa ſolemni, ſed etiam pro tota die, & ita ſæpius conſultus reſpondit, vt per eundem *Garzian. p. 3. c. 2. num. 118. & Gonzales in reg. 8. Cancell. §. 7 proœm. num. 180. Barboſam in annot. ad d. ſeſs. 5. c. 1. Piaceium in Praxi Epiſcopali p. 2. c. 3. nu. 9. Monetam p. 2. q. 11. num. 72. & ſeq. Nald. v. Diſtributiones num. 9.* Hinc ſequitur, de diſtributionibus, quas lucratur, iuſte per teſtamẽtum diſponere poſſe. De fructibus vero beneficiorum teſtari non licere, niſi in locis, vbi contraria conſuetudo commune ius abrogauit. Iam .n. fere vbiq. moribus receptum eſt, vt ſolis epiſcopis teſtandi licentia ſit neceſſaria; cæteri vero clerici libere de his teſtantur, quæ ex eccleſiaſticis redditibus adepti ſunt, atq. in eiſdem parentes, fratres, cognati ab inteſtato ſuccedunt. *Bellonus conſ. 3. Clarus. in §. teſtamentum q. 27. Tuſchus. tom. 1. v. clericus, concl. 396. Leſſius l. 2. c. 19. dub 4. Mol. tõ. 2. d. 147. Reginal. l. 30. tract. 3. n. 121. Bonac. de cõt. d. 3. q. vlt. p 2. Cou. in c. cum in officijs. ext. de teſtã.* Quæ conſuetudo corruptela dicenda non eſt, ſi ſit teſtandi ad pias cauſas, non item ſi ad profanas, vel ad ditandos cognatos; alienũ .n. eſt à ratione, vt bona iure pauperibus debita, conſanguineis diuitibus relinquantur, aut ij de induſtria ſinantur illis ab inteſtato ſuccedere. Addo bona clericorũ morientium in vrbe atq. in ea, vel intra decem milliaria exiſtentia, ad Cameram Apoſtolicam non pertinere, ſiue teſtati, ſiue etiam inteſtati ipſi beneficiarii decedant, vt nuper cauit *Paulus. V. in Conſtit. incip.* in *Eminenti.* Et paucis ante diebus *Greg. 15.* eius ſucceſſor innouando, & confirmando literas *Pauli. 3. & Iulii 3.* Clericis Bononienſibus indulſit, vt conſtat in eius Decreto Incip. *Aliàs fel. recordationis.*

III. ASSERTIO.

TErtio dico Baſilium publice legẽtem Sacrã Scripturã, lethali peccato notorio infectũ, nouo mortifera noxia ſe ſauciare, quandoquidẽ peccato ſuo ſacræ ſcripturæ finem quodammodo impedit, cum ſe noſſe Deum ore profitetur, quem opere negat. In quem proinde epigramma illud iactari merito poteſt:

AEra graui cunctos veluti campana ſonore,
Ipſa licet penitus ſint ſibi ſurda cient.
Sic ea recta docent aliàs peruerſa ſecutus
Quiq. alijs ſapiens non ſapit ipſe ſibi.

Lud. à Põte tom. 4. tract. 5. de perfect. hom. c. 3. Atq. hanc poſitionem poſt *S. Thomã, & D. Anton. tenet Nau. c. 25. n. 55. Graffius l. 3. Deciſ. aur. c. 11. idem Nald. in v. legere. num. 1.*

IV. ASSERTIO.

Cum documentis.

QVarto dico Baſilium ob prauum, & falſum conſilium ex lata culpa datum, & charitatem, & iuſtitiam violaſſe, vt proinde ad damni inde ſecuti reſtitutionẽ teneatur; cum ad eum ex officio ſpectet, recte ex ſcientia, & conſcientia conſulere, & re ipſa præſtare, quod Theologi nomine, & titulo profitetur. Vt propterea verum ſit quod vulgo dicitur, Malum conſilium conſultori peſſimum; & tria eſſe, quæ nos orco inuehunt, malum conſilium, malum exemplum, & malum conſortium. Lepide quidam Chriſtianus ſapiens dicere ſolebat tria hominum genera circa purgationes occupari. Primo medicos cum humana corpora purgant, peſtiferos humores educendo. Secundo iureconſultos, ac cauſidicos cum operam dant vt hominũ crumenas euacuent, ſuas autem turgidiſſimas efficiant. Tertio Theologos, qui cõtra in eam curam incumbere debent quomodo hominũ animas expurgent, hoc eſt piis correptionibus emendent, ac ſolidis conſiliis in rectam viam reuocent; quod ſi non faciunt, proprio muneri non reſpondent. Videantur pro reſolutione. *Sayrus in clauis reg. l. 10. tract. 2. c. 8. num. 11. Bonac. d. 1. q. 2. p. 4. Carol. de Graſſis. de effect. cler. in Prælud. num. 156. & ſeq. Coſta de Iur. & facti ignor. reg. 2.* Et attigi etiam ſupra *tr. 10. c. 4. q. 7.* Quippe ſicut in rebus preſertim difficilioribus conſilium vnuſquiſq. ex prudentiæ præcepto adhibere tenetur, ita ille à quo ipſum conſilium petitur, neceſſariis ad conſulendum dotibus inſtructus eſſe debet, nempe potiſſimum rerum peritia, duplicem illam ſcientiam cõplectente, quæ ſpeculatiua, & practica dicitur; aliàs ſi ea caret, & munus hoc exercet, peccatum præſumptionis committit, & iuſtitiæ leges violat. Talem inquit. *D. Ambroſ. l. 2. offic. c. 17.* decet eſſe eum, qui aliis conſulit, vt etiam ſit exemplum ſanctorum operum, in doctrina, in integritate, in

Digitized by Google

grauitate, cuius verbum ſit ſalutare, & irreprehenſibile, vita honeſta, & ſententia ſuauis, & humana.

Corollaria

PErpendunt pręterea rerum moralium Scriptores Deum permittere conſultorem decipi, & conſiliarium non recte veritatem attingere, in pœnam praui animi, quo conſilii indigus ad conſulendum accedit, nempe dum optat, & inquirit, vt reſpondeat quod ipſe vellet, quaſi ab eo propriæ voluntatis, & propenſionis approbationem, potius quam directionem extorquere ſtudeat; multo magis ſi eo propoſito accedat, vt niſi conſulat, quod ſibi arridet, cōſilium eius negligat. Quod quatuor modis contingere poteſt. Primo ſi Deus permittat conſiliarium ex proprio capite, non ex Iuris, & Doctorum pręceptionibus reſpondere. Secundo, vt plane omnia non intelligat, quę neceſſaria erāt ad reſpondendum, quoſſ ... fuiſſet. Tertio vt reſponſum ambiguis verbis depromat, quę non ſatis aperiant, quod ipſe ſentit. Quarto ipſum conſulentem excęcando, ne fidē conſultori adhibeat, nec eius conſiliū ſequatur &c. *Lud. de P. de Chriſt. perfect. p. 2. tract. 1. c. 6. D. Doroth. ferm. 5.*

Ad caſus porro cōſcientię priuatim reſoluendos, illud primo obſeruandū eſt, vt nō ſtatim reſpōdeat, niſi prius accepto ad deliberandum tempore, quia optimi conſilii inimica eſt celeritas; niſi res adeo manifeſta foret, vt ſtudio opus non ſit. Secundo caſus in ſcriptis videndus eſt, præſertim ſi res ad contractum ſpectet, cum vna circunſtantia factum variet. Tertio videnda eſt materia, vbi ex profeſſo DD. de eadem re agunt, cum regulis, & limitationibus, nàm vnaquęq. regula exceptionem patitur. Quarto vt plurimùm cum communi ſententia reſpondendum eſt, vt dixi *ſup. tr. 5. c. 9. q. 60.*

Finis Tractatus decimi quarti.

Digitized by Google

ARTICVLI SVPER QVOS INSTITVI poterunt interrogationes ſuper admittendos ad Conciones, & ad Epiſcopatum.

C A P V T I.

Q V AE S T I O I.

Verum Epiſcopus non valens per ſe ipſum conciona-ri p. m. ſi virūq; moribus, & ſcientia idoneum non deputat. Et an concionator horas canonicas, & ieiunium omittens peccet &c.

EPiphanius Epiſcopus, cum in ſua eccleſia aduentus tempore, & infra annum concionari non poſſit, Blaſium regularem uirum non bene in Ciuitate audientem, ſe ingerentem, petentem, ac Magnatum quorundam preces interponentem, & ſi tyronem, & paruin in hoc concionandi munere eruditum, ac expertum recipit; atq. ſui ſuperioris iniuſſu, & abſq. alio examine huic officio præficit. Qui poſtmodum dum habendis concionibus ſtudet, horas canonicas recitare omittit, & ieiunium ab eccleſia præceptum ſeruare. Quæritur an tàm Epiſcopus eum recipiens, quàm iſte religioſus ambitioſe petens, mortifere peccauerit. Et an ipſe cōcionator diuinum officium, & ieiunium pretermittens, à peccato excuſetur.

I. S V P P O S I T V M.

REeſp. Primo ſupponendum eſt ex. *c. inter cætera. ext. de off. ordin. & Conc. Trid. ſeſs. 5. c. 2. & ſeſs. 24. c. 4.* Quia Chriſtianę reipub. nō minus neceſſaria eſt Euangelii prędicatio, quàm lectio, & hoc eſt præcipuum Epiſcoporum munus, decretum eſſe, omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & omnes alios eccleſiarum Prelatos, teneri per ſe ipſos, ſi legitime impediti non fuerint, ad prędicandum Sanctum Ieſu Chriſti Euangelium. Si vero contigerit Epiſcopos, & alios prędictos legitimo detineri impedimento, à iure cogi, viros idoneos aſſumere ad huiuſmodi prædicationis officium ſalubriter exequēdum. Si quis autem hoc adimplere contempſerit, diſtrictę ſubiaceat vltioni. Vnde & B. V. apud D. *Brigittam l. 3. reuelat. c. 3.* ait Epiſcopum quia Paſtoris vices ſuſtinet, teneri ſub brachiis ſuis florū faſciculum habere quo oues vicinę, & remotæ poſt eius odorem gaudentes currant. Quo quidem faſciculo nihil aliud quā prędicationem ſignificari aſſerit, per illum. n. debet Epiſcopus ouium ſuarum animas à terrenarū rerum fœtore abductas, ſuę prædicationis odore, ac ſermonis ſuauitate, ad cœleſtium amorem inflammare, & ſpirituali cibo paſcere. Sic. n. & B. Tereſia noſtro tempore ſæpe ubertim flebat, & feruidas orationes ad Deum pro his fundebat, qui prædicatione, vel ſcriptis, aduerſus hereſes pugnabant, & animas Cœlo lucrabantur; & ad id ſorores ſuas excitabat, vt habetur in eius vita *l. 2. c. 1.* Hinc nouo Epiſcopo ſacer anulus traditur, vt ſanctam eccleſiam ſponſam ſuam verbo, & exemplo paſcat. & intemerata fide cuſtodiat. Et cōſecrator Euangeliorum librum ei porrigit, dicēs, Accipe Euangelium, & vade, prædica populo tibi commiſſo, potens eſt. n. Deus vt augeat tibi gratiam ſuam. *Barboſa de Epiſcopo par. 1. tit. 1. c. 3. num. 15. & 16. Lud. à Ponte. de perfect. Chriſt. tom. 4. tract. 7. c. 18.* Quippe perinde vt corpus noſtrum carnale frumētario nutritur pane; ſic anima verbo Dei paſcitur, & nutritur. Et quanto anima corpore præſtantior eſt, tanto ſpiritualis cibus corporali excellētior eſt. Munus autem huius panis diſtribuendi præcipue Epiſcopis, qui Apoſtolorum locum obtinent, poſt deinde cæteris Prælatis, nec non Parochis incumbit; nam hi Epiſcopis, in quorū ſollicitudinis partem ſuffecti ſunt, auxilio eſſe debent, ne illis obiici poſſit illa Hieremiæ Prophetæ lamentatio id eſt Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis, vt fuſe proſequitur *Cāpan. l. in Diuerſ. Iur. Canon. Rub. 12. c. 13. num. 15. & 14. Zerola in Praxi Epiſ v. prædicatio. Conſaluus Durantus in notis ad reuelat. D. Brigitta. d. l. 3. c. 3. Fuligat. in vita Car. Bellar. c. 21. Bonac. de legibus d. 6. q. 1. p. 8. n. 4. Riccius in praxi fori eccleſ.* Deciſ. 546. *Vgol. de off. Epiſcopi p. 2. c. 42. Franc. Leo in Theſauro fori eccleſ. p. 1. c. 8.* Vbi etiam reſoluunt, quod cum hoc munus ad Epiſcopos, & Parochos pertineat, cum illud per ſe ipſos obire nequeunt, niſi aliud ſit in more poſitum, prædicatoribus aſſumptis neceſſarios ſumptus ſubminiſtrare debere. Vnde etiam ex communi dicit *Sanchez l. 6. de præcept. c. 7. num.*

19.

19. quod cum attendere ſaluti animarum prædicando,& docendo ſit altiſſimus omnium finis, & ad quem Chriſti Seruatoris noſtri ſchola inſtituta eſt,& ad quem *E*piſcoporum munus dirigitur, ea erit inter religiones abſolute perfectiſſima, cuius ex ſua principali inſtitutione, hoc munus propriũ eſt, quamuis in externis corporis auſteritatibus ab aliis excedatur. Quinimo non ſolum concionandi, ſed etiam confeſſiones audiendi *E*piſcoporum proprium eſt munus, Hinc D. Ludouicus *E*piſcopus Toloſanus die quadam ex equò deſcendit, vt cuiuſdam pauperis confeſſionem exciperet, quamuis alii ſacerdotes præſto eſſent, dicens, ſibi eſſe cõmiſſam animarum curã. *M. Ant. Gen. in Man. Paſt. c. 62. Doneſm. in vita Franc. Gonzaghe l. 3. c. 16.*

II. SVPPOSITVM.

SEcundo ad hoc grauiſſimum, præcipuum, ac perneceſſarium prædicandi munus ſeligi debent viri Catholici, pij, graues, & maxime idonei, qui auditorum animas non minus vita, quàm doctrina moueant, & quibus præter eximiam morũ integritatẽ, inſit etiam plane cognitio ſcripturarum vtriuſq, teſtamenti, ingenium velox, & ſolers, eloquentia vehemens, & iucunda, prudentia item rerum, ac perſonarum, experientiaq. multiplex, & demum ſpiritus ſanctus, qui in eis loquatur. Humani.n. corporis ventriculus, vt cibo male cocto, crudo, difficili, aut veneno infecto vel debilitatur, vel humidum radicale, prout Phiſici loquuntur plane extinguitur; ſic anima verbo *D*ei vel male digeſto, vel iuxta crudã literam cocto, vel adulterato, male afficitur, & tandem perimitur. Quò fit, vt concionatoribus in huius nobiliſſimi cibi adminiſtratione prudenter admodum incedendũ ſit, ne quod ad vitam datur, interitus occaſio fiat. *Staplet. in Dom. 4. Aduẽtus Barb. de Epiſcopo par. 3. Alleg. 75.* Et cum quidquid à concionatore loquendum eſt, fundari debeat ſupra pretioſiſſimum fundamentum, quod eſt ipſe Chriſtus, ſuper qđ ædificandũ eſt aurum, argentum, & pretioſi lapides, valde indignum, & perniciosum eſt ſuper illud ligna, fœnum, & ſtipulam conſtruere. 1. *ad Cor.* 3. per quæ tria DD. non ſolũ intelligũt peccata, q̃ ex diuitiarum cupiditate, voluptatibus, vaniſq honoribus proueniunt, ſed etiam viles, terrenas, ac contemptas doctrinas, quæ deſtruunt, potius, quam ædificent. Siquidem ligna cenſetur eſſe ſcientia mundana, & politica, valde laxas opiniones in materia morum docens, præbendo occaſiones ad honores, & diuitias conquirendas, in cupiditates, & ambitiones labendi. Fœnum eſt prædicatio carnis appetitui valde grata, & iucunda, potius ad demulcendas aures, quam ad imprimendas Chriſtianas veritates tendens, pluriſq. verborum vitorẽ, quàm ſententiarum præſtantiam faciẽs, ideoq. abſq. alio in moribus fructu, fabulas, ac nugas, rerumq. admirabilium figmenta tantummodo miſcet. Stipula eſt doctrina inanis, & vacua, aliquid boni ſolum in ſpecie habens, quam aliqui cum ſolida fidei doctrina confundunt, ex proprio capite ſacræ paginæ explicationes depromentes, & contra Canonicas ſanctiones. *Conc. Later. ſub Leone. X. incip. Sacro. & Conc. Trid. ſeſ.* 4. Hinc *Io. Carmelita. de inſtit. Principum. par. 2. lib. 1. c.* 4. Nõ leuiter, inquit, à concionatoribus multis erratum eſt, qui Chriſti legatione parum grauiter ſancteq. funguntur, concionandi modus Apoſtolicus eſſe debet, temperato ſtylo, tutam, ac fructuoſam doctrinam ad corrigendos mores, & ad extirpanda vitia, ad acquirendas virtutes, vitamq. in Dei timore, & amore exigendam, continens, oculis non in propriam exiſtimationem, aut quæſtum, ſed in *D*ei gloriam, & animarum ſalutem intentis; malum hoc nimis vulgatum eſt, & Pontificiam authoritatem cenſuramque requirit.

III. SVPPOSITVM.

TErtio religioſis viris qui Epiſcoporum coadiutores, & cooperatores ſunt, duplex obſtare impedimentum, quominus ſpirituales functiones obeant, vt concionari, docere, confeſſiones audire, &c. Vnum eſt peccatum, iuxta illud pſalmi 49. Peccatori dixit Deus, qua te tu enarras iuſtitias meas? &c. Hoc autem impedimẽtum conſtat longe debere à religioſis abeſſe, cum peculiarem vitæ ſanctitatem profiteantur. Alterum obex eſt præceptum, vt. ſ. à ſuis Superioribus facultatem habeant, alioqui non leui culpa ſe obſtringent; nam D. Paulus de *E*uangelicæ legis enunciatoribus loquens ad *Rom. c.* 10. oſtendere volens concionatores in huiuſmodi miniſterium ſe intromittere non debere, niſi id vel immediate à Deo, aut mediate per ſuos Præfectos ſibi demandatum fuiſſet, ſubdit. Quomodo vero prædicabunt, niſi mittantur? *c. excommunicamus. ext. de heret. Conc. Trid. ſeſ* 5. *c. 2. Leo. X. in conſtit.* Incip *Superna* Maie*ſtatis.* Cui conſonat illud *D. Bernardi ſerm. 64. in cant.* Publice prædicare monacho non conuenit, nouitio nõ expedit, nec non miſſo licet. *Alph. de Caſtro. l. 3. de iuſta heret. punit. c.* 2. *Riccius reſol.* 290. *Nigron. reg. 6. communi. Simancas. in Cathol. inſtit. tit. 49. Nau. c. 25. nu. 141. & 143. Miranda. in Man. Prælat. regul. tom. 1. q. 50. art.* 1. Vnde etiam Clemens VIII. in Decretis *pro refor. regul.* præcipit, vt in capitulo Generali, vel Prouinciali, eligãtur aliquot graues, ac periti viri, tres ſaltem, qui admittendos ad verbi Dei prædicationem, vel ad audiendas

con-

confeſſiones etiam ipſorum fratrum, ac lectores publicos, diligenter antequam ad huiuſm odi miniſteria admittantur, examineut. *Nald. v. religioſus num.* 37.

Inſuper regulares ſi in Eccleſijs ſuorum ordinũ id muneris obire voluerint, tenentur prius benedictionem ab Ordinario petere, nec Ordinario cõtradicente prædicare poſſunt. Quod perfectè *D.* Amandũ Traiactenſem Epm obſeruaſſe legimus anteq̃.n. eſſet Eps. & anteq̃ cõcionem hrẽt, ſemp à Prælato, & loci Ordinario bñdictionẽ ſubmiſſe petere ſolebat, vt per *Sur. in eius vita. tom. 1. die 6. Febr.* ſi aũt extra propriã Eccleſiã pdicare velint, antequam eis licentia concedatur, vltra fidei profeſſionem emittendam, diligenter etiam ab Epiſcopis, vel ab eis Deputatis examinandi ſunt, pſertim ſi uſu inductum ſit ut etiam regulares cõcionatores quò ad ſcientiam, & mores ab Ordinariis locorum examinentur. Nec.n. dubium eſt eos, qui alios docẽdi, eoſq. ab errore auertẽdi cura incumbit, plura explicitè ſcire teneri, quã alii fideles. &c. Hinc fit ut cum *Conc. Trid. ſeſſ. 5. de reform. c. 2.* decernat regulares à ſuis Superiorib. & ab Epiſcopo loci ad prædicandum admitti deberi, Curatum alieri, ut in ſua Parochia prædicet, licentiam dare non poſſe, ſemel tamen ab Ordinario approbatum (niſi Epiſcopales conſtitutionis obſten r) abſq. alia facultate admittere poſſe, *Nau. c. 25. num. 141. Poſſeu. de off. Curat. c. 3. n. 4.* Qua etiam in re cauere debet ne aliquem in ſacris non conſtitutum admittat, licet alias idoneneus videatur, niſi etiam ipſius Ordinarii uenia quò ad hanc circunſtantiam accedat. *Nauar. de off. ord. conſ. 7. Nald. v. prędicare. num. 3. Annot ad Bullam Clem. 8. 45 Incip. pro iniuncti. Roder in collect. Priuileg. Bulla 28. ſub Greg. 13. Barboſ. de Epiſcopo. par. 3. Alleg. 76. nu. 42. Saneb. in ſumma l. 2. c. 3. Val. tom. 3. d. 10. q. 5. p. 1. Rodericus tom. 3. qq. regul. q. 32. art. 5. & ſeq. Miranda. l. c. art. 2. Genuenſis in Praxi Neap. c. 58 Riccius in Praxi var. reſol. reſol. 290. Barboſ p. 3. de offic. Epiſcopi Alleg. 76. Campanilius in Diuerſ. Iuris Canon. Rubr. 12, c. 13. nu. 9. vide ſupra tract. 2. c. 3. q. 36.*

I. Q. RESOLVTIO.

HIs ſic præhabitis dico, Ephiphanium Epiſcopum vix à mortifera culpa ob neglectum canonicarum ſanctionum excuſari poſſe, cum vt ſupra inſinuaui, apertæ ſint Lateranenſis Concilii, & Tridentinæ Synodi præceptiones, vt Epiſcopi cũ per ſe ipſos pręedicationis munus obire non poſſunt, vel propter multiplices occupationes, vel ob corporales inualetudines, ſeu ob defectum ſcientiæ, quod in eis reprobandum eſt, nec de cætero toletandum, ſeu etiam propter naturalem inhabilitatem, aliaſve cauſas, viros idoneos probitate, & doctrina, ad huiuſmodi ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant, potentes in opere, & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas uice ipſorum, verbo, & exemplo ædificent, quibus ipſi cum indiguerint, congrue neceſſaria ſubminiſtrent, &c. *c. inter cætera ext. de officio ordin. Bonacinus tom. 2. d. 5. q. 1. pun. 2. num. 29.*

Idque eo magis, q̃ abſq. vllo delectu, ſed vt tot magnatum precibus morem gereret, illum cõcionatorem imperitum, & in morum probitate deficientem, & contra Eccleſiæ præcepta etiamſi poſſit ieiunare in Quadrageſima omittentem, ſibi aſciuit; cum tamen de iure Epiſcopus conciones habendi nemini poteſtatem facere debeat, niſi ante de integritate, doctrina, moribus, dicendiq. facultate, & exercitatione cognouerit; cum indocto, ineptoue, vel maculoſo, & flagitii alicuius infamia notato, quamuis erudito, ac diſerto, tàm ſanctum miniſterium committere non debeat. *Acta Eccl. Med. p. 4. tit. de Inſtruct. Præd. verbi Dei.*

Vnde cum ad concionandi munus deputandi non ſint, qui virtutis ſpecimen dare non poſſint, in aliquibus religioſis ordinibus ſtatuitur, vt qui cibis quadrageſimali ieiunio vetitis vti nolunt, vel non poſſunt, à prædicatione arceantur, niſi forte morbus caſu acciderit. Quod autem concionatores eo tempore, quo in Quadrageſima conciones ad populum habere ſolent, ſi valent, ieiunare teneantur, tradit. *Reginald. l. 4. num. 219. Leſſ. l. 4. c. 2 num. 242. Molfeſ. tr. 10. c. 4. num. 41. Bonac. de præcept. d. vltima q. 1. pun. vltimo. num. 13.* Vt.n. ſcribit *Lindanus in præfat. Apol. ad Germ tom. 2.* Religio chriſtiana non ſolum in doctrina ſita eſt, ſed etiã in vita pia, quæ euangelicis legibus reſpondeat, quæ duo ita inter ſe apta cohærent, vt hic locum hẽat q̃ de nauigio Caſellius I. C. dixit, ſi diuidas perdas Hinc fit vt aliquibus malis concionatoribus fides non præſtetur, quia teſte D. Greg. cuius vita deſpicitur reſtat, vt eius prædicatio contemnatur. *c. oportet, x 1. q. 1. c. multi diſt. 40. Hilaret. in feria 3. poſt ſecun. Dom. Quadrag.*

Nec minus à lethali noxa immunis erit Blaſius, qđ ſine ſuorum Superiorum licẽtia adhoc munus quærendum, & ſuſcipiendum ſe ingeſſerit, cũ tamen ex *Cond. Trid. ſeſſ. 5. c. 2.* Regulares cuiuſcũq. ordinis, niſi à ſuis Superioribus de vita, moribus, & ſcientia examinati, ac approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in eccleſiis ſuorum ordinum prædicare non poſſint; cuius præcepti violationem communiter Doctores mortalem culpam agnoſcunt. Siquidem Maiorum facultas in prædicãdo verbo Dei ſemp neceſſaria exiſtimata eſt, ne ſi cuiq. liberũ eſſet, vel ignorantiã, vel per de-

prauatã voluntatem, errores in vulgus pernicioſi diſſiminarentur, & eccleſiſtica hiererchia diſſol uerẽt. Proinde ſapienter Iac. Sadoletus Card. & Epiſcopus Carpentonacti, vt in eius vita ſcribit *Ant. Florebellus*; ſi cuiuspiam Concionatoris fides, & diſciplina illi ſuſpecta erat, is ne quem publicis concionibus corrumpere poſſet prouidebat. Et huiuſmodi concionandi munus illis mandabat, quorum pietas explorata ipſi eſſet, & cognita, quos ipſos vel attente audiebat. Ideo ex *Conc. Trid. ſanctione c. 2. ſeſſ. 5.* cuicunq. concionatori errores diſſiminanti Epiſcopus poteſt concionem interdicere, ſi vero hæreſes ſparſerit, contra eum procedere. &c. *Io. Franc. Leon in Theſ. For. eccl. p. 1. c. 8. nu. 12. & Barboſ. de Epiſcopo par. 3. Alleg. 76. num.* 48. Hinc etiam legimus, Equitium Abbatem ab ignaris poteſtatis concionandi diuinitus illi collatæ, fuiſſe apud Pontificem his verbis accuſatũ, Quis eſt hic vir ruſticus, qui auctoritatẽ ſibi prædicationis arripuit, & officium Apoſtolici Domini noſtri ſibimet indoctus vſurpare præſumit? D. *Greg. l. 1. dialog. c.* 4. Nec myſterio vacat, quod Dominus inhibuit, *Exod. cap.* 13. ne altari ſuo aſinus offerretur, huiuſmodi enim animal apud omnes indocti ſymbolum eſt, nam non canere nouit, ſed abſonos clamores edit conſonat *Bernardus*, cũ *serm 64. in Cant.* ait. Publice prędicare monacho non conuenit, nouitio non expedit, necnon miſſo licet. Propterrea videmus in omnibus Mendicantium ordinibus, qui concionandi facultatem ex Pontificio priuilegio habẽt, maximam in concionatorum approbatione, diligentiã eſſe adhibitã, ut ad hoc munus non de putenẽ, niſi qui bonæ ſint indolis, & uirtutis ſpecimen dederint: & qui prius priuatis declamationib. inter cõem refectionem de Superioris cõſenſu ſe exercuerint, & nõ niſi qui philoſophiæ, ac ſacræ Theologiæ ſtudium abſoluerint, ac præter morum teſtimonium, à duobus, uel tribus patribus à Generali, uel Prouinciali deputatis, accuratè de philoſophiæ. Theologiæ, & conſcientiæ caſibus examinati, & approbati fuerint, illis adhibitis articulis, de quibus ſupra de theologalis prębendæ Canonico. Qui etiã ſuper aliquo themate ex Euangelio pro materia cõcionis deſumpto, examinari poterunt. Licet Mendicantes ſemel in una diæceſi ad prædicandum examinati, aut gradu in Theologia inſigniti, aut Lectores, nouo Epiſcopi examine non egeant, ut per Piũ V. in ſua Bulla teſte *Sà in v, prædicare & Victor. in notis ad Nauar. c. 25. nu. 141.*

Atque par eſſet, ut illis qui nimis auide, & non ex proximi charitate ad ſuam explendam cupiditatem, ſecularium uirorum opera, uſi fuerint, facultas non concedatur. Quid. n. boni à religioſo uiro ſperari poteſt, qui hoc munus ob propria magis, quàm aliena commoda ambit, ac procurat? Quod conſilium tanti olim a ueterib. æſtimatum fuit, ut non ſolum ambitum omnem per illicitas artes, quem comperiſſent publicis pęnis mulctarent, ſed etiam qui hęc munia appeterent, eo ipſo indignos iudicarent, &c. Vide *Turrecrem. in c. placuit. 16. q. 1. p. 1. hiſt. Prad l. 2. c.* 80. *Ioan. de Capriſt. conſtit. 9. conſt. cler. Reg. p. 1. c. 9. Reg. cões Societ. Ieſ reg. 6. nu.* 6. Et quę dixi de concionat. ſtatu. in *Comment. de hum. vit ſtat. p. 1. c. 11.*

II. Q. RESOLVTIO.

QVò ad illam quæſtionem qua petitur an concionator dum habendis concionib. operam nauat, ab obligat one horas canonicas perſoluendi, & ieiunij ab eccleſia indicti ſeruandi immunis ſit, Dico Primo, à perſoluẽdo diuino officio excuſari aliquando poſſe, ſi concionandi munus in aliud tempus differri nequeat. Et ratio à benigna eccleſiæ intentione deſumitur, quæ cum tanto grauamine obligare uelle non præſumitur, modo tamen tria concurrant. Primo ut illa actio ſicut dixi, in aliud tempus differri nequeat. Secundo ut utrimq. adimpleri nequeat. Tertio ut illa actio adeo publico bono neceſſaria ſit, ut boni uiri arbitrio præcepto recitandi diuini officij præualeat. Cõis eſt ſcribentium ſnĩa, qui propterea admonẽt eos. qui graui occupatione detinentur, tenetri officium anticipate recitare ſi occupatio anticipatam recitationem permittat. *Molfeſ. trac. 5. c. 4 nu. 36. Bonac de hor. can. d. 1. q. 6. p. 2. & alii.*

Secundo dico eadem ratione concionatorem excuſari, à ieiunio potuiſſe, ſi huiuſmodi cõcionandi officium, aut lege, aut præcepto maiorum, aut ob communem ſalutem obierit, & ſimul commode ieiunium ſeruare nequiuerit; nam moralis impotentia adeſſe cenſetur, nec exiſtimandum eſt S. Matrem Eccleſiam obligationem abſtinendi à pietatis, & miſericordiæ operibus imponere uoluiſſe, ut ieiunio uacetur, etiamſi hæc opera ob mercedem. ſuſcipiantur. Quando tñ à lege ieiunii liberatur, ab eſu carnium, & ciborũ iure uetitorũ abſtinere debet. *Azor. par. 1. l. 7. c. 27. q. 1. & q. 29. p. 1 & alii communiter. Filiuc. tract. 27. c. 3. q. 23.*

QVAESTIO II.

An concionator p. m. ſi ob vanam gloriam, temporalem quæſtum, & in ſtatu p. m. concionem habeat, ac in ea iocos, profanas hiſtorias. &c. admiſceat, & in eccleſiaſticos inueheatur &c.

THeodorus regularis concionator, aucupandæ gloriolæ cauſa, & ob temporalem quæſtum

ſtum conſequendum, ac etiam lethali quadam culpa infectus ad concionandum accedit. In ipſa concione iocos, ridicula, & profanas hiſtorias, & poetarum dicta admiſcet; & in Epiſcopum, eccleſiaſticumq. ordinem inuehitur, ex ſuggeſtu enũtians, ut ea faceret à Spiritu S. ſibi reuelatum eſſe. Tandem in anno Iubilei quaſdam plenarias Indulgentias cuidam eccleſiæ olim conceſſas, ad petitionem Parochi publicauit, queritur an in ſingulis his capitibus mortifere peccauerit.

Suppoſita, & pracognitiones.

I. SVPPOSITVM.

Reſp. Suppono Primo ſacris prædicationib. quatuor cauſas ineſſe debere, nempe P. finalem, quæ cultus, & honor Dei, ac aĩarum lucrum eſſe debet; cum ex *Innoc. III. in c. 15. ext. de off. ord.* Inter cætera, quæ ad ſalutem chriſtiani populi ſpectant, uerbi Dei pabulum maxime neceſſarium eſſe noſcatur, quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpũali cibo nutri tur. Et ſpũalem famẽ, .i. diuini uerbi priuationem, acerrimum, & lethale eſſe omnipotentis manus flagellũ tradit ex ſacris literis *Greg. Tholoſ. in ſyntag. in p. 3. l. 31. c. 23* Cui etiam recta intentio, & legitimus finis præſtituendus eſt, quem Cõcionatoris conatus reſpiciant; legitimus erit ſi res ſit honeſta, ſeu rectæ rationi conſentiens, nam teſte *Ariſt. l. 4. Ethic. c. 2.* Virtutibus cõe eſt aliquid facere libenter, & honeſti cauſa. Qui licet uerum finẽ expreſſerit, quẽ naturale lumen aſſignare poteſt, ſupereſt tamen ſupernaturalis alius, & longe auguſtior ad quem collineare debet prudentia vna cum uirtutibus quas dirigit, ſi rerum operationes numeris omnibus abſolutas eſſe volumus, ac per eas ad æternã ſalutem, & felicitatem tendere. Talis eſt Deus, chriſtiana fide cognitus, æternam mercedem ijs retributurus, qui bona quæ faciunt, eius cauſa operantur. i. quia huiuſmodi opera ipſi placent, vel ab ipſo imperantur. Concionatoris finis eſt peccatores à peccatis ſoluere, & ad Chriſtũ adducere, & charitate, humilitate, caſtitate, & iuſtitia Deo ſimiles redderet. Cauſa aduentus Chriſti nõ fuit, niſi peccatores ſaluos facere, eandemque cauſam ſuis miniſtris commiſit, illi .n. ſunt, qui debent ſuſcitare ſemen fratri ſuo. i. Chriſto mortuo ſine liberis, quia non adhuc habet plenum numerum electorum ſuorum. &c. Qua ratione D. Franciſcus maxime Prædicatores venerabatur, vt per *D. Bonauentur. in eius vita. cap. 8 & Magot. in monitis ſacris. Monito. 91.* Secundo cauſam efficientem continere concio debet, quæ quò ad conſtitutionẽ eſt Eccleſia, quò vero ad executionem Eps. & alij ab ipſo Deputati, vt ſupra diximus, vt propterea Paſtores contra diuinum præceptum peccent, verbi Dei prædicationem omittentes, cum ex Diuino mandato, oues ſuas ſacra concione, per ſe, uel alios ſi non poſſint, & legitimo impedimento detineantur. paſcere teneantur. ex *Conc. Triden. ſeſſ. 23. de refor. c. 1. Bonac. tom. 2. d. 5. q. 1. p. 2. nu. 29.* Materialis cauſa eſt ipſum uerbum Dei, & ſana catholica doctrina, iuxta illud Apoſtoli *2. ad Timoth. c. 4.* Prædica verbum, inſta opportune, argue, obſecra, &c. Et *Act* 4. Loquebantur cum fiducia uerbũ Dei. Et uerbũ Dei S. Scriptura intelligitur, q̃ tàm in veteri, quàm in nouo teſtõ continet.

Quare quæ ſufficienter ex ſacra Scriptura eliciuntur, omnia ad conciones habendas deſeruire poterunt. Primo .n. aliquod fidei myſterium ad rudes edocendos aſſumi poteſt. Secundo aliquod peccatum ad arguendum, & increpandum. Tertio eligi poteſt aliqua virtus ad exhortandum, ut fideles in illa ſe exerceant, & ad chriſtianam perfectionem perueniant. Quæ quidem omnia affabre inſinuantur ab eodem Apoſtolo, dum *2. ad Timot. c. 3* ait. Omnem ſcripturam diuinitus inſpiratam, vtilem eſſe ad docendum, ad increpandũ, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei ad omne bonum opus inſtructus.

Tandẽ cauſa formali cõcio muniri dẽt, qñ quidẽ prædicandi modus, & ratio breuis eſſe dẽt, & facilis, nec non ad audientium captum accommodata, inutilibus quæſtionibus, & publicis Prælatorum obiurgationibus omiſſis, non ſe oſtentando, ſed Chriſtum, eundemq. crucifixum prędicando. *c. olim. c. oportet. 8. q. 1. Conc. Trid. ſeſſ. 5. c. 2. Vgol. de Epiſc. p. 2. c. 42. Simancas. in cathol. inſtit. tit. 49.*

II. SVPPOSITVM.

Secundo ſuppono, quod licet ſacra lectio uerbũ Dei tradat, & publice in templo coram populo, & clero fiat; vt & concio in hoc tamen ab ea differt, quod concio matutino tempore haberi ſolet; lectio vero pomeridiano.

Secundo quod Euangelium in miſſa lectum in ea enucleari conſueuit; in hac vero, vel epiſtola quæ pariter in eadem legitur, vel pſalmus aliqs, vel alius ſcripturæ locus, vel liber hiſtoricus, vt Tobiæ, Heſter, vel Iob explicari ſolet.

Tertio quod concio ob affectuum permotionẽ vehementior eſt, munus .n. prædicationis eſt ſecũdum Spũs ſancti donum corda expurgare, aĩoſq. ſurſum prouehere, & diuino amore conſolidare, ac perficere. Lectio uero pro fine potius doctrinam, atque intellectus illuminationem habet. *Sot. l. 9. de iuſt. & iur. q. 6. ar. 1.* ut etiam aduerti in *Comment. de hum. ſtat. p. 1. c. 11.*

Propterea Cõcionatores ſtudere debent, cohorta-

Propterea Concionatores ſtudere debẽt, cohortationib. & monitionibus ſuis, vniuſcuiuſq. ſtatũ; officiumq. cõplecti, vt filijs obſequium parentib. charitatem, diligentiãq. præcipiant, ſeruos fidei, dños humanitatis admoneãt, vxores comitatem, obedientiã, amorem in viros, viros pacem animũ, benignitatemq. doceant. Iuuenes obſeruantiã ſenibus tribuere; ſenes exẽplo eſſe iuuenibus ad pietatis opa debere demonſtrẽt. Quippe illud omnino præcipuũ munus ſuum eſſe putabunt, vniuſcuiuſq. ſtatus homines docere, atq. inſtruere D. Pauli exẽplo, qui excellens, omnibuſq. numeris abſolutus, vniuerſarũ gentium concionator omnes ad officii ſui functiones erudiuit. *Staplet. in Dom. 4. Aduẽtus textu 1. Ludouic. de Ponte de perfect. hom. tom. 4. tra. 6. c. 7.* Orationis genus, ſi volũt, ſequi quidẽ ornatum, ac ſplendidũ poſſunt, ſed minime inane, nec pictũ, & veluti fucis illitum; rebus quàm verbis potius, ſententiis, quã concinnitate probatius; quale de grauiſſimis reb. de fide, de religione, pietate, charitate, & vitæ diſciplina dicentem decet.

Id deniq. ſpectent, vt nõ tã ipſi placeãt, diſertiq. habeantur, quàm vt illi à quib. audiuntur, proficiãt, & potius cõpuncti, quàm docti ab eo diſcedant, & tales affectus in ſe concipere conẽtur, quales in diſcipulorũ, & auditorum ſuorum mentibus excitare ſtudent. Non res vlla dat alteri colorem, quẽ ipſa non habet, *Et teſte Horatio.*

Si vis me flere, dolendum eſt
Primũ ipſi tibi, tunc tua me infortunia lædent.

Ex eo quod M. Callidius frigide Gallium propinari ſibi veneni accuſauit, ratiocinatus eſt Cicero in Bruto fictam eſſe accuſationem. &c.

Et certe quamuis ex verbi Dei diſſiminatione vberrime, vt plurimũ fructus colligantur, attamẽ tàm arduum eſt concionandi munus, & tàm multas, animi, & corporis dotes exigit, vt ex millibus vix vnus ad id perfecte idoneus reperiatur, & præſertim hodiernis temporibus, in quibus tàm pauci ad conciones audiendas affectu chriſtiano accedunt. Proinde qui ad hoc ſacrum et ſerium miniſterium vocati ſunt, frequenter legere debent Rhetoricam eccleſiaſticam Auguſtini Valerij Cardinalis Veronenſis, qui ſumma pietate, ac grauitate, Euangelicæ prædicationis formã tradidit, & chriſtianum oratorem cumulatiſſime expreſſit. Item Rhetoricam Lud. Gran. in qua pariter eccleſiaſticum oratorem probe inſtituit, necnon librum Inſtruct. concionatorum confectum iuſſu. D. Caroli Borr. *Zerula in Praxi Epiſcop. in v. Prædicatio.* Sedulo incumbendo, vt ex librorum lectione, rerum potiſſimum ad ſalutem animarum ſpectantiũ notitiam hauriat, præſtat enim pauca ſcire ſed vtilia, quàm multa inania.

I. Q. RESOLVTIO.

His ſic animaduerſis, dico Primo Theodorum concionatorem culpæ mortalis labem contrahere, ſi finem vltimum in vana gloria collocaret, ita vt propter illam aſſequendam, (quod raro tamen accidit,) Dei præcepta violare eſſet paratus. Aut ſi pecuniæ cupiditate in ſimoniæ affectum prædicationem vẽdẽdo procederet. Veniali vero culpa aſpergeretur, & meritum apud Deum amitteret, ſi vano ſe fuo ob inanem gloriam, vel ob ſpem vilis quæſtus concionaretur, ſiquidem vana gloria quando, vt Doctores loquuntur, eſt totalis, & principalis cauſa actus, ita opera noſtra inficit, vt intus à mercede excutit. Quidã Romanus Neronem animi gratia non ferieo, ſed aureo hamo piſcãtem irridebat, & dixit, vt quid perditio hæc? piſcis oboli pretium non excedit, & ſæpe aureum hamũ decies plus valentem in profundum abſumit; ſic ſacerdos, ac concionator aureis operibus, dum inanem gloriam expiſcatur, æternam gloriã amittit. &c. Væ qui bene de Deo & ſentire, & eloqui acceperunt, ſi quæſtum æſtiment pietatem, ſi conuertant ad inanem gloriam; quod ad lucra Dei acceperant erogandum, ſi alta ſapientes, humilibus non conſentiant, ait *D. Bernar. ſer. 45 ſuper cant. Pet. Nau. l. 2. de reſtit. rerum ablat. c. 4 n. 60. D. Baſilius in conſtit. monaſt. c. 20. Roſignol. de diſcip. Chriſt. perfe. t. l. 5. c. 15. Aluarez de vita relig. inſtit. c. 12. Roderiq. de perfect. p. 1. tract. 3. c. 5. & dixi ſupra tr. 6. c. 2. q. 8.*

D. Franciſcus deplorandum dicebat Prædicatorem, tanquam veræ pietatis expertem, ſiue qui in prædicatione non animarum ſalutem, ſed propriam laudem quæreret, rem tàm ſanctã proprijs commodis metiretur, ſiue qui vitæ prauitate deſtrueret, quod doctrinę veritate ædificauit.

(Siquidem cito contẽnitur, qui a religione officij declinat, ob quam violatam cæteros obiurgit, *Teſte Tull. l. 3. de orat.* In arte ipſa oratoria dictioni præfertur actio. Et gallus imitandus, qui cum edere cantus parat (prius alas explicat, & ſe ipſum feriens ſolertiorem reddit.)

Præferendum dicebat ſimplicem fratrem, & elinguem, qui bono exemplo alios ad virtutem accendit. Illud quoq. verbum, Donec ſterilis peperit plurimos. *1. Reg. 2.* ſic exponebat, ſterilis eſt pauperculus frater, qui generandi in eccleſia filios non habet officium, hic in iudicio plurimos pariet, quia quos nunc priuatis orationibus ad Chriſtum conuertit, ſuæ gloriæ tunc Iudex aſcribet. At quæ multos habebat filios infirmabitur, ſiquidẽ concionator vanus, & loquax, qui multis nunc auditoribus gaudet, agnoſcet ſe nil proprium in his

habere. *Petrus Rodulphus de Toſignano l. 1. hiſtor. Seraph. relig. O. E.*

Prædicator cur cani comparetur.

PRædicator cani primo, & præcipue eo nomine comparatur, quod canis prædam, quam rapit non ſibi comedit, ſed domino ſuo referat. Nã & *Plato l. 2. de repub.* dixit, Regentem inſtar canis eſſe debere, canis enim hac de cã potiſſimum fidelitatis eſt ſymbolum. Hinc ſuper cuiuſdã Regis ſepulchrum canis corona redimitus inſculptus fuit, ac ſi viatoribus diceretur, Animaduerte hic iacentem fidelem *Deo*, & ſubditis fuiſſe Regem. Sic probus concionator de fructuoſo opere non propriam venatur laudem, ſed gloriam *Domino* ſuo Chriſto relinquit: ſi enim nõ filios Deo gignere, ſed ſuam ſcientiam oſtentare cupit, adulterare dicitur verbum *Dei*, ſiquidem quem gloriæ libido ad loquendum trahit, voluptati magis quàm generationi operam impendit. Ideo nonnulli Prędicatores retibus cõparant, quia ſcilicet niſi homines capiãt, inutiles ſunt. D. *Greg. in Paſt. p. 3. adm. 25. & h. 22. moral. c.* *Chauaſ de prud. l. 3. c. 10. §. 3.*

26 Quã pulchri ſunt ſuper montes pedes euangelizantium pacem? ait *Iſai. c. 52.* Quiquidem vt aliqui *DD.* expouũt, illi ſunt apti euangelij annunciatores, qui recte pedibus incedunt, quos nõ aura popularis, nec terrenum commodum ad imum honorum mundi tendens mouet, ſed *Dei* gloria, & hominum ſalus extimulat. Hanc ſanctam puramq. mentem Chriſtus à ſponſa ſua exigit dicẽs, *Cant. 8.* Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum; ſignaculum ſcopus eſt, cor pro intẽtione ponitur, quæ à corde concipitur, vt ſit ſenſus, ſim ego ſcopus, & finis omnium intentionum, & operationũ tuarum. Profitetur anima ſancta *cap. 7.* ſe ad nil aliud collimaſſe, cum inquit, Omnia poma noua, & vetera ſeruaui tibi, i. operata ſum, & iã tui gratia operor; opus bonum per pomum intelligit, quia ſi homo arbori, quid ni arboris fructibus opera hominis bona comparentur? idẽ *Chauaſ l. c.* *tit. prudẽtia in lib. 2. cap. 3. Rambertus in regul. D. Auguſt. c. 70.* vbi etiam his uerbis, lepidum hoc exẽplum ſubiungit; Contigit Pariſiis, ut quidam Magiſter Theologiæ ſecularis, prædicaret in vniuerſitate indutus optima veſte, cum autem ſeruiter imprimeret uerba ſua in cordib. auditorũ, quidam fatuus, qui erat in medio ſcholarium, ſurrexit, ac dixit, Tace tu, illa veſtis pretioſa, quã habes, non permittit te audacter dicere veritatẽ, quæ res fecit ei mirabilem confuſionem. Debẽt ergo ij quibus incumbit prędicare contemptum mundi, cauere ne in ſuo habitu aliquid appareat, quod gloriã mundi prætendat, hęc ille. Nã ut ait *Clemens Alex. l. 3. Pædag. c. 2.*

Sicut fumus ignem, bonus autẽ color, bonuſque pulſus arguit ſanitatem, ita & talis qui eſt apud nos amictus qualiſque noſtrorum morum conſtitutio, indicat.

Secundo nobilis & ſtrenuus canis etiamſi de præda à ſe capta nihil percipiat, non propter hoc infidelis exiſtit (cum de eo dicatur, Fida cuſtodia canis) nec ideo aliam feram inſequi prætermittit. Sic Euangelicus concionator, & ſi ex verbi Dei enuntiatione nil temporalis mercedis ſuſcipiat, non propterea à ſuo munere deſiſtere debet, nec minus fideliter eidem incumbere.

Tertio cani ſacer concionator cõparari ſolet, eo quod diuinarum rerum profeſſores, & nuntiatores, id omnium plurimum meditari oportet, ut canis inſtar aſſidue latrent, hominum uitia nunquam increpare deſiſtant, fidum, ac ſtrenuum animum gerant, & nullius profani gratiam ineant; quod & canes in eos faciunt, quos herilis non eſſe familiæ, vel uiſu, uel olfactu deprehẽderint *Io. à S. Gemin. l. 5. de ſimilit. c. 98. Pier. in hierogl. l. 5. foli 47.*

Cum docendi, ac prædicandi miniſteriũ adeo ſit glorioſum, & S. Eccleſiæ utile, ideo uehementer oppugnatur à rufo Dracone ſeptem capitũ, *Apoc. c. 12.* qui myſticã illam mulierẽ parturientem perſequitur (quæ concionatorũ cõgregationem ſignificat) inſidias contra eos moliendo, ut miniſteriorum fructum per aliquod ex his ſeptem vitijs deſtruat, ſcilicet per ſuperbiam, & de ſeipſis præſumptionem; per inanem gloriam, & ſitim laudes ab hominibus aucupandi, ambitionem honorum, ac dignitatum, iactantiam inaniter ſuas ſiue commendando, inuidendo maiori talento alijs à Deo dato, aut uberiori fructui quem alij inde colligunt, puſillanimitatem, aut animi deiectionem, niſi concio, aut fructus quẽ cupiunt bene & ex uoto eueniat, per contentiones cũ alijs collegis eiuſdem muneris, quod eos ſibi præferri videant. Quibus quidem uitijs interdum ſuccumbunt, & mentis ſcopum ad terrenos fines inflectunt, & uerbum *Dei* adulterant, ſe ipſos nõ Chriſtum quærentes. &c. *Lud. de Pont. tom. 4. tract. 6. c. 11. Turſel. in vita Xauer. l. 6. c.* 16. Ita ut in in eos illud *Iſaiæ c. 1.* conijci poſſit Caupones veſtri miſcent vinum aqua hoc eſt, prout *D.* Ambroſius exponit, diuinarum functionum Præſules facti ſunt humanarum ſectatores rerum.

III. Q. RESOLVTIO.

SEcundo dico ipſum Theodorum, qui lethali peccato contaminatus, concionatur, nouo ſe ſcelere obſtringere, ſi peccatum illud publicum, & notorium eſt; uel quando in eo ſtatu perinde

indi-

indigne prædicaret, ac ſi declamaret, ipſius prædicationis munus paruipendens, ac nihili faciens; tunc.n. eidem officio quod ſanctiſſimum eſt, magnam iniuriam inferret. Quo nomine cēſeri poteſt à Deo reprehendi, per illud quod in Pſalmo 49. habetur, Peccatori autē dixit *Deus*, quare tu enarras iuſtitias meas? &c. *D. Greg. l. 3. mor. c. 5.* explicās verba illa. *Iob. c. 38.* Quis dedit gallo intelligētiā? ait gallum boni concionatoris ſymbolum eſſe, ſicut.n. gallus, vt ante dixi, anteq̃ canat, alas expandit, eiſdēq. latera concutit, ita cōcionator antequā alios à peccati ſomno excitet, & pœnitentiam ſuadeat, prius hanc ipſe exercuiſſe debet, prout ſe feciſſe teſtatur. *Apoſt. 1. ad Corinth. c. 9.* Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo &c. Verū multi aliis aſperi, ac ſeueri ſunt, ſibi ipſis autem indulgētes, & mites, Hericii inſtar, qui ad ſe accedentibus foris ſpinoſū ſe prębet, intus uero mollis, & delicatus eſt. Exēplū, ait Fabius nō modo perſuadet, uerū etiam cogit. In bello ipſo ad militū animos cōcitandos cohortatione iſta nulla eſt potentior, Facite milites; quod me faciētem uideritis, qua ſola Gedeonē, & Abimelechum uſos legimus. *Iud. c. 7. & 9.* Hinc eſt quod Chriſtus, & Apoſtoli, facile mūdum in ſuam pertraxerunt ſententiam, quia nempe, ut loquebantur, ita uiuebant. Et ſcite Aegyptij, ut ſapientem aliquem, & cordatum uirum exprimerent, manusori admouentem pingebant, uerę ſapientię ſignum eſſe docentes, ore proloqui, & manibus operari. *Beſſeus in Dō. 3. Aduētus.* Hinc Crates philoſophus, qui ſibi nō eſt bonus, nec aliis prodeſſe poteſt, nam homo curuus umbram rectā erigere non poteſt. Profecto Euāgelicus Enunciator, ut aiebat D. Chryſoſtom' debet eſſe mūdo corde, nec ullius alicuius fama notatus, ita ut nec inanes quidem, ac inutiles huius ſęculi cogitationes ſuſcipiat, neq ſęcularibus negotiis ſe implicet; quē Nazianzenus in primis ad hoc munus nequaquā idoneum eſſe exiſtimauit. Imo probo concionatori atq. animas iuuandi, dirigendiq ſtudioſo, vt veterem hominem ab auditoribus expellat, ac perfectos Chriſtianos ad Deum eos adducēdo reddat, ſatis eſſe non debet, ſi ſine peccato mortali ad cōcionandum accedat, ſed ijs etiā, vt dixi, virtutibus præditus ſit oportet, quas alios habere cupit, plus .n. exempla, quàm verba mouere ſolēt, neq. ita cōmode poſſumus alios in ea virtute exercere, qua ipſi caremus. Nec poteſt auctoritatem habere ſermo qui non iuuatur exemplo, cum iniquū ſit bona pręcipere, & talia nō feciſſe. Propterea maximo teneri debet ſuæ perfectionis deſiderio, & ſummū ſtudiū in ea cōparanda collocare. Et vt quidā dixit. Nola vel campana prædicationis, & inſtitutionis ſymbolum eſt, meminerint tamen verbi Dei præcones, niſi & ipſimet ad vocis ſuæ clangorem viuendi rationem inſtituerint, campanis quoq. ſe in hoc aſſimilandos fore, quæ & ſi clarum edendo ſonum alios aduocēt, ipſæ tamen ſibi ſurdæ ſunt, & ſtupidæ. videātur. *Caiet. in ſum. in v. Prædicator ū peccata 4. Nau. in Man c. 25. nu. 241. Lopez in inſtruct. conſc p. 1. c. 10. Suarez in 3. p. D. Thoma q. 64. art. 10. d. 16. ſect. 3. Gen. in Man Paſt. c. 32. Zecchius in repub. eccleſ de concionat. num. 7. Reg. l. 18 nu. 130. Vgol. de off. Epiſc. p. 2. c 42. D. Carolus in Actis Eccleſ. Mediol. p. 4. in inſtruct. Præd. verbi Dei. Val. tō. 3. d. 10 q. 5. p. 1. Zerula in Praxi Epiſcopali v. prædicatio. Barthol. ab Ang. d. Sacramentis in communi. §. 47. Sa. in v. Prædicare. num. 2. Fulgoſius l. 7. c. 2. Daur. tom. 3. tit. 58. c. 5. exemplo. 1.*

III. Q RESOLVTIO.

Tertio dico ipſum Theodorum à culpa excuſari poſſe, ſi nonnulla ex mundana ſapientia concioni admiſceat, ut oſtendat illud, quod ſacra ſcriptura docet, ſic lumini rationis naturalis conſentaneum eſſe, vt à Gentilibus etiam cognitū fuerit; licet.n. ſola ſacra ſcriptura, & verbū Dei ſit propria prædicationis materia, nihil tamen obſtat quin cōcionator tāquā nouus Moyſes, qui Aegyptiorum opes ad Hebreos tranſtulit, aliqua à profanis ſcriptoribus mutuari nō poſſit, ſi quidem ex *D. Auguſtini ſententia l. 2. de Doct. Chriſt. c. 4.* Si qua vera dixerūt Philoſophi, ac Pagani ab eis ſunt tanquam ab iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrum vendicanda. *c. relatum diſt. 37.*

Non licet tamen iocoſa, uel ridicula, ſeu ſeniles fabellas referre, eſt.n. contra reuerentiam, & attētionem, quæ diuino uerbo debetur, nā in ioco quędam libertas aſſumitur, tāquam ſi cum æqualibus de nullo ſerio negotio ageretur. Fructui quoq. ac ædificationi aduerſatur, quādo quidem diuini uerbi uis in auditorū animis ueluti retunditur, & impreſſio eorum mentibus facta euaneſcit. Deniq. Concionator exiſtimationem ſuam amittit, & uanitatis à populo damnatur, ut propterea ſemper ſaltē ueniali culpa nō careat; concio nāq. eſt ſacra actio tanquam inſtrumentum diuinū ad Dei cultores perficiendos inſtitutum, ideoq. ſi indigne, & irreuerenter tractetur, quoddam ſacrilegiū contra religionem committetur. Et Prædicator regulariter debet eſſe magis Tragicus, quam Comicus, & auditores potius ad luctum, quàm ad riſum prouocare. Vnde cur ij qui uerbum Dei audiunt maxima ex parte ſine fructu domum redeant, eò potiſſimum fit quod non eo quo decet Chriſtianos animo, & affectu, ad ſacras conciones ſe conferūt, hoc eſt, ut ex his medicinam ſibi quærant, ſed uel defunctorie, ac nulla eum attentione ijs interſunt, uel hoc tantum ſibi proponunt, ut eruditi cuiuſdā

& dicteria, facetiiſq. concionatoris oratione animum paſcant, & oblectent. *D. Ant. 3. p. tit. 8. c. 4. Nau. c. 25. num. 142. Zecchius de eccleſias. l. 4. c. 4. dub. 13. num 96. Reg. num. 131. Baſſus de Cur. anim. p. 4 c. 8. Filliuc. tr. 24. c. 10. q. 4.*

IV. Q. RESOLVTIO.

QVarto dico, illum à peccato mortali, & excommunicationis pœna ſummo Pontifici reſeruata, immunem non eſſe, cum in concione Eccleſiæ Prælato, & ſæcularibus Magiſtratibus nominatim, aut æquiualenter publice detraxit. *clem. 1. §. quibus, tit. de priuileg. Conc. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 1. Nau. & Reginal. l. c.* Nec non cum id ſibi à Spiritu Sancto reuelatum eſſe publicè enuntiauit.

Siquidē, vt etiam infra dicemus, verbi Dei Præcones ſuas inſpirationes, ſeu reuelationes abſq. Sūmi Pontificis licētia, ſub pœna excommunicationis eidem reſeruatæ prædicare non poſſunt; quoniam res hæc magni momenti eſt, nec facile omni ſpiritui credēdum, ſed probandum an ex Deo ſit, vt ait idem *Leo X. in Conſtit. Incip. ſuperne. Nald. in v. Prædicator num. 5.* Quibus verò ſignis cognoſcatur an reuelationes à Deo ſint, docet *D. Thom. in 2. ad Cor. c. 11.* Super illa verba Satanas transfigurat *ſe. Io. à Turre Crem. in prologo ad reuelat. D. Brigittę à c. 1. vſq. ad 11.* Epiſcopos, alioſq. Præſules, aut ciuiles Poteſtates, cū auditorum offenſione obiurgare Cōcionatores non debent, ſed pie cum modeſtia, ac cum omni reuerētia, generatim illos admonere, vitanda eſt namq. vtriuſq. poteſtatis tàm Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis manifeſta reprehenſio, & potius fraternę correctioni, quàm publicæ obiurgationi locus relinquendus eſt. Siquidē per huiuſmodi incautas reprehenſiones plebs ad ſeditionem, & rebellionem incitatur. Et dum quidam inanis gloriæ ſpe prouecti, audientium auribus aſſentari, & ex cleri inſectatione, vulgi gratiam captare ſtudent, ſemina peſſimarum opinionum iaci à ſe non intelligunt. Potius docendus eſt populus, vt Prępoſitis ſuis etiam diſcolis obtemperet, & pro poteſtatibus frequenter Deum deprecetur, cū omnis poteſtas à Deo ſit. *Leo Decimus in Conſtit. de Prædicat. officio. Incip. Superne.* Quando tamē Principum, & Magiſtratuum publici ſunt, ac pernicioſi exceſſus, priuataq. admonitio non profuit, ſumma animi magnitudine, libere, ac prudenter in eorum vitia inuehi poſſunt, & Dei gloria propugnāda. Sic D. Bernard. Senen. tātam in dicendo libertatem tenuiſſe ſcribitur, vt nullo reſpectu, vel ratione, cum res, & cauſa poſtularet, etiam potētium hominum vitia, & peccata publice vehementius inſectaretur. Hinc Ariſtippus rogatus quid fructus ex philoſophiæ ſtudio cæpiſſet? reſpondit quod cū quibuslibet libere loqui poſſim; nec. n. potētes metuebat, nec humiles faſtidiebat, ac animū ſpe metuq. liberum habens, cui quam non aſſentiebatur. *vt p Tymp in ſpec. Magno ſigno 36. Buſęus in Area Med. 5. acceptio §. 7. Vgol. de irreg. c. 6. §. 10.* Vbi etiam addit, concionatores, animarumq. curam gerentes, non peccare, nec irregulares fieri; ſi ob publicas reprehenſiones Iudices notorios peccatores, & reos capiendos curent, & morte membriuę mutilatione eos afficiant.

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. q. qua quærebatur an Theodorus plenarias Indulgentias in anno Iubilei publicare potuerit, dico cum à lethali culpa non excuſari, etiamſi ad Parochi petitionem ignoranter illam publicauerit; cum illa ignorantia craſſa, & ſupina cenſeatur; ſiquidem omnibus notum eſt, Summos Pontifices ſolere in ſuis Conſtitutionibus, in quibus aliarum indulgentiarum, quæ plenariæ ſunt, præter Iubilei, ſuſpenſionem faciunt, interdicere, ac prohibere, ne interim vllæ aliæ indulgentiæ, quàm in dicto Iubileo, ſiue publice ſiue priuatim, vbiq. locorum, & gentium publicentur, vel nuntientur, ſeu in vſum inducantur. *Ita Sixtus Quartus in ſua Extrauag. quemadmodū tit. de pœnit. & remiſſ.* & multo clarius *Greg. 13. in ſua Bulla Incip. Quoniam ſancti,* & nuper *Vrbanus 8. in Bulla quæ incipit, cum nuper.* Quæ ſuſpenſio ob tres potiſſimum cauſas iuſte fit, Prima eſt ne propter aliarum indulgentiarum ab Apoſtolica Sede conceſſarū effuſionem, vt primus ille Pōtifex loquitur, hoc ſanctum, ac pium opus Iubilei intermittatur. Secundo ne fideles ob aliarum indulgentiarum acquiſitionem retardati, à tanto munere reddantur expertes: plus. n. Iubileum, quàm plenaria indulgentia confert. Tertio quia rationi diſſentaneum viſū eſt eo tempore, quo Romæ anni ſancti celebratio peragitur, vt cæteræ Indulgentiæ plenariæ per orbem diffuſæ vigerent, hoc præſertim ſeculo, in quo nulla fere Eccleſia etiam in paruis oppidis, ac villis ſita repetitur, in qua Plenaria Indulgentia conceſſa non ſit. Quæ diſpoſitio, vt dixi, cum quò ad Indulgentias tantum plenarias procedat, non plenariæ prædicari, & publicæ fieri non vetantur. Quocirca Iubilei tempore Epiſcopo faſ erit, indulgentias 40. dierum populis enuntiare; & è conuerſo fidelibus licebit Eccleſias, & Oratoria viſitare, conciones audire, & roſariis vti, aliaq. exequi, ob quæ plenariæ indulgētię cōceſſę nō ſunt. Plenarias vero ſi cōcionator, vel alius quicūq. denuntiare auſus fuerit, præter lethalem culpā, etiam excommunicationem (ſi à Summo Pontifice lata ſit) contrahet, & præterea ab Ordinariis locorum arbitraria

pœna

Digitized by Google

pœna plectendus erit, vt per *Nau. de Iub. notab.* 25. *Zerula de Iub. c.* 19. *Bëzon de anno Iub. l.* 4 *c.* 8 *dub.* 7. vbi *dub.* 5. ab hac regula excipit indulgētias plenarias, & facultates, quæ ex ſingulari priuilegio Ecclesiæ Lauretanę conceſsæ ſunt. Sicut etiam indulgentię pro defunctis hoc anno ſuſpenſæ non cenſentur. *Leo. de Iubileo tempora par.* 1. *nu.* 246.

CAPVT II.

QVAESTIO III.

Nunquid peccauerit concionator, qui apud ruſticos ſubtiles, & ineptas quæſtiones prædicauit, & falſa miracula retulit, &c.

MArcus regularis dum in caſtris, & villis concionatur, de tempore futuri iudicii, & aduentu Antechriſti, de prædeſtinatione, & reprobatione, quæ à ſola voluntate Dei pendet, de iuſtificatione ex fide diſſerere, & declamare ſolet, & aliquando ad pietatem ruſticorum augendam, nonnulla falſa miracula referre; quæritur an tuta conſcientia, ac ſalua religione hæc facere poſſit.

I. SVPPOSITVM.

REſp. ſuppono primo Eccleſiaſtem ambitionem tanquam teterrimam peſtem fugere debere, ne loca inſigniora, vbi prædicationis ſuæ ſemen ſpargat, ambiat, affectetue, memor Chriſti Domini, quem à patre è cœlo dimiſsum ad erudiēdum genus humanum, pagos, & vicos, & caſtella obiiſse legimus. Sic & Sancti præſertim B. Norbertus Colonienſis quondam Canonicus, poſtea ordines Præmonſtratenſis inſtitutor, cum concionator eſset celeberrimus, quem D. Bernardus cœleſtem fiſtulam vocabat, attamen neglectis vrbibus, in vicis, & pagis verbi facere malebat, nec minus paucis, quàm multis, pauperibus, quàm diuitibus, ruſticis, quàm nobilibus operam ſuam præſtabat. Et vt de Hieronymo AEmiliano ſcribit *Aug. Turtura l.* 4. *eius vitæ c.* ix. Videbat ille rudes, & agreſtes homines, egere admodum Chriſtianæ vitæ magiſtris, quorum in Ciuitatibus copia non deeſset, proinde libentiſſime ad eos ſe conferebat exemplo forte Pachomii Monachi, qui animaduertens proximi vici colonos, rerum cœleſtiū ignaros, à cultu abeſse diuino, & tantummodo in paſcendis pecoribus ſtudium protrahere, vehementer indoluit, nihilq. moratus, ad eos ſe contulit, & inter eos tuguriolum conſtituit, neq. prius diſceſſit, quam illos docuiſset, Deum timere, Chriſto credere, pie ac innocenter viuere. &c.

Hinc Beſſeus in *Dom.* 2. *Aduentus*, malos concionatores diuiti epuloni comparat, qui eum quotidie varios paraſitos, & aſseclas aleret, pauperes tamen à menſa ſua excluderet, eo quod magnates ad eam vocaret &c. Ac proinde admonet, vt caueant, ne cum ipſo epulone apud inferos pœnas luant. Bonus concionator nunquam in opinionem inducet, maiori, atq. nobiliori ſuggeſtu ſe dignum eſse, fuit hęc quondā execrabilis ambitio Ethnicorum oratorum: Chriſtianus autem concionator ab iſtius ambitus ſuſpicione alienus eſse debet, qui ad prędicandum Chriſtum crucifixum, non ad ſui ingenii oſtentationem vocatus eſt &c. *Catechiſm. Roman. in præf.*

II. SVPPOSITVM.

SEcundo quamuis omnibus in locis eadem eſſe debeat Prædicatoris doctrina, qua fideliū animæ ad ſalutis æternæ portum dirigantur, nauigationis pericula oſtendantur, & uitari doceātur, nihilominus ſicut medicus in curandis corporum morbis, habita cuiuſcunq. naturæ ratione, an infirma, ſeu ſatis ad morbum propēſa, ſeu robuſta ſit, conſiderat, & pro corporum cōſtitutione remedia exquirere ſolet, atq. adhibere: Sicuti & cōfeſſarius ſpiritualis medicus accommodatas, & confitentis conditioni congruas pœnitentias iniungit, & ruſticis, qui orare neſciunt, nec ieiunare, nec eleemoſynam erogare valent, in ſatisfactionis vim proprios labores quibus aſſidue franguntur, prudenter imponit, Sic etiam Prædicator verba, ſentētias, comparationes, aliaſq. ſanctæ concionis partes tēporibus locis, atq. ipſis auditoribus accommodare debebit *e. nec eſſe dill.* 19 Concionatoris ſiquidem munus eſt, ea tantum populis proponere, quę ad eorum fidei, & morum inſtructionem ſufficere poſſint, curioſa, & alta diuinæ ſcripturæ myſteria omittendo, ne puſillis ſcandala generentur. Quem ſane modum B. Paulus Apoſt. obſeruare ſolebat, vt apud *Corinth. c.* 3. teſtatur dicens, Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam, nondum. n. poteratis. *Gaud in explicat. Cathol p.* 2. *Explicat.* 50. *Simācas in Cathol. inſtit. tit.* 49. *Turſell. in vita Xauerij l.* 6. *c.* 16 *Vict. in adnot. ad Peſſ. p. de off. Cur. c.* 3. *Chauaſ de præd. l.* 4. *c.* 2. §. 4. *Beſſeus in Domi. ſexageſima.* De nultis. n. in Ciuitate agere poterit, quæ in villis haud opportuna ſunt, nullumq. fructum parere poterunt. Ille igitur qui ad loca diœceſis mittitur, quorum incolæ ſunt vt plurimum literarū ignari, & in quotidianis corporum laboribus verſantur, ad eorum captum, atq. intelligentiam, concionem omnem texere debet, neq. ita prædicationis miniſterio fungi, vt ad exercitationē, aut oſtentationem (vt plures faciunt) concionis recitator exiſtat, quæ ab

alijs cõpoſita ſunt, memoriter referat, ſed vt iuuet duntaxat, eaq. omnia relinquens, quæ ſimplicium hominum mentem implicare poſſent, ſimplicem ſacræ doctrinæ cibum porrigat, eoq. tantum condimento, quod ipſis conueniat, & ſpiritualem digeſtionem potius facilè reddat, quàm impediat eaq. ſẽper Euãgelii myſteria perſequatur, eaq. oratione utatur, quæ futura ſit captui, & vtilitati auditorium accomodata; cum Chriſtianum oratorẽ non fucata dictio, & per aures in animum illabẽs deceat. Vnde & *Quint. l. 1. orat. Inſtit. c. 6.* Vtendũ, inquit, ſermone vt nummo, cui publica forma eſt, alioqui ſi peregrinum offeras, reſpuetur, nihil .n. odioſius affectatione eſt. Et potiſſimum dãda opera, vt auditorum mores probe informentur, & ad Dei amorem animi excitentur, alioqui eius oratio cupreſſis ſimilis erit, quæ cum proceræ, & pulchræ ſint, nullum tamen fructum referunt. Ex quo natũ eſt adagium Cypariſſi fructus, &c. Hinc & *Rom. in ſerm. quem habuit in Conc. Baſilien* poſt ſua conſilia inſerto, & refert etiam *Tuſch. in v. Doctores. concl. DCLIII.* Lectores, & Doctores admonet, vt doceant, quæ corrigunt, non quę delectant, quia eſſent alias fons ſine aqua. Et pulchre *D. Hier. in Epiſt ad Nep.* eum monuit, vt ſi optimus concionator haberi vellet, auditorum lachrymæ laudes ſuæ forent. *Coſta fer. 2. poſt. 3. Dom. Quad.* Nam quid ineptius, & abſurdius dici poteſt, quàm ſi in paupertimo pago, & perangusto templo, apud ruſticos fame, frigoreq. cõfectos, ita quis concionetur, vt in opiparas epulas, ſplendidas veſtes, auro, ſericoq. intertextas, quas indigentiſſimi homines nũquam vel viderunt, vel ſomniarunt, perpetuo inuehatur, & illas difficiliores, & ſubtiliores quęſtiones ferat, quæ ad ædificationem nil prorſus faciũt, & ex quibus nulla fit pietatis acceſſio?

III. SVPPOSITVM.
Et continuatio.

QVanto prudentius, & fructuoſius aget, ſi ante omnia, quæ eos ſcire, & obſeruare oportet erudiat, ſi ſacramentorum cultum, venerationem, vim, vtq. officia tradat; ſi ad huius vitæ ærumnas, & paupertatis ſordes forti animo ferendas, adhortetur; ſi celerrime ab hac lachrymarum valle migrandum eſſe doceat, ſi promiſſione futuræ beatitudinis à mendacio, à periurio, à blaſphemia, à furto, à contumeliis, ab obſcœnis verbis, à turpitudine, à maleficiis, & ſuperſtitionibus, quibus vitiis illud hominum genus magnopere irretitum tenetur, quanta maxima fieri poteſt, animi, & orationis contentione deterreat; ſi ab inceſtibus compeſcat; quos villicis peculiares eſſe diximus in *comment. de hum. vita ſtat par. 2. c. 17.* Reperiuntur n. quædam particularia peccata, quæ magis propria ruſticorum aliorumq hominum extra vrbes degẽtium eſſe ſolent, quæ concionatori nota eſſe debẽt, vt in ea ſi extra confeſſionem norit, inuehi poſſit. *Paleot. in Archiepiſc. Bonon. par. 2. tit. de prædicat. Sanchez de mat. l. 2. diſp 38. num. 19. Bonac. diſp. 3. pun. 16. num. 4.* Hanc nãq. rationem generalem in concionando verbi Dei Satores inire debẽt, vt orationem pro auditorum captu, & conditione temperent, & in reprehendendis vitiis, in quibus populum magis implicatum vident, diligentes, ac vehementes ſint, vt omnem prædicationem ad Chriſtianam exigant charitatem, ſcopum vnicum ſibi proponẽtes Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; ſacramq. paginam eo ſenſu interpretentur, quem ſancta tenuit eccleſia, & grauiſſima Patrum comprobauit authoritas, & quo ad fieri poteſt, literalẽ ſenſum ad moralem, & myſticum traducere conẽtur Prudentia Epiſcoporum, Doctorum, et Prædicantium, vt rite, & exacte miniſterium ſuum impleant, potiſſimum deducitur ex illa Seruatoris noſtri parabola, qua dixit, *Matth. c. 13.* Omnis ſcriba doctus in regno Cœlorum ſimilis eſt patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera, vt ſ. intelligant, ſe debere multa doctrina, & magna ueritatum copia muniri, quas ex vtroq. teſtamenmento, & ſacrę paginę theſauris, ad omnium vtilitatem depromant, & prudẽtis animi ſenſum oſtẽdere, in proponendo vnicuiq quod ei magis conueniit, iuxta eius neceſſitatem, capacitatem, qualitatem, & perſonæ gradum; eum quippe in modũ, quo in conuiuiis varia fercula proponuntur, vt quiſq. cibos palato ſuo magis conformes aſſumat. Ac propterea *B. Iob.* de Deo D. N. dicit c. 26. Qui ligat aquas in nubibus ſuis, vt non erumpant pariter deorſum, vbi *D Greg. l. 17. Mor c. 14.* Nubes ait eſse Prædicatores, & Magiſtros, in quibus cõtinẽtur aquæ ſapientiæ de quibus dixit Salomon *Prou. c. 18.* Aquæ profundæ verba ex ore uiri, & torrens redundans fons ſapientiæ. Huiuſmodi igitur aquæ in nubibus ſunt ligatæ, ne pariter et omnes ſimul erumpant, nec omnem ſcientiam quam habent, ſimul effundant, ne eius immenſitas aliquos debiles ſubmergat etc. Propterea ut admonet. *Geneuenſ. in Man. Paſt. c. 32.* Valde expediret (ſi fieri poſſet) Prædicatores qui in oppidis, ſeu uillis concionaturi ſunt, per plures menſes ante Quadrageſimam conuocari, et ab Epiſcopo inſtrui, et admoneri, ut utilia, et non uana prædicent, quia ad huius rei memoriam eos excitare in fine carnis priuij ſuperuacuum uidetur, eum iam conciones confecerint, et quæ dicturi ſunt parauerint.

Vbi notandũ, ꝙ ſi Ordinario pſentatus idoneus Cõcionator fuerit, licẽtia ei denegãda nõ eſt, nec poteſt eum ad libitum, et ſine cauſa à prædicatione ſuſpendere, ſi tamen ſuſpendat, cauſam expri-

Digitized by Google

mere non tenetur, quare ad hoc prohibendum moueatur. *Franc. Leo in Theſ. fori eccl. ſ. par. 1. c. 8. num. 9. Camp. rub. 12. c. 13. num 8 Barb. de Epiſc. Alleg 76. num. 22. Zecchius de reg. Epiſcop. c. 7. nu. 18. & de repub. eccleſ. tit. de concionat. num. 5. Lud. de Ponte de Chriſt. hominis perfect. tom. 4. tract 6. 6. 8. & 9. Zacharias Geraldus de operibus Chriſti imitandis c. 23.*

IV. SVPPOSITVM.

QVarto ſuppono à ſacra concione oẽ mendacium abeſſe debere, ſiue id eſſet contra doctrinam fidei, aut morum, aut circa ſanctorum geſta, aut miracula, ſanctorumque ipſorum inuocationes, ſeu circa alia ad fidelium inſtructionem ſpectantia, cum Prædicatores ſemper veritatem annuntiare teneantur, & procul dubio graue ſcelus admitteretur, ſiquidem huiuſmodi mendacium vniuerſam Eccleſiæ authoritatem, & Chriſti fidem, qui infallibilis eſt veritas, euacuat, vt ait *Caiet. in v. Prædicatorum peccata*, & communiter omnes. Et licet omne mendacium deterrimũ ſit prauitatiq. coniunctum, ac proinde fugiendum, præcipue tamen illud cane peius, & angue cauendum eſt, quod circa fidem religionemq. committitur, vt cum docetur hæreſis, ſiue error Catholicæ veritati contrarius, quæ ſalutis fundamentum eſt. Vel cum in eius confirmationem falſa miracula proferuntur, qualia Deus in primis execratur, & vix nunquam impunita etiam in hac uita relinquit. In tribus autem potiſſimum caſibus mendacium lethalem haurit malitiam. Primo in materia religionis circa doctrinam fidei, vel morum, Secundo quando etiam in rebus profanis periuriũ admiſcetur. Tertio quando cum damno proximi coniunctum eſt, vt eſt commune. *D.D.* placitum, *vt etiam tradit Fillic. in qq. mor. tr. 40. c. 2. num. 40.*

Iuxta etiam inconuulſam Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ authoritatem, venerandi, & inuocandi ſunt non ſolum Angelici ſpiritus, perpetuo Deũ intuentes, & noſtræ ſalutis patrocinium ſibi à Deo delatum ſuſcipientes, verum etiam ſancti cũ Chriſto regnantes, & aſſidue ipſi Deo pro nobis offerẽtes. *Conc. Trid. ſeſſ. 25. tit. de inuocat. ven. & reliq. ſact.* Et cum nobis ipſorum ſanctorum reliquiæ futuram promittãt reſurrectionem, & ſpes noſtra in futuram corporis glorificationẽ erigatur, Chriſtianæ pietatis ratio exigit, vt ipſorum ſanctorum reliquiæ, quæ fuerunt organa animarum, ad omne opus bonum, nunc tanquam perennes gratiarũ, miraculorum, & ſanitatum fontes, pretioſaq. diuinæ charitatis pignora à nobis religioſe colantur, earumq. imaginibus debitus honor, & veneratio deferatur, vt proinde etiam ob earum cultum, & ad impetrandam nobis mentis, & corporis ſalutem, valde vtile, & pium ſit reuerenter eas à collo geſtare; & ad maiorem earundem venerationem Eccleſiæ uſus induxerit, vt honorifice in aliquo vaſe nitido, translucido, auro, argento, & gemmis ornatæ ſeruentur, & populo non niſi intra vas oſtendantur, ne ruſtici, & indocti ex corroſæ carnis, vel oſſis aſpectu deuotionem amittãt. A quibus quoq. omne mendacium abeſſe debet, nec quidquã quocunq. prætextu à Catholica veritate alienum confingendũ eſt. Vnde qui falſas reliquias prædicaret graui, abſq. dubio ſcelere ſe obſtringeret *c. 1. tit. de rel q. & vener. ſan. vt per Paleot. l. 1. de ſacr. Imag. Niceph. Euag. Bellar. Baron. & alios apud Iodoc. in v. Imagines, & in verbo reliquiæ. Suar. tom. 1. in 3. p. D. Thomæ d. 54. & 55. Molfeſ. tr. 11. c. 6. Azor. p. 1. l. 9. c. 6. & 8.*

V. SVPPOSITVM.

QVinto præmittendum eſt, miraculum eſſe illud, cuius effectus manifeſtus eſt, cauſa autem hominibus occulta, & ſoli Deo manifeſta, à quo ſit propter cauſas nobis ignotas, quæ noſtras vires excedunt; miraculum .n. dicitur quaſi admiratione dignum, quod ſubito, in inſtanti, ac perfecte à ſolo Deo, vel à ſanctis per ipſum fieri, ac patrari ſolet *Io. à s. Gemin. de ſimilit. & exemplis l. 8. c. 45.* Hinc Dæmones non miracula, ſed mira operari poſſunt, cum naturæ vires, & facultates non ſuperent, ſed hominibus inſolita ſint *c. ſciendum 26. q. 4. D. Thomas in 3. p. ſumma q. 44. art. 3. Pererius in Danielem l. 5. & 4. Zerula in Praxi Epiſcopali in v. miraculum Delrius l. 2. Diſq. Mag. q. 7. Suarez, de Angelis lib. 4. c. 39. Maſcard. de Probat. vol. 2. concl. 1060. Bozius de ſignis Eccleſia. tom. 2. lib. 15. c. 1. Simancas. in Cathol. inſtit. tit. 28.*

Porro ad verum miraculum quatuor requiruntur, quæ omnia ſi nõ interueniant, quis in Sanctorum numerum referri nequit. Primo quod vt dixi ex Deo, non ex arte, nec ex *Diabolo* contingat, cũ quandoq. mira per malos fiant. Secundo quod naturæ facultates excedat, vt de virga *Moyſis* in colubrum mutata &c. *Zerula in Praxi Epiſcop. par. 1. in v. miraretur Arg. Cagnol. in l. fauorabiliores. ff. de reg. Iu.* vbi reſoluit, dannatum ad mortem ſuſpenſumq. ſi fracto laqueo in terra viuens deciderit, id miraculo non eſſe aſcribendum, etiamſi de innocentia ſit proteſtatus, ac proinde non eſſe neceſſario liberandum. Cum laquei fractio naturaliter fieri potuerit, vel per commiſſam fraudem, vel ex funis debilitate. Tertio quod non ex vi verborum, ſed hominis merito id accidat, ſiquidem panis, & vinum vi verborum in corpus, & ſanguinem Chriſti in auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento

mu-

Digitized by Google

mutantur, quam mutationem Theologi trans ſubſtantiationem appellant. Quarto quod ad corroborationem Chriſtianæ fidei patrerur, vt ait *gloſſ. in c.1.de reliq. & vener. ſanct.l. 6. & Maſcar. l. c. Greg. Tholoſ. in Syntag. Iu. p. 3.l. 34. c.16.& ſeq. Barboſa p. 3. Alleg. 97.* Proinde Sancta Synodus *Trid. ſeſſ. 25. de inuocat. SS. &c.* ſtatuit, nemini licere vllo in loco, vel Eccleſia etiam quomodolibet exempta, vllam inſolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, niſi ab Epiſcopo approbata fuerit nulla etiam admittenda eſſe noua miracula, nec nouas reliquias, recipiendas, niſi eodem recognoſcente, & approbante Epiſcopo, qui ſimul atq. de his aliquid compertum habuerit, adhibitis in Conſilium Theologis, & aliis piis viris, ea faciat; quæ veritati, ac pietati conſentanea iudicauerit: *Marc. Ant. Gen. in Praxi Neap. c. 60.* Et cum ipſe Epiſcopus grauiter peccet, ſi ea negligat, quę Chriſtianæ reipub. perniciosa ſunt, fatendum eſt, eum lethali culpæ obnoxium fieri, ſi non vigilat, vt falſa miracula non publicẽtur. Quam poteſtatem cũ ex Concilio Tridentino habeat, etiam contra regulares exemptos exercere poterit, ſiquidem omnia regularium priuilegia quatenus Conc. Trid. aduerſantur, ſunt ſublata, niſi huic ſpecialis derogatio fiat. *Riccius p. 3. Deciſ. Cur. Neap. Deciſ.* 21. Cum uero miracula plenè probata fuerint, quæ probatio etiam ex unico teſte bonę famę conſurgit, Epiſcopus ad ea diuulganda promptus eſſe debet: Sacramentum nanq. Regis abſcondere bonum eſt, opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum eſt. *Tob. c. 12. Gen. in Praxi Neap. c. 60. & in Man. Paſt. c. 83. Io. Franc. Leo in Theſ. fori eccleſ. p. 2. c. 19. num. 21. Mar. Anton. l. 1. var. reſol. reſol. 112. caſu 42. idem Riccius reſol. 492. & p. 2. Deciſ. 219 Barboſa l. c. Zerula in Praxi Epiſcopali in v. prædicatio. & v. miracula.*

Vbi etiam illud obſeruandum eſt, ut alibi etiã aduertimus, hominibus non relatis in Sanctorum numerũ, neq. beatificationis honore inſignitis, q nihilominus cũ ſanctitatis opinione obierũt, nõ in longi temporis ſcientia, ac Sedis Apoſtolicę, uel Ordinarii licentia coluntur, publicum cultũ adhiberi non poſſe, qui. ſ. nomine Eccleſiæ ſit, vt eſt ſacrificium miſſæ, diuinum officium, & huiuſmodi Priuatum vero cultum, præſtari poſſe, vt priuatim eorum reliquias adorare ſiue ſuerint ipſorum partes, vt oſſa, cineres ue, ſiue res aliæ, quæ ipſos per multum tempus tetigerunt, vel ad eos pertinent, ſe eorum precibus commendare, & huiuſmodi. *Vaſquez. de adorat. l. 2. diſp. 2. c. 2. Molfeſ. tom. 2. ad conſ. vet. Neap conſ. 45.* & inſumma *tr. 1. c. 6. num. 10.* vt habetur etiam in Decreto *Sac. Cõgreg. Card. Vrbani VIII. edito Incip. Sanctiſſimus D. N.*

I. Q. RESOLVTIO.

Et conſectaria documenta.

His ſic obſeruatis, dico Marcum non leuem culpam admittere, cum apud ruſticos concionando, inutilia, & vana prędicat, tractans. ſ. ſpeculatiuus quæſtiones & ineptas ſuperuacuaſq. diſceptationes, quæ nihil vtilitatis afferunt. *Poſſeu. de off. Curati c. 3. num. 11.*

Atq. idem dicendum videtur de concionante apud ſanctimoniales, vt. ſ. à culpa non excuſetur, ſi inutilia, & ad eorum ſtatum non pertinentia prædicet, cum potius debeat eis enuntiare, quæ votorum vim, & obligationem concernunt, & quæ ad perfectam, & abſolutam omnium virtutum regulam, & normam traducant. Non ſolum Deo ſacratas virgines è peccatorum cœno ſi eo inuoluantur, extrahere neceſſarium eſt, ſed etiam vera tam interior, quàm exterior mortificatio, patiẽtia, pax, ſilentium, ſeceſſio; clauſuræ ratio, manuum ſuarum labor, & cætera id genus, quæ ad ſanctimonialium inſtitutum ſpectant, pręmonſtranda erunt. Vt proinde e ſacra tripode quilibet concionator non otioſa, curioſa, & inania profetat, ſed quæ meram redolent pietatem, atq. virtutum ſtudium, & ad proprium ſtatum pertinent, Domini noſtri exemplo *Iſaia cap. 48.* dicentis. Ego Dominus Deus tuus docẽs te vtilia. Vt propterea ipſe ſicut & quilibet concionator ab illis opinionibus doctorũ in publico propalandis cauere debeat, ex quibus peccandi anſa arripitur, puta quod in neceſſitate furari liceat, & ſimilibus: quia inde improbi delinquendi male poſitiones in intelligendo occaſionem accipiunt; & conuerſæ vt experientia docet, neceſſitatẽ ſuo modo metientes, multa ex bonis Monaſterij ſurripiunt, & abſq. Præfectæ licentia, extraneis, vel conſanguineis propriis tribuunt.

Idem quoq. ſtatuendum eſt de prædicatore fabulas gentilium, & facetias narrante, nam & ſi Horatius non videatur vetare iocantem vera, & vtilia proloqui, cũ lepos, & ioci venuſtas pro inuitamento, & illecebra plerunq. ſit, & ſermonem iucunditate perfundat, vt dulciario opere pueri ad literas diſcendas quodam blandimento inducuntur; cũ tamen Eccleſiaſtes magis tragicus, quã comicus ex D. Antonini ſentẽtia eſſe debeat. i. ad fletum potius quàm ad riſum mouere eum oporteat, huiuſmodi iocationes, & fabulationes abeſſe pateſt. An autem id in vtroq. caſu. ſ. inutilia, iocoſa, & inepta prædicãdo &c. mortale peccatum ſit, non exprimunt *Doctores*, nec facile eſt id diffinire, niſi valde magnus in eo committatur exceſſus, vt cum tota concio, aut maxima pars illius in ta-

libus

Digitized by Google

liquis conſumeretur, nil ad Chriſtianos mores applicando.

Etenim id potius eſt verbum Dei adulterare, quod indigniſſimum eſſe ſatis indicat Apoſtolus in *Poſt. ad Corinth. c. 2. & c. 4. & Caiet. & Reg. l. c. Zecch. de concionat. nu. 7. Molfeſ. tr. 8. c. 12. n. 55.* Quapropter prudens concionator apud ruſticos ſermonem habens, quædam exempla concionibus contexet, quæ ruſticæ vitæ magis appoſita videbûtur, & quæ non ſolum faciliorem ſacrarum rerum intelligentiam reddant, ſed etiam quotidianæ vitæ praxi maxime conueniant, v. g. Hominem eſſe ſicut arborem, in hoc mundo conſitum vt æterna vita dignos fructus ferat, bonæ .n. eius cogitationes inſtar florum ſunt, verba foliorum, virtutis opera arboris fructus referunt. Vt linum aquis maceratū candidum, atq humano vſui vtile redditur, ita homines tribulationibus agitati, ſi eas patienter ferant, meliores euadunt. Sicut vua calcaribus tunditur, & in vini ſaporem liquatur, & oliua tunſionibus expreſſa amurcam ſuam deſerit, & in olei liquorem pingueſcit; & quemadmodum per trituram areæ à paleis grana ſeparantur, & in horreum purgata inuehûtur; Ita quiſquis hic flagella æquo animo ſuſtinet, ſecurus ad Deum peruenict. Et vt glacies, & niues frumentis vtilitatem maximam afferunt, quia intempeſtiuam luxuriē impediunt, & earum cauſa radices tenacius terræ viſceribus adhærere ſolent; ſic tribulationes efficiunt, vt homo ſe recolligat, & efficacius in virtute proficiat, & cætera huiuſmodi. Vnde cum quatuor ſint potiſſimum ſacræ ſcripturæ ſenſus, quos Eccleſiaſtes in habenda concione adhibere ſolet, nempe hiſtoricus, ſeu literalis, tropologicus, ſeu moralis, allegoricus, & anagogicus, qui omnes ſenſus in hoc verbo aqua exprimuntur, nam hiſtorice vnum ex quatuor elemētis ſignificat, moraliter tribulationes, allegorice baptiſmum, anagogice æternam beatitudinem exprimit, morali, & anagogico, vt Chriſti gregi proſit, ipſe Concionator maxime incumbere debet. *Azor. p. 1. l. 8. c. 2. q. 6. Giraldus de oper. Chriſ. limit. c. 23.*

II. Q. RESOLVTIO.

SEcundo dico ipſum Marcum, qui ſcienter falſa miracula prædicauit ob grauem iniuriam fidei authoritati irrogatam, & mortiferum peccatū ac excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam contraxiſſe. *Caiet. in v. excom c. 81. Sāchez. l. 2 de præcep. c. 37. num 9. Fernand p. 4 c. 15. §. 1. Bonac. tom. 2. d. 10. q. 1. pun. 2 vt aduerti in commēt. de ſtat. p. 1. c. 11.* Sicut perdix, ait *Diaz in ſum. Predi in v. veritas*, eſt optimus cibus, ſed non comeditur cruda, nullus .n. eſt ſtomachus qui eā digerere poſſit, ſic veritas eſt excellētiſſimum pabulum, at non eſt proponenda cruda, ſed charitatis igne aſſa, ac cocta, & prudentiæ ſale temperata. Quippe decet concionatorem vt Dei nuntium, veritate vitæ, iuſtitiæ, & doctrinæ teſtificatum eſſe, & eum imitari, qui eſt via, veritas, & vita. *Io. c. 14.* Potius populos hortari, vt piis precibus, ieiuniis, ac eleemoſynis defunctorum in Chriſto animas à Purgatorii acerbiſſimis cruciatibus liberare ſtudeant. Chriſti Saluatoris in cruce affixi memoriam perpetuo retineant, & ad Sacratiſſimam Virginem tanquam ad portum tutiſſimum confugiant, ſic .n. fiet, vt de ſalute ſua nemo deſperet.

CAP. III.

QVAESTIO IV.

Vtrum concionator q admiſſus tantū ad audiendas confeſſiones virorum, etiam feminas audiuit, & eaſdem ſæpe cum ſcandalo domi viſitauit: & quendam vulneratum etiam ſuperueniente Parocho, abſoluit. Populum à decimarum ſolutione diſſuaſit: & contra Epiſcopi edictum ex ſuggeſtu eleemoſynam petiit m. p & in cēſuram inciderit &c.

ALexander vir regularis cum in examine coram Epiſcopo, & Deputatis ſ. o. ad conciones in quodam Caſtro tempore Quadrageſime habendas, & ad confeſſiones virorum tantum ibi (ſic .n. & ſuus Superior hoc ei tantum conceſſerat) approbatus eſſet, non virorum ſolummodo, ſed & mulierum confeſſionès excepit, & eas ſæpe domi viſitauit, ex qua re populus aliquam offenſionis, & ſcandali anſam accepit. Et cū ad quendā vulneratum in mortis articulo conſtitutum vocatus eſſet, cepta eius confeſſione, & ſuperueniente Parocho, à quibuſdam caſibus reſeruatis abſoluit; Ruſticum à ſolutione decimarum, quæ ſuo Parocho pendi ſolebant, in prædicatione diſſuaſit: & contra Epiſcopi edictum, ſæpius in concionibus ſe ipſum cum ſocio commendauit, pecuniam, veſtē, induſia, telam, ſudariola, & cætera huiuſmodi petendo. Quæritur

Primo an in primo caſu lethaliter deliquerit, & cōfeſſiones inualidę ſint, & viſitādo peccauerit &c.

In 2. 3. & 4. an præter culpam in aliquam pœnam inciderit, & valide abſoluerit.

In quinto an etiam Epiſcopi ſcita pœnam ſuſpēſionis ipſo facto ab actu prædicandi infligētia violando, peccati mortalis reus factus fuerit &c.

I. SVPPOSITVM.

REſp. ſuppono Primo, Eccleſiaſtici, & regularis Præſidis prudentiam, quod & alibi ani-

mad

manifeſtari, in tribus potiſſi mum elucere,

Primo in eligẽdis hoĩbus ad ea munera, ad quæ præſtanda quilq. idoneus maxime fuerit, nã vt *D. Bernardus. l. 4. de conſid.* perpendit, In monaſteria admittuntur homines ſpe proficiendi, at officia bonos facilius recipiunt, quàm faciunt; quare ad ea viros probatos oportet deligi, nõ probandos. Propterea pernoctat in oratione Dominus, antequam Apoſtolos deſignet. Et Apoſtolus *1. ad Timoth. c. 5.* ſeuere Timotheo præcipit, Manus cito nemini impoſueris. Vnde probatæ virtutis vir ad huiuſmodi munus, vel etiam in villis extra monaſterii caulam exercendum deligendus eſt. Scite enim Diogenes dixit, quod bono viro quilibet dies feſtus eſt; quo enuntiato ſenſit, hunc mundum eſſe phanum Deo dignum, in quo homo conſtitutus honeſte viuat, veluti in conſpectu Dei omnia cernetis. Hinc etiam cum piarum fœminarum curam ſuſcipere, & ad ſuũ creatorem per iter perfectionis perducere maxime opus ſpirituale piumq. ſit, vt proinde in eo qui earum confeſſionibus excipiendis præfici debet, maiorem charitatem, & ſolidiorem probitatem exigendam eſſe ſancti Patres exiſtimauerint, ideo Generales præfecti, qui in ordinis fundatione earum curam admittunt, de conſultorum conſilio idoneum virum ex ſubditis pro illis audiendis, & in ſpiritu regendis eligere ſatagant. Qui tamen Confeſſarius tempore Iubilei pro his ſufficiens non cenſeretur, ſi ab Ordinario tantum pro virorum confeſſionibus excipiendis eſſet admiſſus; Iubileum .n. requirit confeſſarium à fidelibus vtriuſq. ſexus eligendum eſſe ex approbatis ab Ordinario. *Nald. v. monialis. num. 1. Molf. ſ. tr. 7. c. 14. num. 10. Leonius in Recoll. de poteſt confeſſ. tẽp. Iub par. 2. q. 19.* Vbi etiam notat, quod ante nos alibi ſcripſimus, talem Cõfeſſarium eligendum à monialibus non ſufficere ſi à regulari Superiore cui ſubiectæ ſunt, ſit approbatus, ſed etiam Epiſcopi examẽ, & approbationem requiri, ex *Decreto Greg. xv. Incip. inſcrutabili.*

Secũdo Præſidis prudentiã elucere oportet, vt ſi cui q. paret, ad eius arbitriũ, nutũq. totũ ſe fingere, & accomodare debet, ſuũ iudiciũ eius volũtati ſubijciẽdo, vbi pſpicue peccatũ nõ præcipit, ſic q. iubet, ait *D. Baſilius in Monaſt. cõſtitut. c. 22.* obſeruare debet, ne in imponẽdis grauioribus, q̃ quib. pares fratrum corporis vires ſint, imperans, eos qui illa ferre non poſſunt, ad abijciendam obedientiã per contradictionem inſtiget.

Tertio Præfectus iudicio, & prudentia polleat, neceſſe eſt in iuuandis in ſpiritu ſibi ſubiectis hominibus, caute primum dijudicans, quid ad conſequendum propoſitum vocationis ſuæ finem cuiq. conueniat, deinde diſcrete eas bene viuendi rationes ſingulis aptans, quæ magis eorum naturis cõgruunt, nam recte *D. Greg. in prolog. 3. p. Paſt.* vt varia ſunt corporum temperamenta; ſic animarum diuerſæ ſunt, & diſcrepãtes propenſiones, & vires. Magnum autem eſt animarum naufragium monaſterium, & collegium, in quo regulæ, & rectæ vitæ inſtitutiones non vigent, teſte *B. Ephrem doct. var, c. 32. Viuald. in 4 par. cand. aur. c. 4.* vbi ait lethaliter peccare tàm ſeculares, quàm regulares Prælatos, qui ad audiendas confeſſiones, & concionandum inſufficientes admittũt, & tales, qui ſua peccata confiteri, & ſibi ipſis concionari neſciunt. Eademq. culpa obſtringi Generales Præfectos, eos Rectores præficientes, qui ſe ipſos regere non valent, nec ſciunt. Imo vt ſubdit, contra naturalem viuitur legem, vbi iuuenes ignari ſenibus præſunt, & literatis, quapropter vitia pullulant, regulæ non ſeruantur, conſtitutiones contemnuntur, innumeraq. mala inde ſequuntur. hæc ille.

II. SVPPOSITVM.

SEcundo ſuppono, & ſi aliquando Concionatori expediat confeſſarii munere fungi, quò vt aiunt, leporem quam prædicando deprehendit, & loco mouit, in confeſſionis tribunali capiat, & ſpiritualem meſſem colligat, quam Deus ad ipſius pedes adducit: illum tamen qui approbatus eſt ad conciones habendas, non ſubinde cenſeri admiſſum ad confeſſiones audiendas, cum aliæ etiã dotes in Confeſſario, quàm in Dei verbi enuntiatore deſiderentur, vt ſolida virtus, Theologiæ moralis ſcientia, & non vulgaris prudentia, & cæteræ facultates. Vnde ſicut vt religioſi licite concionentur, ſuorum Superiorum facultas, & Epiſcopi approbatio ſi in aliena eccleſia prædicandum ſit, neceſſario requiritur, ita etiam vt ſacramentum pœnitentiæ adminiſtrent, vtriuſq. Prælati tàm regularis, quàm eccleſiaſtici conceſſa licentia opus eſt. Quam ex iuſta cauſa præſcriptis limitibus impertire poſſunt, vt quod virorum tantum, non mulierum confeſſiones excipiant, vt quia iuniores ſint, nec altas in caſtitatis virtute radices egerint; difficile eſt enim picem contrectare, neque ab ea inquinari. *Eccleſ. c. 13.* Nec q. infirmus, & imbecillis eſt, temere debet & indiſcriminatim hoc officium aſſumere, ne forte dum fragiles fœminas audit, tentatione victus ſollicitet, dignas daturus pœnas, quod venenum pharmaco, & lutum fonti puto admiſcere tentauerit. *Henriq. l. 3. c. 17. num. 4.* Duplex ſiquidem eſt occaſionum genus, quæ, vt ipſa veritas in Euangelio loquitur nos ſcandalizant. *Matth. c. 5.* quædam per oculum, & ſiniſtram manum ſignificatæ, quæ aperte prauæ ſunt, & obliquę nos palã & manifeſte ad peccatum impellentes, vt in tali domo cum tali perſona verſari, quæ pro-

cul

ſine dubio abſcindendæ ſunt. Aliæ ſunt occaſiones per oculum manumq. dextram indicatæ, quatenus veræ neceſſitatis, vtilitatis, pietatis, ſanguinis, & intentionis ſpeciē quandā præſeferunt, quæ tamē re vera periculoſæ ſunt, quia ſub tali prætextu, & boni colore, non leue damnum latet; & licet interdum bonæ fide huiuſmodi tamen circunſtantiis ſint vitandæ, quæ iuſtis quaſi muſcipula ſint, & ſcandalum afferant, de quib. dicit Sapiens. *Eccleſ. c. 37.* Non omnia (etiamſi bona aliàs ſint) omnibus expediunt, nec omni animæ omne genus placet. *Loid. de P. tr. 5. tr. 8. c. 4.* Et certum eſt Concionatori, ac Confeſſario non ſatis eſſe doctrinam, niſi ſit cum probabitate, & vitæ integritate coniuncta; nam ſicut ſummum ius ſumma iniuria eſt, ita nuſquā plus detrimentū eſt quam in ſumma ſapientię perſuaſione, cū ibi plus mali committatur vbi acutius ingeniū perſpicit niſi ſit virtute excultum. Inſignis quippe ſanctitas ad hoc officium tuto, & ſine propriæ ſalutis diſcrimine obeundū exigitur, eo quod in eo acria ſint contra caſtitatem, & puritatem certamina, & magnę impingendi, ac ſuccumbendi occaſiones, Vnde *Gregorius Theologus apud Meliſſam. c. 16.* Caue, inquit, ne quis alius tibi tanq; firmo in fide cogitationum ſuarum affectus narret, ſi inualidus fueris in affectuum certamine: Hinc.n. animæ tuæ perditio naſcetur, & fiet bellum duplex, cum non ſit intra modum virium tuarum &c. Admonendi ſunt iſti ait. *D. Greg. 3. p. Paſtor. adm. 26.* vt conſiderent; quod pulli auium ſi ante pennarum perfectionem volare appetāt, vnde ire in alta cupiūt, inde in ima merguntur. Admonendi ſunt vt conſiderent, quod ſtructuris recentibus, nec dum ſolidatis, ſi lignorum pondus ſuperponitur, non habitaculum, ſed ruina fabricatur; & quod cōceptas ſoboles fœminæ ſi prius quā plene formentur proferant, nequaquā domos, ſed tumulos replent &c.

Addo ex aliquorū ſententia confeſſarium extraordinarium, qui ex Sacra Card. Congreg. monialibus etiam exemptis ab Ordinariis locorum dandus eſt, idoneum, & ſufficientem, etiam tempore Iubilei non cenſeri, ſi ad virorum tantum confeſſiones excipiendas ab Epiſcopo admiſſus eſſet: Iubileum.n. requirit confeſſariū à fidelibus vtriuſq. ſexus, eligendum eſſe ex approbatis ab Ordinario loci conſtat autem legis uerba ſimpliciter, & nō ſecundum quid intelligēda eſſe. *Molfeſ. tr. 7. c. 16. nu. 29. Naldus in v. monialis num. 2.* Probabiliter tñ *in v. verbis. nu. 14.* tenet quod ſi in Iubileo requiratur, vt confeſſarii à pœnitentibus eligendi ſint ab Ordinariis locorum approbati, Ordinarii nomine regularium ſuperiorem intelligi poſſe. Quod ante eum tenuit *Graffiis l. 4. Decif. aur. c. 15. num. 24. & Bonac. d. 5. q. 7. p. 4. §. 1. num. 25.* Licet poſtea ab hac ſententia recedere videatur.

III. SVPPOSITVM.

TErtiò à iure canonico multa religioſis prohibēt, vt ne in ſermonibus, vel concionibus eccleſiarū Prælatis detrahant, ne laicos ab eccleſiarum ſuarum frequentia, vel acceſſu retrahant, ne Indulgentias indiſcretas pronuntiēt, hoc eſt non conceſſas, nimirum falſas, aut ſub ſcriptas, ne cum prædicant, audientes à decimarum eccleſijs debitarum ſolutione diuertant, & multa alia, ut in *clem. religioſi. de Priuilegiis. clem. cupientes, de pœnis. Azor. p. 1. l. 12. c. 12.*

IV. SVPPOSITVM.

ADmonent etiam Sancti Patres, & Reuerendiſſimi Epiſcopi in Synodalibus conſtitutionibus cauent, ne Cōcionatores ſe ipſos ullo modo populo commendent, & ſordidum morem petēdi è ſuggeſtu ſibi eleemoſynas penitus abdicēt, ne populum inſtituendi munus, quod pietatis ſtudio ſuſcepiſſe videri debent, quæſtus eos, atq. auaritię ſuſpicione reſpergāt, cū à grauitate Euangelicæ prædicationis hoc ſit penitus alienum. Et nihil magis à miniſtris Euangelij homines auocat, quàm ſi eos non animarum ſuarum, ſed bonorum temporalium ſuorum cupidos experiantur, ita vt vere dicere nequeant, quòd *Apoſt. 2. ad Cor. 12.* enuntiauit, Non quęro veſtra, ſed vos. Sicut è contra nullū eſt incitamentum validius, aut efficacius ad impellendos auditorum animos, vt prædicatori fidem adhibeant, & quod audierunt, opere compleant, quàm ſi non modo nullam auaritię vmbrā, aut ſuſpicionem afferat, verum etiam ſi per omnes occaſiones illuſtria det argumenta, ſe quidquid efficiat, elaboretue, ad Dei amorem, & Superiorum obedientiam referre, ſeq. huic vni rei ſtudere, vt ſpiritualibus populi commodis conſulat, auream illā Senecæ ſententiam exequens, Virtutum omniū pretium in ipſis eſt, non.n. exercentur ad pręmium, recte facti feciſſe merces eſt. Conceſſit quidem Chriſtus non tamen præcepit, vt qui altari ſeruit de altari viuat, & honeſtam vitæ ſuſtentationem expectare, & quærere promiſit, nullo tamē modo lucrū, & quæſtum, cui multo magis ſe inhiare oſtendunt, qui auditorum eleemoſynis etiam contra Epiſcoporum edicta ſe ipſos commendant, & ditiora ſuggeſta auidius affectant. Quò certius plurimis prodeſſet, gratis ſi fieri poſſet, Chriſti ſeruus concionari deberet, ne ſi ſtipendium admiſerit, eius amore potius quàm zelo ſalutis populi, vt dixi, ad prædicandum incitari exiſtimetur. Et ſane pluris etiam fiet, quem propriis commodis non ſtudere videbūt

ma.

Digitized by Google

magiſq. p os ſuum loqui Deum arbitrabuntur homines. *Chauás. de prudent. l. 4. c. 2. §14.* Verè enim *D. Greg. in præfat. Dialog.* ait, Ad amorem cœleſtis patriæ plus exempla, quam prædicamenta ſuccedunt. Sic B. Catharina Senen. ſæpe veſtigia Prædicatorum hominum humi impreſſa oſculabatur eo quod lucrandis animis pietatis, ac ſpiritualis lucri cauſa operam impendebant.

Propterea ſtipendium pecuniam, vel quid aliud petere, vel exigere non debet, contentus eleemoſyna, quæ ſponte offeretur, à qua oĩs illicita pactio amouenda eſt. Sed cũ, vt dixi, boui trituranti os claudendum non ſit; & dignus ſit operarius mercede ſua, ſicut ad Epm cum per ſe ipſũ concionari non valet, ſuis ſumptib. prędicatores, cõducere, & alere pertinet; ità etiam cum Parochi rurales ipſi concionari non valent, in eorum loco ſuffectis ſumptus miniſtrare cogentur, niſi tamen populus, vel aliqua ſocietas, ex præſcripta cõſuetudine hoc pietatis officium ſubire deberet. *Fuſchus de viſit. eccleſ. l. 1. c. 18. Vgol. de offic. Epiſc. c. 9. 3. n. 3. Lez in Theſ. for. eccleſ. p. 1. c. 8.*

I ASSERTIO.

HIs ſic annotatis dico, quod cũ Eps Alexãdrũ eius Superioris dimiſſorialibus literis adhęrendo, ad virorum tm̃ confeſſiones audiendas approbauerit, quò ad mulieres iuriſdictionnem non accepiſſe, ac proinde earum confeſſiones excipiẽdo lethaliter peccaſſe, & abſolutiones impenſas inualidas eſſe cum limitata cauſa limitatum producat effectũ. Licet ſecus dicẽdũ, ſi Epiſcopus ſimpliciter approbaſſet, & Prælatus regularis ad viros tantum licentiam ſuam reſtrinxiſſet, tũc enim & ſi Confeſſarius mortaliter peccaſſet, cõfeſſiones tamen ſubſiſterent. &c. Vt inter alios firmat. *Gutierez l. 1. canon. qq. c. 27. num. 18. Rod. in ſumma p. 1. c. 60. num. 4. Molfeſ. tract. 7. c. 14. nu. 85. Graff l. 1. deciſ. c. 13. nu. 88. Roderiq. tom. 2 qq. regul. q. 28. ar. 13. Salaſ. in tract. de leg. d. 16. ſect. 10. Vgol. de offic. Epiſcop. p. 1. n. 301. Cortel. de caſ. reſ. p. 1. ſect. 3. art. 14. c. 4. & 20.*

...bit tamen probabile, fœminas tempore Iubilei poſſe eligere Confeſſarium non defectu ſcientiæ, ſed ætatis, quod iuuenis ſit, ad virorum tantum confeſſiones approbatum; in fauorabili enim materia verſamur & conſequenter extendenda cum odia reſtringi fauores autem amplificari conueniat. *c. odia de reg. iur. in 6.* Atq. hinc Primo conſequitur, eligi poſſe ad expediendas diſpenſationes, quæ à Romana curia emanant, ſiue viris, ſiue fœminis conceſſas, quod in eis literis dum in expeditiuro approbatio Ordinarii vna cũ gradu Doctoratus, vel Magiſterii exigitur, potius ſcientia, ac rerum moralium peritia ad earum expeditionem requiri videatur. Secundo potiori ratione infertur, clerico in illis locis, & diœceſibus, in quibus confeſſarii ad excipiendas clericorum cõfeſſiones deputantur, integrum eſſe tempore Iubilei confeſſarium deligere, & ſi clericorum confeſſiones audiẽdi facultatem non habeat. *Sanch. l. 8. de matrid. 28. num. 16. Bonac. de ſacram. d. 5. q. 7. §. 1. nu. 12.* Religioſi vero etiam tempore Iubilei, quò ad electionẽ confeſſarii ex decreto Clem. VIII. diſpoſitionibus ſuorum Superiorũ ſubiiciuntur, niſi in Bulla eiuſdem conſtitutionis, & priuilegiorum religioſis ordinibus conceſſorum derogatio ſiat. &c. *vt dixi par. 1. de Exam. tr. 5. c. 2. q. 13.*

II. ASSERTIO.

SEcundo dico Alexandrum qui incepta moribundi confeſſione, eiqm à caſibus reſeruatis abſoluit, à quibus Parochus ſuperueniens, ex delegata ab Epiſcopo poteſtate abſoluere poterat, validè, ſeù à peccatis non reſeruatis, & reſeruatis abſoluiſſe, nam ſacerdos qui in defectum Superioris confeſſionem conſtituti in articulo mortis audire cæpit, ſi ſuperueniat etiam is cui caſus reſeruatus eſt, poteſt ſacramentum perficere, audita illius integra peccatorũ confeſſione; nã delegantis morte delegati iuriſdictio non expirat, coram quo lis cæpta erat. Et aliàs grauiſſimum eſſet onus, ſi in articulo mortis conſtitutũ oporteret confeſſionẽ legitime incohatam repetere, cum in eo ſtatu repeiatur, vt vix eni ppriã peccata aperire poſſit. Nec Doctores deſũt q. velnt valde pbabile eſſe, habẽtem facultatem ad tempus confeſſiones audiendi, eo tranſacto poſſe confeſſionem antea cæptam proſequi, ergo multo magis dicendum eſt in caſu de quo agitur, in quo deficiente legitimo confeſſario, cuilibet ſacerdoti à quolibet peccato abſoluendi abſoluta facultas conceditur, nec aliquo iure cauetur, vt in tali euentu ſacerdotis iuriſdictio duret donec ordinarius cõfeſſarius adueniat. *Ledeſma in ſumma ſacram. de pœnit. c. 12. Sanchez l. 2. de præcep c. 13. nu. 15. Duardus in Bulla cœnæ Domini l. 3. §. 2. q. 7. Henriq l. 6 de pœnis. c. 11. n. 8.*

III. ASSERTIO.

NEc a graui culpa excuſari poterit Alexãder ſi contra bonæ diſciplinæ regulas, ac leges, male ſuſpicãdi aliis anſã prębẽs, & ſpiritualis inopi, ſibi periculum accerſens alienas circuiuit domos, conuerſatio enim ſecularium præſertim frequens, & apud ſuſpectas fœminas, bonam famã lædit, reuerentiam, & exiſtimationẽ aduerſus religioſos diuini verbi diſpenſatores minuit, ac labefactat, & ſcandalum præbet. A quo adeo D. Cyprianus abhorruit, vt in carceribus detruſus paulo poſt martyriũ ſubiturus, ad ſeipſum inuiſendũ quaſdam vel pias mulieres admittere noluerit, quæ ad eum acceſſerant, & aliqua ſalutaria moni-

ta

Digitized by Google

ta perciperent, ne aliis mali ſuſpitionem præberet. *Marc. Ant. Genuenſ. in Man. Paſt. c. 3.* Mulier, inqt Origines, arma Diaboli, & per eum contra hominem tripliciter bellum gerit. Primo per colloquiũ, quod ad libidinem tædas accẽdit. Secundo per aſpectum, cũ facies mulieris ſit igneus gladius. Et in uitis Patrum quidam eorũ dixit, Melius eſt videre Dæmonem, quàm mulierem ornatam. Tertio per tactum, quia palea male igni adiacet. Vnde cum quendam tyronem B. Iordanis reprehenderet, quod mulieris manus tetigiſſet, & ille reſpõdiſſet, ò pater bona, & proba eſt mulier illi ſubinde intulit, Terra vtiq. bona eſt, & aqua bona, ex vtraque tamen ſe contingente lutum conficitur. Ad ſi nil aliud mali ex mulieris conuerſatione conſurgeret, laſũ viri probi, ac grauis fama, ac exiſtimatio denigratur, ut attigi ſup. *tr. 6 c. 14. q. 79.* Hinc recte *D. Baſilius conſtit. monaſt. c. 4.* Fugiendæ, inqt in primis cũ mulieribus nobis congreſſiones ſolũ, collocutionesq. neq. ad eas vnqnam accedendũ, niſi cum grauiſſima aliqua ad eas nos neceſſitas impellat, & aliter facere non poſſimus. Atq. ipſa etiam vbi nos neceſſitas adegerit, ab ipſis non ſecus atq. ab igne cauendum eſt, adeo vt quàm citiſſimè nulla mora ab iſtis nos extricemus. Animaduertte enim qd de hac re ſcriptura dicat, Abſcondet quis ignem in ſinu ſuo, & veſtimenta ſua non comburet? &c.

Scite ac uere ergo dixit quidam ſenex apud *Ioannem Euiratum in Prato ſpirituali. c. 217. & apud Ferd. Caſtel. p. 1. hiſt. fr. Præd. l. 2. c. 6.* Filioli ſal ex aqua eſt, & ſi appropinquauerit aquæ, conſimiliter ſoluitur, ac deficit. Et monachus ſimiliter ex muliere eſt, & ſi ad mulierem accedit, diſſoluitur & ipſe, atq. in id definit, vbi iam monachus nõ ſit. *Thomas Cantip. l. 2. Apum. c. 30. §. 47.* recentem ætate ſua ipſum miſerandum refert ſacerdotis doctis, & à pueritia cælibis, qui canonicatum in curã animarum commutarat, vt plures animas Deo lucraretur. Hic erat ſacerdos, animarum paſtor, concionator optimè à primis annis inſtitutus, veneris neſcius, aſperitate vitę conſpicuus, zelo plenus, ſacris miniſteriis occupatus, Theologiæ *Doctor*, ætate prouectus, & quia Sanctorum Patrum ſanctiones non ſeruauit, etiam in vetula palea ſe concremauit. Quid faciet, qui nihil horum habet, quàm patum tutus iuuenis, & iis vacuus præſidiis, quibus ille munitus erat? B. Ægidius ex D. Franciſci familia dicere ſolebat, probos religioſos Luporum inſtar eſſe, qui ex magna, & vrgenti neceſſitate ex latibulis exeunt, & in publicis locis paruam moram trahunt. Et ſpiritu accidiæ, acronię, ſpiritualium tædio correligioſos ſæpe agi, qui fœminas frequenter inuiſere volunt, locuples eſt teſtis *Caſſianus l. 10. c. 2.* Quod etiam vidit Lucius Papa I. qui propterea ſanxit, ne clericus ad fœminæ tabernaculum accedat, nec cum ea fabulas miſceat, nec per alium ſecrete aliquid mandet, aliàs ille deponatur, & illa à liminibus eccleſiæ arceatur. *c. clericus. d. 81.* Et iure admonent ss. Patres omnium quidem mulierum familiaritatem, etiam earum quę ſpirituales videntur, vitandam eſſe, ſed earum maxime, quę ætate, conditione, & ſtatu periculoſiores ſunt, ex quarũ conſuetudine, pleruq. aut fumus ſequitur, aut flãma.

Adde nimiam familiaritatem cum ſecularibus virtuti, & obſeruantiæ obeſſe contẽptus inde ſeilitur, & nimia quædam agendi, dicendiq. licentia, vt obſeruatum eſt ab *Vmberto in reg. D. Auguſt. c. 167.* narrante, ruſticum minus imaginem Crucifixi venerari ſolitum, quod è nuce horti ſui confecta eſſet. *Iuſtin. Imperat. in nouel. conſtit. 133.* religioſorum euagationem his verbis damnat: Et primum quidem in monaſterium multos habeat aditus, ſed vnum tantum, aut duos forte, & vt portæ aſſiſtant viri ætate graues, & caſti, & omnium teſtimonio comprobati, qui neq. ipſos reuerendiſſimos monachos permittant ſine Præſulis voluntate monaſterio egredi, ſed intus eos contineant, vt ea quę Deum concernunt, perquirant, nec ſe ipſos, actionesq. ac ſtudia ſua à Deo diuellãt. *D. Aut. ſym. 4. c. 7. nu. 85. exemp. 3.*

IV. ASSERTIO.

QVaſtodico Alexandrum, & mortalem noxã admiſiſſe, ac etiam in excommunicationẽ nemini tamen reſeruatam incidiſſe, cum concionando populo decimarum ſolutionem diſſuaſit, modo cũ præſumptione hoc egerit, ſecus ſi ex ſurreptione, vel ex huius cenſuræ ignorantia. *Sayr. l. 3. de cenſ. c. 33. num. 40.*

V. ASSERTIO.

QVinto mortali flagitio ſe obſtrinxiſſe, cũ Epiſcopi edictum ſcienter violauit, qui grauibus ac terijs verbis, poſt illi conceſſam, & concionandi, & virorum confeſſiones audiendi licentiã, præcepit vt à ſordido more petendi ex ſuggeſtu eleemoſynas abſtineret, idq. ſub pœna ſuſpenſionis in illa eccleſia prædicandi; nam petaces rerum temporalium bonum religionis nomen obſcurant, & fidelium animos à rebus ſpiritualibus auocat, vt ait. *D. Vincent. Ferrar. tr. de vita ſpirituali, & Sãchez l. 7. de præcept. c. 23. nu. 1.* Vbi illam quæſtionem reſoluit, qualiter peccant Prælati religionũ dantes peculio habendo cauſam, plures admittendo, quàm qui ex redditibus monaſterij, ac conſuetis eleemoſynis, abſq. illiberali, & ſordida exactione ſuſtentari valeant. Quamuis Alexãder ab huiuſmodi officio ſuſpenſus, etiam ſi ibi concionetur, irregularitatis labe non afficiatur, vt ex communi

Digitized by Google

muni tradit idem *Sayrus l.4.c.16.num.20. Roder. p.2.c.24.n.7. Fernan.p.4.c.15.§.1.*

Porro ipſe concionator in poſterũ omnẽ ſuarũ cõcionũ vim ad Epiſcopalis, paſtoraliſq. gubernationis rationes accommodabit, Epi monita, iuſſa, edicta, ac omnem diſciplinã perpetuo cõmendabit, atq. adeo tuebitur, vt & clerus, & populus prædicationibus ſuis excitatus, obedientiã felicitatis parentem ei præſtet.

QVAESTIO V.

Regularis concionandi munus cum coacta ſui Superioris licentia aſſumens, an mortaliter peccet. Num Iubileum pro alijs tàm viuis, quàm defunctis accipi poſſit. An oneri dandi eleemoſynam in Iubileo præſcriptã, ſatisfaciat ſi per aliũ id faciat. &c. An neceſſe ſit vt indicta eccleſia vna die viſitentur, & oratio mentalis ſufficiat. Verũ ieiunium cum lacticinijs quò ad lucrandũ Iubileũ fieri poſſit. Quanam ibi quantitas in ſerotinare fecinuncula ſumenda. An confeſſarius in ſimplici voto caſtitatis ante matrimonium emiſſo diſpẽſare valeat, & an generaliter quælibet vota ſine cauſa diſpenſari, vel commutari poſſint.

BAſilius vir regularis, cum in quadam eccleſia collegiata, cum ſui Superioris licentia, ſed tamen coacta, et importunis precibus obtenta, ex Ordinarij aſſẽſu, et approbatione, conciones haberet, & Bullã Sanctiſs. Vrbani VIII. pro anno Iubilei populo exponeret, ex ipſo ſuggeſtu Primo dixit, quẽlibet fidelẽ præſcripta opera adimplentẽ, nõ ſolum pro ſe ipſo, ſed etiam pro alijs, ſiue viuis, ſiue defunctis Iubileum conſequi poſſe.

Secundo oneri dandi eleemoſynam ſatisfacere, qui per alium illam tribuit, etiam ſi ille alter ipſam eleemoſynã nõ erogaret, ſed pro ſe retineret.

Tertiò, & pauperes, qui de quotidianis laboribus familiam alunt, ad eam erogandam non teneri. Cũ & requiratur oratio, mentalẽ ſufficere aſſeruit, & quò ad eccleſiarum viſitationem non eſſe neceſſarium vt omnes eadem die uiſitentur.

Quartò quò ad ieiunium ſerotinum ientaculũ ſex vnciarũ, vt dicunt, rerum comeſtabilium quantitate perfici poſſe, et ipſum ieiunium cum lacticinijs comedendo ſeruari poſſe, etiam vbi non adeſt talis conſuetudo.

Quinto confeſſario ab Epiſcopo approbato, et à pœnitente electo, in ſimplicis caſtitatis voto ante contractum matrimonium emiſſo diſpenſare licere, et abſq. cauſa in aliis votis diſpenſare poſſe, vel ea commutare. Quæritur an ſin Primo caſu illa licentia valida fuerit, et an ſic prædicando peccauerit, et nũ in his caſibus ſequentibus verum in concione dixerit.

I. Q. RESOLVTIO.

REſp. inter peccata, quæ concionatores aliquando committere contingit, illud præcipuum eſt, ſi abſq. licentia legitimi Superioris hoc munus ſubeant, & cũ ſit in omiſſione contra, quæ ex definitione. *Conc. Trid ſeſſ. 22.c.2.* ab his ſeruari deberent, quibus diuini verbi prędicatio incumbit, pro mortali ſane culpa à Doctoribus habetur, & merito, quandoquidem huiuſmodi ſtatutum in re graui, & cum comminatione anathematis, aliarumq. pœnarum datum eſt. *in Conc. Later. ſub Leone. 10. ſeſſ. 19. Caiet. in ſumma in verbo Prædicatorum peccata. Nau. c. 25. num. 143. Reginald. l. 18. num. 124. & 131. Molfeſ. tract. 8. c. 12. num. 52. Zecchius de repub. eccleſ. tit. de concionatorinum. 7.* De qua re ex profeſſo egimus in *Comment. de hum. vita ſtat. par. 1. c. 11.* Per quam Concilij Trid. ſanctionem à Clemen. VIII. viuæ vocis oraculo declaratum eſt, Epiſcopum in aliena diœceſi prædicantem, à Diœceſano licentiam petere, & obtinere debere. *Marc. Ant. Genuenſ. in Praxi Cur. Neap. c. 58. & Ricc. par. 2. Deciſ. eiuſdem Cur. deciſ. 180.* Atqui clarum eſt, adhoc vt religioſus aliquid facere poſſit, quò à voti obedientiæ, & paupertatis tranſgreſſione excuſetur, neceſſario exigi, vt Superioris licentia voluntario ſit conceſſa, ſi a ſubdito precibus valde importunis aliquid concedat, ipſe ſubditus à culpa, & obedientiæ violatione immunis non eſt, quando reuera Præfectus inuoluntarie, & vt importunitatem repellat, conſentit, aliter omnino repugnaturus; cum ea licẽtia non ſit, ſed violentia, quæ vt morales Scriptores aiũt, inuoluntarium mixtum, & conditionalem nolitionem efficit, vt probe conſiderat. *D. Bernardus de Conſid. ad Eugenium.* Sicut etiam à noxa nõ eximitur clauſtralis, cũ ex Superioris licentia, non libere, ſed quaſi coacte permittentis, aliquid facit, ve quia religioſum illum timet, qui Prælato non permittente, tanquã iniuria affectus magnas querelas fundit; quippe quod hęc licentia, & facultas voluntaria non ſit, ſed ad maius malum vitãdum coacta permiſſio, vt tenet *Dionyſ. Carthuſ. de profeſs. Monaſt. l. 1. art. 11. Petrus Nau. l. 3. de reſtit. dub. 1. nu. 161. Roder. p. 3. qq. regul. q. 29. art. 1. & Leſſ. l. 2. c. 41. dub. 9. Sanchez 1. 7. de præcep. c. 19. n. 16. & 18. Arg. c. nemo diſt. 19.* Vbi ex D. Gregorio *Mor. in Iob. l. 32. c. 40.* dicitur, non eſt ſine vitio, quod ignoſcitur non præcipitur, iuxta illud,

Error minora volo, ne grauiora feram.

Nigronius reg. 23. communi. & Alphonſ. Roder. 3. par. tract. 3. cap. 19. Vbi etiam aiunt, ad tacitam, atq. interpretatiuam licentiam, non ſatis eſſe, vt religioſus certo ſciat, ſe ſtatim acquieſcerit facultatem eſ-

ob-

obtenturum, ſed opus eſſe, vt intelligat, & ſciat, Superiorem probaturum, & ratum habiturum, æquiboniq. conſulturum, quod id faciat ſine petitione facultatis, neq. ægre laturum ſi non petierit; quod raro accidit in religionibus in quibus regularis diſciplina viget. Hinc *Tabiena in d. licentia concl. 35.* Multæ ſunt, inquit, ſpecies licentiarum; alia eſt abuſionis, ſiue præſumptionis, alia diſpenſationis, alia occaſionis, alia permiſſionis, alia approbationis. De quibus mentionem faciunt Decretiſtæ ſecundum. *Bald. lib. 3. conſ. 288 & Sanchez. l. 7. de præcep. c. 19.* vbi tradit licentiam religioſi, vt à tranſgreſſione voti obedientiæ, vel paupertatis excuſetur, tres potiſſimum conditiones requirere. Primo vt ſit legitima, & ex iuſta cauſa conceſſa: Secundo vt ſit voluntaria. Tertio vt detur à ſuperiore, qui eam concedere poſſit. Reſoluit & *Ricciu. in Praxi aurea reſol. q. reſol. 401* regularé qui Generalis Præfecti licentia munitus, qui poſtmodum defunctus eſt, vel ab officio remotus, ſi abſq. Prouincialis facultate concionatus eſt, à culpa, & à pœna excuſari, nam gratia, vel conceſſio, per mortem concedentis non expirat, etiamſi ſolo verbo concedatur. *c. ſi gratioſe de Reſcr. in 6. Maſcard. Probat. vol. 2. concl. 845. Mar. Ant. reſol. 74. Idem Sanchez. de matr. l. 8. d. 28. q. 3.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico Baſiliũ nõ recte docuiſſe Iubileũ, tam pro aliis viuis, quã pro defunctis acquiri poſſe, niſi id ſpecialiter in ipſius cõceſſione à Summo Pontifice exprimatur, nam quis alteri aſcribere, vel applicare nequit, quod ab alterius nẽpe Papæ concedentis, voluntate dependet. Communis eſt ſententia contra nonnullos, eccleſiæ vſu comprobata, quia niſi, vt dixi, aliter exprimatur, ſemper indulgentia vel Iubileum ei conceſſum intelligitur, qui iniuncta opera pro ſe præſtiterit. Cũ ergo in præſentis Iubilei Diplomate id expreſſum non ſit, ſatis conſtat, aliquem dictam indulgẽtiam, nec pro aliis viuis, nec pro defunctis lucrari poſſe, ſiquidem Bullæ tantũ valent, quantũ ſonãt.

Et fauor, ac Principis beneficium late quidem interpretandum eſt, ſed ita tamen quatenus verborum ſonus patitur. *l. vlt ff de Conſtitut. Princi. & c. ſi pro te de Priuileg. Tabien. v. beneficium Princip. in 6. concl 49.* Atq. ſic reſoluunt, *Nau. de Iub. not. 32. Coninch. d. diſput. 2. num. 7. Suar. tom. 4. d. 53. ſect. 4. num. 7. Franc. Leon. Theſ. fori eccleſ. par. 1. c. 9. num. 28. Molfeſ. tr. 7. c. 26. num. 89. Bonac. de Iubil. q. 1. pun. 6. Fillliuc. tr. 8. num. 201. Leo de off. confeſſ. temp. Iub. par. 1. num. 34.*

Quando vero à Summo Pontifice conceditur, vt indulgentia etiã pro defunctis accipi poſſit, per modum tantum ſuffragii, & ſupplicationis, non vero per modum iudicii, & authoritatis, illis applicari valet. Nec requiritur vt applicans in ſtatu gratiæ ſit conſtitutus, cum ſufficiat vt illæ animæ Indulgentiæ capaces ſint. Et licet aliqui requirant vt defuncti dum in hoc mundo degerent, meriti ſint vt ijs poſtea indulgentiæ applicari poſſent, eſt communi tamen dicendum eſt, generatim omnes id ſufficienter mereri hoc ipſo quod in gratia decedunt. *Coninch. loc. dub. 11.* & alii. Vt dixi in *Dialogo de indulgentiis, & viſitatione ſeptem Eccleſiarum, & in tract. artis adiuuandi infirmos par. 3. c. 4.* Vbi etiam rationes adduximus, quę ad defunctis ſuffragandum inducere poſſunt.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. reſpondemus dicendo, quod ſi eleemoſyna (quæ circa extrinſecam materiam verſatur) per alium tanquam per miniſtrum fiat, indulgentia proculdubio acquiritur, nam qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, & poteſt quis per alium, quod per ſe ipſum facere poteſt: *c. poteſt. de reg. Iu. in 6. c. qui per alium. eodem tit.* Si vero per aliũ det tanquã per cauſam proximã, non poteſt, niſi in forma indulgentiæ exprimatur. Primum patet; quia ſi vt ſupponitur, eleemoſyna præcipiatur, poteſt quis per famulum, vel procuratorem, eam facere, indulgentiam autem non famulus, ſed ipſe qui eſt principalis agens lucrabitur. Quod ſi in Indulgentia tanquam neceſſaria conditio poneretur, vt per propriam actionem fieret, quia magis id pietatem, & meritum promouet, tunc non ſatis eſſet id muneris per alium præſtare. *Filliuc. tract. 8. num. 161.* Semper nihilominus tutius eſt vt quis per ſeipſum eleemoſynam tribuat, quia ſi ille tertius eam non daret, ſed pro ſe retineret, mandans Iubileum non lucraretur. Idem dicendum ſi per famulum, vel mandatarium tranſacta hebdomada Iubilei erogetur, quia retrotrahi non poteſt, & in vtroq. caſu id quod in eo præcipitur non adimpletur. *Bonac. de Sacr. d. 6. q. 1. pun. 5. num. 12. Leo. de off. confeſſ. temp. Iub. q. 14. ſect. 9. nu. 175. contra Sa. in v. Indulgentia num. 4. & nonnullos alios.*

Quo autem ad pauperes, qui eleemoſynam dare non poſſunt, dico eos qui labores manuum ſuarum manducant, & propriis brachiis familiam alunt, aut qui oſtiatim mendicant, in rigore ad erogandam eleemoſynam teneri, ſed à Cõfeſſario ſi id in Bulla concedatur, in aliud piũ opus cõmutari poſſe. *Molfeſ. tr. 7. c. 26. n. 37. Filliuc. l. c. num. 152.* Neq. in hoc voluntas pro facto reputatur iuxta illud,

Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas &c. *Ramagna de pœnit. diſt. 1.* Cui concinit illud *D. Auguſtini ſuper pſal. 57.* Quidquid vis, & non potes,

factum Deus computat, cum conditio quæ in *Iu*bileo poſtulatur, non ſola volũtas, ſed opus ipſum exiſtat. Quæ ſententia communior, & tutior eſt, licet non deſint, qui ſentiunt, ex præſumpta Sũmi Pontificis mente, huiuſmodi egenos, ac inopes, tali commutatione non indigere.

Vbi ẽt obſeruãdũ eſt, qũ in Bulla eleemoſina preſcribitur, nec illa verba adduntur, pro cuiuſq. facultate, non ſolum Iubileum ab eo obtineri, qui magnam ſtipem impẽdit, verum etiam ab eo, qui modicam per ſe, vel per alium erogat, ſiue extreme egenti, ſiue alteri non tanta egeſtate laborãti tribuatur. *Graff. in Append. dd. Deciſ. aur. l. 2. c. 5. n. 37. Henriq. l. 7. c. 10. nu. 6. Bonac. l. c. nu. 38.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. dicendũ videtur, tũ orãdi obligationi ſatisfacere, qui mentaliter, ad Deum preces fundit, cum orationis nomine vtraq. nempe vocalis, & mentalis comprehendatur. Non ſolum enim pius, ac deuotus ad eccleſias acceſſus requiritur, ſed etiam ab his, qui eas viſitant, precationes ad Deum faciendæ pro Sũmi Pontificis ac totius chriſtianæ reipublicæ ſalute, hodie exiguntur, & cum nulla certa precum forma in Diplomatibus præſcripta ſit, id totum arbitrio prudentis, ac pij viri relinquitur. Hinc ſequitur Primo, litaniarum quæ hac de cauſa imprimi ſolent recitationem, neceſſariam non eſſe, cum non præcipiantur, ſed tãtum conſulantur, nec in Bulla ulla de his mentio fiat. Secundo neceſſario non requiri, vt publicis ſupplicationibus, quæ hac occaſione Iubilei celebrari conſueuerunt, quis interſit. *Henriq. l. c. nu. 3. Leo, q. 3. nu. 173. Filliuc. tr. 8. n. 257. & n. 263.* D. tam Carolus Borromeus Iubilei lucrandi cauſa vocalem orationem conſulebat, prout in qualibet eccleſia quin quies orationem Dominicam, & Angelicam ſalutationem dicere, Roſarium, & ſeptem Pſalmos pœnitentiales, & dictas Litanias cum adiectis precibus recitare, vt ſic peccatorũ remiſſionem vberius quis cõſequatur. *Benzonius de Iubileo l. 5. c. 13. Gratianus par. 2. c. 13.* Et vt ait *Bellar. tom. 3. de bonis oper. c. 2.* Vtilis inprimis eſt vocalis oratio, vt non ſolum corde, ſed etiam corpore, debitũ ſeruitutis Deo reddamus obſequiũ, Imo aliquando neceſſaria eſt quãdo ex Superiorũ præcepto, vel publice, vel priuatim certas preces recitare iubemur. Et ex communi Scribẽtium placito ſufficeret oratio, quæ ex voto, pœnitentia, aut alia obligatione recitanda foret, ſi etiam pro iſta cauſa in hunc finem dirigeretur, niſi a Sũmo Pontifici, vel à Confeſſario, vel ab ipſo votum emittente, aliud exprimatur, cum regulariter quis per vnũ opus duobus præceptis ſatisfacere poſſit. *Sanch. l. 2. de precept. c. 14. nu. 8. Bonac. de Sacr. d. 6. q. 1. pun. 5. num. 29. Leo. d. q. 3. nu. 174.*

Porro quod ad viſitationem eccleſiarum attinet, dicendum eſt, præſcriptas eccleſias eodẽ die viſitandas eſſe, & ſi aliàs hæc res in controuerſiã uerteretur, hodie tamen difficultate caret ex declaratione Greg. c. 3. teſte *Nau. de Iub. notab. 32. n. 40. Benzonio l. 5. c. 15. dub. 5.* Fabrino *c. 35. Gratiano par. 2. c. 12. Sanctarello c. 4. dub. 2. Leonio par. 1. q. 2. nu. 87. contra Filliuc. nu. 355.*

V. Q. RESSOLVTIO.

QVintæ propoſitæ quæſtioni ſic reſpondendũ exiſtimamus, vbi conſuetudo viget, vt in ieiuniorum diebus, lacticinijs, vel his, quæ ſemẽtinam carnis originem trahunt, homines non veſcantur, ſi illis in ipſis ieiunijs vtantur, Iubileum non lucrari. Siquidem in quotidiana praxi de modo ieiunandi quò ad ciborum delectum, ex vſu regionis in qua verſamur, id iudicandum eſt, vt, ſ. id ſeruari dẽat, q ibi legitima conſuetudine pſcriptũ fuerit, vt eſt doctrina D. Th. cõiter recepta *in 22. q. 147. art. 8. ad 3.* Vnde ieiunium quod certo die ſuſcipitur, ſiue ex voto, ſiue ex confeſſarij impoſitione, ſiue ad lucrandum aliquod Iubileũ, à Sũmo Pontifice indicitur, eo ritu, & modo ſeruandum eſt, quo iuxta populi cõſuetudinem eccleſiaſtica ieiunia extra Quadrageſimã coli conſueuerũt; quia niſi aliud determinetur, probabiliter creditur, taliter nobis ea ſeruanda iniungi, indici, aut voto nũcupari, qualiter in loco vbi degimus, ſunt in more poſita. *Azor. par. 1. l. 7. c. 10. q. 2. Reginald. Lesius n. 147. & seq. Bonac. tom. 2. d. 10. q. 1. pun. 2. nu. 6. Henriq. l. 7. c. 13. num. 9. Leo. p. 2. q. 14. lect. 3.* Quidquid contra ſentire videatur. *Roderiq. in ſũma c. 184. nu. 9. & Sanchez. l. 4. de precep. c. 11. nu. 52.* Vt etiã tetigimus *par. 2. tract. 8. c. 7. q. 21.* Propterea qui in cibis Quadrageſimalibus ieiunium ſeruare nequiret, illud in aliud opus pium cõmutari curet, dixi nequiret, quia commutandi facultas tantum datur cum iuſta cauſa ſubeſt, ut communis eſt ſententia, vt infra dicemus.

Corollarium de ſerotino ientaculo.

QVod vero ſpectat ad ſerotinum ientaculũ, dico quod licet eccleſiaſtici ieiunij ratio, ac regula, in tribus maxime conſiſtat. Primo in abſtinentia à quibuſdam cibis. Secundo in vnica refectione. Tertio in hora determinata. Nihilominus poteſt quis tuta conſcientia, abſq. ieiunij violatione, veſpertina refectiuncula uti, quis nõ indigeat, eũ veterũ more, & recepta cõſuetudine, q̃ eam licitam reddidit ipſa vtatur. Quæ tñ vt excuſationem habeat, certa ſibi quantitate, & qualita-

te,

ac conſtare debet, alioqui in cœnam tranſiret. Quare ſolum edi poſſunt, quę ante, uel poſt prandium, aut cœnam alias ſumi ſolēt, quales ſunt fructus, & in quantitate, quæ modica cenſeatur.

Quę autem dicatur moderatum ientaculum, ipſi conſuetudini ſtandum erit, dummodo tanta nō ſit quātitas, ut ieiunio fraus fiat. Vel iudicio prudentis confeſſarii relinquitur, qui perſonarū qualitate, ac conditione perpenſa, id indicare debet, nā ſi religioſi minorem, ſeculares uero homines, qui debilioris ſunt ualetudinis, & delicatioribus cibis aſſueti, maiorem quantitatem ſumere poſſunt. *Menoch. de arbit. Iud. cent. 6. caſu* 599. At cōmuniter recipi [illegible], uel quatuor unciarum quantitatem, panis, uel fructuum, uel ſimul coniunctorum, ieiuniū non frangere. *Villalob. [illegible] par. 3. tit. de ieiunio nu. 40. Azor. par. 1. l. 7. c. 8. q. 8. Reginal. l. [illegible] Malſeſ. [illegible] 3. nu. [illegible] Bonac. [illegible] pun. 2. nu. 3.* vbi etiam tradunt, licite ſumi poſſe [illegible], modo non ſit ex coctis cibis; qui ieiunii tempore interdicuntur, & etiam piſciculū, imo multas res in eadē refeciūcula deguſtari poſſe, ad huc enim ieiunii ſubſtantia manet; quam cibi eo tempore permiſſi non excludunt, modo debita cibi menſura non excedatur, nec hæc parua refectio cœna efficiatur, nec aliud obſtet precepto.

Et ut communior, ac probabilior eſt ſententia, Iubilei fructu non priuatur, qui ueniali*ter* tantum ieiunium fregit, tum quia ex vulgato axiomate. Parum pro nihilo reputatur, & poſita leuis rei omiſſione, ſimpliciter præceptum adimpletur; tum quia Summi Pontificis benignitas, & clementia, facere non uidetur, ut Indulgentię fructu non defraudetur, qui modicum iniuncti operis prætermiſit. Idem *Auctor, de ſacr. d. 6. q. 2. pun. 5. nu. [illegible] par. 2. ſect. 3.* Sicut etiam quando peccatū ueniale neq. quò ad ſubſtantiam, neq. quò ad circumſtantias, eccleſiarum uiſitationis actum contingit, non impedit, quin uiſitatio deuote fiat, & ad lucrandum Iubileum ſatisfaciat, ut v. g. quando quis inter viſitandum iraſcitur, curioſe aſpicit, otioſa verba profert, noxias cogitationes non tam cito repellit. &c. *Nau. de Iub. notab. 3. nu. 45. Rod. in qq. regul. tom. 2. q. 98. art. 6. Bellarm. de Indulg. [illegible] c. 13. q. 2. Leo l. c. q. 2. difficul. 2. nu. 139. Bruzo. de Iubileo l. 5. c. 15. dub. 8.*

VI. Q. RESOLVTIO.

SExtæ q. quæ duplici capite conſtat, ſic reſpondendo ſatiſfaciendum ducimus, & quidē quò ad Primū, cōfeſſarium vi Iubilei electū nō poſſe in ſimplici caſtitatis voto, ante matrimonium emiſſo diſpenſare, nam & ſi Iubilei tempore, in quo regulariter ad diſpenſationem, uel commutationem religionis, & caſtitatis uota ex cipiunt; in his diſpenſare uel ea cōmutare ualeat, in quibus Epi iure ordinario, ob materiæ, uel perfectionis defectum, manum apponere poſſunt nō tamē in illis, in quibus Epiſcopis iure extraordinario, & ut Summi Pontificis delegatis diſpenſare licet. ut per *Sanch. l. 8. de matr. d. 15. & l. 4. de precept. c. 40. Bonac. tom. 2. d. 4. par. 1. q. 2. pun. 7. §. 4. nu. 16. Barboſam de Epiſcopo. Alleg. 47.* & nos alibi ſepius. Vnde pro hoc caſu remediū eſt, ut pœnitētes, q. diſpēſatione, uel cōmutatione in predicto uoto egēt, put in caſu quo ſpōſi matrimoniū conſummare, & debitum petere poſſint, ad Epiſcopum, uel ad religioſos Mendicantium priuilegio gaudētes, confugiant *Malſeſ. [illegible] q. c. 12. nu. 6.* Sed cum huiuſmodi commutatio tantum durante matrimonio operetur, ita ut potius executionis uoti ad tempus quædam ſit ſuſpenſio, tutius eſt, ut communi uſu, & praxi recipitur, dictam diſpenſationē à Sede Apoſtolica petere. *Bonac. l. c. nu. 15. & Leo. q. 13. ſect. 21. nu. 107. Sanctarellus de Iubileo c. 9. dub. 8. & 9. contra Vinaldum in Cand. aureo. c. 14. nu. 4.* qui vult confeſſarium ui Iubilei electum poſſe in tali uoto diſpenſare.

Quod vero ſpectat ad alterū q̄ſtionis caput, an confeſſarius Iubilei tempore in uotis, in quibus poteſtas datur, ſine cauſa diſpenſare, uel ea commutare ualeat, dico quod licet aliqui. ut *Sanch. l. 4. de precept. c. 50. nu. 19.* & idem *Sanctarellus de Iubileo c. 8. dub. 2. [illegible] Leo. l. c. q. 12. nu. 63.* in eam diſcenderint ſententiam, ut id liceat, cum pro iuſta cauſa præſtatio onerum per Bullam iniunctorum ſufficere uideatur, nempe ieiunium, eleemoſina, oratio, & eccleſiarum uiſitatio, probabilior tamen ac tutior eſt eorum ſententia, qui tenent, ad voti cuiuslibet diſpenſationem, ac commutationē (quādo non in id quod eſt euidēter melius, ſed in id quod eſt minus, uel ęquale bonum commutatio fit) iuſtam ac rationabilē cauſam requiri, alias diſpenſatio, uel cōmutatio eſſet inualida cū iure naturali, & diuino, uota reddere teneamur. Et ratio eſt quod Prælati, & confeſſarii ex delegata eis facultate, in ædificationem ſolū nō autē in eccleſię deſtructionē hm̄oi iuriſdictionē acceperunt, ut conſtat *ad Cor.* 10. & 13. Manifeſtiſſima autem proculdubio deſtructio foret, ſi ſuperiores eccleſiaſtici, vel ſacramenti pœnitentię miniſtri, pro mera ſua, vel petentis voluntate, abſq. vlla cauſa votorum vincula tollerent. Nam & ſi abſq. cauſa ab his votū irritari poſſit, qui, vt DD. aiunt, dominatiua authoritate potiuntur, vt ſunt parentes, Domini, tutores. &c. non tamen ab eis, qui ſolum iuriſdictionis poteſtatem habent, quæ ad voti diſpenſationem, & commutationem neceſſaria eſt. *D. Thoma 2. 2. q. 88. art. 12. & Gauantiſta in c. non eſt. ext. de voto & [illegible]* vt

ex communi, multos allegans probat. *Sayrus lib. Clauiſ. regia.* *c.* 4. *q.* 8. & *Molfeſ. tract.* 9. *c.* 13. *num.* 40. & *tract.* 2. *c.* 4. *q.* 5. *n.* 172. & alii recentiores; & ego innuimus in *prima tract.* 3. *c.* 6.

Confeſſariorum.

ATq; ex his colligitur, quomodo Baſilius recte, vel male quò ad ſubdelacquiſitionem in his articulis. Bullam ipſam expoſuerit, ſemper conſtat eruditione, & doctrina, moraliq; philoſophia, eos præditos eſſe oportere, qui concionandi munus aſſumunt, & quibus etiam præter eximiã morum integritatem, prudentia, & rerum vſus inſit (prudentem vero Plato in *Alcibiade* cunurbcabat, qui agenda, dicendaq; probe cognoſceret.) Ad quem ſpectabit nullas vnquam Indulgentias, vel Diplomata, ſine Ordinarii conceſſu, promulgare, ex *Conc. Trid. ſeſſ.* 21. *c.* 9. Et in earum promulgatione, vel expoſitione omnibus verbis bene perpenſis, & a peritis prius conſultis, de earum virtute aliquid attingere, & fidelium populum ad eas pie, ac deuote percipiendas accendere. Siquidem concionatoris munus, vt alibi diximus, eſt non ſolum intellectum illuminare, ſed id ſecundum donum Spiritus Sancti facere, atq; adeo ſecundum eius gratiã corda expurgare, animoſq; ſurſum prouehere, atq; diuino amore cõſolidare, & perficere *Sot. dig. de Inſt. & Iu. q.* 6. *art.* 2. *Nigol. de Simonia c.* 40. *ſi. per.* 4. 4. § 2. *Girald. de oper. Chriſti inuit. dis. c.* 3. *Carolus Regius l.* 2. *de orat. Chriſt. c.* 6. *c.* 7. Cõſulantur, quæ præcipue ſcripſimus in *comment. de* [illegible] *par.* 1. *c.* 11.

ARTICVLI POTISSIMVM ad Epiſcopos ſpectantes.

CAPVT IV.

QVAESTIO VI.

Verum qui Epiſcopatum non obſtante iuramento procurauit, & obid ad eum impetrandum dona Cardinali dedit: & alteri docto viro pariter donauit, vt illum inſtrueret, & exerceret, ſimoniam commiſerit. Et quid ſi digniori competitori donarit, vt deſiſtat &c.

FAuſtus, Sacerdos Romanæ Aulæ ſectator, cũ cuidam Cathedrali Eccleſiæ vacanti præfici cuperet, non obſtante iuramento de non ſuſcipiẽdo Epiſcopatu, cuiuſdam Principis viri authoritatem interpoſuit, & quibuſdam muneribus inſignis Cardinalis animum, quò voti ſui cõpos fieret, deuinxit. Et inſuper alteri Theologo, & iuris Canonici perito (qui tamen deputatus Examinator nõ eſt) quædam dona tribuit, vt in illis articulis eum exerceret, de quibus in examine inquiri ſolet. Quinimo cum alter ſe dignior competitor adeſſet, quandam pecuniæ quantitatem, & ſummam dedit, vt ab oppoſitione deſiſteret. Quæritur an ipſe Fauſtus Epiſcopatum ſic cupiens, ac procurãs, tutus ſit in conſcientia.

Secundo an ob illa munera tàm in Cardinalẽ quàm in illum peritum collata, letha liter deliquerit, & ſimoniam commiſerit, & competitori pecuniam dando in cenſuram aliquam inciderit.

ſuppoſitio; præcognitionem, & praxis in ſpeciali [illegible]

I. SVPPOSITVM.

REſp. ſuppono Primò Epiſcopatum, quod nomen græcum eſt latine ſpeculationem, ſeu ſuperintendentiam ſignificans, quod Epi officium ſit gregi inuigilare *c. clerus* [illegible] *Rant. in pr. de c. Piſ. bus p.* 1. *dec.* 34. *Duard. in Bul. Cœn. Dñi* [illegible] nihil aliud eſſe, quam ordinem, quo traditur poteſtas conferendi confirmationem, ac ordines conſecrandi, ac benedicendi quædam ad diuinũ faciẽda pertinentia, nec non verbum Dei prædicandi, & Eccleſiaſticam iuriſdictionem in foro interno, & externo exercendi. Dixi ordo, nam Epiſcopatũ ſecundum Canoniſtas non tantum dignitatem eſſe, ſed ordinem ab aliis diſtinctum, & à Chriſto inſtitutũ, habetur in *c.* 1. *diſ.* 2. [illegible] Sed ſecundum Theologorum placitum, quamuis Epiſcopus aliis præſit, & poſſit alios ordinare, ac confirmare, aliaſq; functiones ex officio exercere, quas de fide certum eſt, nec ſimplicem ſacerdotem, nec alios inferiores obire poſſe, adeò vt etiam nonnulli ex Theologorum numero dixerint ordinem eſſe à ſacerdotio ſeparatum, attamen verior, & communior eſt ſententia, Epiſcopatum eſſe eundem ordinem cum presbyteratu, & per conſecrationem in huiuſmodi culmine Epiſcopum ordinem diſtinctum non recipere, vt eſt ſacramentum, ſed potius diſcretum officium, nouam dignitatem, ac præeminentiam ex munere tales functiones exercẽdi: quamuis Epiſcopatus ſine ſacerdotio collatus nõ valeat, vt docet *D. Thom.* 3. *p. q.* 40. *ar.* 5. Ex quo etiam conficitur, ut quamuis ordo per ſaltum collatus regulariter valeat, in Epiſcopatu tamen ſecus eſſet, hic. n. ſolus in vaſidæ ſacerdotio non inſignito confertur, quod neceſſario in ſuſcipiente ſupponitur. *Barboſa de Epiſcopo p.* 1. *Alleg.* 1. *num* 38. *Tiberius in inſt. [illegible] ordin. c.* 8. *q.* 58. *Duardus in Bulla Cœnæ Domini l.* 1. *c.* 5. *q.* 2. Nihilominus. *Vaſquez in* 3. *par. tom.* 3. *d.* 240. *c.* 3. & 4. cum multis aliis Scholaſticis probabiliter tenet etiã ut eſt

ſa-

ſacramentum, Epiſcopatum eſſe ordinem à Sacerdotio diuiſum, & diſtinctum. Cuius eſſentialis materia eſt manus impoſitio à tribus Epiſcopis facta. Forma vero, Accipe Spiritum Sanctũ 1. *ad Timoth. 4. & Conc. Trid. ſeſſ. 23. can. 4.* Ex qua vberior gratia, quã in presbyteri ordinatione tribuitur, & ad generandos Sacerdotes datur, & eos ſimul Dei miniſtros cum Eccleſia gubernandos, &c.

Dictũ eſt, quo traditur poteſtas conferendi confirmationem &c. nam Epiſcopo inter alia confirmationis, & ordinis collatio competit. Quod autẽ aliqui dixerunt, Papam ſolo verbo poſſe Epiſcopũ creare ita intelligẽdum eſt quod ad iuriſdictionis, non autem ad ordinis poteſtatem pertinet, facultas n. ſacramenta conferendi à Chriſto Domino non ab Eccleſia inſtituta eſt, quę ſane poteſtas characterem in anima impreſſum requirit. Et nũc etiã de iure Canonico poteſtatem iuriſdictionis, nempe beneficia conferendi, excommunicandi, ſtatuta condendi &c. ſine Pontificiis literis non acquirit, quibus eccleſiæ ſibi collatæ poſſeſſionem apprehẽdat. *Ext. Iniunctæ tit. de elect. Azor. p. 2. l. 3. c. 29. q. 4.* Additum eſt conſecrandi &c. nam omnia, quę aut ſacrantur, aut benedicuntur, aut perſonæ, vel res ſunt, perſonæ, vt Epiſcopi, Abbates, & moniales, qui omnes ab Epiſcopis conſecratione inſigniuntur. Res quoq. quæ ad diuina officia facienda pertinent, conſecrant, vt eccleſiæ, altaria, calices, veſtes, corporalia, cœmiteria, nolæ, & alia huiuſmodi, quæ cum ad Epiſcopalem ordinem, non ad iuriſdictionem pertineant, valide etiam ab excommunicato vitando conferuntur, cum eccleſia ordinis poteſtatem non auferat. *Bonac. de cenſ. d. 2. q. 2. pun. 1. §. 4.* Quæ itidem ad ſacramenta quædã adminiſtranda ſpectant, ab Epiſcopo benedicuntur, ac religioſa fiunt, vt oleum catechumenorum, quo baptizandi inter ſcapulas, & in pectore vngũtur, item chriſma, quo ſalutari aqua abluti in vertice liniuntur, vel confirmati peringuntur, oleum deniq. infirmorum, quo extrema vnctio conficitur. Hinc Epiſcopi Diœceſani dicuntur quo verbo ea includũtur, quæ officii, & dignitatis ſunt, item Ordinarii nominantur, quo verbo comprehendũtur, quæ ad ordinem, & iuriſdictionem ſpectant. In nomine vero Epiſcopi ea tantum clauduntur, quę ſunt ordinis, & ſic electus ante conſecrationem nõ continetur, per ea quæ ſcribit, *Butrius conſ. 19. & Cherub. in ſchol. ad Bullam 57. Pij 4.* Hac de cauſa dum Epiſcopus conſecratur, eius manus inunguntur, quo oſtendatur, benedicẽdi, & conſecrandi ipſum poteſtatẽ accipere, *c. 1. ext. de Sacra vnctione.* Quæ omnia aliis quoq. qui Epiſcopali dignitate initiati ſunt, delegare poteſt. *c. aqua. de conſ. eccleſ. vel alt. Riccius in Praxi fori eccleſ. decis.* 547. *Tuſchus in v. ordinis quæ eſſe dicantur concl. 1094.*

Dictum eſt in diffinitione, Nec non verbum Dei prædicandi, ſiquidem, vt ſupra firmauimus, munus hoc in primis Epiſcoporum eſt, qui in Apoſtolorum locum ſufficti ſunt, de quibus extat illa præceptio. Euntes in vniuerſum mundum prædicare Euangelium omni creaturę, *c. in nomine. dist. 23.* (Quinimo cum moralium quæſtionum ſiue caſuũ conſcientiæ lectio, ſit præcipua prædicationis pars, ad eum potiſſimum illam ſpectare, quo Sacerdotes animas recturi inſtituantur nonnulli ſenſerũt.) Si tamẽ Epiſcopus in aliena diœceſi prædicare velit, licentiam à Diœceſano petere debet iuxta *Conc. Trid. ſeſſ. 5. de refor. c. 2.* Siquidem prædicandi poteſtas in proprio populo, & non in alieno intelligẽda eſt, nec in alterius Epiſcopatu tanquam ius habens concionari valet, niſi ab Ordinario illius loci inuitetur *c. ſcriptum. 6. q. 3. Euſebius de viſit. eccleſ. l. 2. c. 20. num. 23. Marc. Ant. Genu. in Praxi Neap. c. 58. Riccius p. 2. deciſ.* 180. Sicuti etiam ipſe Epiſcopus poteſt in aliena diœceſi de conſenſu Diœceſani iuriſdictionem contentioſam exercere. *Sanchez. l. 3. de mat. diſp. 19. & idem Ricc. d. p. 2. deciſ. 5 Gratian. in Diſcep. Forenſ. tom. 2. ...* 393. Subiecimus tandem dari iuriſdictionem eccleſiaſticam in foro interno, & externo, ſiquidem in foro interno abſoluere à peccatis poteſt, & à caſibus quos ſibi ipſi reſeruat, & aliis facultatem delegare. Item excommunicare, punire, diſpenſare, quaſdã particulares indulgentias ſuis ſubditis concedere, publicas pœnitentias iniungere, beneficia conferre, cauſas iudicare &c. quæ ad externum, & mixtũ contentioſum iudicium ſpectant, & ab eo pariter alteri etiam nõ Epiſcopo committi poſſunt. *gloſſ. in c. peruenit. d. 95. & c. quamto ext. de cenſ. ... & in c. tranſmiſſam. ext. de elect. Sbrozzius, de officio Vicarij l. 2. c. 2.* Porro licet de iure antiquo vacante Cathedrali eccleſia, Epiſcopi electio ad Capitulũ dictæ eccleſiæ ſpectabat, hodie tamen omnes Epiſcopales eccleſiæ à ſolo Papa conferuntur, & ſi nominatio aliquibus Regibus, & Principibus ex Apoſtolico priuilegio concedatur. Hæc autem Epiſcopalis dignitas non niſi in maioribus & frequẽtioribus populis datur, & ideo caſtris, & villis ibus locis non donatur, ne ex nimio numero, & copia viléſcat *c. 1. ext. de priuileg. Anton. de Butrio conſ. 19. Tuſch. tom. 3. concl. 239. & ſeq. Cucchus l. 2. Inſt. tit. 6. nu. 8.*

II. SVPPOSITVM.

SEcundo preſupponendum eſt, eam eſſe Epiſcopalis officii præſtantiam, & paſtoralis oneris grauitatem, vt dignitatum culmen omnes appellarint, religioſorum ſtatum arctiſſime viuentiũ antecellens, hi n. in ſtatu perfectionis eſſe cenſentur, at Epiſcopi perfecti, & aliorum perfectores eſſe de-

debent; Quorũ circumſpectio circa tria potiſſimum conſiſtit, vt *D. Dionyſius l. de cœleſti Hier. c. 3.* ſcripſit, debere n. ſummo ſtudio purgare, illuminare, & populum ſibi commiſſum perficere, vt explicat etiã *Bellarmin. de Anno Iub. l. 5. c. 8.* Quo fit vt propter eorũ dignitatem, Vicarij q. radiis Epiſcopalis culminis coruſcant, ſyndicatum, vt DD. loquuntur, dare non teneantur, cum perſonæ qualitas operetur vt præſumptio ſit ipſos Vicarios iuſte iudicaturos, vt conſtat ex Bulla *Greg. 13. Incip. Statuimus,* & refert *Marc. Ant. Genueñſis in Praxi Epiſc. c. 73.* Epiſcopatus namq. ſeu Pontificalis dignitas nihil aliud eſt, quàm ſpirituale magiſterium, cum .ſ. Epiſcopi ſint Apoſtolorum ſucceſſores, e quibus vnus de ſe ipſo, Poſitus ſum, inquit, ego Prædicator, & Apoſtolus, & Doctor gentium in fide, & veritate. Nemo autẽ perfectionis magiſter eſſe poteſt, qui non ipſe perfectus ſit, quemadmodum nec philoſophiam docere, nec vllam artem etiam mechanicam, qui non eã ipſe didicerit. Hinc qui religionem vouit, & creatur Epiſcopus, non teneri prius religionem ingredi, quàm Epiſcopatum ſuſcipiat, quod ille ſtatus maius bonum cenſeatur, eſt aliquorum Doctorum reſolutio, cui tamen communior, & verior ſententia aduerſatur, vt per *Sanchez l. 4. de præcep. c. 17. num. 5. Reginal. l. 18. n. 38. Azor. p. 1. l. 11. c. 22. q. vlt. & p. 2. l. 3. c. 32. q. 10. Molfeſ. vol. 1. c. 13. n. 53. vt infra c. 5. q. 7.* Vera ſunt etiã duo illa, quæ dixit, *D. Auguſt. epiſt. 148. & in c. ante omnia. d. 40.* nihil eſſe in hac vita facilius, vel lætius, & hominibus acceptabilius, Epiſcopi officio, ſi perfunctorie, aut adulatorie res agatur, ſed nihil eſſe apud Deum miſerius, triſtius, & dãnabilius, ſi ſic agatur. De omnibus Præpoſitis clamat *Apoſt. ad Heb. 13.* Ipſi peruigilant quaſi rationem reddituri pro animabus veſtris. Vbi ſcite. *D. Greg. l. 24. mor. c. vlt.* Penſet, ait, qui ad ſatisfaciendum diſtricto Iudici de ſua tãtummodo anima fortaſſe vix ſufficit, quod reddendæ apud Deum rationis tempore, vt ita dicam, tot ſolus animas habet. Quod ſi ars medica, quæ corporis tantum morbis medetur, tot & tantis eſt difficultatibus inuoluta, quanto magis ea difficilis erit, quę animabus curandis operã impendit, & à diuinarum rerum ſcriptoribus ars artium nuncupatur, & omnium hominum genera complectitur, nempe ægros, & ſanos, tyrones, proficientes, ac perfectos? Nam Prælati non tantũ ſũt medici, ſed Magiſtri etiã, Iudices, Conſiliarii, Gubernatores, Duces, ac Patres. Vnde etiam vocatur ars, eo quod non ad ſciendum tantum, aut docendum, ſed ad praxim quoq. & ad opus præſtandum dirigitur. Hinc eſt quod Prælaturæ officium, & animas regendi munus ad ſui præfectionem quinq. talenta requirit, quæ ſupremus Gubernator ijs diſtribuit, qui eccleſiæ digni futuri ſunt Præfecti. *Matth. c. 25.* vt naturalis conſtitutio, ſolida virtus, eminens ſcientia, vt ad alios docẽdos idoneos ſit, ſenilis prudentia, & experientia ex rerum vſu cõparata, & deniq. donum orationis, & contemplationis, quæ à Deo mentis illuſtrationem, & copioſa, efficaciaq. auxilia impetrat, quibus reliqua talenta ſuos actus exercent &c. *Sanchez l. 6. de præcept. c. 18. nu. 30.* Certe Epiſcopale onus eſt etiam Angelicis humeris formidandum: vni .n. Angelo vna anima cuſtodienda traditur Epiſcopo uero plures committuntur, quarum regimine nihil difficilius. Conſidero gradum ait *D. Bernard. ad Eugenium* ſcribens, & caſum vereor, conſidero faſtigium dignitatis, & intueor faciem abyſſi iacentis deorſum, attendo celſitudinem honoris, & e vicino periculum reformido, pro eo quod ſcriptum eſt, Homo cum in honore eſſet, non intellexit &c. *Beſſ. & alii D.D. in 4. Dom. poſt Paſcha,* vbi ſubditur illud *Martialis* poetæ, cum ad amicũ ſuũ ſcriberet. *Quæris onus magnum magnũ dum quæris honorẽ.* Et cum ad hoc faſtigiũ non modo dignus, ſed etiã dignior ſit eligendus, ex *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 1.* Ideo *D. Gregorius* nunquam in Epiſcoporũ electionib. ſe immiſcere voluit, ne .l. grauiſſimi peccati particeps eſſet, q ijs ad mittunt, qui minus idoneũ eligũt. *l. 1. epiſt. 29. Bellar. de Princip. l. 1. c. 1.*

Continuatio.

QVod ſi externa oblectamẽta ſpectemus, nihil eſſe in hoc mũdo delectabilius iucundius, & glorioſius Epiſcopatus officio pſpicue demonſtrat honores exhibiti, familiarium, ac obſequentium multitudo, diuitiæ, hominum reuerentia, nobiliũ comitatus, dignitatis eminentia, quæ olim, etiam Cardinalitium faſtigium ſuperabat, vt per *Bernarda in Praxi Epiſcopali in v. Epiſcopus. num. 15.* vt proinde in generali pœnali diſpoſitione ob dignitatis prærogatiuam, ipſi Epiſcopi non comprehenduntur. *c. quia periculoſum de ſent. excom. in 6. Ricci. in Praxi var. reſol. reſol. 211.* Hinc ob eius prærogatiuam filius Epiſcopus à patria poteſtate eximitur vt per *DD. in § filius fam. inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol.* Vbi tamen intelligunt quò ad onera, non quò ad commoda, ut per *Surd. de alim. tit. 6. q. 18.* Ex quo hoc primum ſequitur, vt plerumq. non diuini obſequij ſtudium, ſed illarum rerũ cupiditas animũ oblectet. Verũ, vt dixi, tã multę dotes requiruntur vt quis ad Prælaturam idoneus ſit, ut patet ex *Apoſtolo 1. ad Tim. 3. & ad Tit. 1.* ut arrogantia ſit putare ſe illis omnibus præditum eſſe. Et tam multis periculis hic ſtatus expoſitus eſt, ob honores, & opes, occaſiones male agendi, onus conſcientiæ alienæ, defectum monitorium, aſſiduas curas, & rerum externarum tractationem, & animi, corporiſq. turbamenta, ut non niſi magnum timorem proprię amittẽdę ſalutis, Epiſcopum inuadere ne-

neceſſe ſit; & ualde uerendum ne illud obueniat, quod *D. Chryſoſt. hom. 3. in Act. Apoſt.* dolĕter dixit, Non arbitror inter Epiſcopos multos eſſe qui ſalui fiant. Quæ cauſa fuit, ut multi viri ſanctitate, & ſapientia illuſtres hanc dignitatem detrectauerint, ac niſi vi compulſi huic tàm graui oneri humeros ſubmiſerint. Quippe ſcientes imperium eſſe ſicut mare pulchrum ad uidendum, ſed laborioſũ, & periculoſum ad nauigandũ. Et licet honor aſpirationis literã habeat; eo quod omnes ferè quibus iuxta uetus adagiũ, oculi in calcaneo potius, quàm in capite ſunt, ad eum aſpirĕnt ac anhelent; adeptus tamĕ ſuſpiriis aſpergitur *Leſ. in ...l. 2. c. 46. dub. 3. Val. tom. 3. d. 10. q. 3. p. 3. Gen. in Man. Paſt. c. 2. Paleot. in Arch. Bonõ. p. 1. c. 17. Platus de Bono ſtat. relig. l. 1. c. 38. Dionyſius Carthuſ. de req. Epiſc. art. 42. D. Vincent. Ferr. ſerm. 7. Dom. 2. poſt oct. Paſch. Lud. de Põte tõ. 4. de pfect. hominis tract. 7. c. 3. Antonius Robert. l. 1. rerum Iud. c. 7.*

Nec omittĕda eſt illa Canoniſtarũ doctrina, q̃ & ab ha.º gradus ambitu coercere põt ſiquidĕ. *Innocĕt. & Abb. in c. ea q̃ ext. de off. Archid.* tradũt Epũ, vel Prælatum non ſolum de dolo, ſed etiam de lata, leui, ac leuiſſima culpa teneri, nam qui pro cuſtodia pretium accipit, leuiſſima obligatur culpa, ut Epiſcopus, qui dignitatĕ, & redditus recipit; licet aliqui diſtinguãt, an Epiſcopatũ procurauerit uel coacte ſuſceperit. Sicuti quoq; diſtinguere ſolent, an promotio ad Prælaturam ſit procurata, dũ quæritur an ſucceſſor in Epiſcopatu, ſiue eccleſia teneatur ſoluere æs alienum contractum à prædeceſſore in Bullarum expeditione &c. *ut per Mant. de tac. & ambig. l. 8. tit. 36. & eundem Genuenſ. in Pract. eccleſ. q. 788.* Siquidem generale eſt, ac propè perpetuum, ut affectatis negotiis nõ faueatur, nec quidquam indulgeatur, ut practicis, & quotidianis exemplis probat. *Felyn. in c. non debet ext. de teſtibus.* Manſ. in l. *E. §. cum quis ff. de quaſt. Tiraq. de retract. lig. 35. gloſ. 4. n. 27. & ſeqq. &* Montanus de tutelis p. 27. Sepe etiam à Doctoribus repetitur, Prelatum in Eccleſiæ ſuæ adminiſtratione negligentem, præter lethalem culpam, quam contrahit, illata dãna reſtituere teneri. *idĕ* Marc. Ant. *Genuen. in Pract. eccleſ. q. 41 & Bobius in d. Man. pro Prelat. 20. Tabiena in v. negligentia. ...* 33.

III. SVPPOSITVM.

Tertio præmittendum, per contractus etiam innominatos, ſimoniam committi, nam & hi gratuiti nõ ſunt. Do ut des, Do ut facias, Facio, ut des, Facio ut facias, & ob id in ſpiritualibus locum non habet, idq. iure merito, ſiquidem in ſpiritualibus nulla pactio, nullaq. conuentio ſine ſimoniacæ prauitatis uitio interuenire poteſt; cum ſimoniã ſit ſtudioſa voluntas emendi, uel uendendi aliquid ſpirituale, uel ſpirituali annexum. Vbi nomine emptionis, & uenditionis omnis contractus non gratuitus comprehenditur, ut dixi *ſup. tr. 9. c. 5. q. 9. ex Vgol. de ſimonia tab. 1. c. 30.*

Itĕ ſi licet uxexaminãdus ad beneficiũ curatũ, uel Epiſcopatum, aliquid Examinatoribus, uni vel pluribus tribuat, qui ipſum edoceant de quibus interrogandus eſt, ſimoniæ labe ſe inficiat, non tamen hanc committit, ubi alteri quàm Examinatori aliquid donet, quò ipſum in his exerceat, de quibus in examine inquiri ſolet, eſto in eo caſu contingat aliquid eorum edoceri de quibus interrogabitur. Non ergo ſimoniam committet, qui aliquò dono dato, ab aliquo erudito, ac docto viro curat ſe examinari, exerceri, ac edoceri de aliquibus articulis ex ſacra Theologia practica, vel iure Canonico, ſeu morali facultate hauſtis. Vt ſup. annotauimus de Pœnitentiario, & Canonico præbendæ Theologalis. Vel etiam ſi ei explicĕtur aliqui ſacræ ſcripturæ loci, cum examinandis ad Epiſcopatum ex veteri, & nouo teſtamento aliqua puncta explanãda aliquã pponi ſoleant, nã cũ quis Epiſcopus creatur, reſpondet, ſeu utrumq. teſtamentum ſcire, quatenus ad ſuum officium explĕdum opus eſt. *c. omnes. dist. 38. & dixi ſupra tr. 1. c. 9. q. 52.* Cui rei deſeruire poſſunt Explicationes Catholicæ locorum fere omnium veteris, & noui teſtamenti conſcriptæ à P. Fr. Gaudioſo Florido Peruſino ordinis Seruorũ. Itĕ Articuli à nobis in hoc opere cõſcripti, ſiquidem *Marta de Iuriſd. p. 2. c. 7. n. 15. Graſſius in Append. ad Deciſ. aur. l. 4. c. 1. n. 45. & Carol. Craſſus de effect. cler. in Prælud. num. 48.* aiunt, Prælatum debere eſſe magis doctum in iure Pontificio, quàm in ſpeculatiua Theologia, & ideò dum Epiſcopus examinatur, ſuper iure Canonico examinãdum eſſe. Simulq. addũt, bonum etiam Canoniſtã concionibus habendis idoneum fore. Inſuper iuris Canonici ſcientiam Epiſcopis maxime neceſſariã eſſe, cum de directo ad animarum regimĕ tendat, ita ut merito *Sylueſter in v. Doctor. num. 4. & Benenius in tract. de* Priuileg. *Iuriſconſultorũ* Priuileg. *15. num. 4.* Ius Canonicum practicam Theologiam appellarint.

I. ASSERTIO.

His ergo ſic conſtitutis dico Primo, Fauſtum per principia à nobis ſupra poſita, difficile à culpa ſaltem veniali graui excuſari poſſe, tot in circunſtantiæ, & conditiones in hoc negotio interuenire debent, vt Epiſcopatum appetere, & procurare ſit, vt dixi, quædam ſuperbiæ, & præſumptionis ſpecies; cum moneat etiam Apoſtolus, ne quiſquam ſibi ſumat honorem, niſi qui vocatur à Deo tan-

tanquam Aron. Et in primæua eccleſia ideo ſugerat Epiſcopatum appetere, & quærere, quia per illum ad grauiora ſupplicia nempe ad martyrium perueniebatur, & ſic non tàm honoris, quàm oneris, ac laboris erat. Hinc eſt D. Ambroſius qui cum è Præfectis ſub Imperatore Valentiniano erat, inuitus Mediolanenſis Epiſcopus electus fuiſſet, Valentinianus exultaſſe fertur quòd Deus illos ad Epiſcopale munus vocaret, quos ipſe ciuili adminiſtrationi præficiens, dignos, & capaces reipub. adminiſtrandæ iudicaſſet, vt per *Niceph. l. 11. c. 32.* Propterea *Apoſtolus 1. ad Tim. 3.* oſtendere volens, qualis eccleſiaſticus Prælatus eſſe debeat ait, Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei. In quibus verbis tres qualitates continentur, quibus potiſſimum Epiſcopi prædiceſſe debent. Prima eſt vt ſint ſerui Chriſti, id eſt toti eius obſequio addicti, vt ſpoliati omni alia cura vni in negotium ſit, Chriſto in animarum lucro famulari. Vnde cur pauci ex Prælatis veri ſerui Ieſu Chriſti dici poſſint; vna ex præcipuis cauſis eſt quia Dei vocationem non expectant, quæ eſt ſecunda Epiſcopi conditio, vt cum D. Paulo dicere poſſit, vocatus Apoſtolus, id eſt vocatus à Deo ad Apoſtolatum, qui enim ſeipſos intrudunt, aut certe, vel pecunias vel fauoribus eccleſiis præfici quærunt, & ... petunt, non ſerui Chriſti, ſed ſuarum cupiditatum mancipia fiunt. Vt proinde rectè *D. Bernardus l. 4. de conſid.* Eugenium Papã admonuerit, Alius pro alio, alius fortaſſe & pro ſe rogat, pro quo rogaris ſuſpectus ſis; qui ipſe rogat pro ſe iã iudicatus eſt. Quod autem ſit officium vocatorum à Deo in ſequentibus verbis Apoſtolus explicat, ſegregatus in Euangelium Dei, quæ eſt tertia Epiſcopi cõditio, ſiquidem primarium eius officium circa prædicationem verſatur &c. *Bellarm. l. 2. de gem. colũb. c. 5.*

Ex natura tamen rei appetere Epiſcopatũ mortali pctõ caret ſi hõ bona mente ducatur, quærendo, non vt præſit, ſed vt proſit, & ſe ipsũ metiens probabiliter ſe dignum exiſtimet, & ſe Superiorũ examini, ac iudicio exponat, nihil contra dignitates agendo, nec media illicita adhibẽdo, & omnino canonis hic per externos procurandi actus aliis ſcandalum præbeat. *Sot l. 10. de Iuſt. & Iu. q. 2. art. 1. Pet. Nau. l. 2. de reſtit. ab lat. c. 4. num. 20. Mart. Nau. de oratione. Miſcell. 42. Barboſa de off. Epiſcopi p. 1. tit. 11. gloſ. 1. num. 9. Val d tom. 3. d. 10. q. 3. p. 2. & 3. Henriq de ſacr. ord. c. 26.* Graſſius *l. 1. Dec. aſt. aure. c. 15. num. 10. Vaſquez c. 3. de benef.* §. 4. *dub. 1. Molfeſ. tract. 6. c. 7. num. 8. cum ſeq* Conſaluus *Dominus cõment. ad regul. D. Brigitæ* .. *Galganete. de iu. pub. l. 1. tit. 4. & dixi ſupra tr. 6. c. 2. q. 16. & tr. 13. c. 1. q. 2.*

Verũ quod demẽtia inflatus ac ſuperbus hominis animus deuoluit, vt cæco ſui amore percuſſus ſe ipſum nõ norit, nec vires ſuas agnoſcat, ſæpe in homines de facultatibus ſuis amplius quàm in his eſt ſperant, vt ait *Imper. Iuſtin. in* §. *in fraudẽ. Inſtit. quibus ex cauſis manumittẽ non licet.* Ideirco in hoc negotio diu deliberãdum eſt, & illud cũ Deo communicandum, vt lumen menti, & ardor ſi expedit volũtati præbeatur; Hæreditates quamuis lucroſæ eſſe videantur; nihilominus ſæpe damnum afferunt, vel ratione æris alieni latentis, quod poſt mortem detegi ſolet, vel ratione legatorum, ſeu fideicommiſſorum, quæ aliquando totam hæreditatem exhauriunt; vel ratione litium, quibus non vexari noſtra per maxime intereſt; propterea ciuiles leges ius deliberandi concedunt, ... & ... vt ſic hæredi ſcripto, vel ab inteſtato vocato hæreditatem adire, uel repudiare. *l. 5. ff. de iure delib.* Quod multò magis locum habet in grauiſſimo negotio Epiſcopalis muneris ſubeundi, ut infra et dicitur.

At difficile Fauſtus à lethali culpa excuſari poterit cum poſt iuramentum de Epiſcopatu non quærendo, & ſuſcipiendo illum procurauit, inquit enim *D. Greg. in c. Archidiaconum diſt. 85.* quod qui Epiſcopalem dignitatem non acceptare iurauit, iuramentum illud ſeruare tenetur. Et multis omiſſis, quæ dici poſſent, uera eſt D D. reſolutio, huiuſmodi iuſiurandum intelligi debere, niſi à Superiore aſtringeretur, uel niſi eccleſiæ neceſſitas adeſſet, vt ſi ſi fuerit uir apprime doctus, & induſtrius, & tali eccleſiæ indigenti, conſiderata perſonæ habilitate, & aliis circunſtantiis, non bene per alium conſuli poſſit, tunc prædictum iuramentum ſeruandum non eſſet, ut *Card Turrecrem. & alij in d. c. Archidiaconum tradunt, & Marc. Ant. Genuen. in Pract. eccleſ. q. 608. Henriquez ſumma l. 3. c. 26. num. 2. Molfeſ. tr. 11. c. 15. num. 38. Bonac. de legib. diſp. 4. q. 2. p. 1. nu. 27.*

II. ASSERTIO.

Secundo dico tàm Fauſtum quàm Cardinalem iniuſtitiæ, & ſimoniæ participes factos eſſe; ſi ille ad Epiſcopatum conſequẽdum primaria intentione dona dedit, iſte ad intercedendum, & opem ferendam ipſa dona accepit. Iniuſtitia enim & ſimonia eſt, dare, uel procurare ſpirituale, uel ſpirituale annexum pro re pecunia æſtimabili per modum pretij, ſecus ubi ciuilis obligatio, ſeu ex contractu, non adeſt, etiamſi naturalis quædam obligatio conſurgat; nec cum quis dicit, ſe intendere, uel ſperare, ſed non obligare, nec primario intuitu aliquid dat, uel facit tanquam pretium, ut beneficium eccleſiaſticum adipiſcatur, ſed vt eius beneuolentiam ſibi compararet, etiamſi ſecundario illud ſperet. *Ægid. l. cit. 9.* §. *3. Suarez l. 4. de relig. c. 38. Garcias p. 11. de benef. c. 3. nu. 70. Molfeſ. tract. 6. c.*

15.

5. *nu.* 56. Sicuti DD. aſtruunt, inſeruire eccleſiæ, & Prælato, cum ſpe minus principali, & ſecundaria aliquod beneficium obtinendi, tam eſſe licitum, & ſimoniacæ carere labe *e ſi officia diſt.* 59. & *c. quid prodeſt diſt.* 61. *Nau. c.* 23. *num.* 100. & *inc. cum miniſter num.* 39. *c.* 3. *q.* 3. Imo etiã Deo ſeruitium exhibere, eum colere, & amare minus principali intuitu aliud præter ipſum habendi, ut ſanitatem, diuitias, & alia huiuſmodi, non eſt peccatũ, ut ait *D. Thomas* 2. 2. *q.* 27. *art.* 1. *de Reia. p.* 2. *reſponſ. c. aſ. conſc. e. ſu.* 3. *arg. Conc. Trid. ſeſſ.* 6. *c.* 31. Vnde & Regius uates *pſal.* 118. Inclinaui, inquit, cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem.

I. Conſectarium, & Documentum.

QVippe Iuſtitiæ uirtus maxime Cardinalibus neceſſaria eſt. Et ſi .n. hoc munus iuriſdictionem adiunctam non habet, ut Epiſcopatus *Tuſchus in uerbo Cardinalis concl.* 189. attamen propter negotiorum magnitudinem, quæ in Romano quaſi totius eccleſiæ foro occurrunt, multa quotidie accidunt, quibus contra iuſtitiam peccari poſſit, ſæpe .n. Principum, uel eorum ſeruorum priuatorum poſtulata perſæ æqua tractantur, quibus ſi aſſentiantur, eiuſdem iniuſtitiæ participes fiunt, *quare Aluarus Pelagius l.* 2. *de Planctu eccleſiæ art.* 15. *& Sotus in Armen.* p. 3. *art.* 3. *c.* 2. Inter alia Cardinalium peccata hoc quoq; commemorant, impetrare beneficia indignis, ſiue ſuis ſiue alienis propter preces, & commendationes Principum, aut aliorum, uel ob proprium affectum, vel quæſtum. Iure itaq; Vrbanus Sextus ſtatim ac renũtiatus eſt Pontifex, Cardinalibus omnibus ad ſe uocatis grauiſſimam pœnam ſenſercis interminatus eſt, qui iniuſtas cauſas fouerent, aut etiam qui in cauſis iuſtis munera acciperent. Et quidem meritò, nam hoc quoq; iniuſtitiæ genus eſt, modo iniuſto iuſtitiam exequi, ſiquidem, lege diuina preceptum eſt, iuſtè quod iuſtum eſt, perſequeris. *Deuteron.* 16. Et profecto nihil ita animum ſeducit, ac peruertit, ut munera, ſic ſacra pagina admonente 1. *Reg.* 8. Declinauerunt poſt auaritiam, acceperunt munera, peruerterunt iudicium. Et ut ait *D. Iſid. l.* 2. *de ſummo bono*. Tres ſunt hominum acceptiones, quibus contra iuſtitiã humana uanitas militat, nempe fauor amicitiæ, adulatio laudis, & acceptio muneris. Facilius autẽ animus rei corporeæ munere peruertitur, quã gratia, laudiſq; fauore, ita ut ille uere dixerit, Oblatio muneris tinea eſt regiminis. *Cened. in collect. dur. Can. Collect.* 134. *Menoch. de arbitr. lud. cent.* 6. *caſu* 517. *Venetian. in Sylua nupt. l.* 4. *tit. quomodo iudices in dubio. num.* 98. *Perald. tom.* 2. *de uirt. & uit. c.* 5. *tit. de Auaritia. Barr. Dec. ſ.* 153. *Magan. de reſt. p.* 6. *trectin. ratio. c.* 23. & *ſeq*. Ergo tum ad hoc periculum præcauendum ne ullã res à recto deducat, tum ad integritatis laudem retinendã, quę certè pluris quàm omnes mundi theſauri faciendã eſt, hoc Cardinalibus agendũ eſt, ut continentiæ ſtudeat, manuſq; ab accipiendo intactas ſeruent. At omnia reſpuere nimis fortaſſe durum foret, multa .n. ab amicis ex animi beneuolentia dantur, alia dantur ita leuia, ut nulla corruptelæ ſuſpicio ſubeſſe poſſit, & ut ait *Homerus*.

Donum reijcere haud quaquam decet.

c. Cuſt. quæſtiones. e. tit. de ſimonia. Riccius collat. 150. Sed cum apparet eò dona tendere, vt animum deliniant, ebq; inclinent, quò non decet, tum vero cõſtantiſſime repudianda ſunt, etiamſi aurei montes offerantur &c. *Platus de Card. dignit. c.* 11. *Chal. in Polit. l.* 3. *c.* 19. Caueat debent Cardinales ne ſumi venditores dici poſſint hos .n. etiã apud Ethnicos valde improbatum extitit. Vnde eſt illud Aleſandri Seueri, Fumo puniatur, qui fumum vẽdidit. *Nau. conſ.* 56. *tit. de ſimonia*. Quò ad bonorum temporalium diſtributionem, non ſatis officio ſuo faciunt qui iuſte duntaxat, ſed qui iuſte, ac liberaliter egerint; ſiquidem decet eos in primis liberalitas, ac magnificentia. Cuius eſt propria, & communia eccleſiæ bona, pietatis, ac cõmunis cõmodi gratia erogare, impenſis nõ parcere, animũq; ad tẽplã & cœnobia, Zenodochia, & collegia erigẽda, amplis redditibus alenda, excelſe afficere. *Io. Carm. ita inſtruct. Princ. l.* 4. *c.* 9. & 22.

II. DOCVMENTVM.

ILlud etiam à Cardinalibus animaduertendum eſt, *Trid. Conc. ſeſſ.* 24. *de ref. c.* 1. cautum eſſe, eos mortaliter peccare, qui ad promotionẽ præficiendorum ius à Sede Apoſtolica habẽt, niſi quos digniores, ad cauerint, eccleſiis præfici curauerint, Sed quamuis magno hoc onere promouendi dignio res, ſubleuati ſint, cum hoc ad eos ſpectet qui ius pſentãdi, ſeu nominandi habent, non parum tamẽ negotij, aut ponderis eis relinquitur, ſi idoneos tã, tum approbare debeant, cum præter doctrinã (debent .n. eſſe in Sacra Theologia, vel iure Canonico Doctores, uel licentiati, & approbati) probitatẽ, prudentiam, ætatem ſaltem 30. annorum, & alia, quæ multis muneribus obeundis ſunt communia, peculiaria quædam in eo qui ad Epiſcopatum prouehendus eſt, à naſcentis eccleſiæ primordiis fuerunt requiſita, quæ ab Apoſtolis, Concilijs, & ſanctis Patribus ſunt tradita *c.* 2. 8. *q.* 1. Præcipuum caput à quo bonus cleri ac populi ſtatus dependet, hoc vnicum eſt, optimos eſſe Præſules, minimeq; ambitioſos quod probatione non indiget, cũ ipſa ratio hoc doceat, & rerum magiſtra experientia

com-

Digitized by Google

comprobet. Vnde eſt illud D. Leonis pronuntiatum, Integritas Præſidentium ſalus eſt ſubditorũ. Et præclara eſt Platonis ſententia, quales in repub. Principes eſſent, tales reliquos eſſe ciues. Idemq; protulit ſapiẽs, *Eccleſ. c. 10 & Tiraq. de temp. pœnæ cauſa 51. n. 97.* Quibus accedit, quod Imperatores Leo, & Anthemius ſcriptũ relinquerunt *in l. ſi quẽquam, C. de Epiſcopis, & Clericis*; his uerbis, Caſtus, & humilis noſtris temporibus eligatur Epiſcopus, vt quò locorum peruenerit; omnia vitæ propriæ integritate purificet, non pretio, nec precibus ordinetur Antiſtes, tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, vt quæratur cogẽdus, rogatus recedat, inuitatus effugiat &c. *c. nullus 1. q. Paleot. de Sac. cõſ. conſult. p. 4. q. 1. Ann. Robert. l. 1. rerum Iud. c. 7. Leand. Galganetus l. 1. de iur. publ. c. 4.* Addo cum de graui, ſeria, ac maximi ponderis re agatur, quoties Cardinales in Sacro Conſiſtorio de aliquo Epiſcopo creando tractari audiunt, in quo qualitates à iure requiſitæ non concurrant, aut aliqua prohibitiua impedimenta adſint, teneri eos commemorare quid Cõcilia, & Canonicæ leges, & Pontificiæ Conſtitutiones ſanciant, aut quid ratio poſtulet; & etiam crimina, quæ communi eccleſiæ bono aduerſari videntur pãdere, ſeruata tñ quò ad eius fieri poterit, perſonę de qua agitur fama, & exiſtimatione. *Beia in reſponſ. caſ. conſc. p. 4. caſu. 38. Pal. l. 2. q. 2. c. 4. vide quæ dixi ſup. tract. 2. c. 4. q. 37.*

III. ASSERTIO.

TErtio dico Fauſtum à peccato, & ſimoniæ labe quò ad hoc excuſari poſſe, ſi ab aliquo docto, & erudito uiro exerceri, & inſtrui curauit ſuper illos articulos, de quibus ad Epiſcopatum promouendi in examine interrogari ſolent, modò hic qui hæc docet, deputatus Examinator non ſit, nec Pontificijs, vel Prouincialibus Conſtitutionibus Romæ, vel alibi prohibitum non ſit, *Vgol. de ſim. tab. 1. c. 48. §. 3.* Non tamen à ſimoniæ macula, & excommunicatione Papæ reſeruata immunis erit, cum ei qui cum ipſo in Epiſcopatus petitione concurrebat, vt deſiſteret, pecuniam dedit, ſi aliquod ius in ipſo Epiſcopali beneficio competitor habebat, vt quia ab aliquo Rege, vel Principe Pontificio priuilegio iure præſentandi gaudente, eſſet ad aliquam Cathedralem Eccleſiam deſignatus, vnde & ſi dignior ſit, vt iuri ſuo renuntiaret pecunia data eſſet, Siquidẽ hic eius ad rẽ in illo beneficio habere diceretur; quod quidem ius eſt ſpirituali annexum, cuius emptio, & venditio ſimoniã conſtituit. Vnde huiuſmodi ſimoniacus beneficio ſic illud adeptus ſit, cedere, & perceptos fructus reſtituere tenetur, cũ. n. iſta ſimonia realis fuit, lethale etiam eſt admiſſum crimen, & maior excõmunicatio eo, tracta, ſupra quã cadens præſentatio, electio, confirmatio, prouiſio, & quælibet alia diſpoſitio, eſt ipſo iure nulla, & irrita. vt decernitur in *Extrauag. 2. tit. de ſimonia: Fernand. p. 4. c. 14. §. 1.*

QVÆSTIO VII.

Vtrum Epiſcopatus in irregularitate ſuſceptus valeat. Et an actus tam ad forum interius, quàm exterius pertinentes in ea facti validi ſint, cum etiam in ordinatione ſacerdotali manuum impoſitio ab Epiſcopo ordinante omiſſa ſit. An alienatio bonorum Eccleſiæ ab eo facta valeat. Et an in religioſos cenſuris animaduertere poſſit, qui tẽpore Iubilei ſine eius approbatione fratres à caſibus ſibi reſeruatis abſoluunt. Num ſine Inquiſitore in cauſa hæreſis procedere. An tempore generalis Iubilei & Anni Sancti in quo indulta abſoluendi à caſibus Summo Pontifici reſeruatis ſuſpenduntur, poſſit Epiſcopus ab illis occultis abſoluere, & quid de peccantibus in confidentiam Iubilei futuri &c.

APollinaris cum Epiſcopus creandus ſit, & in Romana Curia pro vt dicunt, informatione ſumenda interrogetur, an aliqua irregularitate ſit affectus, recordatur quod cum eſſet adoleſcens, & nobili ac tali ſtatu vitam digeret, cuidam ſeruo ſuo mandauit, vt quendam hominem; qui ſibi iniuſte inſultabat, verberaret; omnino tamen prohibens, ne eum occideret, vel mutilaret, ipſe tamen mandatarius mandati fines excedens, enſe vulnerauit, qui poſt aliquot dies ex illo vulnere deceſſit.

Secundo cum ſacerdotio initiatũ, Epiſcopus cum ordinans ex obliuione manuum impoſitionem omiſit, in qua poteſtas ſuper corpus myſticum confertur.

Tertio, cum in ſua conſecratione iurauerit, quæ de menſa Epiſcopali ſunt in conſulto Rom. Pont. ſe non alienaturũ, ob extinguendum æs alienum in Bullarum expeditione contractum, quoddam prædium ſine Apoſtolico aſſenſu alienauit.

Quarto Syluerium ſacerdotem regularem, à diuinis ſuſpendit, eo quod cum ab Epiſcopo approbatus non ſit, ſed tantum à ſuo ſuperiore ad fratrũ ſui Monaſterij confeſſiones audiendas admiſſus, tẽpore cuiuſdam Iubilei nonnullos religioſos à caſibus ſibi reſeruatis abſoluit.

Quinto cum Henricus perditæ vitæ, ac proiectæ conſcientiæ adoleſcens, ad ſuum tribunal ſit delatus, quod Sacratiſſima Eucharistia ſit abuſus, in ius eum vocauit, in carcerem coniecit, & tanquam relapſum eum declarans, in eundem ſine Inquiſitore condemnationis ſententiam protulit.

Sexto Gaſparem qui ad malum finem monialium clauſuram violauit, cum res ſit occulta, ab

ex-

Digitized by Google

excommunicatione abſoluit,at cum mox intellexerit eum ſic in Iubilei futuri confidentiam, vt dicunt, peccaſſe,talem abſolutionem inualidam eſſe declarauit.

Primo quæritur quid iuris in his quæſtionibus, & caſibus ſtatuendum ſit.

I. SVPPOSITVM.

RESp.Suppono Primo, eum qui Epiſcopus creandus eſt,nullã animi,corporis, famæq. irregularitatem pati debere,namſi in inferioribus eccleſiæ gradibus conſtituendi,nulla irregularitatis labe affecti eſſe debent,multo minus Epiſcopi qui in ipſa militanti eccleſia aliorum Principes futuri ſunt. Epiſcopus.n.poſt conſecrationem in editiori ſupra omnes collocatur loco,vt ita cunctos reſpiciat,& cunctorum oculi eum conſpiciant. *Barboſa.de Epiſcopo.par.1.tit.1 c.5.* Quare primo quod Epiſcopus ea, quæ Epiſcopalis ordinis, & iuriſdictionis ſunt,obire debet,nec ſolum quæ ad conſcientiæ forum, ſed & ad contentioſum iudicium ſpectant,non vulgari & Theologiæ,ac Iuris Põtificii ſcientia muniri debet, quæ peritia ex Decreto Clementis VIII. præuio examine probanda eſt, *Thes for.eccleſ.c.3 num.* 10. Scite prouerbio Plutarchus dicebat,Nec puero gladium, ego vero inquit,dixerim,nec puero diuitias,nec viro doctrinę experti potentiam dandam. Hinc *Apoſt. ad Thimoth.c.3.* Epiſcopum Doctorẽ eſſe debere ſcripſit, idem quoq. alijs verbis ad Titum ſcribens, ait amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonẽ, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere. *c.omnes d.38.Conc. Trid. ſeſſ. 22.de ref.c.2. Menoch.caſu 425.de arbit.Iud.Bellarm.l.1.de Conc.c.15. Azor. p.2.l.3.c.28.q 9. Germonius de Immunit. ſacr. l.2. c.6. Baronius tom.5. Anno Chriſti.*398. *Henriq.l. 10.de Sacr. Ord.c.35 Lud. de P tom.4. de perfect. tract.7.c.3.* Qua ratione à iure prohibetur vt neophytus, ideſt nouus in fide ad Epiſcopatum non aſſumatur,in arrogantiam.n.quæ eſt ruina Diaboli, incidunt,qui puncto horę,nec dum diſcipuli fiunt magiſtri,vt habetur in *princ.diſt.48.* Et vt loquitur *Felinus in c.eam te. ext.de reſcriptis*, ruit murus, cum pondus tignorum humore nondum exſiccato apponitur. Quamuis eum neophyti qualitas, & conditio,illum talẽ eſſe oſtendit, qualem bonum Epiſcopum eſſe decet,aliquando à iuris regulis recedatur. *neophytus diſt.61. Barboſ.de Epiſc.tit.2. gloſs.17.* vbi etiam ex Cou.& Hoieda obſeruat,eo ipſo quod Papa neophytum ad Epiſcopatum ſciẽter promouet,cenſeri eum eo in hac irregularitate diſpenſare,vide quæ *dixi ſup.tr.1.c.9.q.52.& tr. 3.c.4.q.37.& ſeq.*

Non etiam ſecundo corporis irregularitate irretitus eſſe debet,quare poſtulatur,vt ex legitimo, & conceſſo thoro ſit natus,vel per ſubſequens coniugium legitimus ſit effectus, tum quia honeſtate ſuadente,& ex ui præcepti claritas quædam in eo requiritur,quæ ex vitioſa origine obſcuratur: tum quia illegitimi ſolent vt plurimum parentum incontinentiam imitari,iuxta illud,

Sæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri,
Et leuiter ſequitur filia matris iter.

vt diximus ſup de irregul par.2.c.ſigẽs.d.56. gloſs. in c.fin.de filijs Presbyt. Plato l.6. de legib. Alex.ab Alex.l 6.dierum Gen.c.14. *Tiraq. de nobilit.c.15. Card.Paleot de nothis,& ſpurijs.c.55.* Qua labe ſi in Epũm ordinãdus aſpergeretur, illã vt multi volũt, ꝓdere interrogatus teneretur,& ſi aliq ad id nõ teneri ſentiant,ſi hoc officii culmẽ ipſe non poſtulet, ſed à Papa ſponte,& motu proprio eligatur,& impedimentum detectum infamet. *Nald.in v. officiũ num.3.Sanchez.l 4.de præcept.c.16.nu.35. Caſtillinus de elect.c.17.num.35. Suar. de cenſ. diſp.13. ſect.1.num.34.*

Tertio requiritur,ut trigeſimum annum exegerit,quo ſolidiori,ac maiori prudentia, ſcientia, ac morum grauitate fulgeat,ſiquidem,

Seris venit vſus ab annis.

Et vt ait *Iob.c.12.* in antiquis eſt ſapientia. Quam ætatem Tridentin. Patres *ſeſs.7.c.1.de refor.* maturam appellant. *Gennenſis in Man.Paſt.c.4.* Cur autem in Epiſcopo qui hæreticæ prauitatis eſt ordinarius iudex,& Inquiſitor, ſolum trigeſimus annus poſtuletur, in Inquiſitore autẽ delegato quadrageſimus exigatur, *Abbas in c.cum in cũctis. ext. de elect.* hanc commentatur rationem,quia,ut ait, promouendi in Epiſcopos cum magna indagatione tranſeunt,recipiuntur teſtes,& diſcutitur prius promotio in Conciſtorio Papæ in Collegio Cardinalium,Item quia promotus ad tantam dignitatẽ præſumitur ex omni parte idoneus, ſed officium inquiſitionis cum tanto indagine non committitur, & ideo iura uoluerunt ut maturiore eſſet ætate. Regulariter autem ætas per eum probanda eſt, qui ad beneficium ſe admitti petit,habet.n. collatio tacitam conditionem à Canonibus impoſitam ſi legitimæ ætatis fuerit,ideo illam ei probare incumbit tanquam ſuæ intentionis fundamentum. *Maſcard. de Probat.l 2 concl.666. Menoch.l.2. præſumpt.50. Farinac.p.1.frag.crim.§. ætas.* Atq. hic non omittam ex *Tympio in. menſa Theolog. & philoſoph.de Senect. num* 9. quod cum Vipertus iuuenis in Racemburgenſis Eccleſię Epũm fuiſſet electus,Romãq. ꝓfectus diſpenſationis cauſa ſuper ætate,à Summo Pontifice eſſet reiectus, ſequenti nocte totus incanuit, qua re mira uiſa ipſe Papa cũ hac lege ſolutę,confirmauit,ac cõſecrauit.

V Quar.

Quarto irregularitatem ab infamia, uel crimine ortam pati eum non oportet, qui ad Epiſcopatus apicem admouẽdus eſt; Epiſcopus .n. uerbo, & exemplo oues ſibi creditas paſcere debet, id quod commode, & utiliter facere nequit, vbi infamia notatus eſt. *Sanchez.l.5.de præcept.c.6.num.14.* Vnde quò ſciatur an hucuſq. dicta in promouẽdo ad ſint, diligens inquiſitio haberi debet, & ipſe ad patefaciendũ delictũ tenetur, vt aliq volũt, etiãſi occultũ ſit, ex quo aliquo irregularitatis impedimẽto innectus eſt. *c.ſi quis viduã.d.50. Abb. in c.innotuit ext.de elect. Pariſius de reſignat.l.10.q.2.num.90. Vgol de off.Epiſcopi p 1.c.1.§.1.num.10.& §.2.num.2. Piaſecius in Praxi Epiſc.in proœmio nu.29. Ignatius in ſchol.ad Prax.c.25.*

II. SVPPOSITVM.

Qvapropter ſi vmquam Paſtoribus, & Epiſcopis opus fuit ea pectori infigere, quæ ipſis de iure diuino conueniunt, nunc iſtis turbulentis, ac calamitoſis temporibus per neceſſariũ eſt. Duo autem ad Epiſcopum potiſſimum ſpectare videntur, quorum alterum ad mores, & doctrinam; alterum vero ad functionis ſolicitudinem pertinet, Primum ab *Apoſtolo 1.ad Timoth.3.& ad Tit.1,* præſcripum extat, cum ait, Prælatum oportere eſſe irreprehenſibilem, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, continentem, hoſpitalem, doctorem, nõ vinolentum, non percuſſorem, non ſuperbum, non iracundum, ſed modeſtum, non litigioſum, ſed benignum, non turpis lucri cupidum, ſed iuſtum, ſanctum. Secundum nempe functionum Epiſcopalium diligentiam, & curam illis verbis Apoſtolica acta inſinuant, Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiã Dei quã acquiſiuit ſanguine ſuo *Act.20.*

Cura qua Paſtores fungi debent, nõ eſt otio vacare, genio indulgere, tyrãnidem in ſuos ſubditos exercere, eos emungere, vel eorum bona iniuſte vſurpare, proprios affines, vel conſanguineos augere, & ditare; ſed Dei pabulo paſcere, in neceſſitatibus tàm ſpiritualibus, quàm corporalibus ſubuenire, apud Deum pro grege ſibi credito preces fũdere, ſacra facere, proteruos, ac rebelles compeſcere, deuioſq. ad viam ſalutis reducere, & id genus alia, quæ diligentioribus cognita eſſe debent. De quo idoneo Præſule ait *David pſal.77.* Pauit eos in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuũ ſuarum deduxit eos, Paſcuntur à Prælatis populi per cordis innocentiam, cũ ipſe ſimpliciter ambulat, nec politica agit rationes & in intellectibus manuũ, cũ videlicet quod docet ipſe operatur &c. *Tol.l.5.c.4. Filliuc.tract.28.par.2.c.6. Molfeſ.tract.8.c.13.* Vnde quod ad propoſitæ quæſtionis dilucidationem ſpectat,

III. SVPPOSITVM.

Tertio loco ſupponendum eſt, quod licet non leuis ſit inter Scribentes altercatio, quodnã ſit præcipuum Epiſcopi munus, frequentiori tamẽ calculo illud eſſe receptum eſt, quod ex ipſius Epiſcopi nomine deſumitur, vigilantiam.ſ. & ſolicitudinem ſuper oues ſibi commiſſas, vt ſaluentur, & non pereant: ſiquidem.

I. EPISCOPI MVNVS.

Primo poſt Epiſcopatus adeptam poſſeſſionẽ, tenetur ſuæ Eccleſiæ bonorum, vt dicunt, inuentarium conficere, & in archiuio conſeruare, & omni ſtudio curare ne ſine iuſta cauſa, & ſolemnitate à iure requiſita alienentur, juxta *Extrauag. Ambitioſæ, de reb. Eccl.ſ.non alien.* Et memor eſſe debet vt pro bonorum ipſorum, & Eccleſiæ iuriũ defenſione mortẽ oppetere ſit paratus. *Marc. Ant. Gen.in Man.Paſt.c.74.& 76.& 77 & in Pract.Eccleſ.q.545.* Deinde ipſe Epiſcopus diuino præcepto tenetur pro ipſis ouibus ſacrificium offerre, cum apud Deum aduocatus, & interceſſor pro populi peccatis conſtitutus ſit; vt proinde neceſſe ſit hoc aduocationis munus ſacrificando, & orando obire, etiamſi per alios id præſtare poſſet, cenſetur .n. electa perſonæ induſtria, nec hoc negotium ita bene, & commode per alios explicari poteſt &c. Et verum eſt, quod Silueſter ex mente D. Auguſtini ait *in.v.miſſa 1.§.8.* Hominem homini maius donum dare nõ poſſe, quàm miſsã, tùm quò ad remiſſionem pœnæ peccatis debitæ, tùm etiam quò ad liberationem à diuerſis malis. Vt omittã quoq. Epiſcopum negotiorum mole grauatum ſine Sacroſanctæ Euchariſtiæ præſidio, rectè gubernare non poſſe, illo ſic atteſtante, Mens deficit, quam accepta Euchariſtia non reficit. Quod quidẽ multorum Sanctorum Epiſcoporum exemplo comprobari poteſt, nam inter alios, Caſſius Epiſcopus Narniẽſis *ex Greg.hom.37.in Euang.* quotidie ſacrificabat. Quod pietatis officium Deum approbaſſe idẽ Pontifex his verbis teſtatur, Nocte quadam cuidã eius presbytero Dominus per uiſum aſtitit, atq. dixit, Vade, & dic Epiſcopo, Age quod agis, operare, quod operaris &c. Ex recentioribus D. Carolus Borromæus ſacrum facere unquam niſi morbi vi coactus non omiſit, alioſq. Epiſcopos ad hanc piam, ac religioſam conſuetudinem eius exemplo induxerat, ita ut cum fœmina quædam alium Epiſcopum alterius ſacerdotis miſſæ intereſſe vidiſſet, percunctata fuerit, nùm ille Epiſcopus à diuinis eſſet ſuſpenſus? vt tradit, P. N. *Carolus à Baſilica Petri in eius vita.l.7.c.13.*

II.

Digitized by Google

III. EPISCOPI MVNVS.

SEcundò Epiſcopum aliquando populi ſui confeſſiones excipere adeò ſummè eſſet, cum ſit primarius Parochus, & fortaſſe eccleſiaſtica diſciplina, quò ad caſus reſeruatos, quos aliorum Confeſſariorũ iuriſdictione ſubtrahit, magis vigeret. Prælatorum.n. gubernatio in charitate Dei, & proximi præcipuè fundatur, ita vt propter Chriſti honorem, & creditarum animarum vtilitatem, ad quẽlibet laborem etiam per Sacramentorum adminiſtrationem ſuſcipiendum, ſe offerre debeant. Et innumera ſuppetunt Sanctorum Epiſcoporum exẽpla, qui magna cum Chriſtianæ religionis accretione, & fidelium ædificatione, hoc munus obibant, vt D. Ambroſij Mediol. Archiep. qui peccata confitentiũ, tùm pius auditor, tùm egregius curator erat, ita vt & fleret, ipſe, & quos ad genua prouolutos habebat, ad plorandum impelleret. Quò fiebat, vt illa ætas paucos aut ægris animis, aut imbecillibus videret. Et D. Io. Chryſoſt. Epiſcop. Cõſtantinopol. qui charitatis igne ſuccenſus dicebat, non die ſolum, ſed noctu etiam paratum eſſe pœnitentium confeſſiones excipere, eius eſt. n. In l. 3. de Sacerd. vox, Accedite ad me uel dormientem &c. Item D. Hugonis Epiſc. Gratianop. & D. Ludouici Tholoſ. & aliorum.

Atq. ita etiam Epiſcoporum Princeps Clemens VIII. magno pietatis affectu, in Eccleſia D. Petri tempore hebdomadæ ſanctæ obſeruare ſolebat. Verum hoc tempore, quo pleriſq. in locis, Epiſcopo temporalis iuſtitiæ adminiſtratio imminet, minus forte expediret huic muneri incumbere, nõ. n. auderent rei procedere, poſſet, quæ in ſacramentali iudicio illi panderentur, etiamſi extra confeſſionẽ aliarum rerum notitiam hauſiſſet, ob ſcandali periculum, quod inde oriri poſſet &c. Verum cũ uel ob hanc cauſam, vel aliam hoc officium exercere nequeunt, grauiter peccant Epiſcopi, ſi idoneos confeſſionis miniſtros in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſijs non eligunt. *Cap. Inter cætera. ext. de off. ordin.* Gemin. Man. Baſſie diſt. Epiſc. communiter. Et ſane legitimus Sacramenti pœnitentiæ uſus bonum immenſum eſt, et quid. n. maius, aut mirabilius, quàm criminum expiatio, diuinæ pacis cõciliatio, vitæ correctio, & religioſa animi aduerſus terrena munera, & Diabolicos incurſus, futuroſq. caſus obfirmatio. At vero ſpiritualia, dicet, ſordidus adminiſtrationis multiplices ſunt abuſus producunt, quos extirpare Apoſtolicæ, & Epiſcopalis Sedis eſt. *In Carm. de Inſtit. Princ. par. 2. l. 2. c. 6.*

IIII. EPISCOPI MVNVS.

TErtiò cùm poſtremam huius paſtoralis muneris diligentiam expoſcere Eccleſiaſticæ inſtitutionis partem, quæ ad Sanctimonialium ſtatũ cõponendũ pertinet. *Cõc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. & moniali. c. 5.* eo quo loco colligunt DD. Epiſcopum poſſe omnibus Magiſtratibus ſecularibus ſub pœna excommunicationis iniungere, ut pro Sãctimonialium commodo, & clauſura cõſeruanda auxilium præbeant. *Vide Rodolphinum de brachio ſecul. lib. 1. n. 43. & Menoch. de Arbitrar. iudic. caſ. 245. Marta de iuriſd. par. 1. c. 52. Roder. tom. 1. q. 91. regul. qq. art. 4. Barboſa de Epiſcopo par. 3. alleg. 102. n. 9.* Cum.n. Deo nihil gratius ſit, quàm ab hominum genere puris incorruptiſq. animi cogitationibus, mentiſq. ab omni labe abhorrẽtis, caſtiſſimo veluti quodam hoſpitio ſuſcipi, nemini dubium eſt, nullum in huius militantis Eccleſiæ legionibus ordinem reperiri poſſe, qui in Dei promerenda gratia debeat ſacris monialibus anteferri. Quandoquidem terrenis omnibus poſthabitis, & contemptis illecebris, ipſis quoq. parentibus relictis, ſe in plena ſolitudinis, egeſtatis, ac ſeruitutis clauſtra liberè, ac libenter abdiderunt, intra quorum parietes dũ beatam Angelorum uitam proxima in terris imitatione æmulantur, acceptiſſimis Deo precibus Chriſtianæ Eccleſiæ in ſummo interdum diſcrimine periclitanti ſæpè præſentem opem ferunt, quod maximum beneficium, ut proprium, perpetuumq. ſit, ſũmo ſtudio Epiſcopus niti debet, ut in ſanctimonialium receptione perſpicaciter omnia circumſpiciat, ac temperet; nam quod uilis profeſſio, fœminis pene receptio eſt, raroq. locus expulſioni patet, Proinde exploret, an regulæ Conſtitutionumq. ſenſum, & obligandi uim perſpectam habeant, & ſpontaneis exercitijs anteponant, nimirum in hoc genere grauiter errari ſolet, proprii ſtatus ignorãtia impune graſſãte. Idoneos Concionatores, & ſacri pœnitentiæ miniſtros prouideant, qui tragedem gentẽ inſtruant, ac ſolentur, ac exercitia quæ uocant ſpiritualia, ad parandas virtutes & reprimendas paſſiones, & affectus in morem inducant, & crebris cohortationibus efficiant, ut ad regulam, quam profeſſæ ſunt, vitam inſtituant, & clauſuram ſeruent, velut Turris fortitudinis à facie inimici pſal. 60. Hac.n. de cã, vt dixi, pro earũ cuſtodia integrũ erit Epiſcopo excommunicationis gladio omnes illos ferire, qui ad ſanctimonialium iſtarum monaſteria etiam exempta ſine ſuperiorum facultate accedunt. Sicut etiã tanquã delegatus Sedis Apoſtolicæ omnia monaſteria exempta ſanctimonialium viſitare poteſt. *Felin. de Trid. conſ. 91. Tuſch. in. v. Epiſcopus. concl. 348. & in. v. viſitare concl. 318.* Licet ex communioni ſonantia, regulares monaſteria monialium abſq. Epiſcopali licentia adeuntes in excommunicationis ſententiam non incidant quã ipſe Epiſcopus ſtatuerit, propterea ſi priuilegio gaudeant, ne ab Ordinarijs excommunicatione percelli

Digitized by Google

poſſint. *Barboſa de Epiſcopo p. 3. Alleg. 102. nu. 75. Sanchez. l. 7. de matr. diſput. 33 nu. 23.*

Poterit etiam dare Confeſſarium extraordinarium ipſis monialibus etiam ſibi non ſubiectis ex alia religione vel ſecularem. Quod ſi ſanctimonialis induci nequit vt ſuis regularibus confiteatur, integrum ei erit quem ipſe volit, ordinarium etiam Confeſſarium aſſignare. Cũ à vero nõ aberrauerit qui dixit, Nihil magis ægris prodeſt quàm ab eo curari à quo volunt. *Sayr. in v. Epiſcopus num. 33. Naldus. v. monialis. num. 2. Barboſa p. 2. de Epiſcopo Alleg. 25. D. Carolus p. 1. Act. Eccleſiæ Mediol. Conc. 1. Prouin.* Et pariter ad Epiſcopum ſpectat facultatem concedere, vt puellæ educationis, vel probationis cauſa in sãctimonialium Monaſteriis recipiantur, & vtroq. tempore ſ. ingreſſus, & profeſſionis emittendæ, ipſarum puellarum voluntatem explorare. *Piaſecius l. c. nu. 55. Azor. p. 1. l. 13. c. 8. q. 4.* In monaſteriis quoq. exemptis Epiſcopus cum Superiore Monaſterii poteſt certum numerum ſtatuere, vltra quem aliæ ſub lethalis culpæ reatu recipi non poſſint, congruenter ad mentem *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 3. Zerula in Praxi Epiſcopali in v. moniales, ad ſextum. Riccius in var. reſol. reſol. 202. Gen. in Praxi Neap. c. 33. Gratianus in Diſcep. Forenſ. c. 393. num. 13. Vgol. de off. Epiſcopi p. 1. c. 21. §. 5. Piaſecius l. c. num. 56. Riccius reſol. 81. Nouar. in collect. ſuper prag. Neap. collect. 137.*

I. Q. RESOLVTIO.

His pro ſolidis fundamentis iactis, dico Primo cum ex prædictis conſtet ad Epiſcopatum promouendum nullam irregularitatem pati debere, ipſumq. Apollinarem, qui ſeruo ſuo quondam præcepit vt quendam hominem verberaret, non tamen mutilaret, vel occideret, ſi ſeruus mandatarius illum de medio ſuſtulit, in irregularitatis impedimentum incidiſſe, procul dubio fatendum eſt præter culpam mortalem, quam contraxit cum forte (q Deus auertat) in lethali peccato exiſtens conſecrationem ſuſcepit, vt per *Nald. in v. Epiſcopus num. 2.* Epiſcopatus collationem nullam, & inualidam eſſe, etiamſi illa occulta ſit, & bona fide, atq. neſcienter ad ipſum beneficium ſuſcipiendum acceſſerit. Neq. per clauſulam Bullæ in beneficiorum collatione inſeri ſolitam, Teq. abſoluentes &c. irregularitatis labes abſtergitur, ſed tantũ cẽſuræ tolluntur, atq. hanc firmatam aſſertionem tenet. *Sayrus de cenſ. l. 7. c. 2. nu. 7. & Vgol. de Irreg. c. 65. §. 1. & de off. Epiſcopi. p. 1. c. 1. §. 1. & alij communiter.*

II. Q. RESOLVTIO.

Secundo dico, quod ſi reuera Apollinaris cum ſacerdos ordinatus eſt, impoſitionem manuũ ab Epiſcopo non accepit (In dubio enim accepiſſe cenſendum eſt) impenſæ à peccatis abſolutiones inualidæ ſunt, ſiquidem, vt notum eſt, per ipſam manuum impoſitionem poteſtas ad abſoluendum à peccatis confertur, & ideo ſi ſacerdos cum ſola prima materia, & forma initietur, ſolam poteſtatẽ ad corpus, & ſanguinem Chriſti conſecrandum habet, non vero ad ſacramentaliter (vt dicunt) à peccatis abſoluendum; vt propterea ſi ſcienter ſacramentales confeſſiones audiat, quãd ad hoc irregularitatis etiam nota afficiatur, valebunt tamen abſolutiones à cenſuris datæ, & beneficiorum collationes, cum hæc non ordinis Epiſcopalis facultatem, ſed iuriſdictionis forum concernant. *gloſſ. in c. tranſmiſſam in v. de talib. ext. de elect. Sot. in 4. d. 24. q. 1. art. 4. Bellarm. tom. 2. de Sacr. Ord. c. 11. c. 9. Weting. de Ord. c. 6. Farin. p. 1. Deciſ. 437. & Bo. ſ. Matol. de prag. l. 4. c. 13. num. 8. vt aduerti ſupra.*

III. Q. RESOLVTIO.

Tertio dico Apollinarem periurum eſſe ex c. ſicut noſtris. ext. de iureiur. *Seraph. de Priuileg. Iur. Priuileg. 52.* Et ipſam bonorum Eccleſiæ, & menſæ inconſulto Papa alienationem in vtroq. foro inualidam eſſe; nam ſicut in Phyſicis res ſine forma ſubſtantiali non ſubſiſtit, ita in moralibus actus corruit, ſi abſq. debita ſolemnitate, ſeu forma ſubſtantiali celebretur. *Extr. Ambitioſæ tit. de reb. Eccleſiæ non alien. Bonac. de leg. d. 1. q. 1. p. 7. §. 5.* Licet aliq vt *Riccius in praxi alienat. rerum Eccleſiæ Deciſ. 69. &* alii ab eo relati teneãt, Epiſcopum iurantem non alienare res Eccleſiæ, ſi poſtea eas diſtrahat, periurij quidem reum fieri actum tamen vita ſua durante validum eſſe. Inſuper ipſe Epiſcopus Apollinaris ex eadem Paulina conſtitutione ab ingreſſu interdictus eſt, quæ pœna cum cenſura ſit ipſo iure incurritur, nec vllius Iudicis actum exigit. *Graſſius l. 2. Deciſ. aur. c. 1. num. 54. vt dixi ſup tr. 5. c. 8. q. 55.* At vt obſeruat ex communi *Seraph. l. c.* valeret alienatio ex legitimis cauſis, & aliis ſolemnitatibus ſeruatis integrum Prælato fuiſſet inconſulto Rom. Pont. bona ſuæ Eccleſiæ, quæ de ſua menſa non fuiſſent, alienare; & inter cauſas legitimas neceſſitas exſoluendi æs alienum; & debita Eccleſiæ legitime contracta connumeratur.

Item quando etiam rerum menſalium diſtractio proprie alienatio non eſſet, vt ſi Capitulo Eccleſiæ abſq. Pontificis aſſenſu donaret, actus n. valeret, & tam à periurio, quàm à præhiſitis excuſaretur, nam dicta bona in dominio dictæ Eccleſiæ remanerent.

Tertio excipitur ſupradicta aſſertio in alienatione rei minimæ, iuxta à nobis tradita *ſup. tr. 11. q. 66. & tr. 11. c. 5. q. 6. & alibi.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. reſpondendo dicimus, Epiſcopum non potuiſſe in Sylverium regularem cenſura animaduertere, qui (& ſi mala fide, & à quodã perito viro edoctus id facere non poſſe) quoſdam ſui monaſterii fratres in caſibus ipſi Apollinari Epiſcopo reſeruatis abſoluere auſus fuit, cum Epiſcopis in regulares exemptos qui immediate Apoſtolicæ Sedi ſunt ſubiecti, cenſuras ferre non poſſit, & quodlibet Epiſcopi ſtatutum non niſi ſibi ſubditos comprehendat. *c. fin. de Conſtit. in 6.* Si tamen Sylverius ad audiendas ſecularium confeſſiones ab ipſo Epiſcopo approbatus eſſet per reuocationem conceſſæ facultatis puniri poſſet. *Sãchez. Lyudemus d. 13. num. 23. Graffius conſ. 4. cau. de pœnis & remiſſ. & lib. 2. de caſ. reſer. c. 12. nu. 12. Regol. de off. Epiſcopi ... cap. 20. § 10. Roder. tom. 1. qq. regul. q. 36. art. 12. Barb. de Epiſcopo par. 3. alleg. 74. num. 20.* Regulares tamẽ qui Iubileum conſequi, & à reſeruatis caſibus, vel cenſuris abſolui volunt, Confeſſarium ab ipſorum Superiore tantummodo approbatum eligere nõ poſſunt, ſed neceſſe eſt ut ab illo à loci Ordinario admiſſo confiteantur, cum hæc ſit conditio in Iubileo expreſſa, in illis verbis, ab Ordinariis locorum, quorum nomine Epiſcopi tantum cenſentur, vt per *Graff. l. 2. Append. c. 5 nu. 17. & Regin. l. 1. n. 186.* Quod illa ratione cõfirmatur, quod Summus Pontifex animaduertere potuit, Confeſſarios, & S. pœnitentiæ miniſtros ſeueriori calculo ab Epiſcopis, quàm à ſuis Præfectis examinari ſolere, & ideo de ipſorum qualitate confidens huiuſmodi manus, à grauiſſimis delictis tunc abſoluendi, in quo Pontificiæ vices ſubeũdæ ſunt, illis potiſſimum iure merito demandari voluit. *Suar. tom. 4. diſp. 28. ſect. 6. num. 11. Nald. v. Indulgentia. nu. 9. Fillinc. tract. 8. c. 10. nu. 275.* Vbi diſtinguit an in Iubileis illa verba addantur, locorum Ordinariis, nam quando illa limitatio apponeretur, tunc iſ tantum qui ab ipſis approbati eſſent, eligi poſſent. Atq. ſic intelligenda ſunt quæ tradidimus in *Comment. de hum. vit. ſtat. par. 1. c. 16 & de caſ. reſer. par. 1. c. 5.* contra nonnullos. Nihilominus ſatis etiam probabiliter dici poſſet Sylverium à culpa excuſari poſſe, & fratres à ſe abſolutos, validæ abſolutionis à caſibus reſeruatis beneficium conſecutos, & Iubileum lucratos eſſe, cũ non deſint Auctores non infimæ claſſis, qui indiſtincte ſenſerunt, ſufficere ſi religioſi ordinis Confeſſarius ad fratrum proprii Monaſterii, vel alterius religionis confeſſiones excipiendas à ſuo tantum Superiore ſit approbatus. *Zerola in Praxi Pœnit. c. 15. q. ... Graffius l. 1. deciſ. aur. c. 15. num. 12. Cornelius de caſ. reſer. par. 1. ſect. 3. ara.* 16. *Bernardinus in direct. Confeſſ. par. 2. c. 21. q. 32. Alphonſ. Leander in collect. par. 2. q. 18. & alij.* Aliàs, vt ipſi aiunt, ſequeretur multos religioſos, qui ſecularium confeſſionibus audiendis non vacant, atq. ideo ab Epiſcopis non approbantur, Iubilei lucro priuari, niſi ſtatim tempore ad Epiſcopos pro approbatione confugerent. Vide quæ de hac materia diximus *ſup. c. 8. q. 19. ...*

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. q. tale reſponſum damus, Quamuis integrum ſit Epiſcopo ſine Inquiſitore, & Inquiſitori ſine Epiſcopo inquiſitos de hæreſi citare, capere, & in carcerem trudere, attamen condemnationis ſententiam in eos proferre, vel tormentis ſubijcere, vnus ſine alio non poterit, vt patet in *Clem. 1. § propter de hæret. in 6. c. ... per hoc §. verum eod. tit. de Tradit. Sylu. v. hæreticus. 2. nu. 10. Simancas in Cathol. Inſtit. tit. 34. num. 22. Clarus in § hæreſ. num. 5. Pegna in Direct. Inquiſit. Comment. 196. Farinac. de hæreſ. q. 186. § 3.* Quinimo ſoli quibus hoc de hæreſi inquirendi iure diuino olim Epiſcopis iniunctum erat, & illis ſolis hoc cura etiã ante conſecrationem erat commiſſa, ſi modo electi, ac confirmati forent, quia hoc iuriſdictionis eſt actus, hodie tamen vſu, & conſuetudine introductum eſt, vt de hæreſis crimine ſoli Inquiſitores cognoſcant, & violatæ religionis Iudices agnoſcantur, & ut Epiſcopi per ſe, vel per Vicarios eis aſſiſtant, *Molina tract. 5. de iuſt. diſp. 28. num. 13. Simancas l. c. tit. 45. num. 5. & 6. Roder. à Cunha. de Confeſſ. ſollicitãg. num. 1. Sanchez de hæreſi c. 40. dub. 8.* Qui etiã nunc hac facultate potirentur, Apollinari Epiſcopo fas fuiſſet, Sylverium qui Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento impie, & ſacrilege abuſus eſt condemnare, quandoquidem relapſi etiam dicuntur illi, qui in aliquos hæreticales actus inciderunt, quamuis illos non abiurauerint. Cum ex Bulla Pauli 4. *Incip. Cum quorundam*, relapſorum pœnis ſubijciantur, & ſeculari Curiæ tradantur qui vel prima vice Sanctiſſ. Trinitatem negauerint, aut Diuinitatem Ieſu Chriſti, aut eius conceptionem de Spiritu Sancto, vel eius mortem, vt nos redimeret, ſeu etiam Beatiſſimæ Mariæ Domine noſtræ virginitatem. Et ex eiuſdem Pont. Conſtitutione *Incip. Cum ex Apoſtolatus officio*, pro relapſis habeantur Magiſtratus omnes, & Domini temporales ac Eccleſiaſtici, qui in ſchiſma, aut hæreſim inciderint, vel hæreſim excitauerint. *Mart. Ant. Genuenſis in Praxi Neap. c. 84. Duardus in Bulla cœnæ Domini l. 2. Can. 1. q. 20. nu. 23.* Et ex Bulla Clem. 8. quæ incipit. *Et ſi aliàs* ij quoq. tales pœnas ſubeant, qui presbyteratus ordine carentes ſacrũ facere, vel confeſſiones ſacramentales audire

præſumpſerint, in eaq. aſſerit, ſic ante mandatum fuiſſe à Sixto V. & eodem Paulo V. Venius Decretum refert *Locatus poſt Iudiciale Inquiſit. in Rub. contra ſine Ord. celeb.* In eodem loco idem Author aliam ſanctionem ponit eiuſdem Pontificis, vt tam quam relapſus cenſeatur, qui auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento abutitur. *Sanctarell. de hæreſ. c. 42. dub. 1. num. 6. Ricc. in Praxi fori eccleſ. Deciſ. 071. Farinac. l. c. q. 181. num. 19. Barb. par. 3. Alleg. 51. num. 135.*

VI. Q. RESOLVTIO.

SExtæ q. ſic reſpondendum ducimus, Apollinarem Epiſcopum, vel per ſe, vel per alium Gaſparem abſoluere potuiſſe à caſu reſeruato violationis clauſuræ monialium, dummodo caſus ſit occultus, vel ſi notorius, iuſto impedimento detineatur; quominus ad Apoſtolicam Sedem ſe conferre poſſit, iuxta doctrinam à nobis traditam *par. 1. de exam. tract. 5. c. 3. q. 31. & ſeq.* Nam facultates Epiſcopis indultæ circa abſolutionem à reſeruatis Summo Pontifici ex *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 6.* Item Legatis, & Apoſtolicis Nuncijs à iure conceſſæ, circa abſolutionẽ Canonis *ſi quis ſuadente Diabolo 17. q. 4.* Vel aliarum ex cauſa impedimenti Papam adeundi, vi Iubilei ſuſpenſæ non cenſentur, cum occaſione Indulgentiarum conceſſæ non ſint, ſed aliàs iure ordinario, vel delegato, ſeu ex priuilegio, illis tributæ &c. *Nau. in Comment. de Iub. & Indulg. notab. 28. Graffius in Append. ad deciſ. aur. l. 2. c. 8. Lezan. Comm. concl. par. 1. num. 255.* Porrò cum qui Romam petere nequit, mittere non tenéatur, ſed ab Epiſcopo abſolui poſſet ex traditis in *d. q. 31.* & alibi multis in locis ex communi Scribentium placito firmauimus, *ex c. de catero ext. de ſent. excom.* De qua re, & conſulatur etiam *Sanchez l. 3. de præcept. c. 13. num. 9. Peregrinus de Duello q. 37. & Diuerd. in Bulla Cœna Domini, l. 3. §. 2. q. 8. Barboſa de Epiſcopo par. 3. Alleg. 41.*

Atq. hac ratione probe infertur, Epiſcopum declarare nõ potuiſſe, abſolutionẽ Gaſpari (q in cõſ. dẽ iã peccauit) quò ad caſus reſeruatos impenſã inualidã eſſe, cũ nõ vi Iubilei, ſed virtute facultatis à Cõc. Trid. ſibi conceſſæ eum ſimpliciter abſoluerit. Quinimo indubitata reſolutio eſt, illum qui Iubilei intuitu deliquit, eiuſdem priuilegio gaudere, niſi contrarium in Diplomate exprimeretur, Quę exceptio in præſenti Bulla non reperitur, nam Eccleſia ſui ſponſi benignitatem imitando, non vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat, & ſic quocunq. modo delicto aliquo ſe obſtrinxerit, abſolui poterit &c. Ex quo fit Epiſcopo fas non eſſe tempore Iubilei interdicere nè Confeſſarij huiuſmodi in confidentiam peccãtibus abſolutionis beneficium impendant, quia niſi hic caſus excipiatur, implicitè à Summo Pontifice conceſſus cenſetur, vt proinde quod ille liberali, & larga manu indulſit, reſtringere non poſſit. *Reginald. l. 8. num. 54. Molfeſ. tract. 7. c. 16. num. 49. Zerola de Indulg. & Iub. c. 23. q. 2. Beja par. 1. caſu. … Franciſcus Bonzon de Anno Iubil. l. 9. dub. 2. q. … de caſ. reſer. par. 1. ſect. 3. art. 7. Filliuc. tr. 8. c. 10. num. 36. & alij.* Videantur quæ ſcripſimus ſupra *tract. 5. c. 6. q. 39.* Nihilominus eodem Iubilei tempore iuſta ſubſiſtente cauſa, Epiſcopo prohibere liceret ne aliqui ex approbatis Confeſſarijs eligi poſſent, nec ob id cenſendũ eũ in excõmunicationem Bullæ Cœnæ Domini incidiſſe, quia eos ferit, qui Apoſtolicarum literarum executionem impediunt. Vt ſi nonnullis multa inſcitia laborantes, & omnes ad ſe aduenientes abſoluerent, quamuis ſcandalis implicatos, ad pia legata obligatos, quauis libet cenſura conſtrictos, nulla eis pro modo culpæ, & iuſtitiæ lege impoſita ſatisfactione &c. Grauiter. n. peccat Epiſcopus, qui non idoneos ſacramenti pœnitentiæ miniſtros admittit, cum ab ignaris, & minus probis Confeſſarijs quamuis mala prodeniant, teſte, *Marc. Ant. Genuenſ. in Man. Prælat. c. 62.* Atq. ita reſoluit *Nau. in conſ. 59. de ſent. excomm. & ſub ſcribit Graff. l. 4. Deciſ. aur. c. 15. nu. 8. Lezan. in comm. concil. par. 2. q. 9. nu. 31.*

QVAESTIO VIII.

Cenſura ipſo iure lata per Edictum Epiſcopale contra adeuntes Monaſteria monialiũ, & cum illis alloquentes an cõprehendat regulares etiam aliàs exempta &c. Imprimens, vel imprimi faciens librum extra ſtatum Eccleſiaſticum ſine licentia ſuperiorum vrbis in qua degit in quam pœnam incurrat. Miſſæ in fundatione alicuius beneficij requiſitæ an ab Epiſcopo ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de ref. c. 4. ad minorem numerum redaci poſſint. Sacerdos aliam Miſſam celebrans quàm ſit à teſtatore præſcriptum an ſatisfaciat. An Epiſcopus licentiã concedere poſſit, vt religioſi in ſuæ vrbe, & diœceſi Monaſteria ædificent.

EVſebius Epiſcopus, vt ſanctimonialiũ clauſura ſarta tecta conſeruetur, Edicto cauit nè vllus ſacerdos ſiue ſecularis, ſiue regularis, in Eccleſiis ſacrarum Virginum, etiamſi animarum curam annexam haberent, ſine licentia eius in ſcriptis, celebrare audeat, ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto incurrendæ; Eugenius ſacerdos regularis, in Eccleſia D. Agathæ Monaſterij ſuo ordini ſubiecti poſtquam ſacris operatus eſt, cum Helena Æditua, ſiue ſacelli curam habenti, non neceſſarios, imo inutiles ſermones miſcuit, propter quod

idem

Digitized by Google

idem Epiſcopus eum ſuſpenſum declarauit.

Secundo Demetrius ſecularis presbyter, cum quendam libellum de miſsæ valore agentem conſcripſiſſet, & librorum in vrbe Rom. ditionis Cenſores ob quaſdam obortas difficultates impreſſionem remorarentur, ipſe moræ impatiens, & indignatione commotus, in quadam alia ciuitate extra Eccleſiaſticum ſtatum, ſine Superiorum licentia imprimi curauit, quod cum ipſi Euſebio Epiſcopo innotuerit, Bibliopolis interdixit, ne illum librum ſic impreſſum tanquam prohibitum, ſub pœna centum aureorum piis locis applicandorum, vendere præſumerent, & Demetrium in excommunicationem ſibi ipſi reſeruatam incidiſse pronuntiauit.

Tertio cum quædam Collegiata Eccleſia nimio miſſarum celebrādarum numero grauaretur, multa onera ex teſtantium voluntate in fundatione impoſita diminuit, & ipſas miſſas ad minorem numerum reduxit.

Quarto cum eidem Eccleſiæ Emanuel teſtator legatum centum aureorum reliquiſſet, vt quotannis officium cum tot miſsis celebraretur, expreſsè in teſtamento cauendo, vt quando anniuerſarium contingit, miſsæ de requiem dicantur, aliàs legatū non ſoluatur, Epiſcopus conſultus dixit remanere legatum reiecta d. conditione, & ſufficere ſi tot ſacrificia pro animæ ſuæ ſuffragio applicentur. Tandem cauſa incognita permiſit vt quidam religioſi in vrbe monaſterium ædificarent. Quæritur quid iuris in his caſibus decernendum ſit.

I. Q. RESOLVTIO.

RESponſ. cum nihil hic pro præuiis inſpectionibus inferendum videatur, quod alibi pro loci, & materiæ opportunitate, non ſit poſitum, ad propoſitas quæſtiones ſic more noſtro reſolutorio ſtylo reſpondendum exiſtimamus, Et. i. quidem dicendo, Euſebium Epiſcopum in Eugenium religioſum, & clauſtralem ſuſpenſionis ſententiam iure ferre potuiſse, eo quod abſq. eius facultate, Edictum ab eodem conditum violando, illam monialem ſine neceſſitate allocutus eſt, Cū Epiſcopi procurare debeant, vt in omnibus monaſteriis ſibi ſubiectis ordinaria, in alijs vero Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ſanctimonialium clauſura inuiolabiliter cuſtodiatur, prout grauibus, ac ſeriis verbis Tridentini Patres eis præcipiunt in *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 5.* Cuius Decreti omnimodam obſeruantiam cupiens poſtea Pius V. eadem de re quādam Conſtitutionem edidit Pōtificatus ſui anno primo, & incipit. *circa Paſtoralis officij*. Nec dubium, vt ſuperius diximus, & *tr. 11. c. 1. q. 10.* Epiſcopi ſtatutum valere, cenſura expreſſe & regulares nō exēptos perſonas, qui ad monaſteria monialiū exempta accedunt. *Gemin. & Francus in c. 1. de ſtat. regul. in 6. Geuarenſ in Praxi Neap. c. 33. Sanchez li. 7. de matr. diſp. 33. num. 23. Nald. v. monial. & Barb. par. 2. de Epiſcopo Alleg. 102. num. 73.* Addo regulares per Decretum Sacræ Congreg. non poſſe accedere ad monaſteria quarumcunq. monialium ad cum eis colloquendum, ſub pœna priuationis officiorum vocis actiuæ, & paſſiuæ, ipſo facto incurrendę, aliiſq. pœnis arbitrio eiuſdem Congreg. infligendis. Quæ regula locum habet vel ipſi ad concionandum illuc miſſi ſint, nullam. ratione eas alloqui poſſunt, ſeu etiam ad celebrandam ibi miſſam demandentur. Excipitur tamen primo Superior, cui monaſterii cura incumbit. Secundo earum viſitator. Tertio qui ab ipſa met Congreg. vel nunc ab Epiſcopo præſcriptis conditionibus facultatem habet. Tertio earum cōfeſſarius, ſiue ordinarius, ſiue extraordinarius ſit &c. *Vgol. de officio Epiſcopi c. 21. §. 4. Bellocb. de caſ. reſ. p. 2. q. 9.* Nec omittā ratione clauſuræ cuſtodiendæ, vel quacunq. alia ex cauſa, & occaſione non licere Epiſcopo ſanctimoniales de Monaſterio ad Monaſterium transferre ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicę licentia toties quoties obtinenda, ex Decreto Pauli V. à Sacra Congreg. Epiſc. & Regul. *Caſtellin. de elect. c. 17. num. 6.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. pariter dicendum videtur libellum illum à Demetrio conſcriptum, & extra Eccleſiaſticum ſtatum abſq. proprii Epiſcopi, & vrbis Inquiſitoris licentia impreſſum, ab Euſebio prohiberi potuiſſe, cum ab Epiſcopi curam pertineat, ne noxii, & perniciosi libri imprimantur, ac diuulgentur. Vnde inter ſalubres admonitiones quas Imperator Baſilius filio ſuo Leoni dedit, hæc annotanda videtur. Per hiſtorias veteres ire ne tecuſes, ibi reperies ſine labore quæ alij cum labore collegerunt, atq. illinc hauries, & bonorum virtutes, & improborū vitia, vitæ humanæ varias mutationes, & rerū in ea cōuerſiones, mūdi huius inſtabilitatē, & multorū præcipites caſus, & vt verbo cōplectar, malorū facinorū pœnas, & bonorū præmia, quorū illa fugies ne in diuinæ iuſtitiæ manus incidas; hęc amplecteris, vt præmiis, quæ illa conſequuntur, potiaris. Ex quo monito colligere licet quantum ſana librorum doctrina ad virtutem homines trahat, & à vitiis abducat. Sicut è contra praua eorum lectio legentium animos corrumpat, ac inficiat. *Simancas in Cathol. Inſtit. tit.* 38. Proinde ne libri improbatæ lectionis, aliquod religioni, aut bonis moribus aduerſans continentes imprimantur, Leo. X. In Conſtit. Incip. *inter ſolicitudines* libros, & alias ſcripturas in Vrbe imprimi vetat abſq. examine

Digitized by Google

mine in ſcriptis ſui Vicarii, & Magiſtri Sacri palatii, in aliis vero diœceſibus, Epiſcopi, & Inquiſitoris. Contrarium vero præſumentes libros amittūt, centum aureos fabricæ S. Petri de Vrbe perſoluūt, per annum ab imprimendi munere ſuſpenduntur, & excommunicationis, Epiſcopo, vt nonnulli volunt, reſeruatæ gladio feriuntur.

Poſtea Conc. Trid. ſeſſ. 4. in Decreto de Edit. & vſu ſacr. libr. ſub pœna anathematis, & pecuniæ pœnis decreuit, ne aliquis in futurū imprimere, vēdere, aut etiam apud ſe, retinere libros valeat, niſi primum examinati, probatique ab Ordinario fuerint; maxime ſi de rebus ſacris tractent. Et ſi regulares fuerint, vltra examinationem, & probationem huiuſmodi, licentiam quoque à ſuis ſuperioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris iuxta formam ſuarum Ordinationum. [illegible] *in Praxi epiſc. par. 2.* [illegible] *Gen. Rub.* [illegible] *Priuileg. Mendic.* [illegible] *Epiſcop.* [illegible] *in Summa Bullar. in notis ad d. Conſtit.* [illegible]

Tandem nunc Sāctiſſimus D. N. Vrbanus VIII. pro debito Paſtoralis officii corrigere volens abuſus nonnullorum in ſtatu Sedi Apoſtolicæ mediate, vel immediate ſubiecto exiſtentium, qui libros à ſe compoſitos extra præfatum ſtatum, abſq. vlla Ordinariorum, & Inquiſitorum loci, vbi degunt, approbatione, imprimēdos trāſmittūt, ſtatuit, ac decreuit, vt in poſterum nemo in prædicto ſtatu degens, cuiuſuis conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis exiſtat, libros de quauis materia tractantes, & vbicumq. conſcriptos, audeat aliò deferre, vel imprimendos mittere, ſine expreſſa in ſcriptis approbatione Illuſtriſſimi Card. Sanctiſſ. D. N. Vicarii, & Magiſtri S. Palatii, ſi in Vrbe, ſi vero extra Vrbem exiſtat, ſine Ordinarii, & Inquiſitoris loci illius, ſiue ab eis Deputatorum facultate operi præfigenda. Libros autem quos contra præſentis Decreti tenorem imprimi contigerit, præter alias pœnas, ſuæ Sanctitatis arbitrio infligendas, abſq. alia declaratione ex nunc prohibet, & pro expreſſe prohibitis haberi vult, & mandat, contrariis quibuſcunq. non obſtantibus; hoc in illo Decreto incip. *Sanctiſſimus.* Conſulantur quæ de hac ſimili materia ſcripſimus *tract. 7. c. 2. q. 9. & ſequ.* [illegible] *7. q. 15.*

III. Q. RESOLVTIO.

In [illegible] fit vtilius ſatisfaciendum videtur, Eu[illegible] Epiſcopum illa onera reducere, vel diminuere non potuiſſe, nam miſſæ in fundatione alicuius beneficii requiſitæ ex ui Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 4. ad minorem numerum reducunt

quecunq. [illegible] in [illegible] fiat, [illegible] indè [illegible] *in Praxi epiſc.* [illegible] *par.* [illegible] *in Praxi fori eccleſiaſt.* [illegible] *Epiſcop.* [illegible] in Decreto S. Congreg. [illegible] Incip. *Cum ſæpe contingat*, diſtrictè prohibetur, ne [illegible] Epiſcopi in Diœceſana Synodo, aut Præpoſiti Generales in Capitulis generalibus, vel aliàs quomodolibet reducere [illegible] vllam miſſarum [illegible] Concilii [illegible] fundationis [illegible] ad Apoſtolicam Sedem recurrant, quæ [illegible] tuet quod magis in Domino expedire arbitrabitur [illegible] & Commata [illegible] contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, [illegible] decreuit.

IV. Q. RESOLVTIO.

QVæſtione [illegible] reſoluitur, Euſebium igitur Epiſcopum recte reſpondiſſe, relicta illa compoſitione legatum illud remanere, & ſufficere, ſi tot miſſarum [illegible] pro anima Emanuelis ſuffragio, quā anniuerſariū in die illa contingat, quo de duplici [illegible] dominica [illegible] agatur, tot miſſæ applicentur; ex illa regula quod in vltimis voluntatibus [illegible] turpis, vel contra leges reſ[illegible] *de* [illegible] *de coniect.* [illegible] *diſp.* 34. [illegible] *concl.* 591. *&* [illegible] *concl.* 54. Vnde communiter DD. reſoluunt quod ſacerdos, vel eccleſiaſticus beneficio præditus, qui quotidie ratione ſui muneris, pro his qui deceſſerunt, funebre ſacrum facere debet, [illegible] quod dici occurrenti, ab eccleſia aſſignatum eſt, puta ſi in eum diē aliqua celebritas inciderit, quæ in eccleſiaſtico officio duplex, aut ſemiduplex appellatur, vel ſi fuerit dies dominica, vel feſtum [illegible] quod potius eſt [illegible] præceptionibus, ſic Miſſalis Rubricis parēdum, quam teſtatoris verbis, qui mentem ſuam, ac voluntatem eccleſiæ inſtitutioni accommodare debuit; tum etiam quia ſi teſtator nunc adfuiſſet, hoc proculdubio voluiſſet, ſeu velle debuiſſet, vt tradidimus [illegible] *q.* 126. *&* [illegible] *Azor.* [illegible] *Reginal.* [illegible] 208. *Molfeſ. tract.* 3. [illegible] *diſp.* 4. *q. vlt.*

Digitized by Google

1 vol. pau. 7. §. 3. *Pilliuci. tom. 1. tract. 5 c. 5. nu.* 154. *Barb. de Epiſcopo par. 2. Alleg. 24. Leo. in comm. ſacſ. par. 3. q. 20. num. 30. & alii.* Vbi etiam obſeruant quando miſſa de feſto, vel de Dominica celebratur, opus non eſſe ut collecta pro mortuis dicatur, nam miſſæ applicatio non in collectis, ſed in memento fit. Vnde in *Conc. Trid. ſeſſ. 22. in Decreto de obſer. & euit. in miſſ. celeb.* Epiſcopis præcipitur, vt inhærendo Bullæ Pij V. in confirmatione Miſſ. Rom. Edictũ, ac pœnis propoſitis caueant ne ſacerdotes ritus alios in miſſarũ celebratione adhibeãt, præter eos, qui ab eccleſia probati fuerint &c.

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. q. breuiter dico: Epiſcopum licentiam Monaſterium illud ædificandi dare non potuiſſe, ſiquidem in erigendis regularium domibus non ſolus Epiſcopi conſenſus ſufficit, niſi etiã Summi Pontificis auctoritas accedat. *c. 1. de exceſſ. Prælat. l. 6. & c. 1. de relig. domibus eodẽ l. 6. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 3.* Et ita Sacram Card. Cong. declaraſſe refert *Piaſecius in Praxi Epiſc. par. 2. c. 3. num. 47. Campan. Rub. 12. ſur. can. c. 13. num. 80. Barboſa de Epiſcopo par. 2. Alleg. 26. nu. 4. Zerula in Praxi epiſc. par. 1. v. Monachi. §. 1. & 2.* Vbi ait eſſe vſu, ac communi praxi receptum, vt Epiſcopus religioſis Eccleſias, ac Monaſteria ædificandi aſſenſum præſtet, reſeruato beneplacito, ac confirmatione Apoſtolicę Sedis, intra tantum temporis ſpatium impetranda. Vnde & ſi aliqui religioſi ordines ex Pontificio priuilegio conuentus conſtruere, de nouo recipere, & conſtructos retinere valeant; etiamſi aliorum ordinum Monaſteriis, vel Mendicantium, intrã centum quadraginta cannarum, vt aiunt, ſpatium ſint vicina, nihilominus ex Conc. Trid. & Clem. V. tit. Decreto Ordinarij licentia requiritur, qui non niſi cauſa cognita, ac vocatis aliorum Conuentuum Præfectis, id præſtare debet &c. *Gratianus tom. 3. c. 517. Riccius par. 2. Cur. Neap. Deciſ. 75.*

QVÆSTIO IX.

Vtrum poſt religionis votum, & poſt adeptum Epiſcopatum ſimplicia beneficia, & penſiones retinẽs, & in eccleſia ſua non reſidens, ſed in Vicarium onus regiminis transferens, nec familiam ſuam clerumq. corrigens ſit in conſcientia tutus. Et an dare licentiam poſſit, ut clericus in cauſa ſanguinis cõtra laicum teſtificari poſſit. An nouam parochialem inuitis Rectoribus erigere.

NIcolaus cum religionis ingreſſum uouiſſet in Epiſcopum aſſumptus eſt, & poſt Epiſcopatum adeptum, quædam ſimplicia beneficia, & penſiones quas habebat retinet, eo prætextu quod ipſius Epiſcopatus fructus, & redditus tenues ſint. Item parum in eccleſia ſua reſidet, ruri æſtatis tempore animi recreandi cauſa vitam degens, & Vicario ſuo regiminis curam relinquens, ac familiæ ſuæ, cleriq. deprauatos mores corrigere negligens. Quæritur an ſic agendo, & permanendo in conſcientia tutus ſit. Ad hæc Benedicto clerico familiari ſuo licentiam dedit, vt contra Gaſparem laicum in cauſa ſanguinis, ac criminali teſtimonium ferret.

Tandem quandam Parochialem ſeparauit inuito eius Rectore. An hæc etiam iure agere potuerit.

I. SVPPOSITVM.

REſp. ſuppono Primo Epiſcopum, & religioſum perfectionem profiteri, ſed non eodem modo, nam Pontificalis dignitas perfectionem iã acquiſitam exigit, Epiſcopatus .n. nihil aliud eſt, quàm ſpirituale magiſterium, cum Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores ſint. At religionis ſtatus non neceſſario ſtatim perfectionem poſtulat, ſed inducit, hæc eſt .n. quaſi ſchola, in qua Christiana perfectio tùm aliorum doctrina, tùm propria exercitatione paulatim acquiritur. Quam ob cauſam D. Bonauent. in *Apologia paup.* ait admitti ad religionem etiam peccatores, & imperfectos, nempe vt corrigantur, & iuſti efficiantur, de Epiſcopis autẽ illud ex D. Hieronymo adducit: Tanta debet eſſe ſciẽtia, & eruditio Põtificis, ſeu greſſus eius, vt motus, vt omnia vocalia ſint, vt quidquid agit, quidquid loquitur, doctrina ſit Apoſtolorum. Cur autẽ omnia vota in ingreſſum religionis commutentur, non etiam in Epiſcopatum, quamuis hic perfectiorem ſtatum contineat, illa uidetur eſſe ratio, quia in Epiſcopali culmine non adſunt uota, quæ in religione vigent, & ideo ſtrictior ibi eſt obſeruantia Scribẽtes in *c. 4. ext. de voto. Sayr. in cl. reg. l. 6. c. 12. Sanchez. de præcept. l. 5. c. 3. num. 38.*

II. SVPPOSITVM.

SEcundò ſuppono beneficia variis modis vacare, Primo per fictionẽ, vt qñ beneficiũ nõ abſolute, ſed ad aliquem tantum effectum vacat, vt dum ad finem permutationis, vel reſignationis faciendæ quis beneficio renunciat, vel cum quis ſine ſuperioris authoritate, & approbatione illud relinquit &c.

Secundo de iure, & de facto, ut per mortem beneficiarii, vel per renunciationem per Superiorem acceptatam, vel cum beneficiarius ad Epiſcopatũ promouetur, poſt electionem, confirmationem, &

con-

conſecrationem facta, atq. eccleſiæ pacificam poſſeſſionem adeptam. *Rieciꝰ in Praxi vac. benef. fol. 455.* Accepta.n.poſſeſſione, ſiue vi Breuis, ſiue Bullarum, plena adminiſtratio confirmato etiam non conſecrato competit, ita ut omnia obire poſſit, quæ poteſtatem iuriſdictionis concernũt, ut ex-communicare, beneficia conferre; non autem quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, vt ordinationes celebrare, confirmare &c.

Ac omnia eius beneficia vacare dicuntur. *Rom. conſ. 313. & conſ. 345. Tuſch. in v. beneficia. concl. 71. & v. Cardinalatus. concl. 97.* Vbi ait, ex communi, & ex ſtylo curiæ, omnia alia ſimplicia beneficia per adeptionem Cardinalatus vacare. Item ſi electus Epiſcopus intra tres menſes confirmationem non petat, omnia ius quod per electionem acquiſierat, amittit. Præterea ſi electus, & confirmatus intra ſex menſes non conſecretur, omnia pariter amittit. *c. quam ſit decleri. in 6. c. in cunctis. § inferiora. de elect. Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 2. de refor. ... Azor. p. 2. l. 7. c. 16. q. 12. Piaſecius in Praxi ... de elect. num. 6. & ſeq.*

Tertio dicitur, & non de facto, beneficia vacat, vt cum quis eſt intruſus, & ſine iuſto titulo beneficium poſſidet, vel obtinet, non eo priuatur, & tamen poſſeſſionem adhuc retinet, vt ſi cum onere ſuſcipiendi ſacerdotium beneficium acquiſiuit, & anno elapſo illud non ſuſcepit. Adde vacare quoque de facto, & non de iure, vt cum quis vi vel metu, vel alio modo, à beneficij poſſeſſione deijcitur, *Reginald. l. 30. tract. 3. num. 323. Melfeſ. tract. 6. c. 12.*

Quarto per matrimonium carnale, vel ſpirituale, contractum à beneficiario beneficium vacat, quia eo ipſo quod vxorem ducit, ipſo iure titulo beneficij priuatur, etiamſi matrimonium per carnalẽ copulam non ſit conſummatum, vel ob aliquod impedimentum non ſubſiſteret. Imo hic locum habet etiamſi vxor poſt matrimoniũ tantum ratum religionem ingrederetur, & ſtatim quod beneficiarius expreſſe, vel tacite, in approbata aliqua religione profeſſus eſt, ipſo iure beneficium vacare dicitur. *c. beneficium. de regul. l. 6. Garz. 1. p. 11. de benef. c. 8. nu. 1. & ſeq. e tota capite. Reginald. c. n. 313. & 317. Sanchez. de præcept. l. 7. c. 29.* Vbi idem dicit de penſione, atq. ex communi aſſerit liberum manere beneficium illa grauatum ab onere illius ſoluendæ, niſi Summus Pontifex diſpenſet, vt ea penſio retineatur.

Quinto ex pœnis quis beneficio ſit eoq. priuatur, ob admiſſum crimen, vt ob hereſim, ſimoniam, homicidium &c. Et generalis viget regula, vt nullum crimen quis beneficio ſpolietur, niſi hoc iure cautum reperiatur, atq. adeo ſemper Iudicis ſententiam requiſitam, etiamſi ius diſponat vt ipſo facto abſq. ulla ſententia priuetur. Dixi niſi hoc de iure cautum &c. vt excipiatur homicidium, cum qualitate aſſaſinij, vel occiſio Cardinalis, ſiue etiã Epiſcopi, in quibus caſibus ipſo ipſum abſq. ullo facto Iudicis beneficiis abdicantur. *Garz. c. 1. ... Melfeſ. l. 1. Sanchez. l. 2. ... in Bulla Cœnæ Domini. l. 2. cau. ... Zerula in Praxi Epiſcopali p. 1. in v. Priuatio. Barboſa de reſignat. l. 3. q. 16. Poſſeu. de officio Curati 5. num. 29.*

III. SVPPOSITVM.

Tertio ſupponendum eſt, maximeoprandum eſſe, vt ij qui Epiſcopale miniſterium ſuſcipiunt, quæ ſuæ ſint partes agnoſcant, ac ſe non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, ſed ad labores, & ſollicitudines pro Dei gloria vocatos eſſe intelligant; nec.n. dubitandum eſt, & fideles reliquos ad religionem, innocentiamq. facilius inflammandos, ſi Præpoſitos ſuos viderint non ea, quæ mundi ſunt, ſed animarum ſalutem, ac cœleſtem patriam cogitantes &c. ait *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 1.* Et *D. Bernardus l. 4. de conſid.* Ra. para Eugenium, & in illo omnes Prælatos inſtruit, quam ſollicite in officio verſari debeant; ad curam, non ad dominatum; vt non otioſi, multò minus delitiis reſoluti, aut reſupini pompis inueniantur. Idcircò dum Epiſcopus conſecratur in manibus virgam, propter eius officium, & miniſterium, vt ſciat dignitatem non propter otium, ſed propter negotium ſuſcipere, vt ſciat ex illo ſe numero operariorum eſſe debere, qui ſuſtinent põdus diei, & æſtus, vt operetur bonum ad omnes quidem, ſed maximè ad domeſticos fidei, vt manus ſuas mittat ad fortia, vt panem otioſus non comedat, vt manus ſuæ diſtillẽt myrrham, vt ſic beatus ille ſeruus quẽ cum venerit Dominus, vigilantem, & operantem inueniat. *Barboſa de off. Epiſcop. p. 1. tit. 1. c. 5. nu. 4.*

Sed vt ait quidam ſapiens, hoc eſt præcipuum, & maximum omnium fere rerum publicarum vulnus, & ulcus, quod omnia pene per Vicarios adminiſtrantur, Principe interea domi reſidente, ac otiante. Et cum Epiſcopi, vel Parochi ab Eccleſia cui promouendæ præpoſiti ſunt abeſſe ſolent, illud euenire conſpicitur

Longius abductis fiet de ſeruis ... colonis.

Otium, & voluptatem quæ ſunt antiqui hoſtis arma, ad miſeras animas capiendas deteſtari debere Epiſcopum, ac ſuper gregem ſuum vigilare, ac Epiſcopalibus functionibus incumbere docet. *Innocent. 3. ... de renunt.* Certè quantæ curæ Principibus, & Epiſcopis incumbãt, breui ſententia expreſſit etiam ſapiens *Seneca in Conſol. ad Polyb. c. 26.* Cum ait, Cæſari cui omnia licent, propter hoc ipſum multa non licent; omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius labor,

om-

omnium delitias illius induſtria, omnium vacationem illius occupatio. Ex quo ſe Cæſar orbi terrarum dedicauit, ſibi ſe eripuit, & ſyderum modo, quæ irrequieta ſemper curſus ſuos explicant, nunquam illi licet nec ſubſiſtere, nec quidquam ſuum facere. Vnde & idem *Bernardus ſuper illud Cant. c. 1.* Poſuerunt me Cuſtodem in vineis, ſic loquitur, *I*lle idoneus, & plane dignus eſt, qui ponatur cuſtos in vineis, quem propriæ cura vineę à commiſſarum animarum diligentia, ac ſolicitudinę non impedit, ac retardat, dum nō quærit, quæ ſua ſunt, neq. quod ſibi utile eſt, ſed quod multis.

Et innumera ſanctorū Epiſcoporū exempla hoc comprobant, & vt alios omittam, *D.* Carolus die, noctuq. in populi ſibi commiſſi ſpiritualibus, ac tēporalibus commodis procurādis ita occupabatur, vt nulla temporis intercapedo ſine labore daretur. Vnde cum Epiſcopus quidā ad eū ſcribens, ſignificaſſet, ſibi parum eſſe negotii, vocē illam, vt Epiſcopo protſus indignam, ac turpem, grauibus ad eum literis datis acriter reprehendit. Idem cum quendam Cardinalem eſſet cohortatus, vt in eccleſia ſua reſideret, ille vero ſeſe excuſaſſet quod non magnam eccleſiam habens, eā potius deberet aliena opera, cuſtodiaq. adminiſtrare, reſpondit, nedum multa millia, ſed animam ſolam ampliſſimi cuiuſuis Antiſtitis præſenti cuſtodia dignam. Hinc apud AEgyptios in vertice ſcepteri occulus pingebatur, quò Principis vigilantiam, & poteſtatem ſignificarēt. Et in ædium ſacratum veſtibulis leones effingi ſolebant, ſicut & gallus in eiuſdē tēpli pinnaculo, & in ſummo turris apice, vt duobus his ſymbolis duplex boni Paſtoris, ac Epiſcopi officium repræſentaretur, Vigilantia. ſ. & gregis Cuſtodia. Et recte quidam ex Patribus, Quiſquis, dicebat, populi ſpeculator ponitur, debet in alto ſtare per uitam, vt prodeſſe poſſit per prouidentiā; *E*piſcopus .n. dicitur ſpeculator, atq ideo negligens in ſpeculando, & prouidendo, canis impudicus nominatur, & mortaliter peccat *c. qui nec. 2. q. 7. Duard. in Bulla Cęna* Domini. *l. 1. c. 5. q. 2. num. 1. Titelmānus pſal.* 100. ſuper illud, Perabulabam in medio domus meæ. *Alciatus, & ibi ſcholia. Emb.* 15.

IV. SVPPOSITVM.

Quarto ſuppono, vt aliàs animaduerti, Epiſcopum de iure eccleſiaſtico, iuri diuino, atq. naturali innitenti, in propria eccleſia reſidere debere, quod aperte Apoſtolus apud Lucā. *Act. c.* 20. his verbis eſt teſtatus, Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus Sanctus Epiſcopos regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, & Trid. Patres *ſeſſ. 23. c. 1.* Cum præcepto diuino mandatum ſit omnibus, quibus animarū cura commiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere &c. vt innumeros allegans probat *Borellus in ſumma Deciſ. tit.* 10. *& Garzaſ. de Benef. p. 3. c. 2. Reginal. l. 30. tract. 3. c. 5. Tolet. l. 5. c. 4. Genuēſ. in Mā. Paſt. c. 31. Gonzales in reg. 8. Cancell. gloſſ. 43. Lud. de Ponte tom. 4. tr. 7. c. 9.* Immo tàm Epiſcopos, quàm Prælatos regulares teneri reſidere, & ſubditos ſuos viſitare, ex illo etiam *Luc. c. 12. DD.* comprobāt. Et tu aliquando confirma fratres tuos; hæc .n. verba ad omnes Prælatos referuntur, qui animarum curam gerunt, vt proinde Epiſcopus non reſidens alternatiua in beneficijs non gaudeat. Quamuis verbum reſidere non ſit ita amare accipiendum vt nunquam diſcedat &c. *Azor. p. 2. l. 7. c. 4. q. 9. Roder. in qq. regul. tom. 2. q. 4. cor. 4.*

Homerus *A*gamenonem Regem populorum Paſtorem appellat, Paſtores .n. ſuis ouibus ſemper adeſſe oportet, & curare vt ſaluę ſiāt, & habeant vnde vitam tranſigant. Tribunum plebis diem integrum ab Vrbe Roma abeſſe nequaquam licebat ne auxilium ſuum cum opus eſſet ciuibus deeſſet, teſte *Alex. ab Alex. l. 1. Dier. genial. c. 3. & Tympio. de Magiſt. Signo. c. 4.* Et vt inquit *Barboſa de Epiſcopo. p. 3. Alleg. 53. nu. 2.* Hęc Epiſcopi reſidentia nō ſolum in aſſidua corporis præſentia, ſed in mentis ſolicitudine, & charitatis ſtudio conſiſtere debet. Et vt ait *Io. Carmel. in Inſtit. Principum l. 2. c. 12.* Reſidentia adeo Epiſcopi propria eſt, vt abſq. illa vix Prælationis ratio illęſa conſiſtat; nam vt cętera ſileantur, iuri diuino à quo Epiſcoporum dignitas originem ducit, maxime conſentanea eſt ea præſentia, quæ ſi deſit Chriſti grex paſtu ſuo deſtituitur, quomodo .n. paſcet qui abeſt? At dices per aliū fidum adminiſtrum paſcet, ſed profecto Paſtori ipſi hæc functio demandata eſt &c. *Ludouic. de Ponte. de l. 5. Molfeſ. tract. 6. c. 11. Beia. p. 4. caſu. 21. Vgol. de Epiſcopo c. 4. §. 13.*

Ex defectu reſidentiæ, quę nihil aliud eſt quàm perſonale miniſterium in loco debito, reſidere .n. in Eccleſia dicitur, qui ei per ſe debitum obſequiū præſtat, multa mala ſequi manifeſtum eſt, nā Clerici irreligioſi efficiuntur, ſæculares impij, & irreuerentes, doctrinæ puritas perit, Eccleſiaſtica diſciplina collabitur, pauperes inopia opprimuntur, & paſtoralia munera obiri nequnt. Siquidē inter cęteras actiones, quas paſcendo gregem explicare debet Epiſcopus, & Curatus, eſt paternam curam pauperum gerere, & indigentium, miſerabiliumq. perſonarum neceſſitatibus conſulere, verbo, & prædicatione, miſſæ oblatione, ſpiritualibus conſiliis, viſitationibuſq. plebem alere. Hinc & *D. Hier. in Epiſt. ad Titum.* Non ſolum, inquit, domus Epiſcopi debet eſſe commune omnium hoſpitium, ſed & miſeriis inopum, ac viduarum, & pauperum in ſua diœceſi commorantium, & aduenientium, eleemoſynis (tàm corporalibus, quàm ſpiritualibus) ſuc-

cur-

Digitized by Google

currere tenetur, cum domus Epiſcopi tota diœceſis exiſtimanda ſit. Huc accedit quod ſicut Chriſtus eſt vniuerſæ eccleſiæ ſpõſus, ita Epiſcopus qui particularis ſuæ Eccleſiæ pronubus dicitur, tanquam coniugi cohabitare debet, ne ex eius abſentia grex fidem violet, ſicut nequã illa mulier apud *Salom. c. 7.* ſuæ temeritatis cauſam prætexit, quod vir eius non eſſet in domo ſua, nec tam cito reuerſurus. Huiuſmodi. n. abſentiæ multorum ſpiritualium adulteriorum occaſionem præbere ſolent, quæ perpetrata non eſſent ſi Prælatus præſens fuiſſet, ac propterea eiſdem ipſe fœdatus, ac oneratus manet. Da Epiſcopum, ait *Bellarm. de gemit. Colum. l.* 3. c. 5. qui ſerio in officium ſuum incumbere velit, & ex ſpecula in qua à Domino conſtitutus ſedet, attenta conſideratione ſpeculetur quales ſint, & quid agant primum Canonici, qui ſunt eius Conſiliarij, & fratres, deinde Parochi, ad quos cura pertinet animarum, tùm reliqui ſacerdotes, qui vel ad laudes Domini in choro tum Canonicis decantandas, vel ad ſacrificia diuina celebranda deputati ſunt, deniq. Diaconi, Subdiaconi, & reliqui adminiſtri, & alius laicorum grex, & breui tempore uidebis eius Eccleſiam, vitia deponere, & cunctis virtutibus florere. Vt propterea abſq. cauſa in propria Eccleſia nõ reſidere lethalis culpa ab omnibus ſcribentibus agnoſcatur, cũ tot mala ex hoc prodeãt.

Hæc equidem eſt multorum Prælatorum negligentia, qui poſt Epiſcopatum adeptum non magis de ſuis ſubditis curant quàm de rebus nihil ad eos ſpectantibus, & ita oues ſibi commiſſas deſerunt, ac ſi nullam de his eſſent Deo rationem reddituri, vt multis proſequitur *Alphonſus de Caſtro l. 3. de iuſta hæret. c. 4.* Ideo Innocentius Sextus Põtifex Max. teſte. *Plat. de vitis Põt. & Daur. in Catechiſ. hiſtor tom 3. c. 5. sic. 29.* qui Eccleſiaſtica beneficia non niſi probatiſſimis ſacerdotibus, vt aliàs memini, tùm vita, tùm doctrina conferri voluit, poſt coronationem ſtatim conſtituit vt omnes Prælati, omneſq. qui curatis beneficiis gaudebãt, ad eccleſias ſuas ſub anathematis pœna proficiſcerentur: dicebat. n. oues paſcuas à proprio Paſtore non à mercenario cuſtodiri debere. S. Carolus cum Tridentini Concilij Decreto ſciret, ne Cardinales quidem excuſari, quin in Eccleſijs ſuis reſiderent, in ſua Mediolanenſi Sede perpetuo ſibi manendũ conſtituit, & cum videret, quantum ex præſenti Paſtoris ipſius cuſtodia, grex ad uberes Domino fructus ferendos iuuaretur, præſentiam ipſam, reſidẽdiq. in ſuis Eccleſijs continuum ſtudium, ſummopere ſemper commendauit, ac Epiſcopis omnibus toto animo pſuadere conatus eſt. *Carol. à Baſ. Pet. in eius vita l. 7 c.* 23. Nec vt dictũ eſt, Cardinales Epĩ eo ipſo ꝙ Sũmo Põtifici aſſiſtũt, legitime excuſari cenſentur, tùm quia per alios illa aſſiſtentia ſuppleri poteſt, tùm quia omnibus conſideratis, Eccleſiæ vtile non videtur eos aſſiſtere, quorum præſentia alibi neceſſaria eſt: tùm quia quolibet anno fere moneri ſolent per edictum Papæ, vt omnes Epiſcopi ad ſuas eccleſias redeant, & aſſiſtant. Ad breue tamen tempus, vt duorum, vel trium menſium cum cauſa (modo ſine detrimento Eccleſiæ fiat) abeſſe eis conceditur. *Filliuc. tom. 2. tr. 28. c. 5. q. 1. & 2. Azor. p. 2. l. 7. c. 4. q. 5. Barbo. de Epiſcopo p. 3. Alleg. 53. num.* 10. Quo fit vt ex communi omnium DD. calculo, Epiſcopi, cum gregis ſalus exigit, etiam cum vitæ propriæ periculo, reſidere teneantur, hæc. n. eſt boni Paſtoris lex à Chriſto omnium Paſtorum Principe præſcripta, vt vitam corporalem pro ipſius gregis ſpirituali vita ex iuſtitia ponere debeat. Et ſic SS. Patres illud. *D. Ioannis c.* 10. ſemper intellexerunt, Bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. *Tab. in v. Epiſcopus. nu. 5. Armilla. ibi nu. 6. Benzon. in ſpec. Epiſc. act. Cur. l. 1. d. 2. q. 1. Bisfeld. de adm. ſacr. temp. peſtis. q. 3. Azor. par. 1. l. 3. c. 11. q. 1.*

V. SVPPOSITVM.

QVinto ſuppono, quod cum varia rerum, ac controuerſiarum negotia, quæ in dies vix interpoſita quiete, ob hominum diuerſa ſtudia, & contentiones, immenſo pene cumulo ſe offerunt, in cauſa ſint vt tanto oneri non ſufficiant Epiſcopi, quamuis ſuis diœceſibus præſto ſint, & omnibus quod dici ſolet, neruis laborent, ac fatigentur; idcirco apud Eccleſias Cathedrales conſuetudo orta eſt vt quilibet Epiſcopus in diſponendis rebus, aliiſq. occurrentibus negotiis, aliquem ſibi cooperatorem aſciſcat, quem Vicarium Generalem appellant, qui Eccleſiaſticus, honeſtus, bonorum morum, maturæ ætatis, iuris prudentiæ valde peritus, ac in Eccleſiaſticis ſanctionibus verſatus, ac prudentia præditus, aſſumendus eſt, cum Epiſcopi ea negotia, quibus ipſi intereſſe non poſſunt, viris grauibus, doctis, ac bonæ exiſtimationis viris demandare debeant. Qui quidem Officialis, vel Vicarius, licet ad Epiſcopale munus, & onus ſubleuandum adiungatur, nihil tamẽ in vrbe vel extra exercere, ſeu quidquam peragere poteſt, & debet, niſi iuxta facultates à ſuo Epiſcopo præſcriptas, illiuſq. ſigillo munitas; cum. n. Vicarii Generales ad Ordinariorum beneplacitum plerumq. mutabiles ſint, à iure nulla eis determinata aſſignatur poteſtas. Cõmuniter nihilominꝰ traditur Vicariũ eſſe ordinariũ, & ſupremũ Parochũ in diœceſi, & facere vnũ tribunal cum Epiſcopo, ita vt multa Epiſcopis cõceſſa explicare queat, vt monitoria decernere, denũtiationes in matrimonio ex cauſa remittere &c. Nõ tamẽ ea quæ ſpeciale mandatum exigunt, vt

teſti,

Digitized by Google

reſignationes recipere, inſtituere, vel beneficio pri uare &c. *Sanchez de mat. l. 3. diſp. 29. Lazar. de Mo nit. ſect. 1. q. 6. Barb. p. 3. Alleg. 54. Tuſch. inv. Vica rius. concl.* 186. *& ſeq. Nald. v. eodem, idem Sãchez. l. 8. diſp. 27. num. 30. & ſeq. Bonac. de leg. d. 1 q. 3. §. 2.* Vbi etiam tradit, an commiſſiones datæ Vicario ſub nomine dignitatis poſſint per Epiſcopum expediri, & an eiuſdem Vicarii acta per mortem Epiſcopi valida ſint. De poteſtate vero Capituli Sede vacãte, & Vicarii ab eo cõſtituti videdus eſt. *Quar. in v. capitulum, & Genuenſ. in* Praxi *Neap. c.* 87. *Idem Barb. p. 2. Alleg.* 7. Vnde in maximo ſalutis diſcrimine illi Epiſcopi verſantur, qui non agnoſcentes debitam Paſtoralis Curæ exercendæ rationem, in Ciuitate, vel Diœceſi tanquam in tranquilla ſtatione manent, omnibus prorſus animi curis ſoluti, & ſolas ſacramentales functiones ſibi reſeruando, totam paſtoralis oneris ſarcinam in Vicarii humeros transferunt. Vide quæ de Epiſcopi, & Vicarii officio, & obligationibus dixi in *Comment. de hum. vitæ ſtat. p. 1. c. 6. & 7.*

VI. SVPPOSITVM.

SExto præmittendum eſt, inter præcipuas curas, & ſolicitudines, quæ Epiſcopi mentẽ premere debent, vigilantiam ſuper propriam familiã, & circa vitam, & honeſtatem Clericorum eſſe debere nam quò ad Primum, ſi Epiſcopus domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo, vt inquit Apoſtolus, Dei Eccleſiam gubernabit? Iure AEſchines exiſtimabat eum qui in ſua familia non bene vixerit, in cõmunibus quoq. reipublicę negotiis ſimiliter eſſe verſaturum. Et rectè D. Baſilius de *Opificio Dei Homel.* 10. ait, conuenit eum aſſumi ad aliorũ Prefecturam, qui quæ ſibi ſunt intima, probe, ac decẽti ordine moderari nouit; alioqui ſi in rem domeſticam negligenter ſe geſſerit, nec illam recte diſponere ſciuerit, merito à ſubditis ille Euangelicus ſermo obiicietur, Medice cura te ipsũ. Certe niſi Epiſcopus familiam ſuam reformauerit, alios bene inſtituere non poterit, ſiquidem eius domus quaſi in ſpecula ponitur, & publicæ diſciplinæ magiſtra eſt, quidquid in ea agitur, id omnes licere ſibi putant; idcirco neceſſe eſt vt domeſticos ſuos prius corripiat, & non modo pro domo ſua vigilet, ſed etiam hoc ita faciat, vt ſciatur eum vigilare, & hęc ſit opinio, eum omnibus vitioſis inimicum fore. *Gen. in Man. Paſt. c.* 22. *Laur. Sur. in Chron. anno Domini* 1566. P. N. *Gabutius in vita Pij V. l. 6. c.* 15. *Acta Eccleſ. Med. p. 1. Cõc. Prou.* Piaſecius *in Praxi Epiſc p. 2. c. 3. n. 2. Bellettus in Diſq. cler. par. 1. §. 1. tit. de fauore cler. real. §. 2.* Vbi ex cõ tradit Epũ poſſe, imo teneri punire exceſſus non ſolũ ſuæ familię, ſed & Officialium ſuæ curiæ. D. Bernardus etiam à Summo Pontifice id exigit inter reliquas curas totius orbis terrarũ, ſic. n. ad Eugenium, Sunt, inquit, quæ te ignorare nolim, mores quorumcunq. & ſtudia; non oportet vt vitia domus tuæ vltimus ſcias, quod quam plurimis nouimus contigiſſe. Domũ Epiſcopi decet ſanctitudo, decet honeſtas, horum diſciplina cuſtos. In vultu, in habitu, in inceſſu illorum, qui circa te ſunt, nihil reſidere impudicum, nihil indecẽs patiaris. Vndę & *D. Anton. p. 3. tit. 21. c. 2.* dicit, grauiter Prelatos delinquere, ſi non prouident, vt familia ſit honeſta, non vacans compotationibus, non obſcœnitatibus, non rixis, aut inimiciriis &c. Quibus addo quod ſicut veris nuntij ſunt hirundines, flos, & fructus, ita dominorum famuli ſũt imagines. Pi inceps talis prę ſumitur, qualis eſt eius familia, vt proinde familiarium delicta eidem aſcribi ſoleant, quandoquidem ſub ſapiente Rectore non facile nequiter actura cenſetur. Et cum ere Præſidentis ſit bene apud ſubditos audire ſerio domus ſuæ diſciplinam vrgere debet, ſicut. n. agentia naturalia ſol, ignis, & ſimilia, fortius vires ſuas in uiciniora obiecta exerunt; ita ſublimiores poteſtates ad domeſticos ſuos in primis attendere par eſt, ne vt loquitur *Apoſt. 1. ad Tim.* 5. infidelibus deteriores ſint.

Porro cum omnis diſciplinæ veræ caput ſit Dei cultus, timor, morumq. integritas, ſacra pagina ſic teſtante. *Eccleſ. c.* 12. Deum time, & mandata eius obſerua hoc eſt. n. omnis homo, melius domeſtici dirigi nequeunt, quàm ſi hæc omnia commendatiſſima habere iubeantur. Hinc ſit vt Epiſcopi familia tam in ciuibus, quam in criminalibus eiuſdem Epi priuilegio gaud. at &c. *c. fin. vbi ſcribentes ext. de officio Archid. Theſaurus deciſ.* 22. *Fariuac. in Praxi crim. de Inquiſit. q. 8. Grat. in Diſcept. For. c.* 340. *num.* 31. *Bellettus. tit. de fauore Cler. reali par. 1. §. 1. Barboſa de Epiſcopo par. 3. Alleg.* 107. *Tiraq. de temp. pœnis cauſa* 51. *num.* 95. *Bonifacius de furtis. §. eſt Chanaſ. de perfect. prud. num.* 39. *l. 2. c. 3.*

Cura Epiſcopi circa vitam Clericorum.

QVod ad ſecundũ pertinet id eſt ad uitã, & honeſtatem Clericorũ, dico nihil eſſe quod alios ad pietatem, & Dei cultũ aſſidue magis inſtruat, quàm uita, & eorum exemplum, qui ſe diuino miniſterio dedicarunt. *Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 6. & ſeſſ. 22. de refor. c.* 1. Sed in hoc corruptiſſimo ſæculo adeò clericalis vitæ homines à maiorum ſuorum candore degenerarunt, ut niſi oculos ad præterita tempora conuertamus, & antiquorum Patrum dicta, & facta ueluti abſolutiſſimum ſacerdotalis uitæ exemplum ante oculos proponamus, uix huius profeſſionis amplitudo intelligi poſſit. Idcirco omnes

nes clerici, antiqua naſcentis eccleſiæ tempora, & ueterum ſanctitatem ſibi imitandam proponẽtes, ſicut regali ſacerdotio in altiorem ſublati locũ ſpectaculum facti ſunt mũdo, Angelis, & hominibus, ſic uitam inſtituere debent, ut cæteri tàm innocentis uitæ eorum exemplis, quàm doctrinæ præceptis inuitati, ad religioſam uiuendi normam cõformentur, ut proinde mortaliter etiam peccet Epiſcopus, qui circa eorum uitam, & honeſtatem, & morum reformationem, non inuigilat. *Clem. 1. de vita & honeſt. Cler. Conc. Trid. d. ſeſſ. 22. c. 1.* Atqui ut ait *Bellar. de gemitu columb. l. 3. c. 5.* Origo malorũ eſt, quod Epiſcopi aliqui, ſemper n. excipio bonos, qui nunquam in uniuerſali Eccleſia deſunt, non ſpeculantur quomodo ſe clerus ipſorum gerat, ſed uel longe ab Eccleſia ſua abſunt, unde ne ſpeculari quidem poſſunt cum in ſpecula ſibi aſſignata nõ ſedeant, uel ſpeculantur quidem, ſed agros, vineas hortos, uel quomodo poſſint Eccleſiaſticos redditus maiores facere, uel domum ſuam egregia ſupellectile ornare, uel propinquos augere diuitiis uel ipſi ad altiores gradus aſcendere. Quid igitur mirum ſi clerus corruptis, ac deprauatis ſuis moribus populum ad ſe imitandum prouocet, & hac ratione, quos ſanare debuerat, corrumpat? hæc ille.

Reſolutio caſus, & qq.

I. ASSERTIO.

His ſic annotatis facile reſponderi poterit Primo, Nicolaũ, qui antequam ad Epiſcopatum eueheretur, religionem ingredi uouit, teneri ipſum dignitatem dimittere, & religioſum ſtatũ amplecti. Quãuis n. religioſus profeſſus poſſit Epiſcopus fieri, & effici de diſcipulo magiſter; ille tamẽ qui religionis ingreſſum vouit, voto non ſatisfacere dicitur Epiſcopatum ſuſcipiendo, ſed prius debet religionẽ intrare, quàm Epiſcopus creari, alioquin lethalem culpam non effugiet ſi abſq. Pontificio conceſſu ſic permaneat, vt habetur in *c. per tuas. ext. de voto.* Nonnulla quæ in contrarium facere videntur refert, & ſoluit. *Azor. p. 1. l. 11. c. 22. q. vlt. Sanch. l. 4. sũma. c. 17. n. 5. Barb. de Epiſcop. 3 Alleg. 53. n. 32.* Atq. ſic D. Ludouicũ Epũ Toloſanũ egiſſe refert. *Platus. de bono ſtat. relig. l. 2. c. 26.* Is. n. cũ de Frãciſcano inſtituto capeſcẽdo votũ emiſiſſet, & à Bonifacio VIII. Toloſanus Archiepiſcopatus deferretur, aſſentiri nunq̃ voluit niſi prius veteris voti compos fieret, vt D. Franciſci habitum ſuſciperet &c. Addo tamen quod ſi emiſiſſet uotum religionis, vbi regula non ſeruatur, illud votũ non valeret, nec ipſe qui uouit ingredi non deberet ſi ibi pro libito viuitur. *Nau. c. 12. num. 46. cler. in qq. regul. tom. 2. q. 63. ar. 5. Sanchez. l. 4. de præcept. c. 16. num. 14.* vbi de communi teſtatur. Item poſt ingreſſum etiam non emiſſa profeſſione exire poſſe, & Epiſcopatum aſſumere. Nam & qui ſimpliciter religionem vouit, ab obligatione voti liber eſt ſi poſt ingreſſum ante factam profeſſionem, à religione egrediatur, modo dum vouit, nil de profeſſione deliberauerit. *Bonac. de communi teſtãs. de voto. d. 4. q. 2. puncto 5. §. 6. num. 22.*

II. ASSERTIO.

Secundo dico non licere tuta conſcientia poſt Epiſcopatum adeptum (qui vt ait *Maſcard. de Prob. vol. 2. concl. 622.* ex regula Cancellariæ, Per Bullas, ſeu litteras electionis, & per ordinis collationem ſibi factam probatur; & capiens poſſeſſionem ante expeditas literas intruſus cenſeretur, vt etiam tradunt. *Bonac. de legib. diſp. 1. q. 1. p. 4. Riccius in Praxi cap. poſſeſſ. reſol 84. Barboſa de Epiſcopo Alleg. 54. num. 161. & Alleg. 111. num. 35.*) alia beneficia ſimplicia, & penſiones retinere, etiam ſi ipſius Epiſcopatus redditus tenues ſint, cum ipſo iure vacent præſertim quãdo in promotione Pontifex ea vacare decreuit, ſibi. n. imputare debet, ſi illud acceptauit. Sicut etiam alias à nobis ex communiori ſententia reſolutum eſt, pro quolibet exiguo beneficio aliquem ſingulis diebus teneri diuinum officium perſoluere, ſiquidem iam iuris ſtringit obligatio, vt beneficium propter officium detur, ad quam obligationem ſpõte ſe beneficiarius aſtrinxit, & dum id volens egit ei iniuria non infertur. *c. ſcienti. de reg. iu. in 6. Molfeſ. tract. 5. c. 3. num. 17.* Excipiunt tamen aliqui, vbi Epiſcopatus fructus non perciperet, ſ. percipere non poſſet, tunc. n. beneficiorum, & pẽſionum fructibus, & prouentibus fruetur, quouſq. Epiſcopalis menſæ redditibus gaudebit. Niſi tamen Papa omnia eius beneficia, & penſiones vacare pronuntiauerit, qui nihilominus vt iuſtitiæ, & æquitatis pater, quod neceſſarium fuerit, ſuppeditabit &c. Excipitur etiã in legato, relictum. n. alicui ob paupertatem, ſi talis poſtea à Summo Pontifice ad Epiſcopatus apicem aſſumatur, ob talem promotionem non extinguitur. Sicut etiam renuntiatio facta à nouitio in religione tempore ingreſſus iuxta formam. *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul c. 5.* ſi poſtea Epiſcopus creetur, iuſte reuocatur eo quod in quolibet actu, & contractu illa clauſula intelligitur, rebus ſic ſtantibus. *c. quemadmodum. ext. de iure iur. Vgol. de off. Epiſcopi. p. 1. c. 1. §. 2. Garzias p. 11. c. 6. Tuſchus in littera B. concl. 71. Pariſius de reſignat. l. 3. q. 1. num. 84. Azor. p. 2. l. 3. c. 15. q. 12. Fab. de Anna. conſ. 21. Riccius reſol. 152.*

Digitized by Google

III. ASSERTIO.

TErtio dico non excuſari à lethali peccato, ſi in Eccleſia ſua non reſideat, hancq. pœnam non effugere, vt pro toto tempore, quo non reſiderit, omnes integros fructus pro rata amittat, ipſoſq. vel Eccleſiæ fabricæ, vel pauperibus ipſo facto, abſq; vlla ſententia reddere teneatur. Integrû tamen erit ei à ſuo grege abeſſe, quando chriſtiana charitas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, & euidens Eccleſiæ, & reipub. vtilitas, id poſtulant. Et tunc cauſa abſentiæ à Rom. Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo abſente, Suffraganeo Epiſcopo antiquiore cognita eſſe debet; niſi cum abſentia inciderit propter aliquod munus, & reipub. officium Epiſcopatibus adiunctum &c. Quoniam autẽ qui aliquantis per tantum abſunt, non videntur abeſſe, extra prædictas cauſas per tres menſes, vel continuos, vel interruptos quotannis non reſidere fas erit, non tamen his temporibus, in quibus oues Paſtoris præſẽtia magis delectãt, vt eſt Aduẽtus, Natiuitas Domini, Quadrageſima, Paſcha, Pentecoſtes, & Corpus Domini. *Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 1. Vgol. de off. Epiſcopi. p. 1. c. 4. § 13. Man. Paſt. c. 31. Tol. l. 5. c. 4. Binſfeldius in Ench. Theol. Paſt. de reſid. cler. c. 7. Barboſa Alleg. 53. & alij communiter.*

IV. ASSERTIO.

QVarta ſit aſſertio quod cum Vicarii, vt ſuperius in ſuppoſitis innui, ab Epiſcopis conſtitui ſoleant, qui Epiſcopalem ſolicitudinem adiuuent, & mutuo quodammodo Epiſcopali oneri ferendo ſupponant, in iudicando, atq. aliis gerendis, quibus Epiſcopi per ſe ipſi vacare non poſſunt, in conſcientia Nicolaus Epiſcopus tutus nõ erit, ſi genio indulgens, & ſe à paſtorali ſolicitudine ſubtrahens, totam oneris ſarcinam in ſui Vicarij humeros transferat, cum ſufficere videatur, ſi eam partem tantum (niſi aliud neceſſitas, vel ratio ſuadeat) quæ ad lites, & controuerſias fori pertinet, deferat &c. *Valo. arrus in Arch. Bonõ. p. 1. c. 16. Ca rolus à Baſ. Petrus in vita D. Caroli l. 7. c. 36. Boia p. 3. c. aſu. 11.*

V. ASSERTIO.

QVinto grauis culpæ participem fieri, ſi domeſticorum, vel familiarium ſuorum curã non gerit, ſi omnes ſine delectu in domum admittit, & prauos homines admiſſos in peccatis perſeuerantes, & in iniquitatibus ſe volutantes non corrigit. Hoc. n. tum eius officium, tum etiam bona exiſtimatio requirit; & experimento compertum eſt, quàm plures Epiſcopos non modica infamia notatos eſſe, propter iniquos domeſticos, vt merito D. Hieronim' *Ep. 2.* admonuerit, Tales habeto ſocios, quorum contubernio non infameris. Et ad Demetriadem ſcribens, Mores, inquit, dominarum plerumq. ex ancillarum, & comitantium moribus indicãtur. Cui ſentẽtiæ calculũ adducit *Io. Bap. Mant.*

Cur tibi ſunt dociles ſerui, & ſine crimine Falco?

A ſimili mores accipiuntur hero.

Sicut ex amicorum conſuetudine, ſic & multo magis ex familiarium qualitate, quos quis ad ſuum libitum deligit, Dominorum mores deprehendũtur. Hinc cum quæreretur à Thoma Sarzanenſi, qui poſtea fuit Nicolaus V. S. P. qualis eſſet Papa Eugenius, reſpõdit, hoc facile ex eius familiaribus cognoſci poſſe, cũ talis ſit Princeps, qualis eius familia. *Æneas Silu. l. 4. cõmẽt. de dictis, & fac. Alph. Card. in clem. ne in agro. §. porro de ſtatu Monach. Tiraq. de nobilit. c. 23. nu. 4. Barboſa de off. Epiſcopi p. 2. tit. 2. gloſ. 16.* Socrates dicere ſolebat, vt nemo ab his ſtatuas fieri cupit, à quibus aliquot ſtatuas eleganter fabricari nõ viderit, ita in contuberniũ, & amicitiã recipiendi non ſunt niſi quos erga alios fideles, ac probos extitiſſe cognoueris. Ariſtippus mirabatur, quod homines vaſa non emerent niſi diligenter inſpecta: illorum vero vitam, qui in famulatum aſciſcerentur, non prius inſpicerent. Sic & Diogeni indignum videbatur, quod nemo ollã, vel operculum emeret, niſi tinnitu, & experimento probaret, in eligendis famulis corporis oculis inſpicere ſatis haberent. Quod autem famuli domino aſſimilentur hinc manare videtur, aut quia famulos ſibi ſimiles quantum in eſt, plerumq. aſciſcit, ſimilis. n. ſimilem quærit, aut quia ſi id accidat, vt ipſe Dominus eligendo errantes ſortiatur famulos, qui à ſuis moribus ab initio alieni ſint, illi ſimiles tamen efficiantur, & eius exemplo prouocati, & conſuetudine immutati. *Tiraq. de temp. pœnis. cauſa 54. nu. 95. Plat. de dignit. Card. c. 23. Man. Paſt. c. 22.* Cũ porro, vt dixi, omnis diſciplinæ veræ caput ſit Dei cult' timor, morũq. integritas, ſicut diuinus Codex ait *Eccleſ. c. 12.* Deum time, & mãdata eius obſerua, hoc eſt omnis homo, ſic hæc omnia cõmendatiſſima habere iubeantur, & ob oculos domeſtica exempla continuo quibus incitentur videant. Quo in genere præcipuam vim habent, quæ ab ipſis Præpoſitis, & Antiſtibus dimanant, quatenus ſi quidem Dii ſunt in terris degentes, diuturnum autem exemplorum in vtramq. partem vim eſſe maximam non obſcure docet *D. Aug. l. 2. de Ciuit. Dei c. 7.* ſic de falſis loquens, Omnes cultores talium Deorum mox vt eos libido perpulerit, feruenti, ut ait Perſius, tincta veneno, magis intuentur quid Iuppiter fecerit, quàm quid docuerit Plato, vel cenſuerit Cato. *arg. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 1. & Barboſa de Epiſcopo tom. 2. gloſ. 16. nu. 1.*

V. Ubi radit quales debeant eſſe familiares Epiſcopi.

VI. ASSERTIO.

Sexto reperio quod in præambulis iã ſignificatur, Nicolaum mortali peccato ſe obſtringere, ſi eorũ vitam, & honeſtatem Clericorum non vigilat, cum ex hac omiſſione, & defectu innumera ſequantur mala, & illud inter alia, quod laici Dei timore abiecto, in clericos prauis moribus fœdatos; ac in ſe minutes, ſacrilegè violentas manus iniiciunt, & multoties ſæculares iudices de facto plura in eos moliuntur, quæ de iure illis non permittuntur, & præcipuè dum vident Epiſcopos in Clericorum delicta non animaduertere, illos non ſine graui ſcelere capiunt, in carceribus ſuis cum alijs profanis, & ſceleſtis hominibus detinent, & pœnas ab eis exigunt, quod non facerent, ſi Epiſcopi eos corrigerent. *Molfeſ. tract. 8. c. 12. nu. 30. & alij DD. communiter.*

VII. ASSERTIO.

Septimo dico huic Epiſcopo non licuiſſe Benedicto Clerico, ac famulo ſuo, licentiam dare, vt contra Gaſparem Laicum in criminali cauſa teſtimonium ferret. Et ratio eſt, quia teſtis in cauſa ſanguinis multum in iudicio ad alterius mortem cooperatur, & quia actione ob irregularitatis periculum Eccleſiaſticæ perſonæ à factis Canonibus interdicitur, *c. ſententiam Ext. ne Cler. vel Monachi &c.* Cæterum in rei fauorem Epiſcopi, vel eius Vicarij venia accedente, Clerici teſtari poſſunt. *Bonac. Vaſtorreg. d. 7. q. 2. pun. 3. num. 3. Bellet. in Diſq. cler. par. tit. de teſt. it. cler. §. 1.* Sicuti etiam clerico licentiam concedere poteſt ne in iudicio ſeculari contra ſuos, vel ſuorum malefactores procedatur, cum proteſtatione tamen citra pœnam ſanguinis. *c. Prælatis, de homicidio. l. 6. Genueſ. in Praxi Neap. c. 40.*

VIII. ASSERTIO.

Octauo loco dico Epiſcopo integrum fuiſſe illam Eccleſiã etiã inuito Rectore ſeparare, & vnire, *c. ad audientiam el. 1. ext. de Eccleſ. ædif. Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 4.* vbi ſtatuitur, quod quãdo ad parochiales eccleſias ob nimiam locorum diſtantiam, ſeu difficultatem, parochiani ſine magno incommodo ad percipienda ſacramenta, & diuina officia audienda, accedere non valent, Epiſcopo tã quam Sedis Apoſtolicæ Delegato liceat nouas Parochias conſtituere.

Vnde ex communiſſimo iure tota caſus iuſtitia in Epiſcopi arbitrio reſideat, poterit non ſolum inuito Rectore, ſed etiam ſine maioris partis Parochianorũ conſenſu parochialẽ ipſam Eccleſiã vnire, & diuidere, ex quaſi regulariter *ſubiecta fit. Armor. par. 2. l. 3. c. 12. q. 7. Zerula in Praxi Epiſcopali par. 1. v. Parochia. Riccius in Praxi fori eccleſ. Deciſ. 5 . . Menoch. in conſ. 477. Caſtrodoratus med. ſubſid. remed. 76. Barboſa de Epiſcopo par. 3. alleg. 68. Molfeſ. tr. 6. c. 14.* Non tamen ſtatuere, vel cogere poteſt, vt populus ad propriam Eccleſiam ad audiendum in ea ſacrum accedat. *ex Conſtit. Leonis X. in c. . . . Zerula in Praxi Epiſc. par. 2. v. Parochia. & Praſectus eodem tract. par. 2. c. 3. num. 22.* Vbi refert ſic etiam à S. Card. Congreg. reſponſum eſſe, Nam *Conc. Trid. ſeſſ. 22. tit. de eo quod in celeb. miſſa* ita ait, Moneant Epiſcopi populum, ac frequenter ſaltem diebus Dominicis, & ſolemnioribus feſtis ad ſuas Parochias accedant, in quibus verbis non præceptum, ſed conſilium agnoſcitur, vt etiam dicitur de auditione concionis; *ſeſſ. 24. c. 4. de reſor. Gutierrez. l. 1. Can. q. 2. c. 30. Suarez. tom. 3. d. 87. ſect. 2. Reginald. l. 19. q. 3. num. 22. Molfeſ. tr. 3. c. 12. nu. 25. Coninch. tom. 1. q. 83. num. 312. Roderiq. tom. 1. q. q. regul. q. 48. art. 7. Barboſa de Epiſcopo Alleg. 24. num. 10. Facundez de præcept. eccl. l. 2. c. 3. nu. 16.* Et alij communiter tradẽtes, *& ſi c. ext. de Parochijs*, generali conſuetudine legis vim habente, eſſe derogatum, ita vt Eccleſiæ præcepto ſatisfiat vbicunq; miſſam audiendo.

Sacramenta tamen nullo modo ab extraneo Parocho, neq; à Fratribus Mendicantibus abſq; licentia proprij recipi poſſunt, excepto ſacramento pœnitentiæ etiã ex obligatione Quadrageſimæ. *Clem. Dudum de ſepult.* Et idem eſt de Sacramento Euchariſtiæ, præterquam ex obligatione præcepti Paſchalis tempore &c. *Facundez l. c. num. 19. Molfeſ. tr. 7. c. 10. num. 24.*

CAPVT V.

QVÆSTIO X.

Rectum Epus regularis feria 4. contra regulam carnes comedẽdo p. n. An ẽt negotiari potuerit, & de negotiatione acquiſita teſtari. Et an haeredes ſibi . . . ſua tuta conſcientia tenere valeant. Et num nepotes ex beneficijs Eccleſiaſticis augere potuerit; & legatam quid teſtator Eccleſiæ Cathedrali ſua ſponſa relinquere volebat, blando ſermone efficere vt eiſdem nepotibus relinqueret &c.

Vincentius Epus regularis carnes quarta feria cõtra id, q in regula ſui ordinis ad lethalem noxam obligante præcipitur comedere ſolet. Et cum tenues ſui beneficij fructus, & redditus haberet, vt poſſe penſionibus grauati, in equis, & bubus emendis, & vendendis, & conductis prædus co-

colendis, mercaturam, ac negotiationem exercuit, deinde teſtamentum condidir, & de bonis ex negotiatione ſic acquiſitis, ſimulq. de fructibus Epiſcopatus diſpoſuit, & ea ſuis pauperibus conſanguineis reliquit, & vacãtibus beneficiis auxit. Imo blãdis verbis Tiberium teſtatorem induxit, vt ſuis nepotibus relinqueret, quod Cathedrali Eccleſiæ legauerat. Quæritur.

Primo an ſic regulam violando m p.

Secundo negotiationem exercendo, & condendo teſtamentum peccauerit.

Tertio an ipſum teſtamentum valeat.

Quarto an hæredes ipſius relicta, & beneficia tuta conſcientia retinere poſſint?

I. SVPPOSITVM.

RESp. ſuppono Monachum factum Epiſcopum (quidquid ſit de regulis, & ſtatutis ſui ordinis, & de habitu quem neceſſario deferendum eſſe aliqui ſenſerunt) vt infra dicam, à tribus votis ſubſtantialibus, nempe caſtitatis, obedientiæ, & paupertatis exemptum non eſſe, & quidem ad caſtitatem ſimpliciter abſq. vlla reſtrictione, ſicut antequam eſſet Epiſcopus, tenetur, quæ ex iure Eccleſiaſtico eius ſtatui ratione ordinis ſacri ineſt, qui neceſſario Epiſcopali conſecrationi præmittitur, vt per *Sanchez l.7. de mat. d. 27. num. 7. vbi etiam nu. 83.* ait Epiſcopum fornicantem (quod abſit) non teneri Epiſcopatus circũſtantiam confiteri, ſed ſolius voti ordini ſacro annexi, niſi tamen illud ſacrilegum flagitium eſſet aliquo modo publicum, vel ſcandalum pareret, tunc.n. aduerſus ſpecialem officii obligationem delinqueret, qua tenetur ſubditos non ſolum verbo, ſed & exemplo paſcere, atq. adeo ſpecialis malitia ex ſtatus circunſtantia neceſſario exprimenda cõtraheretur, vt etiam ſenſit. *Reginal. l. 20 num. 69* Obedientiam vero erga Sũmum Pontificem, qui eſt veluti omnium ordinum generaliſſimus Præfectus, ſeruare aſtringitur, non tamen erga Prælatos religionis, quibus non ſubiicitur, cum factus fuerit de filio pater, & de diſcipulo magiſter *c. ſtatutum. 18. q. 1.* Quod ad paupertatem attinet, verior, ac communior ſententia videtur ex vi voti bonorum temporalium dominium repudiare cogi, nam eatenus non obſtante Epiſcopali ſtatu, hoc votum obſeruare poteſt, ac proinde nihil propriũ ei poſſidere licet, & quidquid acquirit, Epiſcopatui, & Eccleſiæ ſuæ acquirit, & per cõſequens etiam de acquiſitis interim perſonæ, vt infra dicemus, diſponere nõ ualet, licet quò ad largitiones nouo iure Clementis VIII. non comprehendantur. Et ratio eſt quod huius voti obligatio ad religionis eſſentiam pertinet, vt nec Summo Põtifici diſpenſare integrum ſit, non.n. poteſt facere, vt quis religioſus maneat, & proprium teneat, Epiſcopum autem quoad hoc votum religioſum manere cõmune eſt DD. placitum, ita vt ſaniori ſcribentium iudicio regularis factus Epiſcopus renũtiationem bonorum factam ante profeſſionem, cũ ſolemnitatibus à *Cõcilio Trid ſeſſ. 25. de reg. c. 16.* requiſitis reuocare non poſſit, vt per *Doctores in Authen. licentiam.* C. *de Epiſcopis. & Cler.* D. *Thomas. 22. q. 185. art. 8. & q. 88 art. 11. Val. tom. 3. d. 10. q. 3. p. 8. Graſſius l. 2. Deciſ. aur. c. 58. num. 10. & c. 31. nu. 22. Innocent. & Abbas in c. cum ad Monaſterium. ext. de ſtat. Monach. Leſſius. l. 2. c. 40. dub. 14. num. 119. Mald. tract. 1. c. 4. dub. 7. & 8. Molina tract. 2. de Iuſt. & iure diſp. 141. Con. in c. 1. de teſtam. Syl. in v. religio 6. q. 10. & religi b. 7. q. 11. Anna conſ. 45. Surdus de alim tit. 8. priuileg. 79. Tab. in v. Monachus nu. 6. Ang. v. honor ſuperueniens. nu. 7. inter alios recentiores Io. Hieron. Campan in Diuerſ. Iuris Canon. Rub. 12. c. 14. Thom. à Ieſu Carm. ord. de ſtat. relig. p. 2. c. 7. dub. 2. Ann. Robert. l. 4. rerũ iudicat c. 3. quidquid dicat Azor. p. 1. l. 12. c. 7. q. 2. §. mihi itaq. cum aliis ab eo citatis, & à Molfeſ. conſ. 1. & Sanchez l. 6. de pracept. c. 6.*

Addo (quidquid nonnulli dixerint) religioſum Epiſcopum creatum teneri ad obſeruandum ſuæ religionis inſtituta, quæ Epiſcopali ſtatui non repugnant, vt per *D. Thomam communiter receptum. num. 22. q. 185. art* 8. Et ratio efficax eſt, quod tranſitus Monachi ad Epiſcopatum eſt tranſitus perfecti ad perfectius, ergo ſecum ducit, quę maiorẽ perfectionem iuuare poſſunt, non autem ad ea aſtringi, quæ paſtoralem curam impedire poſſent, vt ſolitudinem, ſilentium, graues abſtinentias &c. Vnde audiendus nõ videtur. *Tol l. 5 ſummę. c.* 4. cum obligat Monachum Carthuſianum factum Epiſcopum, tota vita piſcibus veſci, niſi hac lege ſoluatur. Si tamen Monachus erat ex Franciſcana familia aliquibus placet, non excuſari ab abſtinentia carnium in die Natalis Domini noſtri Ieſu Chriſti cum in feria ſexta accidit, quia ad id illius religionis regula obligat, neq. .n. talis obſeruantia paſtorali muneri repugnat Sicut etiamſi ſingulis diebus voueret recitare officium *B.* M. V. vltra id ad quod ratione ſui ordinis tenetur, ab hoc non eximeretur, vt per *Card. Zabar. in clẽ. 2. de celeb. miſſ.* Non etiã à delatione habitus immunis erit *c. pen. ubi DD. de vita, & honeſt. cler. Tol. l. c. Sa. in v. Epiſcopus num.* 11. adeo vt aliqui voluerint. Monachũ Epiſcopum creatum ſiue ſuæ profeſſionis habitum dimittentem, ſiue ſuper ipſum habitum qui rochetus dicitur, geſtantem, excommunicatione innodari. At circa hoc ſeruãdus eſt veſtimẽtorũ vſus iuxta Rituale nouum Epiſcopis præſcriptum. *Graſſius. l. 2. Deciſ. aur. c. 58 num. 10. Fernandes in ſumme. p. 4. c. 7. §. 3. Sanchez. l. 6. de pracept. c. 6. nu.* 22. vbi ait in Rituali Romano per Clementem *VIII.*

Digitized by Google

reformato. Epiſcopis regularibus conceſſum eſſe vt retento colore habitus ſuæ religionis, in forma', & figura illius cum Epiſcopis ſæcularibus ſe conformare poſſint, & ita in praxi ſeruari. *Sanet. de hæreſ. & Apoſt. c. 1. dub. 1. num. 15.* Dicit etiam *Turre Crem. in c. 1. diſt. 91. & Roſella in v. hora & Graſſus de effect. cler. effect. 17. nu. 63.* religioſum aſſumptũ ad Epiſcopatum, vel aliter ad animarum curã promotum, non teneri amplius ſecundum ordinẽ ſuæ religionis horas canonicas recitare, ſed ex more, & conſuetudine Eccleſiæ cui, præfectus eſt, officium dicere debere.

II. SVPPOSITVM.

SEcundo Epiſcopos qui ex ſtatu religioſo ad illud dignitatis faſtigium aſſumuntur, ſicut & alios Epiſcopos ſeculares, vel beneficiarios, quò ad fructus beneficii teſtãdi poteſtate carere, niſi Summi Pontificis aſſenſus interueniat, cuius eſt beneficiarios ad teſtamenti factionem habiles reddere. At quò ad patrimonialia, vel quaſi patrimonialia, quamuis ſæcularibus Epiſcopis teſtamentum condere liceat, religioſis tamen etiam Epiſcopali culmine inſignitis, ius hoc non conceditur, niſi Põtificia authoritate hac lege ſoluantur, nihil .n. fit contra votum ſubſtantialiter ſumptum, ſiquidem tanquam adminiſtrator ex Pontificis voluntate diſponit. Quod procedit etiamſi ad cauſas non pias licitas tamen teſtari velit; cum quod ad cauſas pias, vel non pias teſtetur, tantum ex iure poſitiuo deſcendat, ſupra quod Papa ex poteſtate ſua diſpẽſat, *arg. c. propoſuit ext. de conceſſ. Præb.* Et hæc verior, & communior eſt opinio contra *Vaſquez. de reddet. Eccleſ. c. 3. dub. 7. Sãct. de* Apoſtaſ. *c. 6 n. 20.*

Obſeruandum tamẽ eſt primo quod cum religioſus Epiſcopus à Summo Pontifice teſtandi licentiam etiam ad opera pia obtinet, duplex impedimentum explicare tenetur, ut diſpenſatio vera, ac legitima ſit, vnum ſe religioſum, alterum autẽ ſe eſſe Epiſcopũ aperiendo, eo quod duplici hoc obice ad teſtandum affectus ſit. Quod intelligendum eſt in caſu quo talis Epiſcopus de bonis Eccleſiæ intuitu acquiſitis diſponere veller, quia ſi de bonis patrimonialibus, uel propria partis induſtria teſtari ei animus eſſet, ſe eſſe religioſum tantum explicare ſufficeret, quia huic teſtandi facultati nõ Epiſcopalis ſtatus, ſed ſolus religioſus obſtaret, vt per *Sanchez tom 2 de præcep l. 6. c. 6. num. 11. & Barboſam p. 3. de Epiſcopo. Alleg. 114 num. 29.* Vbi ſubdit licentiam tali Epiſcopo ad teſtandum conceſſam concedentis morte etiam re integra non expirare, nec vigore prædictæ facultatis ſemel teſtamento facto, cum poſſit illud reuocare, & nouum toties quoties ſibi placuerit condere ei liceat.

Secũdo ẽt notandũ bona Eccleſiaſticorũ condito teſtamento decedentium ſub ſpolio non cadere, modo legitima teſtandi facultate ſuffulti ſint, quæ tamẽ non ſuffragatur, ſi qui illã obtinẽt non teſtetur, niſi in eadem facultate caueatur, quod etiam ab inteſtato in gradu proximiores ſuccedant, quia tunc contra Apoſtolicum Fiſcũ lata interpretatio facienda eſt. *Nau de ſpol. cler. §. 7. Leo. in Theſ. for. eccleſ p. 3. c. 34. nu. 30. Cherub. ad Bullam. 8.* Pii. 4.

III. SVPPOSITVM.

TErtio ſuppono beneficiatiis ſpolium fieri ſolere, ſunt. n. ſpolia bona à Clerico immediate, vel mediate ex Eccleſiaſticis bonis quęſita, quæ nõ fuerunt ante mortem iuſte impenſa, nec facta iure patrimonialia, nec alii irreuocabiliter quæſita; vel quæ ſunt ex illicita eius negotiatione comparata, eorundemq. beneficiorum fructus debiti, & non exacti idem *Io Franç. Leo. p. 2. for. 1. eccleſ. p. 3. c. 34. Riccius in Suet. Praxi Deciſ. 500. c. 1. Nald. in v. fructus. num. 7. & 20. Molfeſius tr. 7. c. 10. nu. 60.*

Vnde fructus collecti ante mortem beneficiarii, & ei ob ſeruitium debiti, de quibus non diſpoſuit in teſtamento cuius condendi facultatem habebat, vel etiamſi diſpoſuit, teſtãdi tamen ius non habebat, ex uſu, ratione ſpoliorum ad Apoſtolicã (vt dicunt) Cameram pertinent. Idem dicendum quò ad fructus pendẽtes, & etiam quò ad bona ex redditibus, vel fructibus beneficii empta. Sicut etiã ad eandem Cameram eorum bona ipſo facto deuoluntur, quos extra reſidentiam decedere contingat ex *Bulla* Pij 4. *Incip: In ſuprema. Nald. v. reſidere num. 9.* Vbi vero non fit ſpolium vt Bononiæ ex Apoſtolico indulto, omnes docent vt fructus inter hæredes beneficiarii, & ſucceſſorem in beneficio diuidantur. *Cou. l. 1. var. reſol. c. 15. num. 12. Vaſq. c. 2. de redd. eccleſ. §. 1. dub. 6. num. 7. Garzia ſ p. 2. de benef. c. 1. num 8 Quar. in Summa Bull. in v. beneſ. poſſeſſ.* Molfeſ. *l c. Nau. in comment. de ſpol cler. §. 9. Molin. d. diſp. 147. Azor. p. 2. l. 8. c. 1. & ſeq. Vgol. de off. Epiſcopi. c. 13. c. 17 Belletus in Diſq. clerical. p. 1. §. 2. Anneus Robert. l. 4 rerum iud. c. 3.*

Calices autem libri, & ornamenta deputata ad diuinum cultum ſub ſpolio non veniunt, ſed penes Eccleſiam remanent, etiamſi ex patrimonio acquiſita ſint, contra Menoch. *l. 4. conſ* 382. *Genuenſ. in Pract. eccleſ. Tric.* 13 *q.* 363.

IV. SVPPOSITVM.

QVarto ſupponendum eſt, amorem erga cõiunctos ex ſe, & abſolute non eſſe damnãdum, imo ſi debita ratione, congruoq. modo exhibeatur, maxime commendandum. Nam cum in cha-

Digitized by Google

charitate, quæ ſummum inter virtutes locum obtinet, vt etiam infra dicam, ſuus ſit ordo obſeruandus, conſtat Deum in primis, poſt nos met ipſos, inde conſanguineos cæteris paribus præ aliis diligendos eſſe. Vnde *Apoſt. ad Tim. c.* 5. Si quis inquit ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit *Suar. d. 9. de char ſect. 4. num. 4. Anchar. conſ. 436. Bellamera. conſ. 39. Toſch. in v. charitas. concl. 220. & in v. Prælati. conc. 501. Graff. conſ. 5. in celeb. miſſ. Valenz. vel conſ* 98. Vbi variis iuribus, & authoritatibus comprobat, fratrem fratri, conſanguineum conſanguineo obligatum eſſe etiamſi Eccleſiaſtici ſint, nec tamen prout alii neceſſitate premantur. Quod tñ non aliter quàm congrua ratione obſeruata accipiendum eſſe Doctores affirmant. Si .n. ſui ipſius amor non ſolũ turpis eſt, ſed & omnis peccati principium, multo magis damnandus eſt qui affectu in propinquos immoderato fertur, nec debitum in iis diligendis modum adhibet, ita vt propter illos à Dei præceptis quocunq. modo diuertat, & pro illis augendis, vel ditandis, ad ſacrarum ſanctionum violationem impellat, ita ut poſtea in huiuſmodi hominem illud Epimenidis coniiciatur.

Quas hominis congeſſit opes induſtria auari,
Hæredis ſparges prodiga dextra mali.

Et illud *D.* Ambroſij, Sæpe quod auarus ſumma congeſſit ſolicitudine, præcipiti effuſione dilapidat hæres luxurioſus. Et vero nõ abeſſe experimẽtũ docet, quod etiam ille lepide dicebat, multos pauperes ingluuie, multos diuites, & nobiles fame, & multos clericos frigore perire. Cum. n. pauper aliquis in morbum incidit, ſtatim omnes propinqui alius hunc, alius alium cibum congerunt, vnde ille inſolitarum delitiarũ auidus, ita ſe infarcit, vt ſtomacho nimium grauato tandem intereat. Diuites ad euacuandas ſuperfluorum ciborum reliquias eam tenui, ac ſeuera diæta à medicis conſtringuntur, vt debilitatem ita contractam vix vnquam inſtaurare poſſint, vt proinde mortem ſibi accerſant. Clerici qui coniuge, ac liberis carent, cum primũ ægrotare incipiunt, famuli, domeſtici, vicini, cognati, ac ſanguine iuncti, & ueſtem, qua ſe tegunt, & lectum in quo cubant, viuis etiam, ac illis cernentibus auferſit, ita vt frigore aliquãdo mori cogãtur. Et verum eſſe conſtat quod ait *Baron. l. 8. an.* 595. Diaboli arte aliquando fieri vt quos decipere non potuit in Monaſterio, in ſpirituali conſtitutos præfectura, auaritiæ ſibi telis ſubijciat. Conſanguineis idoneis tamen recte beneficia conferuntur, & fundans Capellaniam poteſt conditiones iuri cõſentaneas pro ſuo arbitratu adiicere, prout eſt illa, vt præſentandus ſit de eius genere. Et regulariter Prælatus poteſt bona Eccleſiæ in feudum concedi ſolita conſanguineis dare. *Barſatus. conſ.* 127. *Pariſius. l. 9. de reſignat benef. q.* 17. *nu.* 124. *Menoch. conſ.* 79. *Surdus de aliment tit. 8. prin.* 92. *Azor. p. 2. l 9. c. 2. Barboſa. p. 1. tit.* 11. *gloſ.* 9 *Perez. de Capell. l. 2. c.* 2. Et etiam eis acquirere, vt in caſu regularis Epiſcopi decidit. *Ludouiſius S. poſtea Pontifex Deciſ.* 476. Item conſanguineus Epiſcopi idoneus iuxta ordinem charitatis alteri, æque idoneo, ſed non magis apto præferri debet *Arrag & Salon.* 22. *q. 63. art. 2. Gen. in Man. Paſt. c.* 38. Et vt ait *Molina. tract. 2. de Iuſt. & Iud.* 146. Quando non occurrunt graues aliorum proximorum neceſſitates, ceſſatq. ſcandalum, beneficiarii abſq. lethali culpa reſeruare poſſunt bona omnia ſua patrimonialia, & aliũde quàm ex Eccleſię redditibus acquiſita eaq. oĩa ſuis conſanguineis & diuitibus tribuere, emendo, vel inſtituendo ex illis maioratum; cum communis ſit aſſertio, vt alibi dixi, Epiſcopos, & clericos, qui bona patrimonialia habet, poſſe de beneficiis viuere, & de his pro ſua licita tamen voluntate diſponere &c. *Surdus de alimentis, tit. 9. q.* 12. *Alphonſ. Hoieda de incomp. benef.* 18. *Belleti. in diſq. cler. p. 1. tit. de bonis clar.* §. 1. *Biſfeld. de Iuſt. cler. in ord. ad benef. c.* 13. Cæterum quod eſt deplorandũ per primi parentis peccatum, vſq. adeo naturalis erga propinquos affectus deprauatus eſt, vt niſi rationis fræno, vt dictũ eſt cohibeat, multos eccleſiaſticos, & religioſos in grauiſſima crimina pcipitet. Hinc *D. Iſid. l. 3. ſent. c. 21. nu.* 4. Multi monachorũ inquit, amore parentum non ſolum terrenis curis, ſed etiam forenſibus iurgiis inuoluti fuerunt, & pro ſuorum temporali ſalute, animas ſuas perdiderunt. Notum fuit Palladio malum. cum *hiſt. lauſ. num.* 6. Hæc quoq. eſt vna ſpecies fraudis Diaboli, qui pretextu amoris in cognatos efficit vt auaritia naſcatur; idq. probat lepida narratione de Virgine Deo dicata, quæ auariſſima euaſit, pauperibus viſcera, & manum claudens, vbi ſororis filiam marirandam ſuſcepit. Imo ſi *D. Antonino p. 1. tit. 6. c. 2. §. 2.* fidem vt par eſt habeamus, vſq adeo hic affrenatus amor quem parentalem vocat, præcurrit; vt in idolatriam delabatur. vt proſequitur. *Nigr. in Aſuto. tit de affect. propinq moder.*

Ar hic non omitto quod cum reddita pace, Eccleſia vbiq. bonis afflueret, ex ijs complures, qui ei deni miniſtrabant, pietatem in quęſtum conuertebant, ac tepeſcente in eis ſanctioris vitæ ſtudio, colligendi diuitias tantummodo ardore flagrabant, agrum agro iungẽtes, & domum domi poſteritatis affectu copulantes. Quos *D. Hier. ad Nepot. Epiſt.* 2. ſcribens his verbis ſugillat, Obſecro te nè officiũ clericatus genus antiquæ militiæ putes, i. ne lucra ſeculi in Chriſti quęras militia, nec plus habeas, quàm quando Clericus eſſe cæpiſti. Nõnulli. n. sũt ditiores Monachi, quam fuerunt ſeculares. Et Clerici qui poſſidẽt opes ſub Chriſto paupere, qui ſub lo.

locuplete, & fallaci Diabolo non habuerant. Et ſubdit, Negotiatorem Clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtē fuge. Cum vero ad huiuſmodi negotiatorū potius dicendorum, quàm Clericorum auaritiam compeſcendam, ſegniores eſſent Epiſcopi, legis vindices, & ipſi interdum eodem morbo languerent, merito Summus Pontifex ad vendicandas eiuſmodi ex boniſecclesiæ partas, ac male congeſtas opes, per Prouincias conſueuit mittere Exactores, quos nominant Collectores. De quorū importuna exactione cum multi conquerantur, hos facile vitabūt, & prudenter arte deludent, qui bona Eccleſiæ, quæ ſuperſunt, non congregarint, ſed in pauperes erogarint: habitantes.n. in terra ſalſuginis pauperes. ſ. clamorē non audient Exactoris. ait *Baronius. tom. 5. Ann. Anno Domini* 397. *& Tymp. in ſpec. Epiſc. ſigno.* 14. Non debent Epiſcopi ait *Sot. l.* 10. *de Iuſt. & Iu. q. 4 art.* 4. ob id ſecurius pacare conſcientias ſi in eleemoſynis erogandis remiſſiores ſint, quod vinculo iuſtitiæ (ex multorum ſententia) ad reſtitutionem non teneantur, nam cum etiam præceptum miſericordiæ ſub reatu mortalis criminis obliget, inde ſatis debent exterreri, vt fidem Deo ſuo illæſam ſeruent. Prætérquam quod quamuis lex iuſtitiæ eos ad reſtitutionem non obliget, debent tamen eorum Confeſſarii eis quos pauperum negligentes nouerint, tàm in vita quàm in mortis articulo per modum ſacramentalis ſatisfactionis largiſſimas eleemoſynas imponere. Vt eodem propemodum res recidat, ac ſi ad reſtitutionem tenerentur. Quod autem de Epiſcopis dicitur, id de reliquis etiam ſacerdotibus ſuo gradu intelligendū eſt, ac de iis præſertim, quibus animarum cura incumbit. hæc ille. De qua Epiſcopi, & aliorum eccleſiaſticorum obligatione videndi etiam ſunt. *Bannes: 22. q. 31. art. 6. dub. vlt. Val. tom. 3. diſp. 10. q. 3. puncto. 7. Tol. l. 5. c. 4. Mol tom. 1. tract. 2. diſp.* 242. *Item Ant. Mol. de Inſtit. Sacerd. tr.* 2. *c.* 17. & multi alij. Et nos alibi præſertim. *par.* 12. *tr.* 12. *c.* 4. *q.* 17.

I. ENVNTIATIO.

HIs ſic præiactis dico Primo, Vincentium regularem Epiſcopum à lethali culpa excuſari ſi feria quarta, vetitis à regula cibis veſcatur etiā ſi illa ad mortale peccatum obliget, cum huiuſmodi regulam non ex debito legali, ſed ſolum ex morali dictamine, honeſtate, & decentia obſeruare teneatur, & iam ſupra reſoluimus, religioſum profeſſum, & ad Epiſcopalem dignitatē promotum exceptis ſubſtantialibus votis, à regularibus obſeruātiis exemptum eſſe. *Sanct. de Apoſtaſia c. 7. num.* 18. *& ſeq Barb. de Epiſcopo. par. 2. Alleg.* 114. *& par. 1. tit. 1. c. 4. n. 14. Fagundez. de prac. eccleſ. 4. l. 1. c.* 6.

II. ENVNTIATIO.

SEcundo dico cum vetitis lucris per negotiationem incumbendo, à mortali culpa non eſſe immunem, cum cōtra ſacros Canones clericis, & multo magis Epiſcopis id prohibentes egerit, ſecundū *tit. ne cler. vel Monachi c. negotiatorem. d.* 88. Cuius prohibitionis, vt aliàs obſeruaui, tres potiſſimum rationes afferuntur.

Primo quia eius finis lucrū eſt temporale, quod in ſortem Domini vocati ſpernere debent alimentis, & veſtimentis quibus regantur contenti, præſertim cum Epiſcopis præcipiatur, vt modeſta ſuppellectili, & mēſa, ac frugali victu contenti ſint. *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor.* Idq. eo magis regularibus hæc præceptio conuenit, qui in congrua ſuſtentatione, religioſæ vitæ, quam profeſſi ſunt, rationem habere debent, cum, vt dixi, ex communi ſententiam, religioſi facti Epiſcopi à tribus votis ſubſtantialibus non eximantur, vt proinde mille aurei à *Trid. Conc. ſeſs. 24. c. 13. de refor.* allodiales, ac libere relicti ſufficere debeant &c. *Vaſquez* 12. *q.* 96 *ar. 4. diſp. 165 c. 8. Suar. tom. 2. de relig. l. 6. c. 7. num.* 10. *Sanct. de apoſt. c. 7. num.* 20.

III. ENVNTIATIO.

TErtio quia hæ profanæ, ac ſæculares negotiationes, abſq. peccati labe, & ſcandalo ab Eccleſiaſticis, & maxime ab Epiſcopis, raro exerceri ſolēt: ait ne Sapiens *Eccleſ. c.* 27. Duę ſpecies difficiles, & periculoſę mihi apparuerūt, difficile exuitur negotians à negligentia, & non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorum. Quapropter Chriſtianę religionis ſcriptores mercatores veluti à virtute, & bonis moribus alienos improbant, vt propterea & *Baldus in c. cum cauſam ext. de teſtibus* de ſalute mercatorum deſperare videatur, & *D. Chryſoſt. in c. eyciens diſt* 88. ſcripſerit, nullum Chriſtianum eſſe debere mercatorē, quod nullus mercator Deo placere poſſit, & *Demoſthenes pro Phorm.* dixerit, Eſt autem in mercatu, & inter homines pecuniarū quæſtum facientes eundem induſtrium videri, & probum eſſe ingens miraculum. prout tradit & *Tholoſ. in ſyntag. Iu. p. 3. l. 25. c. 15. Tuſchus. in v. mercator. concl.* 202. Vt etiam dixi in *Comment. de hum. vitæ ſtat. p. 2. c.* 12. Tertia ratio eſt, quia huiuſmodi negotia homines à ſpiritualibus rebus retrahunt, quibus incumbere peculiare eſt clericorū, ac Epiſcoporū munus. iuxta *D. Pauli ſent. ad Cor. 2 in princ.* Nemo militans Deo &c. Et vt ait *D. Petrus apud* D. *Clem. Ep.* 1. Epiſcopum oportet eſſe curis mundialibus immunem, & ſi quę lites ſint componendæ, id per Diaconos, & alios miniſtros eſſe faciendum, De quo etiā in *c. Epiſcopus. d.* 88. *Val. tom. 3. d. 10. q. 3. p. 1, Barthol. de Mart. in Stim. Paſt.*

p. 2.

Digitized by Google

p. 1. c. 7. Lud. Gran. conc. de eff. Paſt. p. 2. req. 10.

Reſolutionis exceptio.

Non prohibetur tamen Epiſcopis, vt in ſuppoſitis diximus, ſi conſanguineos pauperes habeant, quin poſſint illis fructus eccleſiaſticos, qui propriæ ſuſtentationi ſuperſunt, vt pauperibus diſtribuere, quod à *Tridentinis Patribus ſeſſ. 25. de ref. c. 1.* expreſſum fuiſſe conſtat; per ſi ſta n. libe- ralitas, & charitas fide cauſa loco, & tempore cō- mendatur, vt primum operis erga domeſticos fi- dei, & vt proximos ſeminis tui non deſpicias ſi ege re cognoſcas, cum, vt eſt in prouerbio, genu ſit ſura propius. *Mant. de coniect. vlt. volunt. l. 6. tit. 3. nu. 34. & l. 8. tit. 5. num. 18. Sard. de alim. tit. 1. q 93. Menoch. conſ. 321. n. 3. Riccius in Deciſ. Cur. Arch. Neap. Deciſ. 213. Molfeſ. tr. 1. c. 16. & tr. 13. c. 11. nu. 37. Farinac. tom. 1. p. 2. Deciſ. 241. Belleti fol. 528. Taſch. v. Prælati concl. 501. & v. Epiſcopus. concl. 289.* Vbi ait, Epiſcopum ære alieno grauatum, an- tequā eſſet Epūs, ſi ſe obligauit ad ſoluendū credi toribus, vel cōſanguineis, vbi ad pinguiorē fortunā peruenerit, nec in foro cōſcientiæ, nec in foro fori ad ſoluendum de fructibus Epiſcopatus obligatur. Eum ſequitur. *Bellet. in Diſq. cler. p. 1. tit. de cler. debitore §. 3. ait D. Amb. l. 1. off. c. 30.* Sic olim Sum mos Pontifices, Epiſcopos, & alios inſignes Præla- tos feciſſe legimus, quorum exempla multa in vi- tis ſanctorum occurrunt. Sicut è contra nō deſunt alia multa eorum, qui ſui gradus immemores, cum erga propinquos, vulgari quodam more ſe geſſe- rint, & tanquam cæci ſe à coniunctis duci permiſe- rint, fœde lapſi fuerunt, atq. à Deo grauiter correp ti ſunt. *Surius tom. 6 in vita S. Engelberti Archiepi- ſcopi Colonen.* Quare ſicut in ſæcularibus viris poſte ritatis propagandæ ſtudium non reprehenditur, cū illius finis ad Dei gloriam dirigitur, nec ambitio- nis ardore peruertitur, nec auaritiæ ſordibus cor- rumpitur, aut alioquin iis, quod Dei præceptis re- pugnet, non violatur. Sic in Eccleſiaſticis perſonis, qui ad ſpiritualia præcipue conſectanda inſtituti fuerunt, hæc ipſa cupiditas parum illorum muneri conſentanea videtur, cum ſacris literis inſtructi eſ- ſe debeant, vera poſteritatis monumenta ex ſolida virtute, & Cœleſtium meditatione, non ex caduca familiæ, aut conſanguineorum ſucceſſione eſſe ab illis comparanda, iuxta illud Alexandri Papæ lepi- dum dictum, Deus abſtulit nobis filios, ſed Diabo- lus dedit nobis nepotes, vt refert *Perald. ſumma virtutum de auaritia tom. 2. tit. 8. Ludolphus de vi- ta Chriſti ſer. 1. c. 68.* vt et innui *ſup. tr. 1. c. 5. q. 25.* Nec minus hoc ſtatis impuganda eſſet, ſi extaret ali- quorū Eccleſiaſticorū mala conſuetudo, vt ſi quis aliqua beneficia adeptus ita negotium inſtitue- ret, vt ijs mature alteri conſanguineo ſemper reſi- gnatis, de manu in manum transferrentur, nec vn- quam de domo exirent. Quod quidem quid aliud eſſet, quàm quod in ſimili re in vita S. Malach. ait Bernardus in *pſal. 82.* notari, cū dicitur, Hæreditate poſſideamus Sanctuarium Dei. Sic n. res Deo conſecratæ, quę ex merito, & electione tribuendæ eſſent, fiunt fere hereditariæ, atq. perpetuæ, quod quidem eò deterius eſt, cum, vt ſæpe euenit, ad in- dignos, aut certe minus dignos perueniunt. Certū eſt nāq. ſacris ſāctionibus prohibentibus beneficia hæreditaria eſſe non debere, & ob hanc rationem per Apoſtolicam Sedem regreſſus eſſe ſublatos. *c. ad decorem de Inſtitut. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 7.* Sed illis conferenda eſſe, in quibus ætatis maturitas, morum grauitas, & literarum ſcientia refulgent. *c. cum in cunctis ext. de elect.* Vnde etiam dicitur in *c. Moyſes 8. q. 1.* Quod in conferēdis beneficiis de- bet potius attendi vitæ meritum, quàm conſangui- nitatis gradus, ſeu preces, quæ ſimoniam inducūt. *Pal. de Senect. p. 2. nou. abrell. Lud. de Pōte de Chri- ſti hominis perfect. tom. 4. tract. 6. quęſt tract. 7. c. 14. Tympius in ſpec. Epiſc. ſigna 13. Plattus de dignit. Card. c. 24. DD. ſcribentes in Dom. 2. poſt Pent.* vbi Belleus hęc verba ſubiicit, Infamiam Themiſtocles Athenienſiū Dux non paruam ſibi peperit, cum pro concione diceret, Meū vxorem puer regit, vxor me, Athenas ego, ergo Athenas puer meus regit, at longe maiorem infamiā ſibi acceſſit Præſulatur- piuſq. ſacrilegium committit, dum à nepotibus ſe duci patitur, aſſiniumq. commodis cum ſui nota inuigilat, adeo vt non ipſe ſed agnati eccleſiam re- gere videantur, &c.

IV. ENVNTIATIO.

Vartò dico Vincentium abſq. S. Pontificis facultate teſtamentum condendo mortalit peccaſſe, tum laqueum eſſe, nam ex ſuppoſitis, ad ductis per hoc quod à ſtatu religionis in Epiſcopum ſit aſſūptus, à voto paupertatis abſolutus non fuit, nec ſuorum redditutum dominus, ſed tantum ad- miniſtrator conſtitutus eſt, qui ſibi neceſſaria reti- neat, & in opera pia ſuperflua diſtribuat. *Bellet. p. 1. Diſq. cler. §. 2. Plat. l. 2. c. 25. Henriq. l. 10. de ord. c. 33. num. 4.* Vtinam qui ſe ad teſtamentum con- dendum componunt, ait *Con. in c. cum in officijs ext. de teſtam.* examē, & iudicium ſuæ conſcientiæ ſubirent, nec oculos tantum carneos adhiberent, cogitantes, quod nō ſicut videt homo, & Deus vi- debit, quod ſi dubitare inciperent, admitterent ra- tionem

tiocinationem *Cicer. l. 1. off.* dicentis, Bene præcipiunt, qui vetant quidquam agere, quod dubites æquum ſit an iniquum : &c.

V. ENVNTIATIO.

OVinto teſtamentum ab eo conditum inualidum eſſe, & defectu poteſtatis, ac cauſę efficientis, viribus non ſubſiſtere, cum ſupponatur, ſine Pontificio conceſſu factum eſſe. *Authen. ingreſſi. C. de ſacroſ eccleſ. c. 2. de teſtam. c. non dicatis. 12. q. 2. c. cum ad monaſterium. de ſtat. Monach. Azor. p. 1. l. 12. c. 9 q* 10. *Mol. d.* 125. *Zecchius de teſtam. c.* 58. *Leſſius l. 2. c. 19. dub. 4. Ricc. reſol.* 386. *Barb. de Epiſcopo. par. 3. Alleg.* 114. *Sanct. d. c. 7. n* 20. *Marc. Ant. Gennuē. in Pract. Eccleſ. q.* 264. Vbi ait in hoc differre Epiſcopum regularem à ſeculari, quia hic de donatis, vel legatis ſibi à conſanguineis intuitu perſonæ, libere diſponere poteſt, ſed regularis cum paupertatis votum retineat, omnia ſibi donata, vel relicta, Cathedrali eccleſiæ acquirit. Addo in dubio Prælatum præſumi acquiſiuiſſe de bonis eccleſiæ, & ſic illi eam ſuccedere, vt turpis lucri ſuſpicio tollatur, niſi in eo aliqua induſtria, labor, & par ſimonia fuiſſet. *Tuſch. v. vxor. concl.* 394. *num.* 5. *& v. Clericus. concl.* 396. *num.* 43. *Bellettus. p. 1. Diſq. cler. tit. de bonis cler.* §. 4. *&* 5. *Menoch. tom.* 12. *conſ.* 1102. *num.* 33. *& l. 6. præſump.* 28. *Sanchez. l. 7. de præcept. c.* 32. *num.* 62. *& ſeq.* Vbi reſoluit à tempore Pontificiæ confirmationis incipere eccleſiæ acquirere, quia ex tunc & ſi conſecratus non ſit, eſt verus Epiſcopus, & omnia Epiſcopi munia præter ſola characterem Epiſcopalem deſiderantia, obire poteſt.

I. ASSERTIO.

PRimo dico heredes Vincētii, qui ex illo inualido teſtamēto bona ex fructibus beneficij, & illicita negotiatione parta ſibi vindicarunt, tuta cōſcientia illa retinere non poſſe, ſed ad Cameram Apoſtolicam, vel Pontificium Fiſcum ſpectare, ita vt ante condemnatum crimen, vel latam à Iudice ſententiam, in animæ iudicio ipſi Papæ debeantur. *Nau. conſ. 3. de teſtam. Idem Azor. p. 2. l.* 8. *c.* 2. *q.* 3. *contra Vgol. de off. Epiſcopi. p. 1. c.* 13. §. 17. *nu.* 3.

Quā felices Epi, & oēs forēt eccleſiaſtici, ſi collatis in calamitoſos bonis, conſcribendi teſtamenti copia cum D. Auguſtino non ſuppeteret. De eo. n. ſcribit Poſſidius, Teſtamentum nullum fecit, quia vnde faceret pauper Chriſti non habuit. D. Io. Alexandrinum Patriarcham cognomento Eleemoſynarium tradit Metaphraſtes ſic ſuum teſtamentum condidiſſe, Ago tibi gratias Domine Deus meus, quod me dignum cenſueris, qui tua tibi offerrem, & quod ex mundi bonis nihil aliud ſit mihi reliquum, niſi tertia pars nummi, quam ipſā iubeo quoq. dari pauperibus, qui ſunt mihi fratres in Chriſto cui nunc quoq. animam trado, *Gisbert. de vita eccleſ. c.* 22. Quò vero ad beneficia nepotibus, & conſanguineis collata dico poſſe illa retinere, modo iuſto titulo ſint collata, etiamſi forte alij extranei minus idonei, & indigi ſint, & dūmodo plura non poſſideant, quàm Canonicis ſanctionibus permittatur. *Genuenſ. in Man. Paſt. c.* 38. *& in Praxi Cur. Neap. c.* 65.

II. ASSERTIO.

SEcundo dicimus, hunc Epiſcopum, qui blandis verbis, Tiberium teſtatorem induxit, vt legatum mille aureorum, quod Cathedrali Eccleſiæ reliquerat, reuocaret, & propriis nepotibus legaret, contra charitatis, ac iuſtitiæ leges deliquiſſe, ac proinde ad ipſius eccleſiæ, vt dicūt, intereſſe abſq. dubio teneri, vt per *Geſs. in c. quicunq.* 12 *q.* 4 *& Imolam. in c. 2 ext. de peculio Cler.* Ratio eſt qa Prælatos eccleſiæ ſuæ vtilitatem tanquam publicam ſuo vel ſuorum commodo præferre debet, iuxta ea quæ habētur in *c ſcias* 2. *q.* 1. *& in Authen. res quæ C. communia de legatis.* Nam licet regulariter ad reſtitutionem non teneatur qui ſine vi, vel fraude, ſed tantum blandis verbis impediuit, ne quis alteri in teſtamento relinqueret *Nau. c.* 17. *nu.* 7. *Molin. tom. 1. de Iuſt. & Iu. diſp.* 135. *Azor. 3. par l.* 4. *c.* 9. *Salon.* 22 *q* 62. *art.* 2 *contr.* 15. *& alij communiter,* hoc tamen fallit in Prelato, qui ab eccleſia hoc auocauit, ſiquidem facet anulus nouo Epiſcopo traditur, vt S. Eccleſiā ſuā ſponſā intemeratā fide ornet, ac augeat. *Duran. l. 3. diuin. off. c.* 14. *Anchar. conſ.* 186. Imo tanta eſt coniunctio inter Epiſcopum, & Cathedralem eccleſiam, vt legatum Epiſcopo relictum, eccleſię contemplatione factum cenſeatur, maxime ſi ab extraneo homine relinquatur, niſi ipſi teſtator exprimat velle illud tantum eſſe Epiſcopi, non eccleſiæ. *c requiſiſti. ext. de teſtam. Marc. Ant. Gen. in Pract. eccleſ q.* 522. *&* 264. Atq. ſic reſoluūt *Abbas, ac Imola in d. c. 2. de pec. cler. & idem Genuenſis l. c. q.* 285.

Sic in ſimili DD. aſtruunt, Epiſcopum teneri de quarta parte redditū ad fabricam, & ornamenta Cathedralis eccleſiæ. *c. decernimus* 10. *q.* 1. *c. vnic. vbi gloſ. eadem q 3. vbi Archid. Hoſtienſ. & Innocent. in c fin. de his quæ fiunt à maiori parte cap. Beroni conſ. 3. Barbatia. conſ. 26. idem Genuenſ. q.* 248. Quippe vt dixi, Epiſcopus ſuæ eccleſiæ ſpōſus dicitur. Et Cathedralis non ſolum generalis, ſed etiā ſpecialis totius Ciuitatis, ac diœceſis parochia cēſetur, ita vt ſecundum aliquos, ſi Eccleſiæ abſq.

abſq.

alia expreſſione legatum fiat, eccleſiæ Cathedrali factũ intelligatur. *Tuſchus in v. Cathedralis concl. 131. Nicaſius, & alij ſcribentes in §. ſed ius quidem. Inſtit. ciuil. tit. de iure nat. gent. & Ciuil.* Vbi pro ratione allegant illam rationalium philoſophorum poſitionem, quod Analogũ ſtat pro famoſiori ſuo ſignificatu. Sicut cum dicitur Apoſtolus, intelligitur D. Paulus; cum Sapiens effertur, eo nomine Salomon cenſetur; cum philoſophus pronuntiatur, hac voce Ariſtoteles comprehenditur, ac proinde ipſi aiunt ſi abſq. alio adiuncto, ac ſpecificatione, aliquid eccleſiæ relinquatur, eccleſiæ principaliori, vt Metropolitanæ, & Cathedrali, ob excellentiam, legatum eſſe interpræetandum eſt. *Arg. idem Marc. Ant. Genuẽſ. in Pract. eccleſ. q.* 230 quo loci reſoluit, oblationes factas imagini alicuius ſãcti in publico, vel priuato pariete depictæ, non parochiali eccleſiæ, nec ipſius parietis domino, ſed Cathedrali, vel Epiſcopo deberi. Et q. 144. concludit eccleſiam Cathedralem ſiue Epiſcopatum efficere, vt conditio à teſtatore poſita, ſi ſine liberis deceſſerit deficiat, & ſubſtitutum excludat, vt in §. *ſed & hoc preſenti. in Authen. de Sanct. Epiſcopis.*

QVÆSTIO XI.

An Epiſcopus poſſit legata ad pias cauſas commutare in fideicommiſſis, & in voto caſtitatis diſpenſare, ac ſimul declarare vt qui vouit dare 200. puella ſi ingrediatur religionem, det illi etiam ſi ſolum efficiatur Tertiaria.

HAdrianus in teſtamento reliquit, vt ab Henrico filio hærede quędam Capella in ſua eccleſia parochiali conſtrueretur. Et cum velit bona ſua in familia remanere, ea alienari, vel diſtrahi poſſe prohibuit, atq. cauit vt in caſu alienationis hæreditas ipſa ad aliquem locũ pium arbitrio Epiſcopi deuoluatur. Idem Henricus cum factis proclamationibus, eſſet matrimonium contracturus, & iam omnia eſſent ad nuptias celebrandas parata, recordatus eſt, vel ſaltẽ valde dubitat ſe olim caſtitatis votũ emiſiſſe, nã cũ in carcere ob quandã capitalem cauſam iniuſte detineretur, meminit ſi Innocẽs ex eo euaderet, voto Deo ꝓmiſiſſe, ſe 200. Annæ puellæ pauperi daturum, ſi Cœnobium monialium quod ipſa tunc cupiebat ingrederetur, at nunc Tertiara D. Frãciſci effici deſiderat, & in animo habet, nunc hæc à ſuo Epiſcopo petuntur.

Primo an cum plures in dicta eccleſia ſint capellæ, & potius neceſſaria refectione, & reparatione indigeat, integrum ſit Epiſcopo, hoc pium legatum commutare, & pecuniam, quæ in erigenda Capella expendenda erat, in ipſa reficienda æde inſumere.

Secundo an cũ ipſe Henricus hæres habeat naturalem filiam nubilem, Epiſcopus diſpenſare poſſit, vt medietas bonorum, quæ alienari prohibentur, pro ipſa filia dotanda diſtrahantur.

Tertio an vrgenti illa neceſſitate proprij coniugij à ſe ineundi, poſſit idem loci Ordinarius à lege caſtitatis eundem met Henricum ſoluere.

Quarto an tuta conſcientia voto ſatiſfaciat ſi quod vouit dare puellæ ingredienti religionem, eidem etiamſi ſolum efficiatur Tertiaria tribuat.

I. SVPPOSITVM.

REſp. ſupponendum eſt Primo Epiſcopos, & alios Prælatos Summo Pontifice inferiores poſſe in omnibus diſpenſare, quæ ipſi Sũmo Põtifici ſpecialiter non reſeruantur, vt in ieiunijs, cibis prohibitis, feſtis, & huiuſmodi. Imo etiã in Pontificijs Decretis, & in votis ipſi Papæ reſeruatis, cũ dubitatur an res diſpenſatione egeat. vt per *Suar. l. 6. de voto. c. 26. num. 6. Sanchez. l. 1. de precept. c. 10. num. 74. & l. 4. c. 40. num. 26. Salaſ. de leg. tract. 20. ſect. 3. n. 28 Molfeſius. 1 t. c. 15. num. 140.* quidquid dixerit *Bonac. de leg. d. 1. q. 2. p. 1. nu. 18.* Siquidem pro bono ſui muneris regimine, & pro animarum ſalute, quæ ſibi à Deo, & eius in terris vicem gerenti commiſſæ ſunt, omnia quæ in tota Catholica Eccleſia Summus Pontifex exercere poteſt, in ſuis diœceſibus niſi reſeructur, & ipſi obire poſſunt. Actus n. clauium in Epiſcopis ad triplex Apoſtolicum officium reducuntur, quale B. Petrum Apoſtolum, & Papam, ſed cum pleniori regiminis iuriſdictione à Deo habuiſſe legimus. Primo circa fidẽ, & prædicationem, quandoquidẽ Epiſcopi in cauſis, & cõtrouerſijs fidei, & morum, in concilijs legitime coactis Iudices eſſe ſolent. Ipſi prædicationi ex officio vacant, & alios viros idoneos in prædicatores inſtituunt; pro bono animarum regimine ſtatuta condunt. Et licet aliquem ſanctorum numero aſcribere non valeant, cum hoc ad S. Pontificem ſpectet, quò tamẽ ad ab eo aſcriptos, diuina officia in propria etiã Eccleſia decernũt &c. *Abb. & alij in c. 1. de reliq. & vener. ſanct. Tuſch. v. Canonizatio. concl. 41. l. 3. Azor p. 2. l. 5. c. 6 q. 1. Facundez. de precept. Eccl. p. 1. l. 1. c. 3. & 4.* Secundo circa morum leges, cõſtitutiones, Indulgentias, feſtorũ dierũ &c abſq. cleri, & populi conſenſu inſtitutionẽ, cẽſuras, diſpenſationes in legibus, aut alia impedimenta. Hinc in iure Canonico Epũs diſpenſare põt, quoties in eo diſpẽſari ꝑmittit, vel per hęc verba abſolute loquitur, puta niſi cum eo diſpẽſetur, non explicans à quo; eo n. caſu ei diſpenſandi facultas cõceſſa cenſetur, dummodo ex cauſa euidenti, & neceſſaria hoc fiat. *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de ref. c. 18. Rebuffus in ſua Praxi. benef. tit. diſpenſatio ad plura*

be.

beneficia. Tertio vt nouas Eccleſias, ſeu noua beneficia aut vniat, aut conferat, diuidat, ac vt aiunt, diſmembret, modo ſolemnitates à iure requiſitæ interueniant. *Marc. Ant. Gen in Praxi Neap. c. 75. & Garzias infra citatu. Tuſch. v. Epiſcopus. concl.* 172. Et quod Epiſcopus v. g. iuſtis ex cauſis Eccleſię patronatæ ſtatum mutare poſſit erigendo illam in collegiatam etiam innuito patrono, & ſua diæceſis beneficia, vel Eccleſias unire, & diuidere, tenet, *Menoch. conſ.* 597. *& idem Tuſch. in v. Epiſcop. concl.* 268. *Garzia ſ. p. 12. c. 2. & 3. Nald. v. Epiſcop. n. 26. Moneta de comm. ult. uolũt. c. 12. q. 6.* Quo fit etiam vt in omnibus votis diſpenſare Epiſcopus valeat, quæ S. Pontifici non reſeruantur, excepto. ſ. voto religionis, caſtitatis perpetuæ, peregrinationis Romanę ad limina Apoſtolorum, Hieroſolamytanæ, & Compoſtellanæ. Imo in voto caſtitatis diſpenſare etiam ei conceditur, quando magnum incontinentiæ periculum vrgeret, nec Papā ratione impotētię. vel paupertatis qs conſulere poteſt, aut quia ingens ſcandalum, vel diſcrimen immineret; ea ratione quod licet hoc Summo Pontifici reſeruatum ſit, non tamen eius mens eſt quominus Ordinariis iuſta, & rationabili exiſtente cauſa diſpenſare liceat, & ſpiritualibus ſuarum ouium neceſſitatibus ſubuenire. Quod multo magis procedit, quãdo de validitate alicuius voti Sedi Apoſtolicæ reſeruati dubium eſſet, licet. n. dubitatio ſit talis vt vouentem ab obligatione voti non excuſet, adhuc tamen Epiſcopus in tali voto diſpenſare valet, ſiquidem cum diſpenſationis reſeruatio ſit odioſa, & reſtringēda. vtiq. in veris votis nulla ambiguitate laborantibus intelligi debet. Quandoquidem cum Epiſcoporum munus ſit in generali à Chriſto inſtitutum, Papa cenſetur Epiſcopis illam iuriſdictionem in vtroq. foro relinquere, quæ neceſſaria ſit vt tanquam ordinarius Paſtor bene & commode ſuæ diæceſis oues gubernet. Hinc videmus in caſibus frequentibus Epiſcopum in alijs Pontificiis legibus diſpenſare, vt in ieiunijs, & feſtis, impeditos à caſibus Papæ etiam non occultis abſoluere, pro incertis componere; vltimas teſtatorum voluntates ex cauſa commutare. etc. *Suarez. l. 6. de voto. c. 26. num. 6. Sanchez. l. 4. c. 40. num.* 26. *Molfeſ tract. 11. c. 15. num. 137. & 140. Henriq. l. 10. de ſacr. ord. c. 35. Sa. in v. Epiſcopus, & in v. diſpenſatio. Vgol. de off.* Epiſcopi. *p. 2. c.* 57.

II. SVPPOSITVM.

SEcundo præmittendum eſt poſt mortem corporalem, dari quadam loca ad quæ animæ ipſæ ſeparatæ recipiuntur, & cõmuniter à DD. quatuor ponuntur. ſ. Cœlum, Infernus, Lymbus puerorum, & Purgatorium. Et huius poſitionis ratio eſt quia anima quatuor modis à corpore decedit, vel ſine omni reatu culpæ, & pœnæ; & tunc eius receptaculum Cœlum eſt, vel cum actuali, ac mortali culpa migrat, & eius locus eſt Infernus; vel cum originali peccato; & in puerorum Lymbum recipitur; vel 4. loco cũ veniali noxa, ſeu etiã reatu pœnę actualis lethiferæ remiſſi. & ei purgatorius carcer aſſignatur. In quo duplex pœna infligitur, vna damni quatenus ibi animæ exiſtentes à diuina viſione retardantur, altera ſenſus, ob quam ipſæ animæ à vindice igne torquentur; quæ quidem pœna licet eterna non ſit, omnem tamen præſentem cruciatum ſuperat. *c. qui in aliud. d. 25, Coninch. de Purgatorio. d. 11. num.* 24. Ab his autem pœnis animæ duobus modis liberari poſſunt; vno modo per ſatisfactionem, vbi. n. temporalem pœnam per diuinam iuſtitiam eis indictam ſuſtinuerunt, ad Cœlum euolãt. Alio modo ante præſcriptum tempus ab illo carcere eximuntur, per viuorum Chriſti fideliũ ſuffragia, videlicet oblationibus ſacerdotũ, precibus ſanctorum, amicorum eleemoſynis, & bonorum ieiuniis, & indulgentiarum ope. *c. quatuor, vbi Turre Crem. 11 q. 3. vt dixi ſup. tract. 3. c. 7. q.* 64. Horum autem defunctorum in Purgatorio exiſtentium curam certum eſt ad Epiſcopum ſpectare, vt prædictis viuorum ſuffragijs ſubleuentur, pia legata ſoluantur, & Teſtatorum voluntates quàm citius fieri poteſt, executioni mandẽtur &c. *Marc. Ant. Genuenſ. in Man. Paſt. c. 72. & ſeq. & c.* 94. Vnde etiam.

III. SVPPOSITVM.

TErtio præmittendum à nobis eſt, Epiſcopos tanquam Sedis Apoſtolicę Delegatos in caſibus à iure conceſſis, omnium piarum diſpoſitionũ, tàm in vltima volũtate, quàm inter uiuos Executores eſſe, adeo vt teſtator prohibere non poſſit ne Epiſcopus circa executionem eorum, quæ ad pias cauſas relinquantur, ſe intromittat. Dicitur. n. pauperum, & piorum locorum pater, & hac ratione ea viſitat, vt fructus ad alimoniam pauperũ relicti in eum vſum conuertantur. *Caſar Argelus de acq. poſſeſ. q. 15. art. 1. Clem. quia contingit. tit. de relig. domib. c. vltima voluntas. 13. q. 2. c. nos quidem ext. de teſtam.* Conc. *Trid. ſeſſ. 22. de ref. c.* 8. *Marta de Iuriſd. p. 4. caſu.* 88. *Anch. conſ.* 129. Vt proinde mortaliter peccet Epiſcopus, qui non curat, vt deſtinata à fidelibus ad certos pios vſus, pro illis deſeruiant, & non in alios impendantur. Sicut etiam à graui culpa non excuſatur, ſi negligit vt miſſæ à defunctis relictę celebrentur; in Purgatorio. n. igne cruciatæ clamant, & præſertim contra ſacerdotes querelas fundũt, Miſeremini mei. miſeremini mei. Quare carnibus meis ſaturamini? i. eccleſiarũ red

di-

ditibus, quos noſtris laboribus, & ſudoribus acquiſiuimus, & uobis donauimus; ſi quidem illi qui oblationes fidelium defraudant, necatores pauperũ, infideles, fures, & ſacrilegi dicuntur. *c. qui oblationes. 13. q. 2. Henriq. l. 10. de ſacr. ord. c. 35. num. 6. Gen. in Man. Paſt. c. 72. & ſeq.* Porro quanta ſit neceſſitas, qua animæ in Purgatorio exiſtentes, premuntur, nullus pius, & fidelis eſt, qui ignoret, cum vt dixi, omnem pœnam excedere dicatur, quam vnquamquis in hac vita paſſus eſt, vt propterea vnuſquiſq; ad cogitãdum excitari poſſit, quàm digna ſit Chriſtiano viro charitas illa, ac iuſtitia, qua remedijs, à pia matre eccleſia inſtitutis, huiuſmodi intolerabilibus pœnis ſuos filios iuuare, & quaſi aquam eorum incendijs, qua recreentur, ſuper infundere docemur *& c. c. qui in aliud diſt. 25. D. Anton. 4 p. tit. 14. c. 10. §. 4. Holchot. ſuper ſap. lect. 43. Benzonius de Iubileo l. 5. c. 13. Corrad. in reſponſ. caſ. conſc. q. 189.*

IV. SVPPOSITVM.

QVarto ſupponendum eſt ex *Baldo conſ. 20. l. 2. & Menoch. l. 2. de arbit. Iud. cent. 2. caſu 182.* triplicem eſſe neceſſitatem, nempe fatalem, naturalem, & legalem. Fatalis (ſic Iuriſtarum more loqui nunc liceat, abſit. n. à fidelibus, vt fatum eſſe aliquod dicant, cum vitã hominis ſolus Deus conditor adminiſtret) eſt illa, quæ caſu euenit, ut cum quis in latrones incidit, & ſpoliatur, hæc. n. à fato, & caſu fortuito euenit, qui humano conſilio præuideri non poteſt. Naturalis eſt quæ à natura prouenit, ut edere bibere, indui, habitare & c. Hinc et reſoluunt DD. locatorẽ poſſe expellere conductorem, uel dum ante conductione, ſi poſt contractum urgens, & uera neceſſitas ob propriam habitationem ſuperueniat. *Riccius de communi teſtans in Deciſ. Cur. Neap. p. 2. Deciſ. 117.* Tertia neceſſitas dicitur legalis, quę à legis diſpoſitione dimanat, ut cum iura iubent, patrem filiam ſuam dotare etiãſi filia ſit diues, nam & ſi patens filiæ diuiti alimenta præſtare non teneatur, iure tamen diſponente dotem tradere cogitur, Quę diſpoſitio procedit etiãſi inuito patre, vel indigno nubat, multo magis ſi monaſterium ingredi velit, vt ex communi aſſerit. *Bonac. de Praecep. d. 6. q. 1. p. 6. §. 2. num. 1.* Atq hæ tres neceſſitatis ſpecies licitum efficiunt, quod aliàs illicitum eſſet; ſiquidem neceſſitas ipſa legi non ſubiecta, legem facere dicitur. *c. ſi quis. extra de furtis. l. qua propter. ff. de reg. iu.* Hinc vrgente fame, & corporis nuditate impellente furari licet. Propter captiuorum redemptionem, & filiarum dotationem, imo ob mariti à carceribus liberationem dotalẽ fundũ alienare fas eſt, nã res alias alienari prohibitę ob eã diſtrahi poſſunt, cũ reipub. inter ſit filias eſſe dotatas. *Authen. res quæ. C. communia de legatis. l. 1. vbi Bart. Paul. de Caſtro. & Iaſon. ff. ſoluto mat. Graffius l. 2. Deciſ. c. 94. Surd. Deciſ. 86. Tuſch. v. neceſſitas. concl. 19. Mar. Anton. l. 1. var. reſol. caſu 44 & alii cõmuniter praeſertim Menoch. de Arbit. Iud. caſu 182. Genuenſ. in Pract. eccleſ. T rì. [?] ſec. 18. q. 118.* Vbi reſoluit clerico pauperi propria etiam culpa carcere incluſo quotidianas diſtributiones deberi. Hinc & *Polid. Ripa in ſingul. obſeruat. obſer. 215.* reſoluit. Immunitatem ex iure 12. liberorum conceſſam. ſi filij ſuperſtites fuerint, & bona communia perſeuerent, (niſi municipalis lex obſtet) per neceſſariam diuiſionem non euaneſcere, vt pote per aſſignationem partis bonorum in ſororis dotem, quia hæc eſſet neceſſaria legis alienatio. De qua filiorũ immunitate agit. *Roland. à Valle. vol. 2. conſ. 52. Burſat. vol. 2. conſ. 161. Menoch. vol. 5. conſ. 486, Theſ. Deciſ. 267. Idem Surdus deciſ. 123. & alii.*

I. ASSERTIO.

HIs attentis dico, Epiſcopum ob cauſam, quæ ſibi iuſta videatur, poſſe illud legatum piũ ad extruendam capellam relictum, in alium pium vſum nempe, ad reficiendam, & inſtaurandam Eccleſiam commutare, maxime quando hęredũ conſenſus accedit. Veluti poteſt ex cauſa cum conſenſu hæredis diſpenſare, vt beneficium detur omnia à fundatore requiſita non habenti. Item cum conſenſu patroni aliquid in inſtitutione beneficii mutare. Sicut etiam ſi teſtator generaliter, & abſolute mandet eleemoſynam pro anima ſua erogari, quãtitatem aliquam non exprimendo, legatum iſtud valet licet quantitas illa incerta ab executoribus teſtamenti declaranda ſit. Vt pariter viribus ſubſiſtit relictum illud factum pauperibus ad domum teſtatoris concurrentibus (quidquid ſit de vſu quo Commiſſarii deputati fabricæ S. Petri de Vrbe hæc, & ſimilia legata tanquam incerta in ſtatu eccleſiaſtico aſcribũt, (Nihilominus ex iuſta, & rationabili cauſa in aliquod aliud opus hæc commutare Epiſcopo aliquando integrum eſt. Sicuti etiam ei fas eſt iuſta ſubſiſtente cauſa fructus vnius capellæ applicare fabricę eccleſię principalis in qua ſita eſt, ſecus ſi eſt iuri patronatus ſubiecta, niſi ipſius patroni conſenſus accedat. *Giouagnon. l. 1. reſpon. 34.* (At contra reſoluit. *Nau. conſ. 15. de reb. eccl. non alien.* nõ licere Epõ fructus fabricæ vnius eccleſiæ aſſignari alteri *arg. l. id quod noſtrũ ff. de reg. iu. Arg. Leo. de poteſt confeſſ. temp. Iub. par. 2. q. 14. ſect. 6. n. 179.*) Rõ vero aſſertionis eſt, primo quia hęc cõmutatio circa fauorabilẽ materiã verſat, vt q̃ in vtilitatem animæ defuncti redundat, ac proinde teſtatoris mens late eſt interpretanda. Vnde poteſt

ab Epiſcopo veriſimiliter præſumi, quod defunctus ſi cauſam commutationis ſciuiſſet, nequaquam contradixiſſet. Secundo quia, vt in ſuppoſitis dixi Epiſcopi ſunt piarum diſpoſitionum executores; ideò hoc legitum, quod defunctus in animæ ſuæ redemptionem reliquit, ſi magis vel ex æquo proficere Epiſcopus videbit, poterit in alium vſum conuertere &c. Imo cum commutandi, vel diſpenſandi cauſa ſubeſt, videtur Epiſcopus peccare, ſi cum poſſit, non diſpenſet, quamuis ſubditi ius petendi, non niſi deprecatiue habeant. *Syl, in v. diſpenſatio num. 3. Riccius in Praxi var. reſol. reſolut.* 125. Hinc poſt Bald. dixit. *Barbat. l. 1 conſ. 23. & Giouagnon d. l. 1 conſ. 34. num* 20. quod alteratio, vel commutatio eſt quadruplex, neceſſaria, vtilis, tolerabilis, & temeraria. Prima conceditur Epiſcopo cauſa cognita. Secunda & Tertia ſoli Papæ competit. Quarta nemini permittitur. Et hæc eſt recepta nunc Doctorum ſententia. *Io. And. cũ multis aliis in clem. 2. de rel. dom. D. Ant. 3. p. tit. 11. c. 2. §. 7. Syl in v. legatum 4. q. 12. Beia. p. 4. reſponſ. caſu. 22. Bertach. de* Epiſcopo *l. 4. p. 4. q. 31 Tuſchus litera L. concl. 114 Graffius. l. 3. de teſtam. conſ. 2. & de Arbit.* Confeſs. *c 69. Gen. in Man.* Paſt. *c. 23. & ſi contra ſentiat in* Pract. *Eccleſ. Tricen 8. q.* 214. *Rota Rom. in nouiſſimis. l. 3. Deciſ.* 1122. *Idem Riccius in ſua* Praxi *Deciſ.* 576. Molfeſ. *tr. 13. c. 5. reſp. 16.* Perez. *de Anniuerſ & Capell. l. 1. c* 14. Mar. *Anton. l. 1. var. reſol. reſol. 112. caſu* 40. *& in Deciſ. Cur. Neap. Deciſ* 125. *Sa. in v. beneficium. num. 37, Comit. l. 7. reſp. q. 9.* Molina *tom. 1. tract. 2. d. 249. Vaſquez. de teſtam. c. 8. §. 8. dub. 3. num. 104. Bonac. d. 3. q. vlt. p. vlt. num. 33.* Moneta *de commut. vlt. volunt. c. 5. q. 11.* Atq; idem de Vicario Epiſcopi generali ſtatuendum eſt, vt. ſ. ei hæc præfata diſpenſandi facultas cõpetat, præſertim ſi Epiſcopi copia haberi nequeat, quãdoquidem quoties in aliquo Decreto Epiſcopi, vel Ordinarii fit mentio, niſi ſubiecta materia aliud expoſcat, non tantum Epiſcopus ſed etiam omnes ordinaria iuriſdictione fungẽtes intelliguntur. Idemq; dicẽdum de Vicario Epiſcopi Sede vacante, Ordinarius. n. & ipſe dicitur, cum eadem poteſtate qua Epiſcopus potiatur. Vnde & monitoria, vt dicunt, decernit, matrimoniales denũtiationes remittit, & multa alia Epiſcopalia munera, niſi expreſſe prohibeatur, præſtat. Quò fit vt Epiſcopo excommunicato vitando, vel ſuſpenſo vel interdicto, Vicarius generalis iuriſdictionem quam ab Epiſcopo habet antequam in cauſuras incideret exercere nõ poſſit, q̃a eſt vnũ tribunal Vicarij generalis, & Epiſcopi, nec à Vicario ad Epiſcopum datur appellatio *c. Romana. de appellat. l. 6. c. 1. de officio Vicarij. l. 6. Sbroz. de officio Vicarii l. 2. c. 171. Mon. l. c. c. 5. Sanchez. l. 3. de mat. d. 29. & ſeq. Lazar. de monit. ſect. 1. q. 6. Tuſch. v.* Vicarius. *concl. 154. & dixi in comment. de ſtat. p. 1. c. 7.*

II. ASSERTIO.

SEcundo dico ipſum Adrianum legali neceſſitate cogente ſi non habet alia bona, quibus filiæ ſuæ naturali dotem conſtituere poſſit, poſſe partem illorum bonorum, quę fideicommiſſo ſubiecta ſunt alienare, ſi Epiſcopus conſenſum præſtet, quẽ vt pote iuſtitiæ, & æquitatis cultor præſtare debet. *Menoch. de arbit. Iud. l. 2. cẽt. 2. caſu.* 182. *& de Præſumpt. l. 4. Præſumpt.* 189. *Mar. Ant. l. c.*

III. ASSERTIO.

TErtio dico poſſe Epm̃ in voto caſtitatis, q̃ Adrianus dubitat aliàs à ſe in pueritia emiſſum, diſpenſare, tùm quia periculum eſt in mora, & ſcandalũ imminere poteſt, nec facile adiri Pontifex valet, tùm quia de eodem voto non certus, ſed dubius eſt, & ex probabili multorum ſententia, in hoc caſu melior eſt conditio propriam libertatem poſſidẽtis, E in dubio an res diſpenſatione egeat, poteſt Epiſcopus declarare nõ egere, vel ad cautelam diſpenſare. *Sa. in v. diſpenſatio. n. 1. Molfeſ tract. 11. c. 15. num. 140. Sanchez. l. 4. de precept. c. 40. num. 26. vt dixi ſup. c. 6. q. 9.* Addunt aliqui Epiſcopum poſſe vrgente neceſſitate cum aliquo diſpenſare quoties etiam poteſt Papam per literas certiorem facere, & inopię partium quibus cum eſt diſpenſandum ſuis pecuniis, ac redditibus occurrere, nullo. n. iure probari Epiſcopum teneri redditus ſuos in impetrandis diſpenſationibus inſumere, præſertim cũ illos in vtilioribus operibus, vel ęque pijs impẽdere ei liceat, aiuntq; hanc eſſe praxim, & communem DD. ſententiam. *Salaſ de legib. d. 20. ſect. 3. num. 27. & Sanchez. l. 4. de precep. c. 40. nu. 39. contra Bonac. de legib. d. 1. q. 2. p. 1. n. 19 & Vaſq. 12. d. 178. num. 16. c.* 2. Qui tamen probabilius ſentiunt, Epiſcopum teneri Papam admonere, & cum pater pauperum dicatur, eorum inopiam quibuscum diſpenſandum eſt ſi poteſt supplere &c.

IV. ASSERTIO.

QVarto illud nobis reſoluẽdum videtur, Henricum qui è carcere liberatus eſt, & innocentiam ſuam ob illam criminalem cauſam palam fecit, poſſe cum Adriani Epiſcopi authoritate 200. quæ Annæ puellæ, vt religionem ingrederetur, voto promiſit, tuta conſcientia ei dare etiamſi ſolum Tertiaria D. Franciſci fiat. Siquidem tales fœminę ſi votũ caſtitatis emittãt, in cõi viuãt, & habitũ geſtent, religioſæ dicuntur. *Craſſus de effect, Cler. in Prælud. n. 405. & Riccius. 2. par. Deciſ.* Cur. Neap.

Deciſ.88. Turre Crem. in c. de viduis 27. q. 1. Graf. ſiue l. 2. Deciſ. c. 49. num. 26. Sicuti etiam in ſimili reſoluimus. *in 2. par tract. 9. c. xi. q. 35.* Puellæ duo mille aureis dotatæ, quã nubere poſſet, eos ei deberi, ſi in congregatione Vrſulinarum in ſtatu virginali viuere velit.

Ex qua reſolutione illud pariter infert ſatis probabiliter dici poſſe, illa ducentum Annæ puellæ deberi, etiamſi nondum Congregationem Sororũ tertij Ordinis D. Franciſci intrauerit, ſed ad ingreſſum ſe præpararet. Quemadmodum etiam in re ſimili decidunt DD, quod ſi alicui mulieri ſit legatum cum conditione relictum, ſi nupſerit, non poterit legatum petere antequam conditio adimpleatur, & matrimonium per verba de præſenti contrahat. Si vero ſub modo ſit relictum, videlicet lego 200. Annæ, vt matrimonium ineat, ſi iſta mulier eſt in ſtatu nubendi, poteſt ſtatim legatum petere cautione præſtita vt ſi non nupſerit illud reſtituat &c. vt de cõmuni teſtatur *Spinus in ſpec. teſtam. gloſ. 20. num. 18.* De qua re videatur etiam *Con. c. 3. de teſtam. & Tuſch. v. legatum concl. 102.*

CAPVT VI.

QVÆSTIO XII.

An peccauerit Epiſcopus qui bonorum incertorum reſtitutionem, & leuia quædam crimina reſeruauit. Et an præcipere potuerit, vt audientes aliquẽ blaſphemare ſtatim ad eum ſub pæna excommunicationis deferre teneantur. Et ne quis nemine excepto ad monialium etiam exemptarum monaſteria ſine eius facultate accederet. At cũ ipſe ad elegendam Abbatiſſam cum multo comitatu ingreſſus eſt monaſteriũ, & decreuit, vt quãdã monialis incorrigibilis eijceretur, an hoc facere potuerit. Et an item culpabilem ſe reddiderit, cum Indulgentiam per modum Iubilei inconſulto capitulo publicari fuit prohibendo ne quis eo tempore, à caſibus ſibi reſeruatis abſoluere valeat. Et num interdicere ei licuerit, ne quis confeſſarius, ſiue ſecularis, ſiue regularis, confeſſionis intuitu, in loco ad expiendas confeſſiones deſtinata aliquid à pænitentibus accipere poſſit.

INter multos caſus, quos Matthias Epiſcopus ſibi vno tantum viro aſſeſſore in conſilium adhibito in ſynodalibus Decretis reſeruauit, eſt incertorum bonorum reſtitutio, turpiloquium, & turpium obſcœnorumq. librorum lectio, variatio ſitus in coniugali copula, & qlibet blaſphemia. In qb. & præcepit tàm maribus, quàm fœminis, ipſã blaſphemiã audientibus, vel aliquam de ea notitiam habentibus, vt eodem vel ſequenti die, quo id nouerit, coram eodem, vel eius Vicario blaſphemantem reuelent, idq. ſub pœna excommunicationis ipſo iure incurrendæ, & ſibi reſeruatæ.

Secundo cum eadem pœna prohibuit ne quis nemine excepto, ad moniales ẽt exẽptas, vel quouiſcũq. op⁹ eſſet, ſine eius licẽtia accederet, & ipſe poſtea multis comitat⁹ ad electionẽ Abbatiſſæ monaſteriũ ingreſſus eſt, & ibi etiam decreuit, vt quædam monialis diſcola ex monaſterio eijceretur. Quoddam Iubileum inconſulto capitulo publicari fecit, ac prohibuit ne quis à caſibus ſibi reſeruatis eo Iubileo durante, ſine eius facultate abſoluere valeat. Tandem ſub pena ſuſpenſionis ab audientia confeſſionis inhibuit ne vllus Confeſſarius etiam regularis aliquid intuitu confeſſionis, in loco ad excipiendas confeſſiones deſtinato à penitẽribus accipiat. Quæritur an hæc decernendo prudenter, ac laudabiliter fecerit.

Prænotiones, & præuiæ inſpectiones.

I. SVPPOSITVM.

REſp. Suppono Primo Epiſcopum vigilare debere circa ſtatuta, quæ condit, vt diſcrete, & maturo conſilio procedat, & nil niſi ſuper neceſſariis ſtatuat, nec contemptibiles ordinationes faciat, vel quibus animæ illaqueantur, nam qui nimis emungit elicit ſanguinem *c. denique. diſt. 4.* Et vt ait *Plato l. 5. de legibus.* Peius eſſe videtur in cõſtituendis legibus errare, quàm hominem interficere, eo quod huiuſmodi error per multum tempus complures necat, ac tàm animo, quàm corpori officit. Quare Conſtitutionum, ac legum Prima conditio eſt, vt propter publicum commodum inſtituantur, ac proinde ea ſtatuantur, quæ ad rectã gubernandi rationem ſpectant, & quæ ad continẽdum, & augendũ in fide, & religione, ac bonis moribus clerum, & populum pertinent. *c. vt animarũ de Cõſtit. in 6. Azor. p. 2. l. 3. c. 47. q. vlt. Marc. Ant. Genu. in Man. Paſt. c. 81. Zabarella conſ. 130. Tuſch. v. Epiſcopus. concl. 251.* Vbi etiam dicunt hæc Epiſcopi ſtatuta, prout etiam ſynodales Conſtitutiones perpetuo durare, nec Conditoris morte expirare. Secundo illa ſtatuta Epiſcopus cum conſilio capituli facere tenetur. Siquidem ſuper ſtatu Eccleſiæ Epiſcopus ſine Canonicorum, & Aſſeſſorũ suorum conſenſu, & decernere nequit, & ſi conſilium illud poſtea ſequi non cogatur. *Silueſt. v. conſilium Piaſecius in Praxi, Epiſcopali. p. 2. c. 2. num. 8. Barboſa de Epiſcopo p. 3. Alleg. 93. num. 25.* Tertio de re graui, & ad lethale culpam obligante regulariter leges ferri debent, cum rectę rationi repugnet, vt humana lex ad mortale peccatum pro quacunq. re leui hominem obliget, niſi aliqua circumſtantia, rei illi adiuncta aliud ſuadeat. *Sayrus l. 3.*

el.reg.c.7.num.14.& Genuen.l.c.4. leges paucæ,eſſe debent,quò.n.plures iubent,eò maior litium copia ex illarum interpretatione orientium. Et vbi multæ ſunt leges,male conſtitutæ reipub.argumẽtum eſt;ita vt Archeſilaus dixerit,earum multitudinem non aliter ægræ Ciuitatis indiciũ eſſe, atq. multi medici multos morbos in vrbe graſſari arguere ſolent. Quinto perſpicuas,non obſcuras,nec ambigue ſcriptas eſſe oportet,aliàs variæ interpretationes,infinitæ controuerſiæ, errores,ac ſcandala inde proficiſcũtur. Sexto de his quæ fieri poſſunt eas eſſe conuenit, quia impoſſibilia non obligant, nec ex quacũq. generali diſpoſitione iuſſa, vel præcepta cenſentur,& ſiue à natura,ſiue à iure,vel etiã ab aliqua alia re de facto hæc impoſſibilitas proueniat,nunquam ob præceptum impoſita pęna incurritur. Et vt Doctores notant in *l.ſi familia.ff.fam.hercis.* Impoſſibile,& difficile parum diſtant. *Rom.conſ.*410. Septimo conſuetudini,moribus,locis,temporibus,& perſonis cõuenire debent.*c. erit autem lex.diſt.*4.quandoquidem leges, & conſtitutiones tunc inſtituuntur,cum promulgantur,tũc confirmantur, cum moribus vtentium approbantur,& tunc abrogantur,cum moribus non vtentiũ, minime ſeruantur; idem *Rom.conſ.* 512. *Tuſch.v.leges.concl.*257.

II. SVPPOSITVM.

SEcundo ſuppono Epiſcopum vi iuriſdictionis fori conſcientiæ,peccatorum quorundam abſolutionem reſeruare ſibi poſſe. Cũ .n. facilitas veniæ delinquendì incentiuũ tribuat,optima fuit ratione inſtitutum, & Sanctorum Patrum authoritate confirmatum,vt Epiſcopi quorundam atrociorum,ac grauiorum criminum liberationem reſeruent,& ab aliorum iuriſdictione ſubtrahãt, quò peccatores id animaduertẽres, ab ipſis auocentur, cum uideant à quouis ſimplici,& ordinario ſacerdore abſólui non poſſe, verum à maioribus *Eccle*ſiæ Pręſidibus quorum vultus pertimeſcant, obiurgationes formident, & quorum præſentia erubeſcant,vt colligitur ex *Synodo Trid.ſeſſ.*14.*de pęnit.c.*7.*Filiuccius tr.*7.*c.*10.*& tr* 15.*c.* 10. *itẽ Zypaus. de iure Pontificio.tit.de pęnit.& remiſſ.*

Quæ quidem ẽt caſuũ reſeruatio afficit pecatũ antequã reſeruaretur admiſſum;neq.obſtat,quod in excommunicatione ſecus ſit quę eũ non ligat qui delictum ante perpetrauerat,ſiquidem communiter dicitur, in excommunicationis cenſura contumaciam attendi debere, quæ in præterito crimine non adeſt; at in reſeruatione ipſum delictum perpenditur, & eius intuitu confeſſario facultas adimitur, ſeu potius iuriſdictio reſtringitur &c. *Nald. in v.caſus.nu.*7. *Flor.de caſ.reſer. p.*1. *c.*3.*nu.*28.

Vnde grauia , & atrocia tantum peccata reſeruationi ſubijci debent,quæ quidem grauitas conſideratur Primo habita ratione ad eum qui offenditur.ſ.ad eius dignitatem,& ſic blaſphemia reſeruari poterit,quoniam immediate contra Deum , & ſanctos tẽdit. Secundo habetur etiam reſpectus ad detrimentum,& damnum quod infertur, cuiuſmodi eſt homicidium , vel mutilatio. Tertio ad tranſgreſſionem diuinarum legum,quę ſæpius,ac grauius violantur,cuiuſmodi ſunt peccata fœdius naturæ repugnantia,vt delictũ nefandum, beſtialitas,inceſtus. Habita quoq. ratione peccatorum, quę in illa diœceſi frequentius perpetrantur,vt habetur in Decreto Clementis VIII. Incip. *ſacra congregatio,*& in eius declaratione Incip. *cum autem dubia* . Et vt cauetur in alio Decreto S. Congregat. Card. quod habetur apud *Step.Quar. in ſumma Bullarii in v.caſus reſeruati.* Locorum Ordinarii ſibi reſeruare non debent caſus in Bulla Cœnæ Domini contẽtos,nec ſpecialiter Sedi Apoſtolicæ reſeruatos. Non promiſcue eos , quibus eſt annexa excommunicatio maior,nemini tamen reſeruata. Non eos, in quibus licet peccatum mortale adſit,tamen circa res parui momenti verſantur. Non peccata carnalia, in quibus ſcandalorum periculum adeſt,vel ubi propter frequentem reditũ ad Ordinarios aliquid ſuſpicionis accidere poteſt. Vt admodum paucos reſeruent(reſecando multitudinem)eos maxime neceſſarios,& grauiores,vt ad retinendam diſciplinam in ædificationem,& non in deſtructionem,ad animarum ſalutem,& Chriſtianorum morum reformationem vergant.

Ideo admonent etiam communiter DD, ſi poſt delictorum reſeruationem,peiora committãtur,vel reſeruatio nullum ſpirituale remedium fidelium animis afferat,tollendam eſſe,donec tempora mutentur, Sicut de excommunicatione dicitur, vt ab aliquo aliquando auferri debeat,ſi medicinalis eſſe deſinat,vt obſeruat *M. Ant. Gen. in Mã. Paſt.c.*62 Expedit ẽt aliqñ caſus intra annũ remitti, vt fideles ſacrũ pœnitentiæ frequentent, nẽpe illis,qui ante mediam Quadrageſimam confitentur,vel in feſto omnium ſanctorum,vt populus cũ maiori pietate pro defunctis eleemoſynas eroget . Propterea prudenter ſe gerere debent Epiſcopi, & illa tantum mortalia peccata reſeruare, quæ recto ſpirituali,ac politico regimini ſecundũ populorũ mores expedire iudicauerint. In dubio autem ex iuſta cauſa , & ex prudentiæ præſcripto facta reſeruatio præſumitur,niſi expreſſe de poteſtatis abuſu conſtet, vt quia contra iuris diſpoſitionem,& Summorum Pontificum, Cardinaliũq. declarationes,ex abrupto, & inconſulto, & contra clauium poteſtatem talem reſeruationem ſibi facerent;tunc.n.non valeret,& in quibus eſt exceſ-

ſus

ſus ſecundum multorum *Doctorum* ſententiam Confeſſarii inferiores pœnitentes abſoluere poſſent, *Sot.in 4.diſt.18.q 2.art.5.Suarez.tõ.4.d.29.ſect.4. Riccius in Praxi caſ.reſer. reſol.* 81. *Vaſquez.tom.4.q.91.art.3.dub.4.Reg l.1.num.127.& ſeq.Molfeſ.tract.7.c.17.num.28.& c.19. num.19.* &c.21.*nu* 44.*Coriol.de caſ.reſer.p.1. ſect.1. art.* 17.*Flor.p.1.c.1.§.2.Nald.in v.caſus num.2.* Quod eadem ratione de regularium etiam Prælatis dicendum eſt, vt ſ. facultate reſeruandi ſibi caſus prudenter, ac moderate vtantur, ne ſubditi infirmiores, qui interdum Superiori ſuo conſcientiæ maculas deregere formidant, in æternę damnationis periculum, & ſpiritualis remedii deſperationem adducantur. Vnde ad tollẽdam aliquorum Superiorum imprudentiam, per Summum Pontificẽ Paulum V. decretum fuit vt ſi Regularium Præfecti Confeſſariis in Monaſteriis aſſignatis perentibus abſoluendi facultatem denegauerint, poſſint nihilominus tales Confeſsatii pro illa vice pœnitentes regulares abſoluere, etiam dicta licentia non obtẽta &c. Nũm vero mortuo, ſeu amoto Epiſcopo, vel Prelato, caſus etiam reſeruati extinguãtur, uel edicta conditoris morte expirent. uide *Ricc.in Deciſ. Cur.Neap.Deciſ.* 149. *& quæ diximus ſup.tr.5.c.6 q.41.*

III. SVPPOSITVM.

PObro hæc caſuum reſeruatio ab Ordinariis cũ prudentum, & expertorum Pœnitentiariorũ conſilio fieri debet, ut Sacra Card. Congregatio in ſupradictis literis admonet. Vnde & *Card.* Pa*leot.in Archiep.Bonon.p.3.de Sacro pœnit.* Decimo quoq. inquit die, & ſępius etiam ſi id occaſio poſtulabit, omnes Pęnitentiarii coram Archiepiſcopo congregabuntur, ibiq. agent de grauioribus caſibus aliiſq. neceſsariis rebus, quas in confeſſionibus animaduerterunt, conſultatione, aut aliquo remedio indigere. Et vt ait *Zecchius. de munere Epiſcopali. c.7.* Ab Epõ in adiutorium paſtoralis muneris congregatio Pœnitentiarię haberi debet, cui interſint Pœnitẽtiarius, Theologus Cathedralis, & alii tres Theologi ex clero ſæculari, vel regulari, & quatuor Canonum Doctores, quorũ Conſilijs, in caſuum reſeruatione, & aliis grauibus factionibus deliberandis, Epiſcopum vti oportet. Nã & priſcis illis temporibus quibus eccleſiaſtica diſciplina efflorebat, eſtõ sãctiſſimi, ac doctiſſimi eſſent Epiſcopi, qui tunc Eccleſijs præficiebantur, attamen ex clero tàm regulari, quàm ſeculari eligebant doctrina, ac moribus inſigniores, quorum cõſilio, & opera in regimine vtebantur. Quia in re ſicut in cæteris S. Caroli prudẽtia excelluit, qui quãuis tàm perſpicaci eſſet ingenio, & tanto ſupernaturali lumine illuſtraretur, nihil tamen ſine peritorum, ac prudentum hominum, tàm Theologorum, quam Canoniſtarum cõſultatione moliebatur. Vnde & Ariſtoteles ad Alexandrum Regem ſcribens rem diuiniſſimam appellat vti conſiliis, ſiquidem Maeſtas Principis non in eo tantum dignoſcitur, vt poſſit, ſed vt nouerit ex pluribus quid melius ſit eligere &c. Et qui ſecus faciunt, nec alieno lumine ſe indigere putant, ſe Deo exæquare pręſumunt, de quo *Apoſt.ad Rom.*11. Quis conſiliarius eius fuit? Cumq. in graues calamitates proruerint, vix ſunt qui commiſerantur, qui vero derident infiniti. Si priuato oportet quid alij ſentiant explorare, multo magis multitudinis Rectores, quia vix vnquam talium errores leues cenſeri debẽt. Ad pręfecturas aſſumpti non idcirco infuſa de cœlo ſcientia, & omni neceſſario lumine ſubinde muniuntur, ſicut vt dìxi; nec omnia per ſe ipſos expediendi facultatem habent, ſed vt admonuit Horatius,

Vis conſilij expers mole ruit ſua.

Nam vt ait *Silueſter.in v.conſilium.num.*2. Tenetur quilibet conſilium petere ſeu quærere, vbi à iure cauetur, & tenetur tępus expectare, donec ſapiẽtes conſulat, aliàs non valeret, ſi illud ageretur, quod cum conſilio fieri mandatur. Cõſilium tamẽ ſequi non eſt neceſſe, ſed honeſtum, niſi addatur de conſilio, & aſſenſu. *c.ne pro defectu.ext. de elect. c.cum olim.ext.de arb.* Vbi *gloſ.* quærit ad quid conſilium petitur, ſi illud ſequi non eſt neceſſe? Et dicit tale conſilium eſſe vtile, quia inde moueri *Prælati* ad aliquid poſſunt, quod per ſe forſitan non feciſſent, quia quod à pluribus quæritur, facilius inuenitur, vt etiam tradit. *Palæot.de ſacr.conſiſt.conſult. p.1.q.3.art.8.& Tuſch v.conſilium concl.762.& ſeq.& Sanchez.l.1.de mat.diſp.34.num.24. Pegna in.3 part.ad Direct.Inq.comment.*127. Qui poſtmodum *E*piſcopi illud obſeruare debent, vt caſus clari, certi, non dubij, ſeu æquiuoci ſint, aliàs reſeruati non pręſumerẽtur, & caſus omiſſus diſpoſitioni iuris communis relinquitur, Atq. illi tantum ab aliorum iuriſdictione ſubtracti cenſentur, qui iuxta iuris tenorem, ſeruata vocabuli proprietate in litera comprehenduntur, cum in illis à ſimilibus, vel à paritate rationis non ſit arguendum. *Coriol. de caſ.reſ.p.1.ſect.1.art.5.Io.Chap.c 6.q.*1. Vide quę diximus in *comment.de caſ.reſer.p.1.c.4.*

I. ASSERTIO.

HIs ſic animaduerſis, dico Matthiam Epiſcopum in reſeruanda incertorum bonorum reſtitutione, blaſphemia, turpiloquio, & obſcœnorum librorum lectione, & variatione ſitus in coniugali copula, euulganda indulgentia per modum Iubilei à S. Pontifice conceſſa, & in denegando in-

ea propriorum caſuum abſolutione, à prudentiæ, tramite deflexiſſe; licet .n. zelum animarum habeat, & eas lucrari Domino ſollicite cupiat, decet tamen, & expedit, vt conſcientiæ puritati rationis iudicium non deſit, ne vnde ſpiritualis profectus quæritur, ſalutis diſpendium conſequatur. *c. non ſolum. de regul. l. 6.* & vt ait. *Caſtren. l. 1. conſ.* 404. Debet Epiſcopus cautius, & prudentius ac maturius omnia agere, ne eius authoritas uileſcat, ſi ab eo facta rettactanda, & reuocanda erunt. O vtinã Epiſcopi in partem miniſterii, & opitulationem aduocaten, tnon ſcurras non paraſitos, & id genus nebulones, ſed myſticos piſcatores, non cognatos, non quos vocant nepotulos, omnino literarum rudes, ſed peritos Theologos. Sic .n. Chriſtiana reſpublica non tantum ſicut oculis cernimus iacturã pateretur. ait *Hilares. in dom. 4. poſt Pent.*

Primo nãq. hic Eps contra prudentiæ leges in hac ſeria actione petitorum conſilia, ac documenta nõ exquiſiuit, & S. Congregat. Card. preceptiones tranſgreſſus eſt, quibus cauetur, vt Ordinarij in reſeruandis caſibus plures viros pierate, ac doctrina præſtantes adhibeant.

II. ASSERTIO.

Secundo cũ incertorũ bonorũ reſtitutionẽ indiſtincte, ac ſimpliciter reſeruauerit, multorũ tot quentur ingenia ſpeculantiũ, an confeſſarios, vel potius pœnitentis hæc reſeruatio reſpiciat. Vnde etiam ſacra Card. Cong. prohibuit ne Ordinarij eos caſus reſeruent, in quibus non datur abſolutio niſi facta reſtitutione, vel executione &c. Et multi Doctores ad bona incerta .i. quorum dominus ignoratur reſtituenda, vel diſtribuenda, Ordinarii auctoritatẽ neceſſariam non eſſe aſtruunt. Imo intolerabilem conſuetudinem exiſtimant, vt Epiſcopi facto, & opera reſtituere quis cogendus ſit; cum ipſi debitori onus propriam conſcientiam exonerãdi incumbat; vt proinde ſi debita facta diligentia, dominus non reperiatur, in bonum ipſius pauperibus per ſe ipſum dare poſſit. Per pauperes uero. Primo quodcunq. pium opus intelligitur, etiamſi eiuſdem Parochiæ, uel Ciuitatis non ſit. Siquidem cuicunq. pro operi, uel quibuſcunq. pauperibus res impendantur, in ipſius domini utilitatem cedent. *Salon & Arrag. 22. q. 66. art. 5. Carbo de reſtit q. 76. Tuſchus v. pauperes concl.* 168. *Fed. de ſenis conſ. 33. Filliuc. tom. 2 tr. 32. c. 4. num.* 95. Secundo non ſolũ mendici, uerum etiam quicunq. ſecundũ propriũ ſtatũm pauperes sũt. ex *Baldo in l. ſiquis ad declinandũ. C. de Epiſcopis, & cler. Graff. 1. Deciſ. aur. c. 26. num. 21. & alys.* Neq. neceſſe eſt vt indigentiorib. dentur, ſed ſatis eſt ſi indigentes ſint, Tertio etiam ipſemet ſi eſt pauper iuxta conditionem ſuam. Item eius affines, & conſanguinei. *Zerula in Praxi pœnit. c. 21. q. 37.* Vbi ait confeſſarium cui aliqua incertis perſonis reſtituẽda dedit, ſi debita præmiſſa inquiſitione non inueniantur, ſi pauper eſt poſſe ſibi retinere. Quarto huiuſmodi applicatione ſibi, aut ſuis cõſanguineis facta cõſilium Epiſcopi non eſſe adhibendum, quando certa eſt paupertas, etiamſi incertorum reſtitutionem reſeruauerit; illa .n. reſeruatio de abſolutione peccati ob non factam reſtitutionem intelligitur. Verum ne quis in re propria fallatur, in uniuerſum cõſulendus eſſet Epiſcopus, q pauperũ pater eſt. *Filliuc. l. c. Bonac. de cẽt. q. 3. p. 4.* Blaſphemia ſimpliciter reſeruata, cum ſit generale nomen, multas ambiguitates, & perplexitatem in Confeſſariorum mentibus gignit; ſiquidem ſimplicem, atrocem, & hæreticalem enuntiationes contra Deum, & ſanctos prolatam comprehendit, contra illud, quod in ſacris ſanctionibus iubetur. Erit autem lex honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, ſecundũ patriæ conſuetudinem, loco, temporiq. conueniẽs, neceſſaria, vtilis, manifeſta quoq. ne aliquid per obſcuritatem, & captionem contineat &c. *c. erit diſt. 4. Arg. Archid. in c. qui diuina 13. q. 2. & Gomezius in tract. de poteſt. in ſe ipſum. l. 1. c. 11.* vbi aiunt, quod cum mortuos ex humanitatis affectu immoderate lugere, & ſe ipſum ob mœrorem, dolorem, ac triſtitiam leuiter percutere, lethale peccatum non ſit, ab Epiſcopo ſub excommunicationis pœna, vel reſeruatione, prohibendũ nõ eſt. &c. *D. Anton. par. 1. tit. 5. c. 1. §. 10. & par. 2. tit. 9. c. 2. §. 1.*

III. ASSERTIO.

Tertio quidquid ſit de illo articulo per Doctores ſatis controuerſo an Epiſcopus non ſolũ de blaſphemia ſimplici, ſed etiam de hæretica iudicare poſſit, cum multi, & pleriq. ſentiant, ſolos hæreticæ prauitatis Inquiſitores de his priuatiue cognoſcere, in proferendo huiuſmodi edicto maior moderatio deſiderari potuiſſet. ita vt ob nimiam temporis breuitatem, quod ſubditis ad denuntiandum præfixit; Ciuibus ad Superiorem Iudicem prouocare licuiſſet, nimis namq. anguſtũ ſpatium datum videtur, vt eodem die, vel ſequẽti denuntiare teneatur; cũ magna diſcretione vti oporteat in reſpondendo huiuſmodi edictis, ne quis reuelãdo quod non debet, vel alio modo quàm debeat, proximum infamando mortifere peccet. Et regulariter Superiorum edicta, quibus delicta denuntiari iubentur, intelligenda ſunt ſeruato ordine correctionis fraternæ; & Chriſtianæ iuſtitiæ *Nau. conſ. 11. de off. ordin. Filliuc. tr. 28. c. 7. q. 13. Bonac de legib. q. 8. pun. 1. Barb. de Epiſcopo. par. 3. Alleg.* 96.

IV.

IV. ASSERTIO.

QVarto cum turpiloquium, & obſcœnorum lectio ex ſuo genere mortale peccatum non ſit, & dato etiam quod lethalem culpam inuolueret, de atrocioribus, & grauioribus non exiſtat, conſtat illud prudenter reſeruari non potuiſſe. Quamquam etiã negari non poſſit aliquando Epiſcopis varijs circunſtantijs conſideratis, ſi peccatum hoc in ſuis diœceſibus percrebeſceret, & dãnũ ſpirituale afferret, fas eſſe illud reſeruare. *Flor. de caſ. reſ. p. 1. c. 1. §. 2. Bonac. de leg. d. 1. q. 1. p. 7. §. 4.* Sane turpiloquia iacula, & incentiua fortiſſima ſunt libidinis, maxime ſi ad aduerſum ſexum diriguntur, & imbecillum cor ſauciant, propter hoc tędæ vocantur Diaboli omnia deuaſtãtes. *Iob. c. 31.* Perſimile eſt illud Ariſtotelis interdictum. *l. 7 Polit. c. vlt.* Omnis obſcœnitas verborum per legiſlatorem exterminanda eſt de Ciuitate, ex turpiter enim loquendi licentia ſequitur & turpiter facere. Si quis dicere aut facere prohibitorum quidquã deprehenſus fuerit, honore priuetur, & verberibus caſtigetur, ſed ſi ſit maioris ætatis; ſeruili afficiatur infamia. Nempe vidit uno prohibito id omne prohibitum videri per quod ad illud peruenitur. *l. oratio ff. de ſponſ.* turpi loquijs autem in primis libidinis negotium promouetur, præſertim ſi regionis mores climatis qualitati reſpondeant; cum interdum fiat vt ex varijs Cœli aſpectibus diuerſæ in habitatoribus ingenerentur morum contemperationes, & naturale ſit vt in mollibus locis molles, etiam & laſciui homines proueniant. *Tiraq. l. 7. connub. num. 14 & ſeq. Pet. Morales in Comment. in Matth. l. 1. tr 8. num. 2 & ſeq.* Sic rectè dicit Cæcilius apud Gelliũ, legũ opportunitates, & medelæ pro temporum moribus, pro vtilitatum præſentiũ ratione, proq. vitiorum feruore quibus medẽdum eſt flecti debent.

V. ASSERTIO.

QVinto dico Matthiã Epiſcopum ſi ius ſcriptum attendamus nõ potuiſſe ſitus variationem in coniugali copula, & congreſſu reſeruare, ſi quidem licet concubitus contra naturam cũ vxorata, virgine, moniali, rapta, conſanguinea, & huiuſmodi valde aggrauent, & ſpecie mutent (& ſi ſpeciem non mutet, ſi quis vitilia intra os alterius conijciat, & ſemen emittat in quod ſcelus, & teterrimã libidinẽ acriter inuehitur. *Lactan. l. 6. Inſt. c. 23. & Molfeſ. tr. 8. c. 8. num 212.*) & tanquam grauia crimina reſeruationi ſubiici poſſint, nullus tamen copulæ modus ſi in debito vaſe fiat, lethalem noxam conſtituit, niſi ſubſit impediendæ generationis periculũ. Nec ſi in die feſto, vel quouis alio tempore fiat, aut cum vxore grauida, modo abortus periculum abſit, vt proinde dum coniuges a latere, aut ſedendo, aut ſtando, vel præpoſtere in naturali tamen vaſe, citra effuſionis ſeminis periculum ſibi debitum reddunt, à mortali peccato, etiãſi maioris voluptatis captandæ cauſa id faciãt excuſari poſſunt. Reprehenſionem nihil minus digni, niſi adeſſet iuſta ſic exigendi, vel reddendi debitũ cauſa, vt quando vir eſſet circa virilia fractus, vel ob pinguedinẽ incubus cum vxore congredi non poſſet, ſeu quia illa grauida foret &c. *Sanchez. l. 9. de matrim. diſp. 16. Molfeſ. tr. 4 c. 12. num. 61. Reginal. l. 31. num. 335. & l. 20. nu. 38. Bonac. de mat. q. 4. puncto 13.*

VI. ASSERTIO.

SExto dico nimis generale eſſe hoc præceptum, & valde rigoroſum eſſe hoc ipſum decretum quò ad illam partem, qua ſub pœna excommunicationis prohibetur, ne quis nemine protſus excepto, ad monaſteria etiam exempta accedat, cũ valde difficile ſit, & humanæ imbecillitati haud accõmodatum, fęminas, vt matres, ſorores, & alias ſanguine iunctas, & famulos aliquod honeſtum donarium, vel eleemoſynam iuſſu dominorum deferentes, teneri toties & quoties facultatem petere, cum id moraliter pro caſibus occurrentibus vix fieri poſſit. Propterea à prudẽtibus Epiſcopis à caſu accedentium ad monaſteria monialium honeſtæ fœminæ, & ſerui, vel famuli qui aliqua dona, vel honeſtum nuntium deferunt, eximi ſolent, vt tradidimus in *Comment. de caſ. reſer. p. 2. c. 5.* Sapiens nihilominus, & validum erit ſtatutum Matthiæ Epiſcopi, quo excommunicationis ipſo Iure latæ cenſura eos percellit, qui ad monialium, & ſacratum Virginum monaſteria, etiam exempta, & regularibus ſubdita, abſq. eius facultate ad colloquendum accedunt, vt communis Doctorũ opinio docet, & quotidiana praxis comprobat, vt in dicto *commentario de caſ. reſer. l. c. oſtendimus, & ſup. tr. 7. c. 26. q. 110.* & alibi.

VII. ASSERTIO.

SEptimo à graui vero culpa excuſari non poſſe dicerem, cum ipſe Epiſcopus Matthias ad eligẽdam Abbatiſſam monaſterii ſepta multa comitãte caterua ingreſſus eſt. Epiſcopi. nãq. ratione ſui muneris ingredi quidem poſſunt niſi iuſtis, & neceſſariis cauſis, & paucis, & non niſi ſenioribus, ac religioſis viris ſociati. Hoc. n. officium Præpoſitæ eligendæ ante cancellorum feneſtellam præſtari potuiſſet; niſi tamen peculiares circunſtantiæ cõcurrerint, vt prudenter ingreſſus cum aliquibus per-

Digitized by Google

perſonis neceſſarius iudicaretur, vt quia magna ſubornationis ſuſpicio ſubeſſet, aut moniales maximæ inquietæ eſſent, &c. *Sanch. l. 6. de precept. c. 16. num. 50.* Quò etiam fit vt decretum ibi factum de expellenda illa moniali incorrigibili, rationi conſonum non ſit. Quamuis .n. iuri & praxi inhærendo, Prælatis regularibus integrũ ſit, monachos cõtumaces, & correctionem reſpuentes expellere, vt per *Roder. tom. 1. qq. regul. q. 30. art. 14. Mirandam tom. 1. q. 52. ar. 1.* Moniales tamen & ſi incorrigibiles, Epiſcopis ex monaſteriis eiicere inconſulto Papa fas non eſſet; quod ſit res noua, & inuſitata, & non modicum ſcandalum afferret, & grauem anſam monialibus, quę ſe inemendabiles fingerent, vt monaſterium desererent. Idem *Sanchez. l. 6. c. 9. num. 6 Bonac. de clauſ. q. 1 pun. 9. num. 14.*

VIII. ASSERTIO.

OCtauo quando Indulgentias per modum Iubilei à S. Pontifice conceſſas ſine capituli cõſenſu promulgati iuſſit, non leuiter peccauit, Tridentinę Synodi Sanctiones violando, cum *seſſ. 21. de reform. c. 9.* ſic caueatur. Indulgentias vero, aut alias ſpirituales gratias, quibus non ideò Chriſtifideles priuati decet, deinceps per Ordinarios locorum adhibitis duobus de capitulo, debitis temporibus, populo publicãdas eſſe decernit &c. Quippe Canonici cum ad illum gradum euehuntur, eo ipſo tanquam vnum corpus cum Epiſcopo cõſtituuntur, ita quod ille caput, iſti membra habeãtur, eiuſdemq. & Cõſiliarii, & Aſſeſſores vocentur Vnde eorum conſilium, & ſępe conſenſum adhibẽdum eſſe ſatis notum eſt ex his præſertim, quæ ſcripſit Alexander III. ad Patriarcham Hieroſolymorum, & à Cœleſtino III. Innocentio III. atq. ab aliis confirmata ſunt. Hincq. D. Hieron. hunc Senatum Eccleſiæ vocauit; vt recte D. Ambroſius admonuerit, Epiſcopus vt mẽbris ſuis vtatur Clericis. *cap. nouit extr. de his quę fiunt à Prælati.* Et *tot. tit de his quæ fiunt à maiori parte capituli. Cucchius in Inſtit. maior. l. 2. tit. 6. num. 210. Zerula in Praxi Epiſcopali in v. Epiſcopus. num. 10.* Vide quæ ſupra produximus. *tr. 11. c. 9. q. 11.* Sed quibus in rebus conſultationibuſq. œcumenica Tridentina, Synodus in multis locis ſtatuit ab Epiſcopo capituli, cleriue conſilium eſſe adhibendum, non propterea quiſpiam exiſtimare debet, Epiſcopo ipſi eorum conſilium, ſententiamue ſequendi vllam neceſſitatem impoſitam eſſe, ſed tantum vt rem maturius, conſultiuſq. plurium auditis ſententiis decernat, iniunctum eſſe; præter quam in his rebus, de quibus ſingillatim, nominatimq. ſtare eum cõſilio ſuorum debere cautum ſit, *Syl. in v. conſilium. Paleot. de Sac. Conſiſt. Conſult. p. 1. q. 3. Tuſchus in Prælatus. concl. 498. & ſeq. & v. Epiſcopus concl. 259. Chanaſ. de præfec. prud. l. 2. c. 4.* Quidquid ſit, In grauioribus quibuſq. rebus quales prę manibus habent, ad publica vocati gubernacula, vtendum ſapientum conſilio, nec proprio iudicio peſſimo præceptori fidendum, ſacræ paginæ, Patrum monumenta, & Sapientũ teſtimonia edicunt; ſiquidẽ ad præfecturas aſſumpti non idcirco ſortiuntur infuſam de cœlo ſcientiam, & lumen omne ſibi neceſſarium, ſicut nec per ſe omnia expediendi eſt ipſis ad manum potentia, vt proinde vere dictum ſit Principum perniciem eſſe cõſiliorum contemptum. *Io. Choc. in Polit. l. 2. c. 23.*

Ob hanc cauſam inter alias, noluit Ludouicus II. Galliæ Rex filium ſuum Carolum VIII. literis operam nauare, veritus. ſ. ne ſi aliquid ſciret, omnia ſe ſcire præſumeret, & ſapientes interrogare negligeret. Non hoc ſane refertur quaſi & ipſe expedire ſentiam, vt qui imperat literarum ſit expers, cũ in oppoſitum ſcripſerit Plato, Beatas res publicas fore ſi vel Philippi Imperatores eſſent, vel Imperatores Philippi, ſed vt oſtendatur, quanti Rex ille referre cenſuerit, ne qui reipub. clauum tenet, in ſuum duntaxat iuret de rebus agendis conſilium: præſertim quod qui conſilio res agit, tunc etiam à modeſtia commendatur, cum male cadunt, & cum bene, ſæpe nihilominus à temeritate ob ipsũ alienum conſilium neglectum vituperatur.

IX. ASSERTIO.

NOno culpę obnoxium ſe reddidit, Matthias cum tempore illius Indulgentiæ, vel Iubilei, prohibuit ne quis ſimplex Confeſſarius à caſibus ſibi reſeruatis abſoluere poſſet; nã quidquid ſit de illa quæſtione, an excommunicatione à Papa, & Epiſcopo ſuper eodem caſu lata, ſublata Papali, ſit etiam ſublata Epiſcopalis, ita vt cuilibet confeſſionis miniſtro ab illa liberare integrum ſit, generali totius orbis conſuetudine præſertim tempore Iubilei, receptum eſt vt nulla tunc caſuum reſeruatio vigeat, & facultas abſoluendi ex vi Indulgentiæ à cenſuris in Bulla Cœnæ reſeruatis, ad caſus etiam Epiſcopo reſeruatos extendatur. *Nau. c. 27. num. 254. Graffius. l. 4. Deciſ. c. 15. nu. 28. Chap. de caſ. reſer. c. 4. diſt. vlt. & alii communiter. vt per Zerulam in Praxi Epiſcopali p. 1. in v. abſolutio. ad 6. vide ſup. tr. 5. c. 5. q. 29.*

X. ASSERTIO.

DEcimo dico, non tàm recte Epiſcopum prohibere, potuiſſe, ne Confeſſarii tàm ſeculares quàm regulares, à pœnitentibus etiã ſponte dantibus, munera, vel pecuniam acciperent, hoc

enim

enim eleemoſynæ, pietatis, ac gratitudinis cauſa
dari videtur, exemplo veterum ſanctorum, qui nec
ad Prophetas, nec ad Sacerdotes, ſine munere ac-
cedebant. *c. Iudices* 1. *q.* 1. Hinc *D. Hier. in Com-
ment. ad c. 3. epiſt. ad Titum. relatus in c. Apoſtoli-
cis* 16. *q.* 1. Apoſtolicis viris, & Euangelizatoribus
Chriſti in neceſſarijs vſibus nolle tribuere, ſterili-
tatis ſe ipſum eſt cōdēnare. *Arg. Apoſt. 1. ad Tim.* 5.
Non alligabis os boui trituranti. Et quia conſuetu
do quaſi vbiq. fic inoleuit, ſiquid multa gratis poſ
ſunt honeſte accipi, quæ inhoneſte petuntur. Et
inhumanum eſt à nemine accipere, ſed paſſim vi-
liſſimum, & omnia auariſſimum. *l. ſolet ff. de off.
Procon. & leg. Hoſtienſ. in ſumma tit. de Imm. eccl.
§. à quibus. Zerula in praxi pænit. c.* 25. *q.* 29. *Graf-
fiis in conſ. 2. de pœnis. num.* 27. *& de caſ. reſer. l.* 2.
c. 11. *& in Deciſ. aur. l.* 1. *c.* 31 *num.* 29. Vbi ait Con-
feſſario etiam duobus in caſibus pecuniam pro fa-
cris faciendis impoſitam licere recipere. Primo ſi
modo nullum inde ſcandalum, uel admiratio ſe-
queretur, aliàs, ſecus, quia ſpecies mali videtur. *c.
cum ab omni. ext. de vita, & honeſt. cler.* Secundo ſi
ſponte à penitente dicta pecunia offerretur; at ſi cō-
feſſarius exigeret, præter peccatum, ab alio quàm
ab Epiſcopo, vel eius Pœnitentiario, vbi eſſet ca-
ſus reſeruatus, abſolui non poſſet.

Porro hæc eleemoſynæ ſponte à penitente de-
uotionis ergo datæ prohibitio multo minus erga
pauperes regulares rōnabilis, ac iuſta vr̄; cū ab eiuſ-
dem Epiſcopi iuriſdictione ſint exempti, vt pro-
inde eorum ſtatutis, ſententijs, & caſuum reſerua-
tione regulariter non ligentur. Et licet Epiſcopa-
lis auctoritas etiam circa confeſſionis miniſterium
verſetur, hoc tamē quò ad approbationē intelligi-
tur; cum nullus vel regularis, illas audire poſſit, ni-
ſi parochiale retineat beneficium, aut ab Epiſcopo
per examen idoneus iudicatus fuerit. *Conc. Trid.
ſeſſ.* 23. *de refor. c.* 15. Ita vt approbatio ad confeſ-
ſiones excipiendas ſecularium in religioſis priuile-
gio Pontificio eas audiendi gaudentibus, neceſ-
ſario requiratur. *Reginal. l.* 1. *num.* 174.

Et alibi ſæpius diximus regulares confeſſarios
ſemel approbatos, nō poſſe ab eiſdē Epiſcopis à confeſ-
ſionibus audiendis ſuſpendi, niſi ex noua cauſa,
eaq. ad cōfeſſiones ipſas ptinēte. Prout declarauit,
*Sacra Card. Congreg. teſte Barboſa de Epiſcopo. par.
2. Alleg.* 25. *num.* 30.

QVÆSTIO XIII.

***An m.p. Epiſcopus, qui per ſexennium ſuam diœce-
ſim viſitare omiſit, & cum primum viſitauit, ab
Hoſpitali ſub cuiuſdam Principis iuriſdictione
exiſtente inchoauit; & ipſum Principem viſita-
tioni obſiſtentem excommunicauit &c. An excō-
municare poſſit virum qui contra pactum in con-
tractu matrimonij appoſitum, in vxoris domicilio
habitare non vult.***

APollonius Epiſcopus per ſex annos ſtetit,
quod diœceſim ſuam nec per ſe nec per alios
viſitauit, cum vero de huius muneris omiſſione eſ-
ſet admonitus, viſitationem inſtituit, atq. illam à
quadā hoſpitali domo ſub Roberti Principis pro-
tectione exiſtente inchoauit. Cū autem ipſe Prin
ceps viſitationi obſiſteret, contra ipſum excom-
municationis ſententiam tulit, ſed poſtmodum cū
ipſius Principis frater predictum Apollonium Epi
ſcopum hoſtiliter ſit inſecutus, idem Robertus il-
lam inſecutionem ratam habuit. Item ſcđo Ema-
nuelem nobilem uirum ſine monitione excommu-
nicationis gladio perculſit, eo quod contra pactū
iuramento firmatum, & in contractū matrimonij
appoſitum, in domicilio vxoris habitare, & com-
morari renuit. Item cū armata familia in quoddā
virorum monaſterium, quod cum ſcandalo degit,
ingreſſus eſt, vt ipſum viſitaret, & delinquentes pu
niret &c. Quæritur an ipſe Epiſcopus iure hoc face-
re potuerit?

Secundo an Robertus ratam habens Epiſcopi
inſecutionem, in aliquam cenſuram inciderit. Et
quid de excōmunicatione in Emanuelem lata &c.

Suppoſita. & prænotiones.

I. SVPPOSITVM.

REſp. ſuppono præcipuum Epiſcopi munus
eſſe eccleſias ſuæ diœceſis viſitare, in illiſq.
Dei verbum prædicare, & quando ipſe Epiſcopus
viſitat, ſi in actu viſitationis viſitati reſiſtunt, exem
ptionem allegantes, poterit illos de facto obluctan
tes, ſi in poſſeſſione non ſint quod non viſitentur,
nullo iuris ordine ſeruato, excommunicationis gla
dio ferire. At hoīes diœceſis integrū quidē ei erit
cogere, vt ea reuelent, quæ contra clerum, & laicos
ſcirent, quę correctione indigerent, ſed hoc ſine ex-
communicationis cenſura præſtabit, & ita S. Con-
greg. Card. cenſuiſſe fertur. *Gen. in Praxi Neap. c.
18. & Riccius eodem tract. Deciſ.* 241. *Nald. v. vi-
ſitare num.* 1. Quod ſi ipſe iuſtis de cauſis præſta-
re nequit, alterius opera vti omnino debet; nulla
.n. ratione à tāto munere deſiſtere poteſt; ſuę nāq.
obligationi non ſatisfacit, ſi cum ipſemet poſſit,
per ſe non viſitat, ut totum ſuum gregem ex facie
agnoſcat, & tanquam rei propriæ curam eius ge-
rat. Hic mos fuit Summi Paſtoris Chriſti, qui cir
cuibat omnes ciuitates, & caſtella, docens in ſy-
nagis eorum, prædicans euangelium, & omnem
languorem, & morbum curans. *Matth. c. 4. & 6.*

Hic

Digitized by Google

Hic fuit Spiritus Apoſtolorum, maxime D. Pauli de quo. l. Lucas refert *Act.* 15. quod ad D. Barnabam dixerit, Reuertentes viſitemus fratres per cũctas Ciuitates, in quibus prædicauimus verbum Dñi, quo modo ſe habeant, hoc eſt, quo ſeruent doctrinã, & legẽ, q eos docuimus, vt errores reformemus, & eos in bono confirmemus. Nam vt communi prouerbio effertur, Oculus Domini impinguat equum, & eius pes terram fœcundat. Non debent, vt dicere ſolebat S. Damaſus Papa, Epiſcopi, & Prælati eſſe ſicut illæ matres, quæ ſtatim, ac filios pepererunt, vt a labore eos nutriendi ſe eximant, & rebus palato, & genio ſuo magis arridentibus indulgeant, eos nutricibus tradunt, imo etiam ad pagos impie mittunt, & diù à propriis oculis ſubtrahunt; eſt, n. à Chriſti charitate valde alienum, ita ſubditos proprios negligere, vt ipſi Paſtores eos non videant, ſed hanc curam aliis etiam malis aliquando, & imperitis committant. Vnde Prælato illud accõmodare licet quod de *Deo* dixit *Iob. c.* 10. Viſitatio tua (non aliena) cuſtodiuit ſpiritum meum. *Barboſa p.* 1. *tit.* 11. *gloſſ.* 10. *num.* 23. *Lud. de Ponte de Chriſt. hom perfect. tom.* 4. *tract.* 7. *c.* 9. Vnde omnes eccleſias ſibi ſubiectas, totamq. diœceſim ad minus ſemel quolibet biennio circumire & luſtrare obligatur, non tamen præciſe infra hoc tempus viſitationem ſuam expedire tenetur, ſed ipſius arbitrio moderato tamen, ac diſcreto relictum eſt. *c. inter cætera. ext. de off. ordin Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de refor. c.* 3. Sicut etiam in eiuſmodi arbitrio reſidet quo tempore Epiſcopus ipſe eccleſias viſitare teneatur, quantus ac qualis debeat eſse numerus perſonarũ, q ipſum viſitantẽ comitari dñt.

Vtilitates ex viſitatione.

Viſitare autem Epiſcopi Eccleſias ſuas dñt, quia ex viſitatione multę vtilitates, atq. inſignes fructus proueniunt. Primo Chriſtianæ fidei conſeruatio, atq. auctio. Secundo vitiorum expulſio, & virtutum, quæ ad Chriſtianos pertinent introductio. Tertio vt fideles tàm laici, quàm eccleſiaſtici, in officio ſuo ſe contineant, &c. Et libri viſitationum Epiſcopi quò ad viſitãtis officium pertinentia plene probant. *Menoch. l.* 2. *de Arbit. Iud. cent. v. caſu* 434. *Vgol. de off. Epiſcopi. p.* 2. *c.* 49. §. 1. *Riccius in ſua Praxi Deciſ.* 611. *Mar. Ant l.* 1. *var. reſol reſol.* 119. *Io. Frãc. Leo. in Theſ. Fori eccleſ p.* 2. *c.* 31. *Genueuſ. in Man. Paſt. c.* 34. *Zerula in Praxi Epiſ. v. viſitatio.* Et viſitãdi cũ ſint ei ſubiecti, contra ipſum obedientiam præſcribere non poſſunt, vnde ipſis integrum non erit contra Epm viſitantem, & beneficii titulũ exigẽtẽ triennali regula ſe tueri. *Ricc. p.* 2. *Cur. Neap. deciſ.* 16.

Viſitationis ſubiectum.

Porro viſitationis ſubiectum ſunt. Primo laici, in quos quò ad ſpiritualia miniſteria Epiſcopi iuriſdictionem habent. Secundo perſonæ eccleſiaſticæ ſæculares, cum in omnibus regulariter ſint illis ſubiectæ. Tertio vniuerſitates, confraternitates, loca pia, & hoſpitalia omnia quò ad actiones ſpirituales, vt quò ad confeſſionem, communionem, miſſas, ſepulturam, executionem piarum volũtatum &c. His tamen exceptis, quæ ſub Regũ protectione exiſtunt, quæ nõ niſi de eorundem licentia viſitari poſſunt. ex *Conc. Trid ſeſſ.* 22. *de reforma c.* 8. *Gutierez. l.* 1. *qq. can. c.* 35. *Gen. in Praxi Neap. c.* 21. *Marta de iuriſdict. p.* 2. *c.* 8. *Idem Riccius in Praxi var. reſol reſol.* 176. *Nald. v. Hoſpitalia Mar. Anton. l.* 1. *var. reſol. reſol.* 93. *Belletus in Diſq cler. tit. de bonis cler.* §. 12. Quarto aliquando regulares, & eorum monaſteria; nam licet religioſi ordines variis Summorum Pontificium priuilegijs ab Ordinariorum iuriſdictione ſint exempti, & omnes tàm Mendicãtes, quàm non Mẽdicantes inuicem ſibi ſua priuilegia communicent, illiſq. æqualiter gaudeant. In multis tamen varijs Pontificijs Decretis reſtricta ſunt, & in aliquibus caſibus Ordinarioriorum cenſuræ, & viſitationi ſubiiciuntur; nam regulares intra clauſtra degentes, ſed extra ea ita notorie delinquentes. vt populo ſcandalo ſint, requiſite Epiſcopo, intra tempus ab eo præfigendum puniri debent, quod ſi Superior requiſitus pęnas non exegerit, Epiſcopus ipſe in eos animaduertere poterit. Adde integrum eſſe Epiſcopo ſingulis annis viſitare beneficia curata, & ſi ſint perpetuo vnita, & annexa Cathedralibus Collegiatis, ſeu aliis eccleſiis, vel monaſteriis, ſeu Collegiis, aut quibuſcunq. piis locis &c. Item viſitare poteſt monaſteria exempta monialium in ſua diæceſi exiſtentia tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus. *Zecchius de repub. eccleſ. tit. de monial. c.* 2. *Mareſcot. l.* 2. *var. reſol. c.* 15. *Azor num.* 2. *p.* 2. *l.* 3. *c.* 40. *Zerula in Praxi Epiſc. p.* 1. & 2. Vbi etiam ex *Declar. Card.* refert Equites Hieroſolymitanos viſitari non poſſe niſi quatenus beneficia curata obtineant. *Conc. Trid ſeſſ.* 25. *de regul. c.* 14. & *ſeſſ.* 7. *de ref. c* 7. *Clemenſ. VIII. In Bulla incip. ſuſcepti muneris. Vgol. l. c. c.* 20. §. 8. *Paſecius in Praxi Epiſcopali. p.* 2. *c.* 3. *nu.* 43. *Zerula in v excommunicatio in v. Monachi, & in v. viſitatio. Gen. in* Praxi Neap. *c.* 59. *Nau. comment.* 2. *de regul. num.* 63. *Roder. tom.* 1. *qq. regul. q.* 2. *art.* 6. & *q.* 63. *art.* 4. *Riccius l. c. Tuſch. in v. viſitare concl.* 218.

II. SVPPOSITVM.

Qvò ad viſitationis formam, ſuppono ſecundo ne Epiſcopus viſitator volens ſubditis ſalutis medicamenta exhibere, mortis exẽpla præbeat, prius domum ſuam reformare debere, moreſq. ac vitam ad ſacrorum Canonum præſcripta com-

Digitized by Google

componere, ſiquidem.

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Antequam incipiatur, generali edicto præmonendi ſunt ſubditi, vt ſe ad eam comparare valeāt, Mox paucos viros graues, boni teſtimonii, ac doctos, & in eccleſiaſtica diſciplina verſatos, ſibi aſciſcere debet, ſimulq. curare, vt modeſto, & religioſo comitatu, & frugali victu contentus ſit, vt quò ad fieri poteſt, minus ſubditi grauētur. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de ref. c. 3. c. cum Apoſtolus. c. procurationes. ext. de cenſib. & c. 1. §. procurationes eod. tit. in 6. Fuſchus l. 1. de viſit. & reg. eccleſ. c. 4.* Sic Agis Spartanus commendatur, quod ad Philippum Regem miſſus, ſolus ſine comitatu ad Regem acceſſerit, cumq. hoc Rex eſſet admiratus, veni inquit vnus ad vnum, Legatorū aliorum tacite ſumptus perſtringens. *Tymp. in ſpec. Princ. ſigno. 97. Molina de Iuſt. & iure tract. 2. diſp. 85. Thomas à Ieſu de viſit. regul. tr. 1. c. 21.* Quippe vigilare debet Epiſcopus ne in viſitatione magis deſtruat, quàm ædificet, populis offenſionis occaſionem prębēdo; quod facile eueniret, ſi grauitatem, & modeſtiam non ſeruaret, vacando magis ludis, conuiuiis, compotationibus, & nō neceſſariis ſumptibus, clerum, vel populum onerando (nā quod aliis eſt remiſſio, cæteris non debet eſſe tribulatio) & ſi auaritiam ſectetur quærens quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti. Vnde preter procurationem, nec ipſe, nec ſuorū quiſquam munera accipere pōt, ſub pęna maledictionis, & reſtituēdi duplū intra menſē, poſt mēſē interdicti ingreſſus eccleſię, nō obſtāte remiſſione partiū, ut in prædictis locis cauetur *Molar. d. 85. Nald. v. Epiſcopus. num. 14.* Et ut Epiſcopi in viſitationibus eorum ſcopum attingant, & finem quem prætendunt aſſequantur, morum ſ. reformationem, ac cleri populiq; ad religionem, pacem, ac uitæ innocentiam promotionem, debent quaſi ſolles per totam ſui Epiſcopatus ditionē diſcurrentes aliquem, uel aliquos religioſos uiros probos, & doctos, in eccleſiaſticiſq. functionibus exercitatos aſciſcere, ac ſecū ducere, qui quaſi celeſtes planetæ concionibus habendis, confeſſionibus audiendis aliiſq. miniſteriis in animarum ſalutem obeundis illis opē præſtēt. Licebit etiam ei in hoc miniſterio uti opera boni Parochi, ſed non niſi ad duos mēſes deputato interim idoneo Vicario in parochiali eccleſia. Inſuper fas erit Canonico in eadē functione inſeruire, ſed tamen lucro quotidianarum diſtributionum carebit, *ex declar. Card. Nald. v. viſitare.* Tenent autē Viſitatores S. Canones, & Cōc. Trid. Decreta in ſuis uiſitationibus obſeruare. *Cōc. Trid. ſeſſ. 25. c. 8.* Quod tàm de regularium Viſitatorib. quàm Epiſcoporum intelligitur. *Thomas à Ieſu de viſit. regul. tr. 1. c. 21. Gen. in Man. Paſt. c. 35. Nald. in v. viſitare Garzias p. 3. c. 2. num. 332. Barb. p. 3. Alleg. 53. num. 126. Lud. de P. q. 4. tr. 7. c. 9.*

Modus præcipue inuiſit. ſeruandus.

HIc uero in uiſitādo maxime uidetur obſeruādus ordo, ut ipſa primo urbs, deinde diœceſis obeatur. In urbe Cathedralis eccleſia, ut iudicij ā domo prius īcipiat, viſitē ſ. mox Canonici, cæteriq. eccleſiæ miniſtri, tùm deinceps collegiatæ, ac parochiales oēs, Poſtremo monaſteria monialiū, ſimplices eccleſiæ, hoſpitales domus, ſcholæ, ſodalitates, ac cætera loca pia. *c. Romana de cenſ. in 6. Conc. Trid. ſeſſ. 6 de refor. c. 4. Vgol. l. c. §. 6. Mar. Ant. l. 1. var. reſol. reſol. 14. Barboſ. de Epiſc. p. 3. Alleg. 75. Piaſec. in v. & 6. Azor p. 2. l. 3. c. 41. q. 4.* & alibi. Et modus formandi ſcrutinii inquiſitionis in uiſitatione eſt, vt de ſtatu Eccleſiæ in generali inquiratur, & non in ſpecie de delictis Rectoris, & vt de plano non ſeruata apicum iudicij forma procedatur; ſecreto etiam examinandum, & nullum iuramentū ab examinatis exigendū; ſuper quo extat etiam reſcriptū *ſacræ Congregat. conc.* his verbis. Congregatio concilij cenſuit in viſitatione quando fit inquiſitio, quæ præparatoria vocatur, non licere Epiſcopo ad detegenda viſitatorum peccata prædicta publica monere homines ſub excom. pœna ad reuelandū, neq. exigere iurum. *Nal. in v. viſitare. n. 1.* vbi refert *S. Card. Congreg.* ſic declaraſſe.

Ad modum etiam regularium Prelatorum ſpectat, vt non tantum debeant audire, quæ ſibi à fratribus circa morum ædificationem, & regularis vitæ obſeruantiam in cōmuni deferūtur, ſed etiam de ſingulorum conditione, natura, & conuerſatione, in particulari, eos interrogare oportet iuxta *c. ea quæ. de ſtat. monach. & Zerulā in praxi Epiſc. v. viſitatio.* At non debent viſitatores facile leues, aut impertinentes inferiorum, vel ſubditorū cōtra Prelatum accuſationes admittere, quod ſæpius ex paſſione contra Præfectos cæcutiunt, vt patet ex *c. qualiter, & quādo. el. 2. extr. de accuſat. vbi Innocent. 3.* ait, Eos eſſe ſicut ſignum ad ſagittam poſitum, & quia non poſſunt omnibus complacere, cum corrigere teneatur, in ſubditorū odium incurrere. *Roder tom. 3. qq. regul. q. 77. art. 3. Thomas à Ieſu de Regul. viſit. tr. 1. c. 16. & ſeqq.*

II. SVPPOSITVM.

SEcundo præſupponendum eſt Epiſcopo omni ſtudio elaborandum eſſe, vt pacē, & amicitiam cum Principibus, & Dominis temporalib. ſeruet, nā gladij ſpiritualis, ſ. & profanus ſe inuicem adiuuare conſueuerunt, & quod aliquando ſacerdotalis poteſtas non efficit, abſoluit regalis manus, ſicque cum Principe, aut Magnate cauſa pacis, ac bone cōmunis locum habet, *c. 1. vbi DD. ext. de off. ord. Ricc. in praxi for. eccl. Deciſ. 319.* Hinc *Roder in ſumma p. 1. c. 79. num. 3.* ex cuiuſdā

gra-

Digitized by Google

grauis Doctoris ſniã ait, duos fuiſſe fratres iudices populi Iſrael in ęitu Ægypti, Moyſen. ſ. qui in ſecularib. præſideret, & Aaron, qui eccleſiaſticorum clauum teneret, vt tãquam fratres ſe pie inuicem adiuuarent. *Et Marta de iuriſd. p. 1. c. 49.* Mutua inquit charitas chriſtianæ ciuitatis fundamentum eſt, dum mutuis ſe ſe omnes officijs tuentur, & aliorum alij viciſſim opem deſiderant, & impertiuntur Principes enim dicuntur Romanæ Eccleſiæ defenſores, ideo brachium eccleſiæ porrigere debent, & religionem tutari. Beata ciuitas ait, *Bellarm. de offic. Principis l. 1. cap. 5.* cui ex magno dono contigit vt pium Principem, & ſanctum Epiſcopum haberet, & qui inter ſe animis, & ſtudijs cõiuncti, eſſent in populo ſibi commiſſo recte gubernando occupati, &c. *Fuligatus in eius vita c. 2 1.* Ac ut ait. *Io. Carmel. in inſtr. Princ. l. 2. c. 6.* Neque rara, neque leuis eſt conſueuit inter Epiſcopos, & vrbium proceres controuerſia; proinde Epiſcopus tempus anteuertat, & antequã ingens hoc malum ingruat, humaniſſimis officijs procerũ bñuolentiã ita captet, ut ſibi oĩno pſuadeãt optare ſe illis pplacere, neque eorũ poſtulatis ſi honeſta ſint, renuere uelle. Officijs igitur initio inſiſtendum, vt animi bene afficiantur, quod ſi officia diu impenſa, & repetita lenitas minime proſint, ita cõi eccleſię bono pſpiciedũ eſt, vt eccleſiaſtica libertas, & immunitas nulla ex parte lædaẽ hęc ille. *Arg. conc. Trid. ſeſſ. 25. de regular. c. v. & Bonac. de clauſ. monial. q. 1 pun. 7. Marc. Ant. Genuenſis in Man. Paſt c. 66 & in Praxi cur. Neap. c. 42. num. 10.* Et cum *concilium Trid. ſeſſ. 24. de refor. mat. c. v.* cõcedit vt inter magnos Principes, & ob publicam cauſam in ſecundo gradu diſpenſari valeat, nõ per hoc acceptio perſonarum admittitur; ſiquidem per matrimonium inter cognatos Principes pacis fœdus pro communi bono firmatur, & illa quæ videtur indecentia. ſpirituali commodo compenſatur, ea namque ratione ſacroſancta eccleſiæ potentum authoritate fulcitur, vt rtueulentos lupos ab ouili arceat. *Henriq de matrim. l. 12. c. 3. num. 6. in gloſſ.* Vnde, & *D. Bonauent.* inter cauſas quas affert cur ſine perſonarum acceptione aliquando religioſi magis honorent diuites, quã pauperes, & promptiores ſe in eorum obſequijs exhibeant, illam ſubinfert, quod qui potentem virum in bono promouet, multos iuuat; ſicut ẽ conuerſo ipſius ſubuerſio multorũ eſt detrimentum. Vide eũdem in *qq. ſuper reg. q. 23. &c.* Arg etiã. *Coninch. d. 27. de matrimon. num. 57.* vbi ait Principibus, & Magnatibus ſemper aliquid indulgẽdum eſſe. &c.

Cauere tamẽ debent Epiſcopi ne propriæ dignitatis, & grauitatis obliti, Principibus adulentur, & ne ipſis, vel alijs Magiſtratibus indecentia obſequia exhibeant, nimirum ne obuiam prodeant procul ab eccleſijs ſuis, non ſe dimittant ab equis, vel mulis, vel procidant, ut eos colant, nec ad eos hora prandij intient, indebita perſoluãt officia, ſed ipſi Epi venerationẽ digni habeanẽ, & q. libere errãtes arguere valeant, vt pet *Baron. tom. 10. Anno 869.* D. Ambroſius quamuis in arguendis Magiſtratibus, & Iudicibus pro rerum, ac temporum ratione magnam animi conſtantiam, & dicendi libertatem oſtenderit, attamen cum alio potius remedio opus eſſe intelligeret, illorum animos demulcere, & cõuiuio excipere eoſdẽ cõſueuit. D. Carolus Laicis Principibus vtiles libellos ad eorum inſtructionem accommodatos donare ſolebat, ad menſam excipiebat, & ad ueſpertinã domus ſuæ precationẽ, & ſpiritualem ſcholam inuitabat, & multa alia ex prudentię præſcripto pro pace cũ eis conſeruanda agebat. Quippe, vt alibi dixi decet Epiſcopum lenitas, humanitas, manſuetudo.

Qui vult amari (dixit quidam) languida regnet manu, (pectus.

Odit, vt ait Euripides, Deus nimis vehementes im-

Odere ciues, gratior eſt moderatio.

Genuenſ. d. cap. 66. Arg. Azor. par. 1. l. v. c. 14. q. 7. Duard. in Bulla Cæna Domini l. 2. can. 13. q. v. Inſuper videre debent Epiſcopus, & Princeps ne diſparum ſibi conueniunt, & mutuas ſimultates alſit, communis hoſtis cacodæmon contra illos faciat, quod de miluo apologus narrat, vidit enim murem, & ranam rixantes, & ad inuicem contendentes quis eorum maior videretur, & in palude Principatum obtineret, vidit inquam, & cito litem diremit, vtrumque namque vnguibus ſuis rapuit, raptumq. deuorauit. *Chau. de prud. l. 1. c. 6. §. 2. &c.*

Adde ad Epiſcopum ſpectare pacem inter Principes, & alias priuatas perſonas componere. *c. Habendum. diſt. 90.* ideo n. In miſſarũ ſolemnijs, & in re ſacra facienda enuntiat, Pax vobis, vt oſtendat ſe eſſe Chriſti vicarium, qui venit in terra pacem mittere. *gl. in c. hoc quoque. de conſecr. diſt. 1. Carbo. de pacific. c. 38. Barboſa. p. 2. de Epiſcop. Alleg. 79. num. 2.*

RESOLVTIO.

Primum dictum cum Documentis.

Atque his ſic precognitis dico Primo, A polloniũ ex viſitationis ſex annorum ſpatio omiſſione, non excuſari à graui culpa, vtpote ſacrarum ſanctionũ violatorem, & tãquã q. participaue rit in criminib. qb. ex officio, & canonum cõciliorumque præceptione, obuiam ire tenetur, præſertim quando illa clericorum fuerint, quos, vtpote à ciuili foro exemptos, caſtigare ſpecialiter illius curæ, ac ſolicitudini relinquitur; vt proinde. *Caiet. in v. Epiſcoporum peccata,* quem alij ſequuntur, dixerit, culpa obſtringi Epiſcopum, qui

non

non viſitat, & ſi in viſitatione populo non prædicat, & monita ſalutis non relinquit. Arg. quod de regul. Prælatis ait. *Roderic. in qq. regul. tom. 2. q. 4. art. 4. & 5.* Si quis œconomiam, quæ domeſtica quædam reſpublica, & monarchia priuata eſt conſideratis, deprehẽdet patrẽ familias ampliſſimam familiam habentem; ex omni parte circumſpectũ eſſe debere, atque non ſolum quid domi agatur curare, uerum etiam, vt in villis, prædiis, omnique ſuo iure ſingula diligenter adminiſtrentur, diſpicere, fundos circumire, quomodo culti ſint cognoſcere; quæ opera facta infectaq. ſint ſcrutari. Quã diligentiã ſi paterfam. omitteret, œconomi, villici, atque ſerui, non ſolum agenda omitterent, & quilibet pro ſua libidine viueret, ſed etiã tota œconomia ſenſim periret, teſte *M. Catone de re ruſtica.* Idem quoq. iis accidit, quos Deus in imperio quodam ſiue eccleſiaſtico, ſeu ſæculari collocauit, niſi enim ſubditorum vitam, mores, religionẽ, & ſtudia inquirant, examinent ac corrigant, fit vt quilibet in ſuo ſtatu, & ſtatione remiſſior euadat, & nimia licentia deterior. Nam, vt ſupra dixi, et notant ſcribentes in *c. ea quæ ext. de ſtatu monach.* Viſitatores regularium non tantum contenti eſſe debent audire quæ ſibi à fratribus circa morũ ędificationem, & regularis diſciplinæ obſeruantiã referuntur, ſed etiam de ſingulorum vita inquirere eos oportet; nam

Principis eſt virtus maxima noſſe ſuos.

Iuxta etiam illud Sapientis *Prou. c. 27.* Diligenter agnoſce vultum pecoris. Siquidem Pręfecturæ tàm eccleſiaſticæ, quàm regularis finis eſt animas ad Deum dirigere, diſciplinam procurare, & tueri, non autem vt dicebat *D. Bernard. hom. 4. ſuper miſſus eſt*, cum magna cura erigere muros, & negligere mores. Hinc. n. ex huius rei negligentia Magiſtratuũ tam eccleſiaſticorum, quam ſęcularium contemptus, diuerſa nouitatis ſtudia, legum tranſgreſſio, rixæ, & quis alia flagitia prodeũt. Siquidẽ impunitate, nimiaque indulgẽtia oẽs hominũ cõditiones pręſertim verò in ſpirituali ſtatu corrumpi hæc noſtra ſæcula variis calamitoſis exemplis edocuerunt. Sicut è contra per viſitationem innumera beneficia proficiſcuntur, nã baſilicę inſtaurãtur, dierum feſtorum cultus reſtituitur, tenuiorum oppreſſiones arcentur diſſidia componuntur, concubinarij corriguntur, blaſphemiæ, ludi illiciti, periuria profligantur, plurimaque alia mala ignorata; pernicioſeque ſerpentia dereguntur, ac eliminantur. Vt proinde vere dixerit *Ariſt. l. 1. œcon. c. 6.* quod oculus Dñi pinguẽ facit equũ. Et alius,

Per tria ſi, ſo, vi, Carthuſia permanet in vi.

ideſt per ſilentium, ſolitudinem, ac viſitationem. *Reginald. l. 20. num. 64. Pinus de reg. Iu hom. v. Piaſec. d. p. 2. c. 3. num. 60.* vt dixi *de ſtat. p. 1. c. 22.*

Quippe Eps debet eſſe fidelis ſeruus, & prudẽs, quẽ cõſtituit Dñs familiam ſuam vt det illis cibũ in tẽpore. *Matth. c. 24.* ubi quinque dignoſcuntur cõditiones Prælato neceſſarię. P°. fidelitas, vt Prælaturæ finis in ſolum Deum, & animarũ ſalutem, non in propria cõmoda præfigatur. Cui hæc ſecunda conditio ſubſequitur, vt Epiſcopus ſit ſubditorum ſeruus, nam & Antigonus referẽte Plutarcho dicebat regnum eſſe ſplendidam ſeruitutem, & Imperium eſſe merum laborem. Tertio, vt ſit prudens, Ars eſt enim artium regimen animarum *c. quam ſit. ext. de ætate, & qualit.* Quarto, vt ſit à Domino conſtitutus, & tanquam Aaron ſit ab eo vocatus, vt ait *Apoſt. ad Heb c. 5.* Quinta conditio, vt ſubditis tam ſpiritualem, q̃ corporalem cibũ ſuo tempore tribuat, & ſe patrem, & Paſtorẽ non percuſſorem agnoſcat. *Conc. Trid. ſeſſ. 13 c. 1.*

Viſitationis tamen abſoluto negotio, aliqua ſãcire debet Epiſcopus circa ea, quæ corrigenda videbuntur, & eccleſiarum Rectoribus iniungere, vt ea intra præſcriptum terminum exequantur, & delicta ſi quę detecta ſunt punire debet. *Barboſa par. 3. de Epiſcopo. Alleg. 73.*

Secundum Dictum.

Secundo dico, nec ipſum à graui, & non leui noxa immunem eſſe, cum illam hoſpitalẽ domum ſub illius Principis protectione exiſtentẽ, abſque eius aſſenſu viſitauit, & per conſequens excommunicationem in Principem latã inualidam eſſe, vtpote intollerabilem continentem errorem, cum hoc aperte *Conc. Trid.* determinationi *ſeſſ. 22. de refor.* aduerſetur *c. 8.* In quo loco aduertendæ quoque erũt hę Cardinalium Deciſiones. Primo Dubitatum fuit, an exceptione illius *c. 8.* quo excipiuntur hoſpitalia, quæ ſunt ſub immediata protectione Regum, & ſine illorum licentia non poſſunt ab Epiſcopis viſitari, comprehendantur omnia hoſpitalia, quæ ſunt in eorũ ditionibus, & regnis? Reſpõdit S. Cõgregatio non comprehendi niſi hoſpitalia, quæ expreſſe reperiuntur eſſe ſub Regum protectione. Secundo, Congregatio cenſuit Epiſcopos poſſe viſitare omnia hoſpitalia, & pia loca, & quomodocumque nuncupentur, etiam ſi ſint priuata laicorum, ac etiam corrigere, & reformare in caſibus à iure expreſſis, nempe ob negligentiam, vel lapidationem bonorum, vtque teſtatoris mẽs ſeruetur. *&c. Ludou. Deciſ. 4 & 8. Belletus in Diſq. cler. par. 1. §. 12.* vbi etiam refert S. Cõgreg. reſpõdiſſe, Epiſcopum poſſe reſeruare facultatẽm ſuo arbitrio reformandi ſtatuta, & decreta Montis Pietatis, & illa augendi, idque etiam extra viſitationis actum. Tertio item declarauit, ſi Epiſcopo aliquod hoſpitale viſitare volenti opponatur quod ſub immediata Regum protectione

exiſtat, vtique non ad ſæcularem Iudicem, ſed ad Epiſcopum talis exemptionis cognitionem pertinere. Vbi etiam aliqui aduertũt, exemptionẽ præſumi ex quaſi poſſeſſione 40. annorũ ex *c. de quarta. cum ibi notat. ext. de præſcr.* Quo loci decernit, omnia eccleſiaſtica iura ſpatio 40. annorum præſcribi: per quod etiam in his quæ magni præiudicii ſunt, iuſtus titulus præſumitur. *Nauar. conſ. 2. de reſc. conſ. ſi. de præſcript. Nald. in v. Exemptio. Malf. ſ. tract. 12. c. 3. num. 293. Genuenſ. in Praxi Neap. c. 61.* Quarto hoſpitalia illa eo loco comprehendi, quamuis Epiſcopi authoritate erecta, aut approbata non ſint, modo pietatis cauſa inſtituta ſint. *Marta p. 2. de iuriſd. c. 18. Garzias de benef. p. v. c. 1. num. 602. Barboſa d. c. 8. Riccius in Praxi confrater. laicorum reſol. 147. Marius Anton. lib. 1. variar. reſolut reſolut. 14.* Et quamuis Regum tantum mentio fiat, nõ tamen excluduntur Principes, & aliæ titulares perſonæ, quæ in ſibi ſubiectos t palem iuriſdictionẽ hñt. Sic quamuis in *Clem. 1.* de baptiſmo diſponatur, vt nullus debeat filios domi baptizare, ſed in eccleſiæ niſi vrgeat neceſſitas, vel niſi ſint filii Regum, vel Principum, ab eo tamen Decreto Marchiones, vel Comites titulati non arcentur, &c. vt etiam annotauimus ſupra *tr. 9. cap. 24. quæſt. 75. arg. Henriq l. 12. de matr. c. 3. nu. 6. in glo. Sanch. l. 8. d. 19 Ric. in Praxi var. reſol. reſolut. 427.*

Tertium Dictum.

TErtio illam aſſertionem affero, Robertũ in excõmunicationem in Bulla cœna Domini incidiſſe, ſi inſecutionem fratris ſui contra Epiſcopum factam, ratam habuit, ideſt ſi aliquo externo ſigno tanquam nomine ſuo geſtũ, licet à ſe non mandatũ hoc approbauit, q. ſ. ſuus frater hoſtili more, vt capitalem hoſtem publicè, ac manifeſtè eum ſit perſecutus, etiã ſi ipſiuſmet Epiſcopi perſonæ nihil damni ſit illatum, nec effectus ſit ſecutus, dummodo nocendi animus interuenerit, vt quia telum in eum intorſerit, lapidem iecerit, ad eius ædes in eum inſultauerit, quò illum occideret, mutilaret, caperet, obſideret, & his ſimilia, vt per *Sayrum l. 3. de cenſ. Nau. conſ. 31. de ſent. excom. Duard. in Bulla cœna Domini. l. 2. can. 1. q. v. & 15. Martam de Iuriſd. p. 2. c. 34.*

Quartum Dictum.

QVarto dico, quod & ſi Epiſcopus familiam armatam tenere poſſit; vt per eam reos capere, & in carcerem trudere valeat; ſicut & aliquas corporis pœnas in cauſis ad forum ſuum ſpectantibus infligere ei integrum eſt. *Barboſa in Epiſcopo par. 3. Alleg. 107.* & ei liceat regulares notorie extra clauſtra delinquẽtes in defectum Superioris religioſi punire. ex *Conc. Trid. ſeß. 25. de regul. c. 14.* & Conſtitutione Clementis VIII. *Incip. ſuſcepti muneris.* non tamẽ armata manu more caſtrorum ad inquirendos, & capiendos reos, in illud monaſterium irruere debebat, niſi omnibus remediis, ac viis tentatis, ad huiuſmodi rationẽ neceſſario deuenire neceſſe fuerit. Quemadmodũ enim ei qui per emplaſtrum in corporis medicamentis non curatur, vulnus, & cauterium adhibetur; ſic in moralibus, qui per lenientia remedia non ſanantur, per flagella, & exaſperantia medicamenta, corrigi debent, iuxta illud poeticum,

Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.

Alex. de Aleſ. p. 4. ſumma q. 81. membro. 2. Gabriel. in 4. d. 18. l. 4. quæſt. 2. art. 1. Lexicon *theol. in v. corrigere.*

Quintum Dictum.

QVinto dico, Apollonium iure Emanuelẽ excommunicationis cenſura percellere potuiſſe, ſi contra pactum in contractu matrimonij appoſitum, & iuramẽto roboratum, in loco Helenę vxoris habitare recuſauit. Siquidem in rei ſuæ traditione quilibet pactionem, & conditionẽ, quã vult niſi legibus repugnet apponere poteſt. *l. 1. C. de pact. conuent. c. verum. ext. de condit. appoſ.* Nec tale pactum cõtra matrimonij libertatem militat. *arg. c. gemma ext. de ſponſ.* ergo tanquam iuſtum, & licitum ſeruandum eſt. Ad hæc huiuſmodi conuentio ad obligandum maritum non ponitur, vt perpetuo in certo loco morẽtur, ſed ne mulier ab oppido in quo nata, & educata fuit, à parentibus, & conſanguineis ſuis auellatur, quæ ſeparatio nimis eſt dura. *l. liberorum ff. de verb. ſig. Butrius. cõſ. 3. Tuſch. v. Prouerbia concl. 904.* Vbi allegant illud vulgare apud Bononienſes. *Legami le mani, e li piedi, e mettami fra li miei.* Quæ reſolutio intelligitur niſi noua recedendi cauſa ſuperueniat, ob quam viro neceſſarium ſit aliò proficiſci, vt quia Cœlum eſt minus ſalubre, vel in eo oppido inimicitias cõtraxit, vel in exilium ſit pulſus. &c. tunc enim non obſtante pacto etiam iuramento firmato, quod in eo caſu minime intelligendum eſt, aliò migrare marito fas eſt; omnis enim promiſſio intelligitur re in eodem ſtatu permanente. *c. quemadmodũ. ext. de iuramento. arg. l. ſi conuenerit ff. pro ſocio. Tiraq. l. 1. connub. par. 1. gloſſ. 1. nu. 39. Genuenſis in Pract. eccleſ. q. 772. Sanchez l. 1. de matrim. d. 40. Gutierrez. c. 23. Bonac. q. 4. pun. 6. num. 22. Reginal. l. 31. num. 309. Molfeſ. tract. 4. c. 13. num. 25. & ſeq.*

Cauere tñ debebat Epiſcopus ne in Emanuelem

Digitized by Google

excommunicationem nō niſi in ſubſidium ferret, ideſt poſt debita monita facta) & quando ad continendum eum in officio nullum aliud ſupererat remedium. *arg. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reſor. c. 3. idē Genuēſ. in Manu. Paſt. c. 64.* Vbi ait ex communi Epiſcopum qui iniuſte ſine ſcriptis, aut monitione, aut craſſa ignorantia excōmunicat lethaliter peccare, & ad reſtitutionem famę proximi teneri, cū eum grauiter lędat. *ex c. ſacro. ext. de ſent. excom. v. 1. eodem tit. in 6. Bonac. de cenſ. q. 1. pun. 8. & 9.*

Epiſcopi, & Superioris partes, & documenta.

PArtes Epiſcopi sūt regulares admonere, vt cū ad eum pro aliqua gratia, & licentia, ſeu facultate obtinenda accedunt, ante omnia ad eius regulæ formam, quam profitentur, vitam inſtituant, moreſq. componant. Quoniam non ex clericis tantummodo ſæcularibus ſi recte inſtitui fiat, ſed ex monaſterijs etiam in quibus honeſte, & pie viuitur, plurimum in eccleſia Dei ſplendoris, atque vtilitatis exiſtit, vt aiunt Tridentini patres *ſeſſ. 25. c. 1.* Hinc Imp. Conſtātinus aiebat magis, religionibus, quā officiis corporis labore, ac ſudore rēpubl. cōtineri. *Et Lupus. Abbas Ferrer. ad* Carolum Regē ſcribēs *ep. 45.* Sic loquitur, Indefinēter vobis in diuerſa occupatis pro ſalute, ac proſperitate veſtrā excubāt. Monachos quos D. Auguſtinus *de opere Monach.* Senatores laborioſos vocat, quieſcere, & otioſos deſidere dicetis, qui numinis clementiam cōtinuis orationibus propitiam reddunt, & vitę ſanctitate Deo nos cōciliant, &c. *cap ipſi ſacerdotes. 1. q. 1.*

Sic vbi à diſciplinę regularis inſtitutis regulares deſciſcere Epus intellexerit, Superiores aduertere debet, vt rem collapſam reſtituere curent, ſi illi omiſerint, nec intra ſex menſes ſuos viſitauerint, emendauerint, & ſub diſciplinæ leges reduxerint, tunc Epiſcopus ipſe neglectum ab ipſis officium ſuſcipere debet, viſitare, corrigere (prout ipſi Superiores poſſent) debet, & ad priſtinam viuendi rationem reuocare. *Idem Conc. ſeſſ. 21. de refor. c. 8.* Propterea ipſum Epiſcopum monaſteriorum præſides hortari par eſt, vt regulam quam cū aliis ſuis ſubditis profeſſi ſunt, tanquam capita inter membra ſtricte teneant, ac ſeruent, vt à ſibi credito grege facilius obſeruari faciant, ſiquidē totius familiæ Dñi ſtatus, & ordo nutabit, ſi quod requirit in corpore, non inueniatur in capite. *D. Leo Epiſt. 82. conc. Trid. ſeſſ. 24. de ref. c. 1.* Dux ſuis ſit Superior ad uirtutem, ad religioſam vitam; victū, veſtitum, corporis incōmoda, ad perfectionis ſtudium, ad vocationis integritatem, ad conſtitutionum, ac regularum accuratam obſeruationem, ad ea denique, quę merito à ſuis deſiderat, memor Apoſtolicæ admonitionis. In omnibus præbe te ipſum exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, &c. & non magno molimine ſuos ad eadem impellet, ſequentur præeuntem, & vel ſola verecundia ſuadenti Ducem imitabuntur. Nulla certior ratio ad ardua ſuos deducendi, quam ſi ad difficillima quæque manū prior Superior admoueat. Nihilque hominis animum ad ſalutem ducit, iunioreſque ad laborandum incendit, atque ſi Doctorem re ipſa, & exemplo ad virtutē cohortatorē inuenerint. ait *B. Ephr. tom. 1. tr. de vita ſpirit. c. 37 & Scrib. de ſup. relig. l. 2. c. 10*

Inſuper Eps ex prudentiæ pſcripto in negotijs agendis omnia circumſpicere debet, & ſimul perpendere, quæ ex illis conſequi poſsūt, iuxta illud *Pro c. 4.* Oculi tui recta uideāt, & palpebrę pcedāt greſſus tuos. Ad hæc in oī re tria conſiderare, an liceat, an deceat, an expediat. *c. magna. ext. de voto.* Et ex eiuſdē prudētiæ dictamine multa neſcire aliqua diſſimulare, & nonnulla obliuiſci. *D. Bernar. de conſid. l. 4 c. 3. Genu. in Man. Paſt. c. 4. & 5.*

Paſtoralis curæ negligentiæ cauſa.

NEglectus in curandis ſuorum morbis naſcitur ex ignauo quodam Superiorum tepore, dum aut promouendi inſtituti, aut propagādæ Dei gloriæ, aut ſalutis, ac perfectionis ſubditorum zelo carent; ſiue emendationis quadā deſperatione, dū aut robori ſuo diffidunt, aut de ſuorum virtute deſperant; aut difficultatibus territi manum curationibus admouere formidant; qua benignitatis ſpecie nil crudelius inueniri poteſt; augentur enim, & recrudeſcunt per interualla morbi, & extrémis periculis, qui patitur, proximus eſt. Hinc fit, vt inferiores dum mala nō perſentiunt, quibus in dies magis, magiſque immerguntur, in deterius labantur, & ante lapſum, quàm periculum, aut præcipitium experiantur, ſera poſt ruinā medicatione, *Marol de irreg. l. v. c. 11. Nal. v. Prælatus. & v. Superior.* Vbi etiā notat, Superiores regulares teneri ſub pęna priuationis officiorum redigi facere in ſuas conſtitutiones, Decreta, & reformationes regularium edita per *Clem. 8.*

Remedia.

REmedia à ſeria Superiorum in omnem partem intentorum vigilantia petenda ſunt, nulli parcendo quà monendo, quà blande, ſuauiterque vulneris, morborumque loca pertractando leniendo, fouendo, grauiora, & acriora, ſi neceſſitas exigat, medicamenta adhibendo; certus à minimis initiis ad ſumma deueniri, & à tenuiſſimi vnguis fricatu ad mortem properari. In primis

cauere debet Superior, vt nullus domo egrediatur præſertim ſi aliqua de eo ſuſpicione laboret, niſi quo, & cum quo ſocio, ipſi Superiori viſum fuerit. Ab ipſa enim vitæ monaſticæ ratione, ac profeſſione, vt ſua ipſius perfectio cõſeruaretur, ac augeretur, hic mos proceſſit. Enimvero, vt ait *Seneca ep. 11. & 25.* Oĩa nobis mala ſolitudo perſuadet magna pars peccatorũ tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat. Propterea Epiſcopus ob huiuſmodi neglectum à ſuis Præfectis officium, ſtatuere poteſt, ne religioſi ſoli à monaſterio exeant, ſed bini, vel terni procedãt, iuxta *c. quod Dei timorẽ, ext. de ſtatu monach. Zerola in Praxi Epiſcopali p. 1. in v. monachi.* Qui ſi extra clauſtra delinquunt, ab Epiſcopo ipſo etiam excommunicationis gladio puniri poſſunt, *ex Cõc. Tri. ſeſ. 6. de refor. c. 3. & Bul. Clem. 7. Iuſt. Sedis Apoſtolicæ*, & tradit *Rin in var. reſol. reſol. 210.* Hinc *Io. Garm. de inſtruct. Princip. l. 2. cap. 4.* Si clauſtra exempta, & vitæ ſanctimonia conſpicua ſint, ad rem eſt cum his humaniſſime agere, viros inde ad ſacras conciones, & conſilia, cæteraque pietatis officia petere, nihilque illis moleſtiæ irrogare, imo eorum priuilegia intacta tueri. Si primæus flos in exemptis clauſtris emarcuerit, ſuauiter Epiſcopus Prælatos admoneat, vt quæ erigenda, vel corrigenda ſunt, per ſemetipſos præſtent, ne malum ex eorum ſeptis erumpens externa correptione compeſcendum ſit, enitanturq. vt propriarũ legum cuſtodia in quouis monaſterio vigeat, & quod collapſum eſt per eiuſdem inſtituti Prælatos quoad fieri poteſt reparetur.

Ex eum Superiores præſertim regulares exactæ ſuæ villicationis rationẽ reddere teneantur, cõueniẽtiſſimum eſt viſitationis, & vt dicunt ſyndicationis officium, ſic vt ait *Roder. qq. regul. tom. 2. q. 4. ar. 1.* Cum reſidẽtia, & ſi non de iure diuino, ſaltem naturali ac humano in eis locum habeat: Licet enim Concilia, & Canones, de his non loquãtur, attamen ob rationis paritatem, & quia ſunt Prælati, animarum curam habentes, ſi abſque legitima, et iuſta cauſa non reſideant, lethali culpa animum proprium ſauciant, teſte eodem *Roder. in ſumma p. 2. c. 37.* Nec muneri ſuo ſatisfaciunt, ſi cũ abſunt, Vicarium conſtituunt, cum tãquam accurati vigiles in cuſtodia gregis ſui per ſeipſos tegere debeant, iuxta illam Domini præceptionẽ. *Ioãnis 12.* Paſce oues meas.

Porro et obiter hoc dicã abſentia regularis Prælati vltra menſalem diẽ à ſuo conuentu ſufficiens videtur ad trãsferẽdum ius in vicem gerentem, vt facultati. *Conc. Trid. ſeſ. 24. de refor. c. 6.* vti poſſint quæ Superioribus localibus erga ſibi ſubditos competit, vt inſiſtit idem *Roder. tom. 1. qq. reg. q. 61. art. 9. Sanchez l. 8. de mat. diſput. 2. q. 12. Bris. p. 4. reſpon. caſu 37. Nal. v. abeſſe num. 1.*

CAPVT VII.

QVAESTIO XIII.

An m. p. & in cenſuram aliquam incidat Epiſcopus, qui raro admodum ſacras ordinationes celebrat, in eis nullo habito delectu, quemlibet fere admittit, ſine cauſa in interſtitiis diſpenſat, & nunquam nec per ſe, nec per alium prædicare ſolet, an cum ordinauerit ſacerdotẽ porrecta tantum vna panis ſpecie ſit rite, & valide ordinatus? &c.

OCtauianus Epiſcopus raro ad modũ ſacras celebrat ordinationes, nempe ſemel, vel bis in anno, & tunc leui facto examine, paruo delectu habito, ſimul cum Examinatorib. omnes fere approbat, & poſtulantes nulla iuſtæ cauſæ habita ratione ſuper interſtitiis, tam ſæcularium, quàm regularium diſpenſat. Inſuper alterius ſubditum prima tonſura, abſque proprii ordinarii conſenſu inſigniuit. Item cũ ordinationes celebrat, nec per ſe, nec per alium prædicare ſolet, Tandẽ ex obliuione ordine ſacerdotali quẽdam Diaconum inſigniuit vas tantum cum vna panis ſpecie porrigendo, nec hunc defectum poſtea ſuppleuit, Quæritur an ex illa inaduertẽtia lethaliter peccauerit, & an ſacramentum ordinis teneat, Et nunquid illa aſtringatur culpa, & cenſura, &c.

I. SVPPOSITVM.

Præambula fundamenta.

REſpon. ſuppono Primo multas, & varias eſſe Epiſcopi obligationes, quas longa manu inter alios proſecutus eſt *Marc. Anton Genuen. ſi Manuali Paſtor.* & nos aphoriſtico ſtylo delineauimus in *Cõment. de hum. vitæ ſtat. p. 1. c. 6.* Prout Primo de iure diuino ad perſonalem reſidentiã teneri. Secũdo, ſubditorum delicta corrigere. Tertio, per ſe prædicare, vel ſi non poteſt, idoneos concionatores ſubſtituere. Quarto honeſto victu ſibi reſeruato, ſuperfluos eccleſiæ redditus pauperibus diſtribuere. Quinto diœceſim ſuam ex *Triden. Conc.* decreto, & limina Apoſtolorum, iuxta cõſtitut. Sixti V. pariter viſitare; Septimo diligenter inquirere an teſtamenta, & piæ teſtatorum voluntates adimpleantur, Octauo excommunicationes nõ leuiter decernere ex eodem. *Conc. Trid. ſeſ. 25. c. 3. de refor.* Nono ſi religioſus fuit, habitu ſui ordinis ſui quæ epiſcopali muneri non repugnant ſeruare. Decimo ſuper monialium clauſuram vigilare. Decimop°. loca, & vaſa ſacra, & virgines conſecrare. Decimoſecũdo, diuinis officiis ſaltem dieb.

do-

dominicis intereſſe. Decimotertio ex Tridentinis ſanctionibus Synodum in ſingulos annos celebrare,& ad Prouinciale Concilium ſtatuto tempore accedere. *ſeſſ.24.c.2.de refor.* Decimoquarto aptos magiſtros decernere,qui in ſua eccleſia neceſſaria doceāt. Decimoquinto, de idoneis miniſtris ſibi prouidere,doctos Theologos,& Iuris Canonici peritos ſibi aſciſcere,qui in grauioribus rebus ſibi à conſilio ſint. Decimoſexto, ſingulis annis chriſma conficere,& ſuis temporibus confirmationis ſacramētum adminiſtrare. Decimoſeptimo, ordines per ſe ipſum conferre cum poteſt ſolis dignis, & eccleſiaſtica beneficia iuxta ſacros Canones impertiri, atq; propterea opera Examinatorū quos idoneos iſtituet vti. Vñ, vt dixi, in primis certū eſt Epiſcopum ex officio teneri per opportuna anni tempora quoſdam ſacris ordinibus initiare, vt ſit ſufficiens ſacerdotum copia, per quos fideles diuinum præceptum de ſuſcipiendis ſacramentis implere poſſint; ſiquidem de ſacro ordinis cōmunicati,ſeu eccleſiæ Prælatis mandatum imponitur, Sicut ſi magna pars regni bellis,aut peſte periiſſet fas eſſet Regi ne reſpublica periret, quoſdam ad matrimonii ſtatū impellere, nō tñ inuitos cogere. vt per *Henriq.de ſacr.ord.l.10.c.4.nu.3.Sanch. de mat.l.2.d.27.*

II. SVPPOSITVM.

Secundo ſupponēdum, quod vt Epiſcopus ſit ſacramenti ordinis miniſter idoneus,ac legitimus plura requiruntur,nam vt valide ordinem conferat Primo exigitur ut ſit baptizatus, cum baptiſmus ut omnibus notum eſt, ſit omnium ſacramentorum ianua,ita vt ſi de facto cōſecraretur, & ſi cōmuni errore baptizatus putaretur, nec ordines conferre,nec chriſma conficere, nec ſacrificium facere,nec à peccatis, vel cenſuris abſoluere poſſe. *c.veniens.extr.de presbyt. non bapt. Azor p.2.l.3.cap.48.quæſt.1.* Sed qui natus eſt inter chriſtianos, & inter eoſdem conuerſatus, non dubitādum illum eſſe baptizatum, quouſque euidentiſſimis argumentis contrarium appareat,etiam ſi expoſitus fuerit, dummodo viginti vel plures dies natus appareat. *Barboſa.p.2.de off. Epiſc. Alleg.2. num.8.* & alii communiter. Secūdo, ut ſit ſacerdos, nam quidquid plures Canoniſtæ ſentiant, communis eſt Theologorum,ut alias notaui,ſententia nō imprimi Epiſcopalem characterem, niſi prius ſacerdotio ordinatus fuerit. *Suar.de cenſ.d.31.ſect.1.nu.53.Sayrus l.7.de cenſ.c.10.nu.41.Vaſq. tom.3.3.p.d.240.num.54.& 243.num.24. Hēriq. l.10.de ord.c.5.Con.l.1.var.reſol.c.10.nu.16.* Attamen ex aliquorum ſententia ſi erat ſacerdos, ſed non Diaconus,uel ſubdiaconus,& fecerit ſe conſecrare Epiſcopum,licet mortaliter peccaret, collatio tamen ordinis quo ipſe caret ualeret, contra illam legalem regulam. Nemo dat quod non habet *L.nemo plus iuris.ff.de reg.iur.* Tertio,ut ſit conſecratus,uel ad minus à ſummo Pontifice confirmatus. Quandoquidem Epiſcopus non conſecratus proprie Epiſcopus dici non poteſt,ubi de negotio agitur ad ordinis executionem ſpectante , ut eſt ordines conferre,confirmationem adminiſtrare,altaria conſecrare,&c. Ei tamen integrum erit ea quæ Epiſcopalis ordinis ſunt,alteri Epiſcopo demandare. *arg.gloſ.in clem.1.de priuileg.* Vbi qui habet beneficium curatum licet ſacerdos non ſit, poteſt tamen alteri ſacerdoti licentiam dare,ut ſacramenta adminiſtrat.(Et ſi hodie ex *conc.Trid.ſeſſ.14.cap.7.* cuipiam confeſſionem ſuorum ſubditorum committere non valeat, niſi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Epiſcopo approbationem obtinuerit) Secus in his, quæ iuriſdictionis tantum ſunt,ut eſt in uotis,& iuramentis diſpenſare,cenſuras ferre, caſus reſeruare abſoluendi facultatem aliis impertire,nam hæc omnia etiam non conſecratus obire poteſt; quādoquidem Eps electus,& confirmatus,quō ad omnia quæ ad iuriſdictionis poteſtatē pertinent,uere Epiſcopus dicitur,cū ut ſacri Canones loquuntur,per conſenſum, & electionē matrimonium ſpirituale quod Epiſcopus cum eccleſia contrahit, initietur, per confirmationem ratum fiat, & per conſecrationē cōſummetur. *Vgol.de off. Epiſcopi p.1.c.2.§.3. Riccius reſol.136. Barboſa p.2.de Epiſcopo. Alleg.36.* Beneuerum eſt Epiſcopum conſecratum, uel à Papa confirmatum regulariter non poſſe licite nec ea quę ad iuriſdictionem pertinent exercere, niſi expeditę literæ capitulo præſētatæ fuerint, *extra uag.Iniunctæ.tit.de elect.Molfeſ.tract.2.c.17.n.4.* Quarto requiritur,ut debitam materiā ſimul cū forma,actuali,uel virtuali intentione interueniente proferat. *conc Trid.ſeſſ.7.c.11. D.Ant.3.p.tit.20.c.2.§.1.Bellarm.de ſac ord.c.9.*

III. SVPPOSITVM.

Vt vero licite Epiſcopus ordines conferat exigit. Primo,ut à culpa mortali ſit immunis. Sed licet ſit expers grā,& iniquus,gratiā qua caret largitur ordines conferendo,illud enim axioma, Nemo dat quod nō habet,intelligitur de cauſa principali, non de inſtrumētali, qualis eſt ſacerdos ſacramentum conferens. *Barboſ.Allegat.3.* Secundo, vt irregularitate, vel cenſura aliqua nō ſit affectus,nec aliquo impedimento irretitus, &c. Si tamē eſſet occulte excōmunicatus, valerent geſta per eum. At Epiſcopus à beneficii collatione ſuſpenſus,ſi illud cōtulerit,præterquā qđ collatio inualida eſt, in papalem excōicationem incidit.

Suar. tom. v. d. 22. Tertio, vt ordinandus ſubditus ſit, aliàs etiam ſi abſq. alienis commẽdatitijs, lr̃is, vel primã tonſurã ſcienter, vel per affectatã ignorantiam dediſſet, prętet culpam, per annum a collatione clericalis tonſuræ ſuſpẽſus eſt. *c. vlt. de tẽp. ord l. 6.* Sicut etiam Pontificalia exercens, vel ſolum calicem, ſeu corporalia cõſecrando in aliena diæceſi ſine licentia Dięceſanis nõ cogitans id ſibi non licere, ſed credens bene facere, non euitat ſuſpenſionem à Põtificalibus, nec irregularitatem ſi ſic ligatus non id aduertens eadem poſtea exerceat, vt ex *Conc. Trid. ſeſſ. 6. de refor. c. v.* reſoluit *Nau. in conſ. 12. tit. de cleric. excommunicato miniſt. in nonis.* & innuit. *Barboſ. p. 2. de offic. Epiſcopi. Alleg.* 80. *num.* 14. vbi ait ſolam celebrationem in Pontificalibus in locis exemptis, & in aliena dięceſi non eſſe Epiſcopis vetitam. *Et Gratian. in for. Diſcept. c.* 127. decidit Epiſcopum, & Vicarium poſſe exercere actũ volũtariæ iuriſdictionis extra territoriũ. &c. Quarto, vt circa ordinãdos diligens examen præmittat, & non niſi dignos tam quò ad mores, & ſciẽtiam admittat, ſiquidem ſine examine ordinans deponi debet, & ad ordines hoĩes ignaros, aut improbatæ vitæ promouẽs, nullãq. in hoc, aut paruam diligentiam adhibens, mortaliter peccat. Satis namque oratione exprimi nõ poteſt, quot mala, & incommoda ex indignorum ordinatione in chriſtianam rempublicam inuehantur, ex qua ſæpe ortas eſſe hęreſes deplorãt paſſim. DD. ex *c. pen. ext. de ætat. & qualit. Archid. in c. ſi qui.* 1. *q.* 1. *Tol. l. v. c.* 4. *Gennẽſ. in Man. Paſt. c.* 55. *Alphon. de Caſtro. de iuſta hæret. punit. l.* 3. *c. v. Henriq. de ord. l.* 10. *c.* 16. *Coninc. d.* 20. *dub.* 10. *Riccius in Praxi. var. reſol. reſol.* 150. Propterea probitas cum peritia in ordinandis agnoſcenda eſt; literatis. n. viris Dei eccleſia indiget, ꝑ quos totus mũdus illuminatr̃, & tõne ſcientiæ ſe à vitiis abſtinere præſumunt. In religioſis tñ q ad aĩatũ curã nõ aſſumuntur, nõ tanta ſcientia exigẽda eſt, tũ qa imperfectũ ſciẽtię ſupplet pfectio charitatis, tũ quia ex mutuo eorum conuictu de neceſſaria ad eorũ munus peragendum peritia ſpes affulget, vt excõi reſoluit. *Barboſ. p.* 2. *Alleg.* 46. ꝙ infra, & alibi retulimus. Quinto quò initiandi de gradu quem ſuſcipiunt, & onere, ꝙ ſubeunt edoceri poſſint, in generalib. ordinationibus Epiſcopus, vel per ſe, vel per aliũ ſermonem ad clerum habere debet. Nàm ſi Epiſcopus Paſtor eſt, vt omnino eſſe debet, id quoq. per eum præſtari par eſt, vt oues eius vocem audiant, ipſiuſque doctrinam, & exempla ſequantur, nam vita Præſulis vos afficit, & plene alit, & viua vox olim dicebatur non ſcripta, ſed ab ipſo pronũtiantis ore percepta quaſi viuida, & efficax. &c.

IV. SVPPOSITVM.

VNde Tertio ſupponendum eſt, quod cum manuũ impoſitio ſolis Epiſcopis commiſſa ſit, tanquam oſtium per quod intrãt, qui eccleſiarum gubernaculis præficiendi ſunt, maxime eſt ab illis inuigilandum, ne qui ad aperiendam aliis ianuam regni Cœleſtis vocati ſunt, ſibi ipſis claudant, & ob malam miniſtrorum electionem, cum Paſtor Paſtorum apparuerit, ab àuditione mala timeant, quod aduerſus Apoſtolicam legem manum temere impoſuerint. *Baronius tom. 6. anno 461. num. 6. Lud. de P. de perfect. tom. 4. l. 1. c. 6 Genuenſ. & Man. Prælat. c. 55.* Vnde à collatione ſacerdotalis ordinis ſuſpenditur, qui indignum, & minime idoneum ſacerdotem ordinauerit. *c. ſi qui Epiſcopi. 1. q. 1. Suar. tom. 5. d. 31. ſect. 5. nu. 2. Sayrus l. 4. c. 12. num. 17.*

Quò tamen ad ſcientiam communiter DD. tradunt, Epiſcopum poſſe diſpenſare ad ordines cum illiterato aliquod principium à grammaticę habẽte, & ſpem addiſcendi in futurum oſtendente, maxime ſi ſint religioſi, in quib. vt dixi, & loquit̃. *Innoc. 3. in c. niſi cum Pridon. ext. de renunt.* Imperfectum ſcientiæ ſupplere poteſt perfectio charitatis. Hi enim regulariter loquendo ad animarum curam non ordinantur, ſed ſolummodo ad choro, diuiniſq. officiis aſſiſtendum, remq. ſacram faciendã, remanetque in his ſpes de neceſſaria ſciẽntia ad ſuũ munus peragendum comparanda, ob continuam inſtructionem, quæ in religioſis cætibus habetur. *Roderiq. in qq. reg. tom. 1. q. 24. art. 7. Miranda tom. 2. q. 8. ar. 7. Barboſ. de Epiſc. alleg. 46. n. 14.* Summa itaq. ratione per quatuor anni tempora, quibus ſacramentum ordinis conferri ſolet, in eccleſia Dei inſtituta ſunt ieiunia, vt cõe votũ cõis ẽt ꝑcedat orõ. Tanta eſt. n. eius dignitas, & pſtãtia, ut quodãmodo ex hoĩbus Deos faciat, oĩaq. ſacra ab hoc vno dependeant, vt ſine ipſo partim cõfici, & adminiſtrari nequeant, partim ſolemnibus cęremoniis careant. *Catech. Rom. de Sacerd. ordinis* Appetente igitur ordinationum tempore Edictum ſacræ illius actionis ab Epiſcopis proponẽdum erit, atq. Parochi tùm Vrbani, tùm Dioceſani hæc præſtare debent. vt ipſum Edictum inter miſſarum ſolennia populo promulgent, omneſq. moneant, vt ſanctũ illud ieiunii tempus religioſe colant, & pias ad Deum preces effundant, vt in vinea Domini vtiles, ac digni Operarii aſſumantur *Gut in con. qq l. 1. c. 26. Gennẽſ. in Man. Paſt. c. 55.*

Ordinandorum porro examini tanquam negotio omnium grauiſſimo, Epiſcopi ipſi quò ad fieri poteſt, intereſſe deberent, & nullam quàmuis grauem occupationem huic anteponerent, atq. Examinatoribus præcipere, vt in huiuſmodi miniſterio oculatiſſimi ſint, nec humanis affectibus obſe-

quan-

quantur, ſed Deo inſeruiant, eccleſiæ vtilitati, ac animarum ſaluti conſulant, ac propriæ conſcientiæ ſatisfaciant. Præſertim difficiles ſe præſtent in illis approbandis, qui ad Subdiaconatus ordinem promouendi ſunt, cum gradu illo ſuſcepto, non ſit amplius pœnitentiæ locus, nec regredi liceat. Super quos etiam Eps inuigilabit ne ficto patrimonio, vel bñficio initient, & vt etiã ſeruatis téporum interſtitiis ordines conferantur, niſi ex legitima cauſa cum his diſpenſetur, vt diximus ſup. *tr. 2. c. 1. q. 15. & c. 2. q. 18. & ſeqq.* Cauebit à nouitiorum ordinatione, qui patrimonio carẽt, illos .n. fine eo ad ſacros ordines pron ouens ab illorũ ordinum collatione per annũ ſuſpenditur. ex Bulla Pij 5. *incip. Romanus Barboſa de Epiſcop. p. 3. alleg. 111. nu. 16.* Simulq. ordinandi intentionem perquiret, an illi animus adſit Deo ſeruiendi, & ad ſacros ſuperiores ordines aſcendendi, nã quidqd ſit de minorib. ordinibus ſubdiaconatũ ſuſcipiẽs ſine intentione ad alios ſacros perueniendi, graui culpa ſe obſtringit. *Bannes, 22. q. 12. art. 1. in 2. diff. Sanchez. l. 7. de matr. d. 31. num. 16 & ſeq. Coninch. de ſacr. tom. 1. d. 20. à n. 104. Bonac de ſacr. d. 8 q. 1 p. vlt. in fine.* Et cum tanta ſit huius ſacramẽti ſanctitas, quò qui initiari volunt pie id faciant, & quæ onera ſubeant, probe intelligant, ipſi Epiſcopi, vel alii ab his deputati concionem ad clerum habebũt. *Gen. l. c. Carolus à Baſ. Pet. in vita D. Caroli l. 7. c. 31. Henr. Sedul. in vita S. Lud. Epiſcopi Toloſ. c. 17. Io. Iacob. in Conſt. Saliburg. Conſtit. 22*

I. ASSERTIO.

HIs ſic præhabitis, dico Primo quod licet in Octauiani arbitrio fuerit, ſemel, bis, ter, vel quater in anno, ſacras ordinationes celebrare, prout in Domino expedire prudenter iudicauerit (tenetur enim Epiſcopus ex officio per opportuna anni tempora quoſdam ordinibus initiare, vt ſit ſufficiens miniſtrorum ſacerdotum copia, per quos fideles diuinum præceptum de neceſſarijs ſacramẽtis ſuſcipiendis implere poſſint. *Hẽriq. l. 10. de ord. c. 4.*) culpę tamen graui obnoxium ſe conſtituit cum in promotione, vel examine ordinandorum, adeo ſegniter ſe geſſerit, vt iuxta Apoſtoli pronunciatum *1. ad Timoth. c. 5.* cito cuilibet manus imponens, alienis peccatis communicauerit; cum hoc negotium non ſit per transennam contuendum, vel agitandum, neque res tàm ardua, & ſeria per functorie tractanda; ſed cum permagni in Dei eccleſia referat, quæ de hominibus in ſacrum ordinem recipiendis, vel ad ſacra munera admittẽdis diſquiſitio habeatur (de qua grauiter veterib. decretis. & recentib. ſanctionib. præceptum eſt.) *Baron. tom. 2. anno 224.* vt etiam dixi *in comment. de Bat p. 1. c. 6.*) tùm de moribus tùm de literis aliiſque à iure requiſitis periculũ diligẽter fieri oportet. Nam Epiſcopus ante ordinationem magnam diligentiã adhibere dẽt, perſcrutando an clerici à ſecularibus iudicib. inquiſiti, an ære alieno ſint grauati, an ſacramenta frequentauerint, & alia à ſacro Conc. Trid. pſcripta ſeruauerint, vt comprobent, non iudicii ſecularis fugiẽdi cauſa, ſed ex diuino impulſu, hoc vitæ genus elegiſſe. Sane legimus apud *D. Luc. c. 6.* antequam Apoſtolos deſignaret, Dominum in oratione pernoctaſſe; & ſcimus in Eccleſia more ab Apoſtolicis temporibus deducto, niſi præuio ieiunio, & oratione, ordinationes non celebrari conſueuiſſe. *Act. 13.* vt promouendorũ delectum habendum eſſe decernetur.

II. ASSERTIO.

SEcundo nec leui noxa ſe aſtrinxit, cum ſine iuſta, & rationabili cauſa in interſtitijs diſpenſauit, contra apertam *conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 11. & 14.* diffinitionem, vbi cauetur vt cauſa diſpenſandi cum conſtituto in minoribus ad ſubdiaconatum ſuper anni circulo debeat eſſe neceſſitas, vel vtilitas eccleſiæ diſiunctiue. A ſubdiaconatu ad Diaconatum quęlibet leuis cauſa, cum iudicio Epiſcopi id relinquatur, à Diaconatu ad presbyteratum, vtilitas, & neceſſitas eccleſiæ coniunctiue. Huc namque ſpectat illa D. Bernardi ad Prælatos admonitio. *l. 3. de conſid. c. 10.* Non ſũ ii quit, tã rudis, vt ignorẽ poſitos vos diſpenſatores, ſed in ædificationem, non in deſtructionem. Denique quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur, vbi neceſſitas viget excuſabilis diſpẽſatio eſt, vbi vtilitas probat, diſpenſatio laudabilis eſt, vtilitas dico communis, non propria, nam cum nihil horum eſt, non plane fidelis diſpenſatio, ſed; crudelis diſſipatio eſt. Vnde cum Epiſcopus circa beneficiorum, & officiorum ſpiritualiũ collationem non ſit dominus, ſed diſpẽſator, fidęlem ſeruum ſe præbere debet, vt ea dignis cõferat, Imo curata beneficia nõ ſolum dignis, ſed dignioribus dare debet, cum ſecundum iuris diſpoſitione ſe gerere teneatur, quod ſi non facit infidelitet agit, & ab eius electione appellari poteſt. *Marc. Ant. Gen. in Man. Paſt. c. 36. Riccius in Praxi var. reſolut. reſol. 520 ex conſtitut. Pij V. incip. in conferendis.* Quæ quidem interſtitia, ſeu ſpatia ſpum inter ſuſceptionem vnius, & alterius ordinis nõ dubium quin maxima ratione per ſacros Canones ſancita fuerint. Primo vt ſinguli ordinati interim addiſcere, quæ ad ſingulos ordines miniſtrandos pertinent, & literis etiam vacare poſſint. Secũdo, vt matura habita conſideratione, ſtatum clericalẽ, & obligationes eidem annexas ppendant. Tertio, vt Epiſcopus hæc perſpicere poſſit, & ſi videat in

inferiorum ordinum adminiſtratione laudabiliter ſe geſſiſſe, ad maiores promouere valeat, aliàs eos tanquam indignos excludere. Quæ quidẽ diſpenſario cum cauſa etiam reſpectu religioſorum ad Epiſcopum ſpectat, cum quibus cauſa ipſa per atteſtationem ſuorum Superiorum manifeſtata, diſpẽſare ſolet. *Gen in Praxi Neap. c. 83. Regin. l. 30. n. 28. Suarez. tom. v. de cenſ. d. 31. ſect. 1. Vaſquez. tom. 3. in 3. p. d. 246. c. v* Menoch *l. 2. de arbitr. Iud. cent v. caſu* 64. *Molfeſ. tract. 2. c. 1. & c. 14. Roder. tom. 3. qq. reg. q. 27. art. 5. Riccius Deciſ.* 81. *Bonac. de ord. q. 1. p. v nu.* 34 *Zerula in v. ordo.* Obſeruant etiam Doctores præfati, ſuſcipientem ordinem non ſeruatis interſtitijs, nullam cenſuram, vel irregularitatem incurrere, cũ iure non ſit expreſſum. Licet enim Sixtus V. olim aliter diſpoſuerit, tamen eius Bulla per *Greg.* 14. reuocata eſt, & ad auferendos aĩarum laqueos ad iuris terminos redacta eſt. Nec valet illa obiectio, Si qs nec irregularis, nec ſuſpenſus, non ſeruatis interſtitiis efficitur, cur ergo opus eſt diſpenſatione? prompta eſt enim reſponſio, quod ante factum diſpenſatio requiritur, vt cum cauſa, & ad euitandum peccatum fiat; poſt factum vero prædictæ pœnæ non ſubeuntur, per illam regulam, Multa facta tenent quæ fieri prohibentur, &c. *l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. c. ad Apoſtolicam. de regul. Ric. in praxi. reſol.* 150. *Zerula l. c.*

Apud Scribentes etiam communiori calculo receptum eſt Epiſcopum, qui aliquem promouet, & non ſeruatis interſtitiis, ſacris inſignis, aut dimiſſoriales literas concedit, ſi ſciens, & prudens hoc faciat, diſpenſare cenſeri, quia cum iure cõl id ei liceat, & uelle peccare non præſumatur, tacite eũ hac lege ſoluere videtur. ut per *Menoch. l. 2. de præſumpt præſumpt.* 20. *Sayr. l. 7. de cenſ. & irreg. c.* 14. *nu.* 10. *Ric. in 3. p. deciſ. cur. Neap deciſ.* 173. *Bonac. de irreg. diſp. 7. q. 5. p. 1. nu. 9. Reginal. l. 30. trac. 2. nu.* 31. Idem dicendum videtur de Vicario eius generali Epiſcopo in remotis agente, ex notatis *in c. nullus. de temp. ord. lib. 6. Barboſa de Epiſcopo par. 3. Alleg. 54. num, 97. Riccius in* Praxi *liter. dimiſſ. reſol.* 232.

III. Q. RESOLVTIO.

TErtio dico Octauianum, qui ſcienter, vel per affectatam, ut dixi, ignorãtiam, alieno ſubdito, abſque proprij Ordinarii conſenſu primam tonſuram contulit, grauiter peccaſſe, & ſuſpenſionis cenſuram à collatione dictæ clericalis tonſuræ per annum contraxiſſe. *c. fi. de tẽp. ord lib. 6. conc. Trid. ſeſſ. 23. de ref. c.* 8. idem *Riccius deciſ. 297. in* Praxi *fori eccl. & in* Praxi *lit. dimiſ. reſol.* 234. *Graſſius conſ. 2. de temp. ord. Vaſquez. l. c. d. 243. nu.* 45. *Reginal. l. 32. tr. 2. num. 69. Molfeſ. tr. 2. c. 17. num.* 9. Nam licet epiſcopus in propria diæceſi in aduenarum, & externorum ibi cõmorantium votis, & iuris diſpẽſare ualeat cũ rõne domicilii proprius illorum Paſtor efficiatur, vt ex ueriori ſententia reſoluit. *Sanchez. l. 3. de mat. d. 23. nu. 11. & Leſſ. l. 2. de iuſt. c. 40. dub. 13. nu.* 103. quidquid cum nonnullis aliis dicat. *Barboſa de Epiſc. p. 2. Alleg. 36. nu.* 17. eos tamẽ nec prima tonſura, nec ordinibus initiare poteſt *d. c. fin & c.* 8.

IV. Q. RESOLVTIO.

QVarto à culpa nõ excuſari ſi in ordinationibus ad clerum, vel per ſe vel per alium ſalutarem ſermonẽ non habeat, ſiquidem, vt alibi diximus, prædicatio gñaliter loquendo præcipuũ eſt Epi munus, Sic. n. dr̃ in *c. 20. conc. 4. Carthag.* & hr̃ *in c. Eps. d.* 88. vt Epiſcopus nullã rei familiaris curam ad ſe reuocet, ſed lectioni, orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet. Et clarius in *conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c.* 4. Et in eius conſecratione iuxta ritum Pontificalis, nunc etiam enunciatur, Accipe Euãgelium, vade, prædica populo tibi commiſſo. Quinimo adhuc in Eccleſiis matricibus ſublimis cathedra Epiſcopis erigitur, vt ex edito loco populum doceant. Nec illa excuſatio eos releuat, quod non ſacris literis, ſed iuriſprudentię operam dederint, nec in prædicatione, ſed in iudiciis verſati fuerint, nã neq. S. Ambroſ. neq. *D.* Greg. nec *D.* Chryſoſt. & alii prædicationi incubuerunt, ſed forenſibus negotiis ſtuduerunt, & tamen ad eccleſiæ præfecturam vocati, cõcionibus habendis operã nauare cæperunt. Nec minus illa ratio excuſat, quod hoc tempore multi Prædicatores ex religioſis ordinibus hoc munus obeunt, uerum eſt enim, ſed illi in adiutorium Epiſcoporum uocati ſunt, nõ ut proprium ipſorum officium auertant, ac impediant, ſiquidem nõ adiuuari dicitur, qui nihil facit quod debet, & poteſt. Canones, ac Concilia mandant ut Epiſcopi per ſe prædicent, aut ſi legitime impediti fuerint, per alios id præſtent, quoad prædicationis munus aſſumunt. *c. inter cætera de offic. ordin. cõc. Trid. l. c. Bellarm. de gemit. columbę. l. 2. c.* 5.

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. reſolutionẽ dico, Octauianum tã à mortali pecato, quàm ab iteratione ſacramenti ſacerdotij excuſari poſſe; nam quò ad primum ut ait *Caiet. in v. conſideratio.* Peccatum mortale præter intentionem ualde difficile, contra intentionem uero impoſſibile eſt accidere. Et ut multis proſequitur. *Vaſquez. cap. 2. d.* 107. Multoties

actua-

Digitized by Google

ſualis obliuio etiam in ſeriis, & grauibus rebus inuincibili ignorantiæ æquiparatur.

Quò ad ſcd̄m probabiliter dici poteſt cū *Henriq. l. 10. de ordin. c. 6. n. 1. & Bonac. d. 8. q. 2. p. 3. n. 31. Barboſa de Epiſcopo. p. 2. Alleg. 14. num. 9.* cōtra nonnullos recentiores, validè ſacerdotalem ordinem conferri, nec eſſe neceſſario iterandum, ſi ex obliuione vas cum vna tantum ſpecie tradatur; poteſtas enim conſecrandi non diuiſim tribuitur, ſed qui vnam ſpeciem conſecrare poteſt, & aliam pōt cum Chriſti corpus cū ſāguine, & ſāguis cum corpore ex naturali, ut aiunt, concōmitantia coniunctus ſit. Hoc dubium, vt inquit, *Cāpanil. in diuerſ. Iur. can. Rub. 2. num. 17.* contra ſentiens, non ſemel cōtingere valet in Curia, præſertim Magiſtri cæremoniarum, nam quia calix patena opertus Epiſcopo exhibetur, Præſul aperire non ſolet, propterea ipſi rituum Præfecti attente aduertere debent, vt vinum apponatur, atque Antiſtites cautius agēt ſi calicem detegi curabunt, vt videāt an in eō vinum adſit, priuſquam ad materiæ traditionem procedant. &c.

Cum autem in poteſtate clauium, & quò ad poteſtatem abſoluendi à peccatis, impoſitiò manuum Epiſcopi ſuper caput ordinandi ſe loco materiæ habeat, & forma ſint illa eiuſdem Epiſcopi verba; Accipe Spiritum ſanctum, &c. fit vt ſi hoc eſſet omiſſum, in alia ordinatione, vel etiam ſecundum aliquos, priuatim ſuppleri debeat, ad hoc vt ſacerdotalis ordo perfectus ſit nō diminutus, ut eſſet abſque iuriſdictione ſuper corpus Chriſti myſticum. *Molfiſ. tr. 2. c. 10. num. 31.* eſtque cōmunis mens, conſule à nobis tradita ſuper *tract. 4. c. 9. 496.*

QVÆSTIO XIV.

An quid Epiſcopus qui per tres annos ſtetit, quod confirmationis ſacramentum in ſua diæceſi non adminiſtrauit, & poſtea extraneos ſine patrino cōfirmauit mortaliter peccauerit. An pariter eidem culpæ obnoxium ſe reddat, cum Prædeceſſ. ſtatū leges, & Decreta ſua, ſine euidenti cauſa immutauit, & noua condidit, quæ pecuniarias pœnas continent.

Bonifacius Epiſcopus per tres annos ſtetit, quod in ſua diæceſi confirmationis ſacramentum non adminiſtrauit, & cum poſtea ſubditis non cabat alienos ad eum concurrentes ſine patrino confirmauit, & Prædeceſſorum ſtatuta ſine cauſa immutauit, nouaque condidit pecuniarias pœnas continentia. Quæritur an peccauerit, & in aliquam cenſuram inciderit.

Suppoſitum, & confirmationis explicatio.

Reſp. Suppono. Primo confirmationē eſſe ſacramentum quo homo viator baptizatus inungitur in fronte ab Epiſcopo, cū chriſmate, & præſcripta verborum forma, ad fidei robur cōſequendū. In qua diffinitione explicātur quatuor cauſarum genera. Primo cauſa ſubiectiua, quæ eſt homo viuens cuiuſcūq. ſit ætatis, & de cōſuetudine confertur pueris vſu rationis pollentibus, nempe elapſo ſeptennio, Siquidem expectari debet tēpus quo pueri ſuſcepti confirmationis meminerint; atque ideo in hoc ſacramēto alapa impingitur, tum vt confirmati poſtea recordentur, tum vt poſtea adulti, & Chriſtiani militeſ effecti pugnare non feriendo, ſed patiēdo diſcant, vt communiter DD. proſequūtur. *Suarez. tom. 3. d. 35. ſect. 1. Reg. l. 28. n. 22. Henr. l. 3. c. 11. Coninch. q. 72. art. 8.*

Indicatur etiam cauſa materialis proxima, quę eſt vnctio, & remota quę eſt chriſma, ideſt oleum oliuarum cum balſamo mixtū, & ab Epiſcopo conſecratum, quæ omnia ad eſſentiam ſacramenti neceſſaria ſūt. De neceſſitate vero præcepti requiritur vt chriſma illo anno in die cœnæ confectum ſit, vnde etiam hoc ſacramentū à Chriſto quò ad materiam, & formam in diocœnę vltimæ inſtitutum eſt, atque ideo ad eiuſdem Saluatoris noſtri imitationem, eo tempore chriſma ab Epiſcopis conficitur, *Bellar. de confirm. c. 8 con. l. 1. var. reſol. c. 10. c. ſi quis de conſ. diſt. 4. Tol. l. 2. c. 24. & alij.*

Secūdo in diffinitione dictum eſt ab Ep̄o, quo demonſtratur cauſa efficiens materialis huius ſacramenti. Solus enim Epiſcopus de iure miniſter conſtituitur, ex diſpenſatione tamen ſummi Pontificis, etiam ſimplex ſacerdos conferre poteſt; nam vt Catechiſmus Romanus tradit, Sicut in cōſtruēdis ædificijs inferiores miniſtri omnem materiā parant, & componunt, abſolutio tamen operis ad Architectum ſpectat; ita hoc ſacramentum in quo ſpirituale ædificium perficitur, à nullo alio ex officio quam à ſummo ſacerdote, qualis eſt Epiſcopus conſecratus (ſi ſeceſſor cēſura aliqua irretitus) debuit erat adminiſtrari, adeo vt Epiſcopus hanc facultatem ſuo Vicario generali ſacerdoti committere nequeat, quandoquidem hoc ius ad ordinē ſpectat. Epiſcopus verò ſolam poteſtatem iuriſdictionis Vicario ſuo cōcedere poteſt. Debet vero eſſe Ep̄s proprius, ne quis mittat falcem in meſſem alienā.

Poſitum eſt cum præſcripta verborum forma, vt intelligatur cauſa formalis; ſunt enim hæc verba ab Epiſcopo prolata, Signo te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti amen. Expreſſio autem ſanctiſſimæ Trinitatis requiritur, quia cum confirmatio baptiſmi complementū dicatur, & ad promptius proteſtandam, & confitendam fidem in conſecratur, neceſſe fuit vt in forma præcipuum chriſtianæ fidei principium ideſt ſanctiſſima Trinitas exprimeretur. Vnde etiam hæc vnctio cum ſigno cru-

cis

cis in fronte ſit, vt illo vexillo munitus homo fortiter dimicare valeat. *Catech. Rom. hoc tit. nu. 13. Suar. d. 33. ſect. v. Regi. l. 28. n. 12. Henrich. l. c. ar. 4.* Tandem cauſa finalis ijs verbis oſtenditur, Ad fidei robur, &c. Siquidem confirmatio, quæ ab effectu nomen ſortitur, baptizatum; in gratia, in fide, & in vita ſpirituali, confirmat, ac roborat; cum baptiſmus, & confirmatio ſint ſacramenta inter ſe coniuncta, ut ab inuicem ſeparari non debeant niſi morte præueniente, per baptiſmum namque militiæ christianę aſcribimur, & per confirmationem ad pugnam armamur. In baptiſmo à peccatis mũdamur, & in confirmatione uirtũtibus præmunimur, ne Diabolus nos inermes inueniat. *c. Spiritus ſanctus. c. de his. de cõſec. d. v. Cõc. Trid. de confir. ſeſſ. 7.* Nã & cõfirmationis ſacrũm Dęmonũ artes diſſipare teſtatur. *Gregor. Turon. lib. 1. de glor. Mart. Gregor. Nazianz. or. 1. in Iul. Apoſt. ac Lact. Firmian. lib. 4. de vera ſapient. cap. 27.* dum refert à multis Imperatorib. ideo chriſtianos uarijs ſupplitijs cruciatos, quod cum forent uncti, ac frontẽ ſignatã gererent, in cauſa eſſent ne Dęmones reſponſa darent. Vt proinde uerum dicat. *Marc. Ant. Genuenſ. in Mant. Paſt. c. 28.* Epiſcopum non ſolũ aĩarum ſaluti neceſſaria, ſed ẽt ualde vtilia pcurare teneri. *Suarez. in 3. par. q. 72. d. 38. ſect. 2.* Nã confirmationis ſacramentum & ſi non ſimpliciter ad ſalutem neceſſariũ ſit, utiliſſimũ tñ eſt. Vñ ſolet Eps uiſitare ſingulis annis diœceſim, ſynodũ celebrarẽ, & alia facere, quæ multũ utilitatis afferũt.

II. SVPPOSITVM.

Hinc ſecundo ſupponendum eſt, quod cum hoc ſacramentum adeò utile ſit, uti ſancti Patres aſſerãt, quodammodo perfectum chriſtianum non eſſe, qui illo munitus non eſt, non leui culpa ſe Epiſcopus conſtringit, ſi multo tempore confirmare omittat, ut tenet. *Syl. in v. confirmatio nu. 3. Tol. l. 5. c. 4. Suar. d. 38. ſect. 2.* & alij. Et ob huius ſacramenti multa ſpiritualia emolumenta deberet Eps uigilare, ne aliquis ſine ipſo decedat, ac Parochis præcipere, ut morituros interrogent, ſi confirmati fuerint, ut ſi hoc præſidio careant, ipſos confirmare ualeat; licet enim morituris non ſit ad pugnam conferendũ, ad gratię tamen augmentum multum prodeſt. *D. Thomas 3. p. q. 72. ar. 8. Henriq. de cõfir. c. 11.* Hinc Catechiſmus *Rom. p. 1.* §. 1. Si in cõfirmationis inquit ſacramento diligẽtia unquam requirenda fuit, nunc certe opus eſt illud quàm maxime illuſtrare, cum in ſancta Dei eccleſia hoc ſacramentũ à multis prætermittatur; pauciſſimi vero ſint qui diuinæ gratiæ fructum quem deberent, ex eo capere ſtudeãt. &c. Inſuper ſtatuere, & mandare deberet, uti non ſolum Parochi, ſed & diuini uerbi Concionatores in ſuis ſermonibus uim, atq. uirtutem huius ſacramenti fideliter plebem edoceãt, ut quid circa illud credere debeant, ſciant, & quid per huius ſacramenti ſuſceptionem conſequantur, cognoſcant. Quod co præſertim tempore faciendum eſt, quo ipſe Epiſcopus ad ipſos ea de cauſa acceſſurus eſſet. De cuius aduẽtu iidem Prædicatores, & Parochi ſuos ſubditos certiores facient, quibus etiam dies denuntiabunt, in qb. hoc ſacramentum adminiſtrãdum ſit. Quod quidem ſacramentum in urbe ſingulis annis ſecunda, & tertia feria poſt Dominicam Pentecoſtes, & duabus etiam dominicis proxime ſequentibus; in diœceſi uero quolibet tempore, & loco, dum ipſe perſonalem uiſitationem peragit, adminiſtrare deberet, ut pleriſq. ſolettibus Epiſcopis mos eſt.

III. SVPPOSITVM.

Tertio ſuppono, Epiſcopum qui hoc ſacramentum adminiſtraturus eſt, rite diſpoſitũ eſſe debere, & ſubiecto pariter apto, & diſpoſito, ab eo eſſe conferendum. Primo enim requiritur ut ipſe Epiſcopus conferens habeat intentionem formalem, aut virtualem; & ipſe prius ſit confirmatus, ſi autem confirmationis ſacramento careret, illud nihilominus valide conferret, ut baptiſmum etiam miniſtrat, qui baptizatus nõ eſt. *Henriq. l. 10 de ord. c. 5. in fin.* Secundo vt in ſtatu gratiæ ſit conſtitutus, nec aliqua cenſura innodatus; & ſi enim ſacramentum valeret, nouo tamen ſcelere ſe obſtringeret, & ſacrilegium committeret. Et cum mortalis culpæ onere ſe grauari, quod Deus auertat, animaduertit, ſaltem ſufficit vt contritionis actum eliciat. & c. Tertio vt in Eccleſia illud conferat, aliàs mortale peccatum eſſe extra illam confirmare, cum in re graui contra vniuerſalem conſuetudinem fiat, nonnulli ſentiunt; & ſi praxis illam cũ tanto onere, & rigore non receperit. *Barboſa de Epiſcopi p. 2. alleg. 30. nu. 13.* Et ut ritus, & eccleſiæ ceremonias, & alia ad tantũ ſacramentum neceſſaria ſeruet. De quibus in Pontificali habetur. Enĩuero ob maximam quæ huic ſacramento debetur, reuerentiam, Indutus ſacris veſtibus confirmaturus accedit, & ieiunus ſaltem de cõſilio adminiſtrat, deinde præmiſſis quibuſdam precibus, ac benedictionibus, confirmandum in fronte vngit, vittaq. linea ligat, leniter alapa confirmatum cædit, ſolenniter bñdicit, tãdemq. oſculũ pacis illi porrigit, quę omnia ſuis myſterijs non carent. &c. Verum autem ex his ritibus aliquẽ prętermittere lethalis ſit culpa necne, à grauitate cuiuslibet cæremoniæ pendet, & inde prudentis viri arbitrio relinquenda deciſio. *Fernand. in c. Spiritus. de conſecr. d. 5. p. 7. dub. 1.* Quarto vt ſuis tan-

tum

Digitized by Google

tum ſubditis, & in ſua diæceſi tãtum adminiſtret, quia aliàs talis adminiſtratio illegitima eſſet, & diſſidiorũ fomes, ideoq. graue peccatum, propter quod tamen cenſuram aliquam, aut irregularitatem nõ incurreret, cum id non inueniatur iure expreſſum. Aliqui tamen diſpoſitionem. *Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 5.* vbi habetur, Nulli Epiſcopo prætextu cuiuſcunq. priuilegii Pontificalia in alterius diæceſi exercere niſi de Ordinarii loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas, ſi ſecus factum fuerit, Epiſcopus ab exercitio Pontificalium, & ſic ordinati ab executione ordinum ſint ipſo iure ſuſpenſi, hanc, inquam, diſpoſitionẽ ad Epiſcopum quamcunq. contentioſam iuriſdictionem in aliena diæceſi exercentem extendunt. *Henriq. l. 3. c. 6. nu. 6. in gloſſ. Zerula in Praxi Epiſcopali par. 2. in v. Epiſc. Gratianus in Diſcep. Forenſ. c. 127. Barboſa de officio Epiſc. par 2. alleg. 30. num. 15.* Quinto vt in adminiſtranda cõfirmatione ſuſceptorem, vel patrinum baptizatum, & confirmatum adhibeat; ſiquidem, vt dixi, confirmatus ad pugnam armatur, at qui gladatoriã pugnã ſubeũt, ab aliquo inſtrui debent, & ſuſtẽtari tãquã imbecilles. In cuius rei ſignũ Põtificale Rom. Epis præcipit, vt poſt expletam confirmationem, ſuſceptoribus annuntient, debere chriſtianis moribus illos informare, quos in confirmationis ſacramento filios ſponte ſuſceperunt, &c.

Et ſic inter patrinum, & confirmatum, patrem, & matrem confirmati, ſpiritualis cognatio etiam p procuratorem contrahitur. *Conc. Trid. de refor. mat. ſeſſ. 24. c. 2. Sanchez. l. 7. de matr. d. 56. Reg. l. 31. num. 152. Molfeſ. tr. 4. c. 2. Hering. l. c. c. 3. num. 4. Vgol. de offic. Epiſc. p. 2. c. 25. §. 1. Fernandez. in c. Spiritur de conſ. d. 5 p. 3. dub. 1.*

Vnde ad Parochos ſpectabit confirmandos notare notáq. Prelato tradere, & poſt confirmationẽ, confirmatorum, ac patrinorum nomina in peculiari libro, vt de baptizatis præcipitur, deſcribere, idq. ad probationem non ſolum huius ſacramẽti ſuſcepti, ſed etiam cognationis ſpiritualis, quæ ex eo ſicuti ex baptiſmo exoritur, vt ſtatuit *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. mat. c. 2. Sanch. lib. 7. de mat. d. 57. Reginald. l. 31. nu. 152. Az. p. 2. l. 3. c. 12. q. 16.*

Subiectum Confirmationis.

CONfirmandi vero Primo debent eſſe baptizati, alioqui ſacramentum non reciperent. Secundo quò ſacramenti gratiam conſequantur, ſi mortifero peccato detinentur, ipſius ſaltem cõtritionem habere, alioqui & ſi characterem, nõ tamen gratiam accipiunt. Addunt etiam multi, vt ieiuni ſint, ſicut & Epiſcopus cõferens, ſed hoc eſſe conſilii tantum, non præcepti, communis eſt ſententia illa confirmata ratione, quod cum admodum confirmandorum numerus excreuerit, cui niſi lõgo temporis interuallo, ſatisfieri nõ valeat, nec inde commode ieiuniũ obſeruari poſſit, eiuſdẽ cuſtodia, & obſeruantia in deſuetudinẽ abiit: teſte Soto quem omnes ſequuntur. *in 4. diſt. 7. q. 1. art. 12.* Tertio non excommunicati, vel interdicti; nam eſto contumaciæ eos pœniteat, lethaliter tñ peccant, eo qđ ſacramentorum communione carent. Quarto vt ſint adulti, & ſuſcipiendi intentionem habeant. Infans vero vſu rationis carens, ſi confirmandus ſit, vt de iure fieri poſſe omnes ſentiunt, voluntas Chriſti, & eccleſię pro eo ſufficit.

Porro Epiſcopus cuius, vt diximus, munus eſt, hoc ſacramentum conferre, breuibus, ac grauibus verbis antequam illud adminiſtret, vel Parochus de præſtantia, ac dignitate ipſius ad populum ſermonem habebit, ſimul admonendo, qua religione ac pietate ſuſcipiendum ſit, nullum. n. eſt aliud ſacramentum, ad quod maiori incuria, & irreuerentia accedatur, cum multi rideant, verba iocoſa, ne grauiora dicam, effundant; & omnes diæceſis fideles hortãdo, vt hoc ſacramentũ nõ negligant, q ſine graui piaculo fieri nõ poſſet, ſed per impoſitionem manuum Epiſcopi Spiritum Sanctum accipiant, & perfecti Chriſti milites efficiantur. *Vgol. l. c. §. 3. Paleot. in Archiep. Bon. p. 3. tit. de ſacr. cõfirmat. Piaſecius p. 1. c. 3. Zerula in Prax. Epiſcopals in v. chriſma.*

IV. SVPPOSITVM.

QVarto præmitto Epm debere vigilare circa ſtatuta, quæ condit, vt diſcrete procedat ne animæ illaqueentur. Et quamuis circa diœceſanas ſynodos celebrandas ſollicitus eſſe debeat, à præceptorum tamen multitudine, & veterum legum mutatione, quatenus fieri poteſt, abſtinere eum par eſt. Inter quamplura argumenta, vt alibi dixi, à grauiſſimis ſcriptoribus obſeruata, quibus labentis reipub. ſtatus conuinci poteſt, vnum præcipue ex legum multiplicitate collectum recenſetur, corruptio. n. reipub. multæ leges, inquit. *Tacitus l. 4. Annal. & Lipſius l. 2. Polit. c. 11. Fuſc. Peraldus in ſumma virt. ac vit. tom. 2. c. 38.* Vbi etiã tradit tria religioſos ordines deſtruere. Primum eſt præceptorũ multiplicatio. Secundũ, ſingularitas. Tertiũ, rerum temporalium amor. arg. *Nauar. conſ. 15. de reb eccleſ. non alien.* Nec cum ſtatuta condit, debent frequenter pecuniarias pœnas continere, cum auaritiam ſapiant, cuius ſuſpicionem ab Epiſcopo abeſſe conuenit. *Abbas in c. irrefragabili ext. de offic. ordin.*

I. RESOLVTIO.

HIs præiectis dico Primo, Bonifacium Epiſcopum difficile admodum excuſari poſſe, quin mul-

ſibus viribus fuiſſe, neq. aduerſus Sathanam fortiter pugnare potuiſſe, niſi per hoc ſacramentũ confirmaretur, ac ſuſtentaretur. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de ref. c. 2.* & DD. cõiter. *vt Sanch. de mat. l. 7. d. 58. n. 9. Regin. l. 31. n. 152. & Barb. in remiſſ. d. c. 2. Acta eccleſiæ Mediol. p. 4. tit. de ſacr. confir.*

IV. RESOLVTIO.

QVarto dico difficile à graui culpa Epm excuſari poſſe, ſi ſuas, & antiquas Prædeceſſorũ leges temere immutat, præcepta ſine cauſa multiplicat, & pœnas infligit, quas in proprium vſum non in cauſas pias conuertit. Quod circa ædificia idem fere circa leges accidere viris potentibus, & legum conditoribus ſolet diſplicent illis paſſim ab anteceſſoribus extructæ fabricæ, nouas quotidie meditantur, facilis error, & reipubl. haud multum pernicioſus: at bonas leges prius cõditas eleuare, vt propriis ſubrogatis locus ſit, res eſt quæ incõmoda, nec pauca, nec parua poſt ſe relinquit. Non modo bonum ſupprimitur, quod ex illis dũ obſeruabantur, manabat, ſed mutationi quoq. aſſueſcunt ſubditi, nouitatis ſtudium inducitur, & quaſi conuulſa arbor ad ruinam reſpub. diſponitur quæ alias ſtaret,

Moribus antiquis ſtat res Romana, viriſq.

Omitto iniuriam quæ Epiſcopo, & priſco legis authori irrogatur, & populo eius coetaneo, a quo recepta fuit, & approbata ipſumque doceri, quomodo ſubrogatam legem contemnere poſſit. Quam mali agant Prælati, qui erga ſubditos præcepta multiplicant, oſtendit *Peraldus in ſumma vitiorum, & vitiorum. tom. 2. de peccato ſuperbia.* Nec tamen idcirco abnuitur licere non nunquam, imo etiam expedire, latam olim legem expungere, quãdoquidem leges feruntur temporibus, hominumque moribus accõmodatæ, & conuenientes, quæ omnia mutationi obnoxia ſunt. Etiã Romana Eccleſia quandoque iuxta temporis exigentiam, ſua ſtatuta mutat. *c. non debet. ext. de cõſang. & affin.* Atque huc ſpectat magni illius Aſſueri reſcriptum, *Eſther c. 16.* Nec putare debetis, ſi diuerſa iubeamus, ex animi noſtri uenire leuitate, ſed pro qualitate, & neceſſitate temporũ, ut reipublicæ poſcit vtilitas, ferre ſententiã. *Chanaſ. de pr. d. l. 2. c. 7.* Quomodo verò peccẽt Epiſcopi, qui ſæpe pecuniarias mulctas imponunt, & in proprios vſus eas conuertentes pijs locis non aſſignãt, ex *Conc. Trid.* & declaratione. *Congreg. Card.* probat *Genuenſ. in Praxi Neap. c. 69. & Piaſecius in Praxi Epiſcopali. p. 2. c. 4. & Vgol. de off. Epiſcopi p. 2. c. 56. n. 5. Tuſch. v. Princeps. concl. 679. Graffius. conſ. 2. de pœnis. nu. 26. & de Arbit. confeſſ. l. 2. c. 51. Barboſa de Epiſcopo. par. 3. Alleg. 107. num. 19.* vbi referunt à ſacra Congreg. declaratum, vbi Epiſcopus euidenter eget, eas ſibi aſſumere poſſe. Quod alibi pro ſubiecta materia aduertimus.

QVÆSTIO. XV.

Diſpenſatio matrimonialis Epiſcopo delegata, an ab eo ſuo Vicario ſubdelegari poſſit. An filij ex inualido matrimonio nati ſint legitimi. Num Epiſcopus diſpenſare poſſit vt ignoranter ſimoniace proviſo de beneficio ſimplici, qui illud legitime reſignauit, denuo conferatur. Nũquid monialem *voce actiua, & paſſiua largitionem quandam ſuis cõſanguineis factã priuare potuerit. Et an ſacerdos qui à moniali pecuniam pro miſſis celebrandis ab eo iniunctis accepit, in ſuſpenſionẽ, & caſum reſeruatum inciderit. Sacerdos excommunicatus, ſed occultus, qui in eccleſia munia ſua obijt, an fructibus beneficij ſit priuatus. Et an pœna de eiſdem fructibus ſit ſoluenda. Eccleſia pauper an ſi eius redditus ad reparationem non ſufficiant, à clerico diuite de patrimonio reſtaurari debeat.*

CVm Romulus, & Iſabella in tertio cõſanguinitatis gradu cõiuncti exiſterent, matrimonium bona fide in facie eccleſiæ contraxerunt, & illud conſummarunt, filiosq. ex eo ſuſceperunt.

Poſtmodum agnito impedimento, hoc Romano Pontifici eſt expoſitum, qui abſolutionem, & diſpenſationem Gaſpari Epiſcopo mandauit, qui mox hoc negotium Laurentio ſuo Vicario in totum ſubdelegauit, Vicarius tàm à peccatis, quàm à cenſuris, ſi quas contraxerant, abſoluit, atq. vt in matrimonio perſeuerarent, diſpenſauit. Itẽ cũ Ignatius Marcello ſacerdoti filio ſuo per ſimoniam ſimplex beneficium obtinuiſſet, re detecta eidem ſuo Vicario commiſit vt à peccato ſimoniæ, & à cenſura eũ abſolueret, & facta prius illius beneficij reſignatione idem beneficium cõferret, & à fructuum perceptorum reſtitutione eũ liberaret. Vnde quæritur an ſtãte illa delegatione matrimonium illud validum ſit. Et an filij ex eo nati ſint legitimi, ita vt tã ad ordines, & beneficia capienda habiles ſint, & nũm in parentum bonis ſuccedere valeant. Et an pariter hæc abſolutio, liberatio, & beneficij collatio ſimoniacam laben ignoranti facta iure ſubſiſtat?

Ad hæc voce actiua, & paſſiua Euphemiã monialem priuauit, eo quod quædam bellaria, & eſculenta, & nonnulla ad deuotionem pertinentia, cum tacita ſuæ Præfectę licentia, ſuis cõſanguineis donauit. Necnon illius monaſterij Bernardũ cõfeſſarium in caſum ab ipſo reſeruatum, & ſuſpenſionem in ſynodabilibus conſtitutionibus conten-

tam incidiſſe pronuntiauit, quia à Dorothea ſanctimoniali pecuniam pro duabus miſſis celebrandis, & in pœnitentiam ab eo iniunctis accepit. Inſuper cũ Demetrius in Cathedrali Capellanus excommunicationi eſſet aff.ctus ob conſenſũ præſtitum in Raphaelis Diaconi percuſſionem, qui nihilominus cum res eſſet occulta, officium ſuum in choro obire non deſtitit, cum hoc ad ipſius Epiſcopi aures perueniſſet, beneficij fructibus, & quotidianis diſtribuitionibus eum priuauit, & cũ 25. aureorũ penſionem Martino ſacerdoti ſolue re deberet, de proprijs, & patrimonialibus bonis ſoluendam eſſe decreuit. Tandem cum vrbem, & diœceſim viſitaret, inuenit Fabricium ſacerdotem diu. Fim, ſed tenũ ſimplex beneficium habentem qui cum ex ejus redditibus eccleſiã reparare non poſſet, eum vt ex proprio patrimonio inſtauraret compulit. Ex quo etiam facti ſpecie hæ quæſtiones dimanant. Primo an huiuſmodi pœnam in prædictam monialem ob illam donationem factã infligere potuerit. Secundo an recte iudicauerit Bernardũ ad eum delatum in caſum reſeruatum, & ſuſpenſione u incidiſſe, cum talis ſit Qui aliquid à pœnitentibus nomine reſtitutionis, aut ſatisfactionis, aut promiſſis celebrandis in pœnitentiã iniunctis exegerint, &c. Tertio an pariter rectũ & iuſtum iudicium tulerint cum Demetrio excõmunicato eccleſiaſticos prouantus ſubtraxit, & pẽſionem de proprio ſoluendam ſtatuit. Quarto an iure Fabricium ex patrimonio eccleſiam inſtaurare compulerit.

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1. q. reſpondendo, & negotium paucis quò ad fieri poteſt perſtringendo, dico Gaſparem Epiſcopum matrimonialem diſpenſationẽ ſibi à Romana Sede commiſſam, & delegatam, Vicario ſuo ſubdelegare non potuiſſe, atq. ideo matrimoniũ illud in facie eccleſiæ, & ſeruatis ritib. eccleſiæ præceptis alias initum iure non ſubſiſtere. Et ſolida illa rõne, reſolutio hæc confirmatur, quod matrimoniales cauſæ vtpote grauestã iure cõmuni, quàm inſpecto ſtylo curiæ Epiſcopis potiſſi num delegari ſolent, *c. cauſam matrimonii. ext. de off. deleg.* Atqui vbi factum cõmittitur quod per vnum, & non per alium explicari poteſt perſonæ induſtria electa cenſetur. *c. is cui de off. deleg. lib. 6. Menoch. de arbit. Iud. l. 1. q. 54. nu. 6. & caſu 68. num. 15. & l. 2. de præſump. q. 2. n. 4. & conſ. 69. num 18. Tuſchus. v. induſtria concl. 105. Ric. in Deciſ. Cur. Neap par. 1. Deciſ. 88. num. 6. Barb. de Epiſcopo part. 3. Alleg. 84.* Si ergo Epiſcopi induſtria electa cenſeatur ſequitur dicendum, cauſam Vicario ab Epiſcopo alijs occupationibus diſtricto committi non potuiſſe, & per conſequẽs ab eo geſta nullius eſſe momenti. Nam & cõmunis eſt DD. ſententia, publicorum negotiorũ impedimentum iuſtam cauſam delegato non præſtare, vt alteri ſubdelegare queat, *teſte Alex. Iaſone. & alijs in l. 1 ff de off. eius cui mandata eſt iuriſd. & Menoch. conſ. 17. nu. 12.* Et quamuis cauſæ cognitio, ac iuriſdictio veritatis precum examinandæ delegari poſſit, non tamen nudum miniſterium, vel actus ipſe diſpenſationis alteri cõmitti valet, vt per Scribentes in *c fin. §. cæterum. de off. deleg.* Atque ſic reſoluit. *Menoch d. conſ. 17. Sanch. l. 8. de mat. d. 25. num. 43. Bonac de legibus d. 1. q. 3. p. 8. §. 1. n. 18. Gutierez. de mat. c. 123. nu. 20.*

II. Q. RESOLVTIO.

VErum quod attinet ad filios, ex hoc inualido matrimonio natos dicendum eſt ex communiori Doctorum placito legitimos eſſe, dummodo coniugium illud ſit bona fide contractum, & in facie eccleſiæ celebratum; potuit enim eccleſia habita ratione integræ fidei, vtriuſque contrahentium, vel alterius tantum prolem ſic ſuſceptam tanquam legitimã approbare, vt per *Abb. & alios in cap. ex tenore. ext. qui fil. ſint legitimi. Bald. in l. quicontra C. de inceſt. nupt. Suyrus l. 6. de irreg. c. 10. num. 3. Nald. in v. filius num. 10. Sanchez l. 3. d. 41. num. 1. & 2. & l. 8 d. 33. num. 46.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. quæſt. dico collationem illam beneficij ab Epiſcopo factam, valere abſoluti enim iuris eſt, Epiſcopũ, vel Ordinarium diſpenſare poſſe, vt beneficium ſimplex per ſimoniacam labem ignoranter prouiſũ, ei q illud legitime poſtmodũ certior factus reſignauit, denuo conferatur. *c. pen. ext. de elect. Nau conſ. 97. de ſimonia num v. V gol. de ſimonia tab. 4. c. 7. §. 1. Graffius l. 2. Deciſ. aur. c. 98. nu. 4. Magal conſ. 31. Azor p. 3. l. 12. c. 22. Suar. de relig. l. 4. c. 57.* Vnde ſequitur, inquiunt, ad reſtituendos fructus inde perceptos Marcellum aſtringendum non eſſe, *arg. poſſeſſor. & c. pro poſſeſſore. de reg. Iur. in 6.* cùm quia munia, quæ tale beneficium exigit, bona fide præſtit, tum quia ſi quid ex mercede ſeruitio debita ſupereſt, ſucceſſori debetur, & conſequẽter ipſimet, cum per nouam Epiſcopi collationem ſuccedat. &c.

An autem expenſæ factæ à patre, vt filius illud eccleſiaſticum beneficium cõſequeretur, cum fratribus indiuiſione conferendæ ſint. Videndus eſt. *Gutierez. in Pract. qq. l. 2. q. 65. num. 10. & Marc. Ant. Genuenſ in Pract. eccleſ. q. 657. & Barboſa de Epiſcopo par. 2. Alleg. 19.* vbi negatiuam partem

tenent

tenent,cum loco beneficij quaſi caſtrenſe cenſeatur.*arg. Merlinus de legitima l. 2.tit.2.q.22.Tuſchus in.v.expenſa.concl.*640.

IV. Q. RESOLVTIO.

QVarte q.ſatisfacendo dicendũ,videtur rigoroſam ſane fuiſſe Epiſcopi in monialem illam animaduerſionem,negari.n.nõ poteſt etiam habita ratione Bullę Clementis VIII.incip. *Religioſæ Cõgregationes*,grati animi cauſa aliqua eſculenta, vel poculenta, & nonnulla ad pietatem, & deuotionem ſpectantia, ſuis conſanguineis, vel honeſtis amicis dare poſſe; ſiquidem largitio quę ibi prohibetur ad donationem non extenditur quæ ob præcedentia merita de conſenſu ſiue expreſſo,ſiue tacito ſuorum Superiorum, à religioſis aliquando fieri ſolet.*l.donari.vbi Dec. & Cagnol ff.de regul.Iu.Bonac.de contr. diſput.3. queſt.*11.*p.*1. Sicut etiam dicimus donationem factam à marito ſuæ vxori remunerationis cauſa validam eſſe. *l.* 1 *ff.de donat.Roland.l.*1.*conſ.*98. *num.*48.*Menoch.l.*3.*de Præſumpt. Præſumpt.*29. *nu.*9. Et communẽ eſſe ſententiam tradit. *Fachineus l.*3.*cont. Iuriſ.c.*8 1. Cõſulantur,quæ ſcripſimus.in 2 *par.de exam.tr.*8.*c.*6.*fol.* 45. *& tr.*9 *c.* 1 *fol.*75.Inſuper hoc in cœnobij commodũ, & vtilitatem redundare videtur,parũ.n. moniales erogant, & multũ percipiunt, & corradunt,ita vt ſępe locum habeat q̃ dixit:*D. Hier.ad Nepot.epiſ.*2. Sic beſtiæ,ſic aues,ſic capiuntur & piſces,modica in hamo eſca ponitur,vt marionarum in ea ſacculi pertrahantur.*Graffius de caſ.reſ.l.*2.*c.*11.*num.*31. *& par.* 2.*de regul.conſ.*1.*num.*25. Vbi ſubdit, Etſi monialis vellet erogare eleemoſynaliter pauperibus id quod ſupereſt, & de victu ſuo extrahit, & multo magis ſi pauperes eſſent conſanguinei, nobiles, aut ſenes, tunc crederem hoc poſſe ex tacito Superioris conſenſu,cum hoc nõ videatur derogare Cõſtitutioni Clementis 8.quæ loquitur,de largitione munerum, non autem de largitione eleemoſynarum, hæc ille.

Vt omittam,etiam aliquibus videri illã Conſtitutionem in his,quæ per ſe voto paupertatis nõ repugnant, vbiq.receptam non eſſe. *Vict.in notis ad Nau.c.*18.*n.*105. *Fillinc.p.*2.*tr.*34.*c.*3.*q.* 12. Vbi ait, ex alia parte munera, & largitiones in pleriſq. etiã Italiæ regionibus audio frequentari ſicuti prius, & excedi quãtitatem rerum minimarum ſupra explicatam,neq.propterea aut donatarij ſcrupulum habent ea retinendi, aut regulares ſe pœnis Conſtitutionis obnoxios. Ideoq.ait,ſicuti nemini auctor ſum,vt qualẽcũq.vſum cum præiudicio huius Conſtitutionis ſequatur,ita non condemnarem eum qui legitime ſequeretur vſum ſuę Prouinciæ.&c.Cõſentit & *Megal.cõſ.*33.quo loci ſic loquitur, Sed prædicta Bulla à regularibus, & eccleſiaſticis Prælatis etiã in ſupremis dignitatib. conſtitutis,recepta,& admiſſa nõ fuit;& non ſolũ per 10.ſed ſpatio fere 20.annorum neglecta, & omiſſa fuit. Nã vt omnes ſcimus, paſſim munera mittuntur, & recipiuntur, quæ eſculenta, & poculenta non ſunt, nec leuiora, nec ad deuotionem, & religionem pertinentia. Vel dato quod aliquo pacto admiſſa fuerit, attamen per non vſum ſublata eſt: lex .n.per non vſum tollitur. *§.de nepotibus in Authen. Quibus modis nat.effic.ſui.* hæc ibi.

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5.q.reſoluendam ſuppoſito Epiſcopum, præter caſus in tabella expoſitos, cenſuras etiam in ſynodalibus Conſtitutionibus latas ſibi reſeruaſſe, quo facilius Sacerdotes in eccleſiaſtica diſciplina contineret, dicimus Bernardum monialium Confeſſarium, tàm caſu reſeruato quàm ſuſpenſionis cenſura affectum eſſe, ſi contra ipſius Epiſcopi prohibitionem ſibi notam, pecuniam à pœnitente moniali, pro celebrandis miſſis exegit, ac petiit. Sec⁹ ſi ab eo nulla exactio, vel petitio facta eſt, ſed ſponte datam accepit (q̃ dare potuiſſe, ex tacita Præfectę licentia præſumere poterat.) Edictũ.n.tantum de petente, & exigente loquitur, ac certum eſt, exigere eſſe ab inuito extorquere. *l. ſoluendo.vbi gloſ in v. exigeret ff.de neg.geſt. Durand.in Bulla Cœna Domini l.*2.*can.*5.*q.*9.

In quo nihilominus caſu q̃ culpa vix excuſari valebit, nam & ſi in rigore Sacerdos, qui audiendis confeſſionibus præficitur, duab. cõditionibus concurrentibus, ſi alicui in pœnitentia iniunxit, vt tot miſſas pro ſuis expiandis peccatis celebrare curet, pecuniam pro huiuſmodi facienda oblatam recipere valeat, Primo ſi nullum ſcat damnum inde ſequatur. Secundo ſi ſponte à pœnitente eius dominium, vel vſum habente, dictum ſtipendium ſponte offeratur; ſpecies tamẽ hoc mali eſt, à ſua Sacerdotem cauere oportet. *c. cum ab omni.ext.de vita, & honeſt. cler. D.D.in cap.ſi tut.de ſimonia. D. Auguſt.epiſt.*37. *ad fratres de Eremo.Graff.l.*3.*deciſ.aur.c.*31.*num.*29.*& de caſ.reſ.l.*2.*c.*11.*ac tituſ* 2.*tit. de pœnis. Barthol. ab Ang. in Dialogo de miſſa* §. 518, Quippe non accipere, ſed dare commendabile eſt. Et vt admonet Sapiens. *Eccleſ.c.*4 Non ſit manus tua ad accipiẽdum porrecta, & ad dandũ collecta. Et ut quidam ex SS. PP. dicebat, Nunquàm petentes accipiamus, raro rogati, quandoque, vt aliàs dixi,

Temporibus noſtris quicunq. placere laborat,
Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.

Et ſane vitæ integritati, ac ſynceræ miniſteriorum

exercitationi officit munerum acceptio, cum non nihil illam ſpiritualem libertatem minuat, quæ in eccleſiaſticis functionibus neceſſaria eſt, cũ verum ſit illud vulgo iactatum, Beneficium accipere libertatem vendere eſt.

VI. Q. RESOLVTIO.

SExtæ q. propoſitę ſic reſpondeo Primo Gaſparem Epiſcopum de iuris rigore, & In foro externo, poſſe quidem Demetrio ſacerdoti excommunicato, qui tamen eccleſię debitum præſtitit ſeruitium, eccleſiaſticos prouentus ſubtrahere, ſed in conſcientiæ foro, & de æquitate quæ rigori præferenda eſt, non teneri, imo id el non licere. *c. Paſtoralis. §. verum. vbi DD. ext de appell.* Siquidem beneficiarij excommunicati, ſiue Curati, ſiue Canonici, ſiue etiam Capellani, vel Manſionarij ſint, fructus ſuos faciunt, & diſtributiones lucrantur, dummodo reſideant, ac ſua munera præſtent, nimirum aſſiſtendo in choro, & horas recitando &c. quia licet quò ad Deum non ſatisfaciant, quò ad eccleſiam tamen id faciunt, quod illa decreuit. Nec opus eſt hoc ad eos redditus reſtringere, qui ad victum tantũ ipſius excõicati neceſſarij ſunt, quia ſi reueta reſident, ac diuinas horas recitant, omnes illos fructus lucrantur, & ex iuſtitia illi debentur, vt cõtra alios tenet *Pet. Nau. l. 2. de reſtit. c. 2. num. 237. Auila de cenſ. par. 2. c. 6. diſp. 6. dub. 1. Bonac. de horis can. d. 1. q. 3. pun. 2. num. 19. & de cenſ. d. 2. q. 2. p. 4. §. 2. Vaſq. de benef. c. 4. §. 3. dub. 4. n. 229. Coninch. d. 14. dub. 9. n. 80.* Megal. cõſ. 100

Secundo quò ad penſionem, dico pariter penſionem ipſam non ex proprijs Demetrij bonis ſoluendam eſſe, ſed ex beneficii fructibus, quibus ab Epiſcopo priuatus eſt, cum penſio ſit onus reale, & ſuper illis impoſita, vt verius contra alios reſoluit. *GarZias par. 1. de benef. c. v. n. 227.* Idem *Bonac. de hor. canon. d. 2. q. 6. pun. 3. num. 13.*

VII. Q. RESOLVTIO.

AD 7. q. dico Epiſcopum iure Fabricium cõpuliſſe, vt eccleſiam ſuã pauperem ex ſui patrimonii prouentibus reficeret; nã & ſi verior ſit, ac cõior illa DD. poſitio, Epos, & clericos, qui patrimonialia bona poſſident, poſſe de beneficijs viuere, & ipſum patrimonium conſeruare, & de eo pro ſua voluntate diſponere, ut contra nonnullos tenet *Innocent. Abb. & Decius in c. Epiſcopus. ext. de preben. Felyn. in c. poſtulaſti. ext. de deſcriptis. Sotus l. 10. de iu. & iure. q. 4. art. 3. Syl. v. Clericus. 4. q. 10. Cou. in c. 3. de teſtam. Nau. in Apol. de reddit. eccleſ. monit. 30. & alii.* Hoc tamen locum non habet ſtante pauperum, & eccleſiæ neceſſitate, quo caſu de proprij patrimonij viribus ſubuenire tenentur. *iuxta c. clericus 2. q. 12. D. Thomas 22. q. 185. art. 7. Mantica de Tacit. & ambig. Conuent. l. 4. tit. 279. Marc. Anton. Genuenſis in Pract. eccleſ. q. 201.*

Addo etiam Epiſcopum pauperem Canonicos compellere poſſe, vt Cathedralem eccleſiam inſtaurent. *c. fin. ext. de his. quæ fiunt à maiori parte cap.* in quo caſu maior pars Canonicorũ cõſentiẽtiũ at tenditur etiam ſi aliqui contradicant, quãuis aliàs maior pars minori prędudicare nequeat in his, quę ad ſingulos pertinent, nam Canonicorum redditus ſunt eccleſię, licet ſingulariter pro eorum ſuſtẽtatione deputentur, vt ibi ait. *Abbas. Tuſc. in v. maior pars. concl. 14. Barbatia conſ. 26. Beroius cõſ. 3. Belleſtus in Diſp. cler. tit. de clerico debit. p. 1. §. 13. Marc. Ant. Genuenſ. in Pract. eccleſ. q. 209.*

QVÆSTIO. XVI.

Legatum factum pauperibus concurrentib. ad portã teſtatoris an diſtribui poſſit pauperibus infirmis in hoſpitali. Legatũ pro capella ædificãda nũm in eccleſiæ reparationem per Epiſcopum conuerti valeat. Nunquid in caſum reſeruatum inciderit qui legatum impediuit, & an reſtituere teneatur An Epiſcopo in impedimentis matrimonium dirimentibus, & in voto de non contrahendo diſpenſare liceat. Nũm inualida ſit diſpenſatio obtenta ad contrahendum cum conſanguineo, vel affine ſuppreſſo inceſtu iam commiſſo. An Epiſcopus regularem exemptum à cenſura ob procuratum abortum abſoluere valeat. An peccet Epiſcopus qui ne de ſua menſa ſoluere cogatur, in Seminarium pauperum filios non recipit.

BErnardus teſtator poſt Antonii filij, & hæredis inſtitututionem, quãdam pecuniæ ſummam legauit, quę pauperibus laicis, qui ad ianuã ſuæ domus concurrere ſolẽt erogaretur. Item vt in eccleſia S. Nicolai ſua parochiali Altare, vel Capella cum ſuã dote Epiſcopi arbitrio ibi aſſignan da conſtrueretur. Ipſe tamen Georgius Epiſcopus petente hærede ſtatuit vt eiuſmodi legatum partim hoſpitali domui in qua pauperes infirmi aliũtur, diſtribueretur, partim etiam pauperibus Parochię Cathedralis Eccleſię, nulla facta diſtinctione meliorum, ac pauperiorum. Secundo cum in d. eccleſia S. Nicolai adſint Altaria, & Capellæ, & tẽplũ ipſum magis neceſſaria reparatione indigeat, pariter conſtituit, vt legatum illud in illam reparationem, & inſtaurationẽ conuerteretur. Tertio cum Ioanni famulo ſuo. 200. aureos relinquere decreuiſſet, precibus impetrauit, vt legatũ hoc in teſtamento non ſcriberetur, ſpondens ſe illud re ipſa ſoluturum, etiamſi de eo in tabulis nulla mẽtio fieret; cum autem hęres nunc ſoluere recuſet aſſerens teſtamenta tantum valere quãtum ſonãt,

&

& inſuper cum id verbo pollicitus eſt, animum non promittendi, nec ſe obligandi habuiſſe, eo q ipſe Ioannes malis morib. ſit imbutus, nec fideliter in domo ſua ſeruierit. &c. Nunc eius confeſſarius habita ab ipſo venia, rem ad Epiſcopum detulit, qui pronunciauit, Antonium hæredem dicti legati ſolutioni obnoxium eſſe, & in caſum ſibi reſeruatum incidiſſe, qui eſt de impedientibus, & peruertentibus vltimas voluntates. Quarto cum Philippus eſſet cum Cæcilia matrimonium cōtracturus, & iam omnia in eccleſia parata eſſent, Martinus Parochus in ſacramentali confeſſione cognouit, ipſam ſponſam olim votū emiſiſſe de nunquā coniugio inenndo; nec non comperit, affinitatis impedimentum ex illicita copula ortum hic ſubeſſe, nā aliàs cū Georgio ſponſi cōſobrino ſe rem habuiſſe refert, conſulit de hac re Epiſcopum, qui ei facultatem conceſſit vt ſuper vtroq. impedimēto diſpenſare poſſet, & ſupradictum matrimoniū celebrare. Quinto cum Franciſcus eſſet in 4. gradu conſanguinitatis cum Catharina coniunctus, & ꝓ diſpēſatione libellus eſſet Romanę Sedi porrect⁹, interim cum ea rem habuit, at poſtea quam reſcriptum peruenit, Epō cōmiſit vt hoc non obſtante in matrimonio coniungerentur. Sexto cū Albertus regularis Conuerſus Liuię fœminæ viduę, quā ſacrilege grauidam reddiderat, conſuluerit, ac opem dederit ut abortum procuraret, non tā ſit effectus ſecutus, nunc cum à conſulto uiro cognouerit ſe in excommunicationem incidiſſe, cum ſuus Superior abſit, omiſſo monaſtarii Subpriore, vel Vicario, ad Epiſcopum acceſſit, à quo abſolutionē obtinuit. Septimo ne ex ſua, & Capituli menſa Seminario contribuere cogatur, pauperum filios in illud recipere non ſolet. Quæritur an iure Epſ hæc agere potuerit.

I. Q. RESOLVTIO.

Et 1. aſſertio.

AD 1.q. reſpondēdo dico Primo, legatum illud factū à teſtatore pauperibus ad domus ſuæ ianuam concurrentibus, pauperibus, infirmis, in xenodochia exiſtentibus, etiam permittente Epiſcopo, diſtribui non potuiſſe; ſiquidem Teſtatoris voluntas pro lege ſeruanda eſt, & quatenus fieri poteſt adimpleri debet. §. *diſponat. in Authen. de nupt. c. vltima voluntas. 13. q. 2. Euerar. in top. leg in loco à lege ad teſtat. Tuſch. in v. Teſtatoris voluntas. concl. 89. Marc. Anton. Genuenſ. in Man. Paſt. c. 73.* Vbi ait lethaliter Epiſcopum delinquere qui non curat, vt deſtinata à fidelibus ad certos pios vſus pro illis deſeruiant, & non in alios conuertantur. *Clem. quia contingit. tit. de relig. domibus.* Et pro hac deciſſione illud facere videtur quia teſtator pauperibus relinquendo, ad domus portam concurentibus id agere voluiſſe videtur, cauſa memoriæ hominis conſeruandæ, ac eius familiæ, erga pietatem, & diuinum cultum. Vt proinde inferant, etiam DD licere Parocho, vel Rectori arma fundatorum Capellæ abradere, & alterius inſignia, vel nomina ponere. *Bart. in l. qui libertatem. ff. de oper. pub. Capolla de ſeruit. vrban. præd. c. 71. Anchar. conſ. 113. Tuſchus in v. arma conc. 516.* Atque ſic reſoluit. *Barboſa de Epiſc. p. 2. Alleg. 83. num. 20. Marc. Anton. Genuenſ. in Prá. eccl. quæſt. 214.* Vbi tamen ſubdit, quod ſi magna neceſſitas vrgeret ex veriſimili teſtatoris mente per Epiſcopū ad tempus commutatio fieri poſſunt, ut etiam tradit idē *Genuenſ. in Praxi. Naep. c 24. & Riccius in Praxi for. eccleſ. deciſ. 576. Tuſchus v. legatum. concl. 114.* quid iuris his qq. ſtatuendum ſit?

II. Q. RESOLVTIO.

Et 2. aſſertio.

SEcundo dico eadem ratione integrum ei non fuiſſe pauperibus parochiæ eccleſiæ Cathedralis pecuniam illam erogare, cum regulariter Epſ, vt dixi cōmutandi vltimas defunctorum voluntates poteſtatem nō habeat. Imo, vt ait textus *in c. sua nobis. ext. de teſtam.* In omnibus piis voluntatibus ſit per locorum Ordinarios prouidendum vt ſecundum defuncti voluntatem vniuerſa procedant, niſi in eo caſu quo ohus à teſtatore, vel de iure, vel de facto, adimpleri nequiret; ſiue etiā aliqua impelleret neceſſitas, q eius arbitrio iuſtā; & rationabilem commutandi cauſam præberet, & verſimili teſtatoris menti ob hoc inniteretur, q id reſpondiſſet ſi interrogatus fuiſſet, prout ſi pauperes Cathedralis eccleſiæ inopia valde laborarent, nec aliter facile eis ſuccurri poſſet; paupertate namq. oppreſſi fabricæ viuæ ſunt, & ad quas iuris intentio refertur. *c. aurum. 1. q. 1. D. Thomas 22. q. 185. art. 7.*

Nec opus erit vt in his bonis diſtribuendis magis pauperes Epſ eligat, per ea quæ tradit. *Nauar. c. 17. nu. 93 Petr Nau. l. 4. de reſt. c. 2. n. 59. Vaſq. de reſtit. cap. 5. § 4. Reginald. l. 10. num. 198. Bonac. de cont. d. 1. q. 3. p. 4.* & alii, Vbi reſoluunt Executorem vel Diſtributorem, iure non aſtringi, vt bona incerta pauperioribus, vel melioribus tradat, ſed ſufficere ſi veris pauperibus, & egenis diſtribuantur, cum iura ſimpliciciter ſanciant hæc bona inter pauperes eſſe eroganda. *c. cum ſit. ext. de vſuris* contra *Graffium conſ. 1. de teſtam.* qui ſenſit Rectores præponentes pauperes pauperioribus conſciētias ſuas vulnerare. &c. *Arg. Tuſch. in v. Executores. concl. 531. vide ſup. hoc tr. c. 6. q. 2. aſſer. 2.*

III. Q. RESOLVTIO.

VNde ad 3. etiam queſt. dicimus, quod ſi in d. eccleſia S. Nicolai plures ſint Capellę, & ipſa eccleſia neceſſaria reparatione indigeat, ita vt aliter vel ægre quàm per dictam peccuniam ſubueniri non poſſit, Epiſcopi authoritate in præfatam inſtaurationē conuerti poſſe. *Graff. l. c. cōſ. 2. Vgol. de Epiſcopo. par. 2. c. 61. Genuenſ. in Mann. Paſt. c. 73. Beia in reſponſ. caſ. conſc. p. 4. caſu 22. Marc. Anton l. 1. var. reſol. caſu. 40. Bonac. l. c. d. 3. q. vlt. pun. vlt. num. 33. Molfeſ. tr. 13. c. 5. num 16.* Quod eo magis procedit, quod refectioni domus, vel alterius ædificii, etiam profani, maxime iura fauent, cū cauſa pia dicatur, pro qua res aliàs alienari prohibita alienationi obnoxia eſt. *arg. l. tutores, C. de admin. tut. l ſi quis pro redemptione. C. de donat. Gutierez. Alleg. 7 nu 4. Capolla de ſeruit. vrban. Pred. c. 59. nu. 27. Megal. conſ 4. Bellon. de poteſt. eorum qua fiunt in cont. c. 136.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. quæſt. dicimus, Antoniū lethali culpa ob perfidiā, & dolum, animam ſuā fauciaſſe, & in caſum reſeruatum de impedientibus, vel peruertentibus vltimas volūtates incidiſſe. *Graff. de caſ. reſer. l. 2. c. 21. Bellocb. de caſ. reſer. p. 2. q. 4. Solon. & Arrag. 22. q 62 art. 2.*

Quippe, vt ait. *Molan. de pijs teſtam. c.* 33. Sunt, q in conſcribendis vltimæ voluntatis tabulis, non tantum ingrati ſunt, ſed in aliud vitium impingentes, fidem ſuam fallere audent. cōtra quos *Franciſcus Petrarcha de remed. fort. l. 1. Dialg.* 110. exclamat. Sed qui in tanta impietate verſantur, illi non modo perfidiam, uerum etiam mendacia, cōcuſſiones deprædationes, & peculatū cōmittunt; quæ & ſi illi, aut opere, aut lingua dicant, aliud tamen eorum menti impreſſum eſt. Et quis nō videt omne ius Theologicum, Canonicum, Ciuile, imo & ius gentium, quod etiam in fide lib. à natura inſitum eſt, perfidiam inter ſcelera damnare? Iuſta teſtantis voluntas ſolo verbo cognita ad implenda eſt. *d. §. diſponat. in Authent. de nupt.*

Nec releuat dicere Antonium heredem intentionem promittendi, vel ſe obligandi non habuiſſe, quia id forſan valere poteſt in promiſſione de re propria, & non de re teſtatoris, & in executione eius volūtatis, in cuius omiſſione alteri damnū, & præiudicium infertur. Idem *Bonac. de cont. q. 10. pun. 1. nu. 7. Megal. conſ. 2.*

Nec ei ſuffragari debet dicere q Ioannes famulus cui illud legatum relictū eſt, malis ſit morib. imbutus, vel non fidelem famulatum præſtiterit, nec enim in hoc fides eſt pręſtādā, cum paternum iudicium reluctetur. Et cum ipſe eius genitor, quò ad hoc legatum præſtandum eius conſcientiæ & promiſſioni acquieuerit, ipſa fidei morienti præſtitæ religio facit vt ſine impietatis nota, etiam ſi in tabulis nil ſcriptū ſit, officio ſuo deeſſe nequeat. Recte apud Tacitum. *l. 2. Annal. l. 2. Annal. Germanicus.* Non hoc inquit præcipuum amicorum munus eſt, proſequi defunctum ignauo queſtu; ſed q uoluerit meminiſſe, quæ mandauerit, exeq.

Hinc magis cōmuniter DD. reſoluunt, teſtamētum minus ſolemne valere in foro poli, & hæredem in eo inſtitutum ſi norit talem eſſe teſtatoris uoluntatem teneri legata etiam non pia ſoluere. *Sayrus in claui. reg. l. 3 c7. num. 8. Duar. in Bulla Cænæ Domini l. 3. §. 8. q 2. nu. 24. Mantica de con. vlt. vol. l. 2. num.* 141. & alii.

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. q. ſic reſpondēdum videtur, Epiſcopum facultatem diſpenſandi in impedimento illo dirimente, & in voto non contrahendi matrimonium Parocho delegare potuiſſe; nam & ſi ſolus Summus Pontifex diſpenſare poſſit in impedimentis iure Pontificio matrimonium dirimentibus, Epiſcopus autem ſolum in illis, quæ contrahendum impediunt, ſed contractum non dirimūt, (excepto voto religionis, & caſtitatis) aliqu b. tamen in caſibus Epiſcopo integrum eſt aliquem his legibus ſoluere, quando impedimentum illud occultum fuerit, & matrimonium publicum, neq coniuges abſque ſcandalo ſeiungi poſſint, nec ad Papā facilis pateat recurſus, & illud bona fide ſit contractum. Quod non ſolum in matrimonio cōtracto procedit, ſed etiam in contrahendo, ſi urgentiſſima neceſſitas poſtulauerit, ſiquidem in vtroque caſu tacitam ſummi Pontificis facultatem habere præſumitur, ſi aliud præſentaneum non ſupereſt remedium. *Henriq. de mat. l 12. c. 3 § 2. Sāchez. l. 2. d. 40. Molfeſ. tr. 4. c. 12. num. 34. & ſeq. Bonac. q. 3. pun. 14 Marc Ant. var. reſolel. l. 1. reſol. fin. caſu. 54. Barboſ. de Epiſcopo par. 2. Alleg. 35. Fil linc. tom. 1. tr. 10. c. 10. q. 2.* Quod multo magis in voto non contrahendi matrimonium ei licebit, cū tale votum perfectę caſtitatis votum non cenſeatur, ac proinde Epiſcopali diſpenſationi ſubijciatur. Idem *Sanchez. in ſumma l. 4 c. 40. & Molfeſ. tr. 11. c. 15. num. 150. Regnal. l. 18. num. 331. Bonac. de legibus d. 4. q. 2. pun. v. §. v.*

VI. Q. RESOLVTIO.

AD 6. dubitationem dico, Andream Epiſcopum concedere non potuiſſe vt Franciſcum

cum

cum Catharina matrimonium contraheret ante quã vel ipſe Ordinarius, vel eius Vicarius, ſeu etiã Cõfeſſarius cui à Papa diſpenſandi facultas impẽſa eſt diſpenſationem expedierit. Nam non ſolũ ſi copula habita fuit antequam litteræ Romam trãſmitterent, ſed ẽt ſi habita fuit poſtquã ſummus Pontifex gratiam conceſſit, ſed nõdum ab eo cui literę diriguntur, executioni mandatæ fuerunt, diſpenſatio inualida redditur. Secus eſſet dicendũ, ſi poſt reſcripti expeditionem ſimul ſponſus, & ſponſa rem habuiſſent; cum per diſpenſationem conſanguinitatis impedimentum ſit ſublatum, nec vllo iure, neque curiæ ſtylo conſtat huius copulæ faciendam eſſe mentionẽ. *ita Sanchez. l. 8 de mat. d. 25. nu. 6. & 7. Roder in ſumma. par. 1 c. 238. nu. 7. Gutier. l. 1. Can. qq. c. 15. num. 23. Bonac. de legib. d. 1. q. 1. p. v. n. 9. Molfeſ in sũma. tr 9. c. 15 nu. 55. & ſeq. Gennenſ. in Praxi Neap. c. 25. cõtra Hẽriq. l. 12. de imped mat. c. 2. num. 4. & 7. Filliuc. tom. 1. tr. 10. c. 10. q. 8.* Sed, vt ait. *Molfeſ. l. c.* ob probabilitatem huius ſententiæ, tuti ſunt ij ſupplicantes, ſi copulam habuerunt, & nequierunt ſe continere antequam literæ expedirẽtur. Et cum hæc ſententia probabilis ſit, eam in conſcientiæ foro ſequi potuit Epiſcopus. iuxta tradita per *Sanchez. l. 1. de precep c. 9. num. 45. & per nos par. 1. tract. v. c. 9. q. 60.* & alios communiter.

VII. Q. RESOLVTIO.

AD 7. q. ſic reſpondendo dicimus, quod licet religioſus in caſibus etiam Summo Põtifici reſeruatis occultis tamẽ, vel etiam in cenſuris, quę ſpecialiter Epiſcopo reſeruãtur, qualis v. g. eſt illa contra abortum procurantes lata, etiam ſine Superioris licentia, cum abeſt, nec eſt alius eius vices gerens, ab Epiſcopo abſolui valeat. *vt per D. Anton. 3. p. tit. 24. c. vlt. §. 1. Syluest. v. apoſtaſia q. 8. Hẽriq. l. 6. c 16. nu. 8. Sanch. l. 4. de precept. c. 39. nu. 35. & ſeq. Sanctar. de heref c. 5. dub. 4. nu. 14.* In præſenti tamen caſu non opus erat vt ad Epiſcopum accederet, cum non ſecuto abortus effectu, religioſus hic Cõuerſus in excommunicationem non inciderit, ſed tantum caſu in religione reſeruato iuxta Clem. 8. Decretum ſit affectus, à cuius incurſu etiam effectu non ſubſecuto nõ excuſatur. *vt dixi in Comment. de caſ. reſ. par. 3. c. 4. caſu. 6. & poſt me. Belles. p. 2. q. 8.* A quo monaſterij Vicarius ex ſuarum Conſtitutionum ui abſoluere poterat; ſiquidẽ regulariter loquẽdo abſentia Prælati regularis vltra vnum naturalem diẽ à ſuo cõuentu ad transferendũ ius, & authoritatẽ in eius vicegerentem ſufficiens vt facultate. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de refor.* quæ Superiorib. ẽt localib. competit, vti poſsit. *vt per Roderiq. tom. 1. q. reg. q. 61. art. 9. Sanchez. de matr. l. 8. d. 2. num. 12. q. 3. nu. 9.* Et hoc idem dicendum de caſibus eidem Superiori abſenti reſeruatis, maxime attenta fauorabili declaratione de hoc facta per Paulum V. teſte *Molfeſ. tract. 7. c. 21. nu. 44. & Naldum in v. caſus. num. 2. & v. abeſſe nu. 11.* Conſulantur, quæ de caſu abortus alibi diximus præſertim *de caſibus reſer. p. 3. c. 4. caſu 6. & ſupra de Examine p. 1. tr. 7. c. 19. q. 88.*

VIII. Q. RESOLVTIO.

AD 8. q. breuiter dico, difficile Epiſcopum à lethali culpa excuſari, cum ne de ſua mẽſa Seminario tribuere cogatur, pauperum filios in illud non recipit, clare enim, & aperte. *Conc. Trid.* Sanctionem. *ſeſſ. 23. c. 18.* tranſgreditur, quod ſtatuit in hoc collegium eos recipi debere, qui ad minimũ 12. annos agãt, & ex legitimo matrimonio nati ſint, ac legere, & ſcribere cõpetẽter nouerint, & quorum indoles, & voluntas ſpem afferat, eos eccleſiaſticis miniſterijs ꝑpetuo inſeruituros; pauperum autem filios præcipue eligi vult, nec tamẽ ditiorũ excludit, modo ſuo ſũptu alantur. Et mãdat Epiſcopo vt primũ ex ſua, & capituli menſa ei contribuat, & poſtea ſuo exemplo, alios ad contribuendum cogat; omnes namq. de ſtabilibus bonis ſoluere tenentur, niſi qui nominatim excipiuntur. *Barboſa p. 3. de Epiſcop. Allegat. 77. Zecchius c. 7. num. 27.*

QVAESTIO XIII.

Eps an pro iuriũ eccleſiaſticorũ defenſione mortem ſubire teneatur. Num reſignationes ad fauorem ab eo admitti poſſint. An in erigendis regularium monaſterijs ſolius Epiſcopi conſenſus ſufficiat. Vtrum virum doctum ac probum, abſque titulo ordinare poſſit. An diſpẽſare, ac declarare, vt qui volnit ingredi ſtrictam religionem, laxiorem intrare valeat, & vſusfructus ad eam tranſeat, & in ætate quò ad ordines ſuſcipiendos. Et an pariter diſpenſare ei liceat vt illegitimus ad dignitates ibi promoueatur. An religioſos alloquentes moniales punire, & declarare monialem non poſſe teſtamentum ante profeſſionem factum mutare. &c.

PAulinus Epiſcopus cum ſuæ vrbis Magiſtratus, & Officiales ſtatutum condidiſſent, vt clerici qui pãnum pro indumentis ad diuina faciẽda pertinentibus aliunde aduehèrent, nil pro vectigali ſoluerent, ſed pro aliis pannis, qui ad vſũ proprii corporis ſpectant, portorium ab ipſis penderetur

deteтur. Et mortuorum pompis modus præſcriberetur, huiuſmodi ſanctionibus, quæ ſibi iniquæ, & impiæ viſæ ſunt, reſtitit, & earum conditores in Bullam cœnæ Domini incidiſſe publicatis edictis declarauit; at cum ipſi mortem ei minentur, niſi ſententiam prohuntiaram reuocet. Quæritur

Primo, an ob interitus metũ incuſſum ſe retrahere poſſit, vel potius pro iurium eccleſię defenſione, ipſam mortẽ ſubire teneatur, ac pariter iniurias ſibi illatas vindicare.

Secundo cum Martinus beneficium curatum Pompeio fratri ſuo reſignare vellet, eam renuntiationem coram ſe factam idẽ Paulinus adiniſit.

Tertio cuidam religioſo ordini abſq. Pontificio aſſenſu conceſſit vt in ſua diæceſi monaſterium ædificare valeret.

Quarto Stephanum pauperem, ſed doctum virum, ac editis operibus inſignem, abſq. beneficii, & patrimonii titulo; ſacro ſubdiaconatus ordine initiauit.

Quinto cum Anſelmus Cappucinorum religionem vouiſſet, diſpenſauit vel commutauit, vt in aliã laxiorem ingrederetur, & etiã cũ illegitimus ſit, ad dignitates promoueretur, & cum eo diſpenſauit ut ante ętatẽ ſacerdotium ſumeret, ac pariter declarauit, vt vſusfructus quorundam bonorum ei relictus in illud monaſterium tranſiret.

Sexto Alphonſum regularem virum puniuit in carcerem eũ coniiciendo, eo quod abſque eius licẽtia, ad quoddã monaſteriũ monialiũ ſibi ſubiectũ acceſserat, & Dorotheã auiã ſuã allocutus fuerat, & ei perſuaſerat vt teſtamentum quod ante profeſſionẽ condiderat mutaret, quoddam legatũ adimeret, & ſibi relinqueret ea lege, & cõditione, vt monaſteriũ, vel eius Abbas non poſset ſe intromittere. Quærit̃ an in his ſex caſib. hęc iure agere potuerit. Et quid de legato illo ſub ea conditione relicto. &c.

Cum principia, præfata, ac prænotiones, quæ huc afferri poſſunt, alibi deduxerimus, in præſentiarum abſolutas reſolutiones afferre ſufficiet.

I.Q. RESOLVTIO.

AD ſvquidem quæſtionem dico, Paulinum Epiſcopum tuta conſcientia, & ſalua religione, excommunicationis ſententiã contra illos Magiſtratus pronunciatam reuocare non poſſe; cum explorati iuris ſit, Epiſcopum pro eccleſiæ immunitate, bonorum, & iurium eiuſdem defenſione, vitam exponere teneri; nam & Epictetus dicere ſolebat, Glorioſe mori ſummam eſſe felicitatem, & magis neceſsarium eſse animæ, quàm corpori mederi cum præſtet mori quàm male viuere. *Gloſ. communiter recepta in c. excommunicat. 24. q. 8. & Innocent. in c. niſi §. propter malitiam. ext. de renunt. Card. in Clem. 1. tit. de homicidio. Marc. Anton. in Man. Paſt. c. 74. & in Pract. eccleſ. q. 545.* Vbi tradũt, mortẽ non ſolũ à Pręlato ſubeundã, vbi fides, vel ſalus eccłæ oppugnat̃, ſed ẽt vbi res, vel eccłæ claues auferuntur; & exẽplo multorũ ſanctorum, pſertim D. Thomę Cãtuarienſis Epi, dẽre ſe murũ opponere, ſi poſſeſſiones, vel libertates eccleſię læduntur, quia ſine corporalib. eccleſia cõſiſtere nequit. Subdunt tamen ſpiritualibus armis ſe tueri debere, ſiquidem prudentis eſſe non videtur, inermem ſe armatis opponere, cum defenſionẽ licitã eſſe omnia iura clament. Vt proinde tàm ex vniuerſali conſuetudine, quàm de lege communi, armatam familiam Epiſcopus tenere poſſit, & ſuæ iuriſdictionis vi, Officiales, & Apparitores adſciſcere, quorum manu, & opera authoritatem ſuã exercere, cenſuras, ac alias eccleſiaſticas pęnas executioni demandare queat. *Barboſa de Epiſcopo p. 3. Alleg.* 107. Et in confeſſo eſt apud omnes excommunicationem in Bulla cœnæ Domini contentã non ſolum afficere vbi eccleſiaſtica libertas omnino tollitur, verum etiã vbi in aliquo læditur, vel deprimit̃, aut aliàs quo vis modo reſtringitur, vt in propoſito caſu contingit. Nam pro nulla re ad vectigalia præſtanda eccleſiaſticæ perſonæ tenentur, & ſic nec pro frumẽto, nec pro vino, & aliis rebus ea ſoluere obligantur. Quo priuilegio non ſolum pro rebus ad victũ ſuum pertinentib. verũ ẽt pro reb. familiæ ſuæ gaudent, & ob id ad ea non reſtringitur, quæ diuinum tantum cultum concernunt, vt per *Vgol. in Bulla cœnæ Domini. p. 2. c. 15. §. 3. Duard. l. 2. can. 15. q. 19.* Secuti etiam prædictum ſtatutum non valere conſtat, ſi de impenſis diſponat, quæ in remedium, ſeu ſolatium animæ defuncti decernuntur, pro vt ſunt ſumptus, qui fiunt circa clericos conſuẽtes ad ſociandum cadauer, vel ad fundendas preces pro eius anima in ſepulturæ officio, vel circa cereos, & huiuſmodi, vt per *D D. in cap. fin. ext. de rebus eccleſ. non alien.*

Secus dicendum eſt de impenſis funerum, quæ ad viuorum pompã, & ſolatium impenduntur, vt ſunt apparatus, ſepulturæ conſtructio, pretioſarũ exequiarum faſtus, videlicet vt multi pretioſis veſtibus induantur, vel quod illæ amplæ cultrices ſericę, vel aureę adhibeantur, quæ alicubi vt Neapoli, in funere cuiuslibet defũcti nobilis fieri ſolẽt, & poſtmodum pro ornamentis ſepulchrorũ ipſius vitę functi deſeruiunt. Nam hæc & ſimilia iure p ſtatutum taxari, & reſtringi poſsunt; cum vt dictũ eſt, viuentium potius ſolamina, quàm mortuorum ſuffragia cenſeantur, quæ propterea non à Prælato ſucceſsore in eccleſia, ſed ab hæredibus prædeceſsoris defuncti ſolui debeant, ut habetur apud *Capiccium Deciſ. 84 & Martam de Iuriſdict. p. 4.*

caſu

Digitized by Google

caſu 54. Duard. l. 2. in Bull. cænæ Domini Can. 15. q. 19. Arg. Marc. Anton. Genuenſ. in Pract. eccleſ. q. 288. Vbi ait Epiſcopum, & Prælatum eccleſiæ commodum propriæ, vel ſuorum utilitati præferre debere, &c.

Quod attinet ad alterum q. caput an .ſ. Paulinus illatas ſibi à Magiſtratibus iniurias, & contumelias uindicare, & vlciſci tuta conſcientia, & religione ualeat, dico irrogatas ſibi iniurias reprimere teneri, quando .ſ. maius malum, uel ſpirituale, uel temporale, proprium, vel alienum inde ſequeretur. Prælati enim, & publicæ perſonæ, quorum honor aliis, & ſuo officio probe exercendo neceſſarius eſt, non poſſunt contumelias, uel iniurias ferre, ſed eas repellere debent, ſi citra ſuum, & aliorum ſcandalum id fieri queat, ſiquidē eo ipſo quod Prælati ſunt, ea omnia eos præſtare oportet, quæ aliorum utilitati, & ſuo muneri neceſſaria ſunt. Teſte *D. Greg. hom. 6. in Ezech. Maiolo de irreg. l. 5. c. 17. Carb. de pat. pac. c. 42. Sà in v. Epiſcopus. nu. 13. Salone, & Arrag. 22. q. 72. art. 3.* Vbi aiūt, quod ſicut in iniuriis propriis eſſe patientem, laudabile eſt, ita in iniuriis Dei impium; & quia contumeliæ, quę contra eccleſię Prælatos proferuntur, in Dei iniuriam proferri uidentur, ideo iſtæ præcipuæ puniende ſunt. Et quamuis poteſtatem habens aliorum iniurias magis, quā proprias plectere debeat; quia minus ſuſpectus in eis habebitur, quod proprii honoris cupiditate moueatur, nihilominus etiam illas, quæ in ipſum illatæ fuerint, quatenus in eccleſię damnum, & communis boni detrimentum uergunt, de iis pœnas ſumere poterit, & debebit. *c. Guiliſarius 23. q* 4 Hinc illa ſapiens Pii V. uox in illum maledicum, qui euulgato famoſo libello eum inceſſerat, Si tu mihi uti Summo Pontifici maledixiſſes, haud quaquā impune ferres, at uero quia in Fratrem Michaelem monachum uilem, & humilē conuincia iactaſti, abi liber quò uelis. *Gabut. in eius vita l. 6. c. 7.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico Paulinum reſignationem beneficii curati ad fauorem alterius factam admittere non potuiſſe ſciendum itamq. eſt, reſignationem iure communi abſolutè, & ſimpliciter fieri debere, tùm quia Canones, & Iura penitus cauēt ne in beneficiis ſit ulla hereditarię ſucceſſionis ſpecies, & imago; cum autem quis ſuum beneficium ea conditione dimittit, ut v. g. Pompeio conferatur, ſucceſſorem in beneficio cōſtituere uidetur. Addunt etiam alii aliam cauſam, quia ſacræ ſanctiones omnem pactionem, conuentionem, & cōditionem in beneficiis prohibent; ſed qui his uerbis beneficium deponit, Meum beneficium reſigno ut tali conferatur, aliter uero non reſigno, reſignatio cum cōditione adiecta fit, uidelicet appoſita clauſula, Reſigno in fauorem. N. & non aliter, nec alio modo. Nihilominus Romanæ Curiæ uſu introductum eſt, ut coram Romano Pontifice huiuſmodi reſignationes in fauorem, uel retenta pēſione permittentur, nam cum hæc pacta, & conditiones ſolū Canonico Iure introducta ſint, Romani Pontificis authoritate concedi poſſunt. Vnde ſi uirtute talis renuntiationis Epiſcopus de beneficio prouideret, prouiſio nulla foret, & beneficium ipſum protſus vacare cenſeretur, vt patet ex Motu proprio Pii V. Incip *Quanta eccleſiæ,* vt habetur apud. *Quarantam in v. Beneficiorum reſignationes. Azor. p. 2. l. 7. c. 21. Paris de reſignat. benef. l. 1. q. 4. Garz. p. 11. de benef. c. 3. Suarez l. 4. de ſimonia. c. 35. Molfeſ. tract. 6. c. 13. Arrag. 22. q. 63. art. 2. Barboſ. de Epiſcopo p. 3. Alleg. 69. Reginal. l. 30. tr. 3. n. 340. Vaſq. in opuſ. de benef. c. 2. §. 4. dub. 6. Mareſcottum l. 1. var. reſol. c. 51.*

At ſimplex, ac libera beneficiorum reſignatio coram Epiſcopo, uel alio Superiore ordinario fieri poſſet; modo legitima concurrat cauſa, quæ in Epiſcopo, ſi eum admittat, præſumitur. Cauſæ aūt in dicta Pij v. Conſtitutione exprimuntur, ut quādo beneficiarius reſignare volens eſt ſenex, infirmus, corpore impeditus, vel vitiatus, crimini obnoxius, eccleſiaſticis cenſuris aſtrictus, vel quando eccleſiæ, uel ſuo beneficio inſeruire nequit, uel ſi aliud, uel plura beneficia obtinuerit, uel ad aliud curatum beneficium promouetur; quando religionē ingredi; ſeu matrimonium cōtrahere uelit, dūmodo ſtatim re ipſa id exequatur. Seu etiā propter capitales inimicitias in loco ſuę eccleſiæ ſecurus reſidere nequit. Non tamen tutum in Praxi uidetur quod inſinuat *Quaranta in ſumma v. beneficiorum reſignationes, in fine, & Barboſa l. c. num.* 50. quod non obſtāte illa Bulla prohibente vt in huiuſmodi renuntiatione coram Ordinario facienda, nec etiā nutu deſignati poſſit ſucceſſor in beneficio, aliàs collatio inualida ſit, &c. poſſe reſignantem nutu non præcedente, & dimiſſione facta, in foro conſcientiæ abſq. labe ſimoniæ collatorē rogare, vt beneficium à ſe nominato conferat, &c.

Poſtremo huiuſmodi reſignationes etiam ex cauſa permutationis in manibus Prælatorum inferiorum à Papa factæ debent intra menſem admitti, uel reijci; & ſi prouiſio per eos facienda erit intra dictū menſem explenda eſt, & prouiſus infra tres menſes à die factæ prouiſionis illam ſimiliter in eccleſia publicare debet, & poſſeſſionem beneficij capere; aliàs collatio uel prouiſiō nulla erit, & beneficium ipſo iure uacare dicitur, ut habetur in Conſtitutione Gregorii 13. Incip. *Humano vix iudicio,* vt apud. *Quar. l. c. Pariſium l. 11. q. 2. Garz. p. 11. c. 3. num. 273. Molfeſ. n. 66. Azor. p. 2. l. 7. c. 21.*

III. Q.

Digitized by Google

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3.q. hæc affert reſolutio, Licet ipſius Paulini mens, & zelus, cõmendandus ſit, quod religioſum ordinem qui mirum in modum exemplo, & doctrina Dei eccleſiam illuſtrat, in ſuam diœceſim tanquam in ſuo regimine cooperatorem optimum introducere ſtuduerit. *Zecchius Epiſcopi c. 7. num. 25.* nihilominus aſſenſum præſtare non potuiſſe vt illud monaſterium in ſua diœceſi ædificaretur. Nã prædictus Epiſcopi conſenſus in erigendis regularium domib. non ſufficit, niſi etiã ſummi Pontificis auctoritas accedat, cum in *c. 1. de exceſſ. Prælat. l. 6. & in c. 1. de relig. dom. l. 6.* ſtatutum ſit ne Prælati religionum conuentum aliquem, ſiue locum abſq. Sedis Apoſtolicæ ſpeciali Indulgentia recipere valeant; non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs, ſi de huiuſmodi prohibitione particularem mentionem non fecerint. Nec *Conc. Trid. ſeſ. 25. de regul. c. 3.* iuris cõis diſpoſitionem abrogauit, ſed prætetea ſanxit vt altera quoq. Epiſcopi loci facultas intercederet, Atque ita ſacram Cardinalium Congregationem declaraſſe refert *Zerula in Praxi Epiſcop. p. c. 1. v. monachi. & Campan. in Diuerſ. Iur. conſ. Rub. c. 12. c. 13. n. 80. Roder. in qq. regul. tom. 1. q. 35. art. 7.*

Attamen per Pontificia priuilegia aliquibus religioſis ordinibus conceſſa, poteſt Capitulum generale, & Generalis cum conſenſu Aſſiſtentium, & eius Diffinitorum, iuxta propriarum Conſtitutionum formam, vbique locorum, monaſteria, domos, conuentus, oratoria, & alia quæcunque loca de ſola Ordinariorũ licentia; nullo aliarum perſonarum cuiuſuis ordinis etiam regularium requiſito cõſenſu, cõſtruere, fundare, & erigere, ac etiã per alios iam fundata, & erecta recipere. Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, priuilegiis, literis, quibuſuis ordinibus, & perſonis regularium in contrarium præmiſſorum conceſſis.

III. Reſolutionis continuatio.

QVem autẽ modum Epiſcopi tenere debeãt in concedenda licentia pro nouis monaſteriis ædificandis, ip. præſcripſit Clemens VIII. in cõſtit. Incip. *Quoniam ad inſtitutam* Vñ ipſe Antiſtes in huiuſmodi negotio inchoando locum ædificationis deſignat, crucem figit, lapidemque primarium ponit; niſi hunc actum alteri ſubdeleget. *c. nemo. de conſecr. diſt. 1.* Et vt ait. *Maſcard. de Probat. vol. 2. concl. 583.* Eccleſia eo ipſo quod in ea miſſa celebratur, & alia diuina officia obeuntur conſenſu Epiſcopi, abſque alia temporis diuturnite conſtructa præſumitur.

Quod ſi Epiſcopus abſque rationabili cauſa ſuum cõſenſum denegauerit, authoritate Archiepiſcopi, vel Primatis, ad id cõpelli poterit. *arg. c. nullus. ext. de iure patr.* vbi Abbas generatim ait, Vbi requiritur conſenſus vnius in fauorem & gratiam alterius, ſi abſque legitima cauſa conſentire renuerit, Superiorẽ adire poſſumus, vt eum ad conſentiendum cogat. Vnde colligit, q ſi ſtatuto caueatur, ne qua fœmina poſſit matrimonim cõtrahere cum minori, 25. annis, abſq. cõſenſu duorum agnatorum, ſi agnati ſine iuſta cauſa conſenſum denegent, Superioris authoritate ad conſentiendum cogi poſſunt. *Azor. d. p. 2. l. 9. c. 3. q. 8.*

Nihilominus eccleſiam ædificans dotem ſufficientem pro alendis miniſtris, ornamentis neceſſariis, & iuribus Epiſcopalibus ſubeundis, ipſi aſſignare tenetur; vel Epiſcopus ſine dote cõſtrui permittens ad dotandum de proprio obligaretur. *c. cũ ſicut. ext. de conſec. eccleſia, vel alt.* Nã & in fundatione eccleſiaſtici beneficii ſex requiruntur. Primo locus congruus, vt ſcilicet locus acceſſibilis, & ſaluber eligatur, vt populus ad dictam eccleſiam conuenire poſſit. Secundo cauſa iuſta, vt ſi populus locum non hẽat, quò ad ſacra myſteria percipienda pergere, & accedere valeat, vel ſi hẽat, longius ab eo diſtet, ac proinde difficilis ſit acceſſus, vt tempore hyemis, vel inundationis aquarum contingere ſolet. *c. ad audientiam. ext. de eccleſ. ædific. Reginal. l. 30 tr. 3. num. 141.* Tertio vt perſona beneficium erigens ſit habilis, nempe erigendi facultatem habens, & in eius fundatione Epiſcopi conſenſus interueniat, ſiquidẽ ante eius approbationem non beneficium, ſed potius pium relictum dicitur. Quarto dos ſufficiens ad ſuſtentandam beneficiati vitam exigitur, quoniam nulla eccleſia conſtrui, vel conſecrari poteſt, niſi condecenti dote decoretur. *Ioannes de Imola. conſ. 50. Tuſch. v. eccleſia. concl. 24. Melfer. tr. 6 c. 1. num. 28.* Vnde Epiſcopus ſine rationabili cauſa impedire non poteſt quominus fundator, ac patronus poſſit eccleſiam ſufficienter dotatam ad diuini cultus augmentum dilatare, & ſumptuoſioribus ædificiis exornare, ceſſant enim rationes ex quibus conſenſus Epiſcopi in noua eccleſia ædificanda, vel funditus deſtructa reficienda eſt neceſſarius, ne .ſ. eccleſia ſine competenti dote conſtruatur, vel reficiatur, vel vt aliis eccleſiis aliquod præiudicium non inferatur. *Barb. de Epiſcopo. p. 2. Alleg. 26. num. 2.*

Porro ædificata eccleſia quocunque die feſto, ſeu feriato, vel profeſto, ab ipſomet Epiſcopo conſecratur. Et cum eccleſia conſecrata non præſumatur, niſi probetur, eius conſecratio per ſcripturas & tabulas ſi reperiantẽ, & per cruces, vel vnico teſte teſtata efficitur. Quod ſi dubitetur an cõſecrata ſit,

Digitized by Google

ta ſit, cum nullum conſecrationis appareat argumentum, in dubio ab Epiſcopo conſecranda eſt. Quod munus ſine miſſa fieri non debet, ſi tamen aliter fiat, licet culpa non careat factũ tenet *Azor. p.2. l.9. c.4. q.2. Miranda in Man. Pralat. tom. 2. q. 39. art. 1. concl. 3. Maſcard. de probat. vol. 1. v. conſecratio. Concl. 415. Tuſch. in v. eodem. concl. 745. Barboſa de Epiſcop. p. 2. Alleg. 27. Piaſecius in Praxi Epiſcopali p. 1. c. 10.*

IV. QVÆSTIO. RESOLVTIO.

QVartæ propoſitæ quæſtioni ſic breuiter ſatisfaciendum puto fas Paulino Epiſcopo non fuiſſe Stephanum clericum pauperem, ſed doctum, & eruditum abſque titulo ſacro ſubdiaconatus ordine inſignire. Etſi enim aliqui Doctores ſenſerint, licere Epiſcopo virum literis inſignem, & honeſtis moribus probatum, ad ſacros ordines aſſumere, eo quod in virtute tituli literaturæ quaſi vice patrimonij potiatur, quo ſine dedecore ſuſtentetur, & facile poſtmodum beneficium conſecuturus ſit, vt tenet. *Henriq. l. 10. de ordine. c. 17. n. 4. & Garzias p. 2. c. v. nu. 128. Gonzales gloſſ. 4. nu. 98. Ragu. in lucerna Paroch. de ord. q. 14.* Hæc tamen ſententia apertæ falſitatis conuincitur, cum textui, *Conc. Trid.* ex diametro aduerſeť. *ſeſſ. 21. de refor. c. 2.* vbi ſtatuit ne quis clericus ſæcularis quamuis alias ſit idoneus ſcientia, moribus, & ætate, ad ſacros ordines promoueatur, niſi prius legitima conſtet eum beneficium eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſte ſufficiat, pacifice poſſidere. Id vero beneficium reſignare non poſſit, niſi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum ſit promotus, neque ea reſignatio admittatur, niſi conſtito quod aliunde viuere commode poſſit, & aliter facta reſignatio nulla ſit; adeo vt aduerſus Præſules ſcienter ſine præfato titulo ordines conferentes, de iure conſtituta ſit pœna in *c. cum ſecundũ. extra de præben.* vt de ſufficienti beneficio prouidere teneantur; illiq. ex qualitate perſonæ, & loci conſuetudine, interea neceſſaria ſubminiſtrare; vt per *Sanchez l. 6. de matr. diſp. 32. Vgol. de off. Epiſcopi. 42. c. 26. §. 9. Raguc. de ordine q. 23. Barboſa p. 2. Alleg. 10. vt dixi ſupra tr. 2. c. 2. q. 25.* Atq. hanc ſententiam communiter in Praxi receptam tenent *Bertrandus vol. 2. p. 2. conſ. 55. Campan. in Diuerſ. Iur. can. Rub. 8. c. 4. num. 6. Sà in v. ordo. nu. 27. Rodericus ſumma p. 2. c. 15. num. 15. Piaſecius in Praxi Epiſcopali p. 1. c. 1. num. 45. Barboſa de Epiſcopo p. 2. alleg. 19. num. 72.* Quod ſane placitum illa ratione fulcitur, quod hodiernis temporibus homines literis, & moribus conſpicuos, & inſignes videmus in angulis deliteſcere, & in miſeriis ſubſiſtere, & nullis præmijs, & honoribus affici, adeo vt ſi nunquam, nunc certi imperiti ac rudes muneribus tam ciuilibus, quàm eccleſiaſticis admouean-tur, generoſi, & eruditi (inſtar rerũ preciosarum, quæ à mari in imo deprimuntur) ad infimas ablegentur curas. Qui ſi aliquando impatientiæ æſtu exciti, non nihil recalcitrent, mox petulantis linguæ flagro compeſcuntur. Cum tamen egregibus foret opus, & valde laude dignum eos alere, & fouere, quorum vtilitas non ad parentes ſolum, & ſanguine coniunctos; verum etiam ad totam patriam, & vniuerſum terrarum orbem redundare poteſt. *Scholiaſtes ad Embl. 7. Typotius in ſpec. Mag. figura 13. Alciati.* Et annotauimus *ſupra tr. 2. c. 6. q. 138.*

V. QVÆSTIO. RESOLVTIO.

QVintæ dubitationi reſpondendo dico, Paulinum diſpenſare potuiſſe vt Anſelmus qui ſtrictã religionem vouerat, laxiorem ingrederetur, eo quod tunc non in ſubſtantia religionis maneret, imo ad illam obligatus, ſed tantum in exceſſu vnius ad alterum diſpenſare cenſeatur. Et idem eſt in religionum Prælatis, qui licet ſubditorum vota ad arctiorem ſcilicet religionem tranſeundi irritare non poſſint, in huiuſmodi tamen votis diſpenſare eis integrum eſt, quia diſpenſatio in circumſtantia, non autem in voti ſubſtantia fit, cum vtraque religio à ſummo Pontifice ſit approbata, & ſic factus ſit ſubditus ei diſpenſationi conſenſerit. *Roder. tom. 1. qq. regul. q. 25. art. 5. Sayrus l. 6. claui. reg. c. 11. num. 63. Sanchez l. 4. de praecep. num. 74. & l. 8. de matr. diſp. 9. num. 17. Reginal. l. 18. num. 335. Molfi ſtr. 1. 1. c. 15. num. 149.* & alij cõmuniter. Ex facto enim ſupponimus, in prima illa religione, & ſi eſſentialia vota in ipſa obſeruabantur, quædam grauia onera, quæ non facile ferre poſſe prætendebat, impoſita fuiſſe, cum tamen hoc fieri non poſſe, nec Generali Præfecto cum capitulo hoc ſtatuere fas eſſe; commune ſit ſcribentium votum. Nã ſicut nemo virtute ſuæ profeſſionis in vna religione compelli poteſt ad aliam arctioris regulæ religionem, eodem modo in ſuo ordine ad ſtrictiorem vitam obligari nequit, iuxta illud *D. Bernard. l. de præcepto, & diſpenſ.* Prælatus non augeat mihi votum, id eſt opus maioris perfectionis non præcipiat, quàm in regula, vel in ordinis ſtatutis continet. Et vt ait D. *Greg. relatus in c. geſta. diſt. 74.* Iuſtũ eſt, vt nemo creſcere cõpellatur inuitus, vt ex cõi. tradit *Sanch. de præcep. l. 6. c. 20. nu. 15.* vt dixi ſupra *tr. 14. c. 1. q. 6. reſolut. 4.*

Non tamen Anſelmum lege ſoluere potuiſſe, vt ante legitimã ætatẽ. i. 25. annum inceptũ (cum duo dies deeſſẽt) ſacerdotium ſuſciperet, nã quã-

uis

uis iure diuino quò ad ſacramenti ſubſtantiam, ſit ætas præſcripta, iure tamen Pontificio huiuſmodi ætates decretæ, & præfinitę ſunt, in cuius lege tanquam ſuperioris non licere Epiſcopo tanquam inferiori diſpenſare, fatentur omnes, præſertim. *Archid. in c. licet Canon de elect. l. 6 & communis DD. ſolutio in c. ad ſi clerici. §. fin. ext. de iud.* vt etiã reſoluimus. *ſupra tr. 1. c. 10. q. 61.* At ipſe Anſelmus qui bona fide ante legitimam ætatem exiſtimans ſe iure diſpenſatum eſſe, celebrando irregularis non fit, cum ſuſpenſionis cenſuram violare nõ dicatur. Et iuſta interueniẽte ætate, ſine aliqua abſolutione, & diſpenſatione, non obſtantibus Pontificiis conſtitutionibus, vt multi volunt, ordines exequi ei licebit, vt acriter defendit. *Con. in clem. 1. p. 1. §. 1. n. 4. homicidio, Barboſa de Epiſcopo. p. 2. Alleg. 16. num. 22.* Et ſi tutius ſit diſpenſationem petere.

VI. Q. RESOLVTIO.

AD 6. q. qua quærebatur, an Epiſcopus diſpenſare potuerit, vt Anſelmus in religione ad dignitates promoueretur, dico id ei non licuiſſe: nam licet Greg. 14. in Bulla incip. *Circũſpecta*, permiſerit, ex illegitimo toro natos recipi poſſe, dũmodo eorum talia, ac tanta ſint merita, vt natalium defectum ſuppleant, & ipſorum receptio religioni pro futura videatur, ſolis tamen Superioribus regularibus conceſſit, vt ſuffragantibus meritis, cauſa in Generali capitulo cognita, ad religioſos honores, & Magiſtratus euehi poſſent. Vnde cum huiuſmodi diſpenſatio ex Pontificiis priuilegiis ad Generales, & Prouinciales Prælatos cum Capitulo non ad Epiſcopos pertineat, minime dubium eſt, nec ipſos regulares Præfectos ſine iuſta cauſa diſpenſare poſſe, adeo vt huiuſmodi diſpenſatio nulla, & inualida ſit, cũ in d. Bulla conditio, & præciſa forma præſcribatur. Si tamen Papa ſine cauſa, nec præcedentibus meritis, cũ hac lege ſolueret, ille ſic ſolutus, ac diſpenſatus, in conſcientia tutus foret propter poteſtatis plenitudinem quã ſupra ius cõ nunc habet, vt per *Rodr. in qq. regul. tom. 1. q. 13. art. 14. & per Cherub. in ſcholiys ad illam Bullam.*

Alias ſupra diximus neminem in dubio illegitimum cenſendum eſſe, ac proinde niſi aliud conſtet, tàm ad ordines quàm ad dignitates, & paternam hæreditatem admittendũ eſſe. *Bonac. de cont. q. 2. pun. 1. nu. 12. Merlin de legitima. l. 1. tit. 2. q. 11. arg. Faſar de fideicom. ſub lit. q. 291.* vbi ait in dubio iudicandum fideicommiſſum non extare, &c.

Cæterũ Epõ declarare licuit Anſelmo religionem ingredienti, vſumfructum à patruo ſuo relictum per regularem profeſſionem non extingui, ſed in monaſterium tranſire, illo vero mortuo ad proprietarium reuerti. ex *gloſ.* & aliis *ſcribentibus in Authen. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ.* Cũ enim hic articulus inter DD. controuertatur, in hac ſententiarum varietate bonum eſt Iudicem propitium habere. *Sanchez de præcep. l. 2. & 3. nu. 48. Nald. v. vſusfructus. num. 2.* Quæ opinio, ut ait. *Azor. p. 1. l. 12. c. 8 q. 2.* æquitati magis conſentanea eſt, vt quæ magis religionem foueat, niſi aliud de teſtãtis mente conſtet, &c. Imo cõmunior eſt. vt p. *Sayrum in cla. reg. l. 9. c. 7. num. 8.*

Vbi obiter tria notanda sũt, Primo, q ſi Anſelmus in prima religione, vel primo ordine eſſet profeſſus, & ad alium ſtrictiorẽ licentia petita, etiamſi non obtenta, tranſire vellet, iuxta. *c. licet. ext. de regul.* tenetur in eo integrum tyrocinium facere, nec poſſet ſecum ferre bona, quæ in primo acquiſiuit, & ei incorporata ſunt, cum licentia tranſeundi ſine præiudicio tertij, id eſt religionis à qua trãſmigrat, intelligenda ſit. Vt de priori dicto conſtat, *ex Nauar. conſ. 49. tit. de regul. & Azor. p. 1. l. 11. c. 14. q. 15.* De poſteriori enuntiato patet. *§. ſi vero in Auth. de monachis. Sanch. l. de præcep. c. 32. num. 8.* vbi de veriori, & probabiliori, ac communiori ſententia teſtatur.

Secundo ſi extra monaſterium deliquiſſet, vel aliquod æs alienũ contraxiſſet, ipſum monaſteriũ ſoluere non tenetur niſi ipſius cõuentus cõmiſſione ſit perpetratum, vel in eius vtilitatem conuerſum. *Syl. in v. religio. 8. num. 3. Armil. in v. monach. num. 13. Graff. l. 2. Deciſ. aur. c. 127. num. 34. Nau. conſ. 14. de regul. Azor. infra cit. q. 11. Sà in v. monaſterium. num. 41.* idem. *Sanch. l. 6. de præcep. c. 14. n. 29. & l. 7. c. 31. num. 9.*

Tertio ſi dũ in primo ordine degebat, aliqua ad vſus turpes, vanos, illicitos, vel ſuperfluos expendiſſet, eos qui acceperunt, eidem priori monaſterio reſtituere teneri. Quod procedit etiamſi à Superiore licentiam habuiſſet, vt bona data, vel pecuniam ſibi conceſſam in quoſcunq. vſus vellet, expendere poſſet: nã huiuſmodi facultas ad vſus licitos, & honeſtos tributa cenſeretur, cum in generali conceſſione ea conceſſa eſſe non intelligantur, quæ ſi in particulari peterentur, minime darentur. *c. in generali de reg. iu. in 6. Pet. Nau. l. 3. de reſtit. c. 1. p. 3. dub. 1. nu. 161. Nau. cõment. 2. de regul. num. 21. & conſ. 3. de ſtat. Monach. Azor. tom. 1. l. 12. c. 12. q. 5. Leſſius l. 2. q. 18. dub. 11. num. 83. & c. 41. dub. 81. num. 73. Sanct. de Apoſtaſia. c. 6. dub. 2. num 12. Filliuc. tom. 2. tract. 31. c. 9 nu. 232. Sanchez de præcep. l. 7. c. 17. n. 8. contra nonnullos præſertim. Rebellum de iuſtitia par. 2. l. 12. q. 4. Bannes. 22. q. 62. art. 5. Lopez. l. 2. de cont. c. 40.* vt etiam inſinuauimus *in 1. par. de Exam. tract. 9. c. 24. q. 74.*

VII. Q.

Digitized by Google

VII. Q. RESOLVTIO.

AD 7.q.reſpondẽdo dico, quod licet Alphõſus regularis ab Epiſcopi iuriſdictione regulariter ſit exemptus, ita vt cenſuris, & alijs pœnis in eum animaduertere non poſſit, vt alibi ſæpè diximus. & tradit *Barboſa par.3. de Epiſc. Alleg.*105. Hodie tamen omnes regulares etiam exempti moniale aliquam abſq. Epiſcopi licentia alloquentes, etiam ſi allocutio in monaſterio regularibus ſubiecto fiat, à loci Ordinario puniri valent. *ex Cõſtit.Greg.*15. Incip. *inſcrutabili.* §. *ad hac.* Quod eſt Sacra Cardinalium Cõgregatio cenſeuit, & Summus Pontifex Vrbanus VIII. comprobauit, teſte *Bonac.de clauſ.q.2.pun.4.num.8.& Bellech.de caſ. reſer.p.2.q.9.num.*217.

Poſtrema.q.reſolutio.

AD illud vero poſtremum quod quærebatur an Alphonſus ſalua conſcientia, & religione, Dorotheæ ſanctimoniali ſuadere potuerit, vt teſtamentum, quod ante profeſſionem condiderat, & poſt eius naturalem mortem exequendum ſtatuerat, aliqua ex parte immutans, illud legatũ, quod cuidam loco pio reliquerat, ſibi aſcriberet ea conditione & lege, vt ad eundem Alphonſum, nõ autem ad monaſterium pertineat, dico quod & ſi regulariter teſtamentum contraria teſtantis volũtate reuocetur, quia cum ſit vltima voluntas, quæ vt DD. loquũtur, eſt vſq ad mortem ambulatoria, ad libitum retractari valet. *l.4 ff.de adim. leg.l.*1. *C.de ſacroſanct. eccleſ c. vltima voluntas,*13.*q.*2.*c. cum Martha.ext.de celeb. miſſa. vt per Spinum in ſpec.teſtam.gloſſ.*30 *Couar.in c.*2.*de teſtam.T uſch. in verbo ſtam.concl.*150. *Menoch. vol.*11.*conſ.*1093. *Molfeſ.tract.*13 *c.*2.*num.*148. Hæc tamen poſitio in religioſo, vel religioſa locum non habet: ſiquidem eadẽ poteſtas in actu diſſoluendo, quę in ipſo conſtituendo exigitur. *l. ſi vt proponis.C. de nupt.* Atq. ideo ad eum ſolum teſtamentum reuocare ſpectat, qui ipſum condere poteſt, ſed profeſſus teſtamentum facere non poteſt, ergo etiam prius factum reuocare nequit, cum per profeſſionem ita mundo moriatur, vt nil proprium ei habere liceat, nec de bonis ſeu iuribus antè habitis quidquam diſponere, nec alium ſiue ſecularem ſiue regularẽ vt ſibi poſt mortem ſuam ſuccedat, nominare. *Authentica. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ.* Ac proinde Alphonſus moniali ſuadere non poterat, vt legatum illud alteri pio loco prius factum ſibi ipſi relinqueret. Cuius quidem legati vſumfructũ monaſterium bonorum capax durante monialis vita iure conſequitur, poſt vero eius naturalem mortẽ, pio loco teſtatricis diſpoſitione legatario adiudicatur. *Vaſq.de redd.c.3.dub.4.Molfeſ l.c.Sanch. lib. 7.de precept.c.3.num.* 54. *& c.* 11.

Imo & ſi talis reuocatio de iure ſubſiſteret, quod omnino negamus, niſi ſummi Pontificis facultas accedat, adhuc tamen legatum illud à monialis teſtamento ademptum, & Alphonſo religioſo relictum ea conditione vt ad ipſum non ad monaſterium pertineat, & vt Præfectus auferre non poſſit, non valeret, cum paupertatis voto aduerſetur. *d. Authent.ingreſſi.C.de ſacroſanct.eccleſ & c.cum ad monaſterium.ext de ſtat.monach Conc.Trid.ſeſ.* 25.*de regul.c.*2.*vbi Barboſa Piaſecius in Praxi Epiſcop de viſitat.monial. ex Decret.Congreg.Card.* §.*Denuntietur.Azor.par.*1.*l.*12 *c.v.q* 2.*ex Abb.& alijs in d c.cum ad monaſterium.* Niſi dicamus cum ipſo. *Sanchez.d.l.*7.*c.*17. *num.*4. legatum ſub prædicta lege relictum, benigne eſſe interpretandum, ita vt ſenſus ſit, nihil facti ad monaſterium pertinere, ſecus autem de iure, vt ſcilicet commodum, & vſus, quæ quid facti ſunt, Superiore permittẽte, ad ipſum Alphonſum monachum ſpectet; dominiũ vero quod eſt quid iuris, in cœnobio reſideat, ac proinde legatũ illud hoc modo ſuſtineri poſſit.

Maneat ergo Primo Epiſcopo fas fuiſſe religioſum illũ punire, qui abſq. licẽtia ad ſanctimonialium monaſterium ad colloquendũ acceſſit. Imo ipſum Alphonſum ultra lethalis culpæ reatum, pœnã priuationis uocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurriſſe, & etiam iuxta Decretum .S. *Card. Congreg.* ſeuerius eſſe plectendum *vt per Bellech. de caſib.reſ p.*2.*q* 9.*nu.*215. Sicuti etiam monaſteria in quibus duodecim religioſi ſuſtẽtari, atq. ibi inhabitare nõ poterunt, & actu nõ inhabitauerint, Ordinarij loci viſitationi, correctioni, iuriſdictioni ſubiecta eſſe intelliguntur. *ex Decreto Vrbani* VIII. *de celebr. miſſ.*

Secundo rectè, ac iure Epiſcopum feciſſe cum declarauit monialem ipſam teſtamentum mutare nõ potuiſſe, & monaſterium in poſſeſſione vſusfructus huiuſmodi legati vſque ad eius naturalem mortem conſeruandum eſſe, qua ſecuta ad pium illum locũ, cui legatum factum fuerat, deuoluatur. *ex DD. ſupracitatis.*

QVAESTIO XVII.

Donatio facta pio loco, & iuramento firmata an ſuſceptis à donatore liberis reuocetur. Ordinandus à proprio Epiſcopo examinatus an ab Ordinatore iterum examinari poſſit. Familiaris Epiſcopi an ſine examine ad penſionis titulum ordinari queat. Iudex laicus num non obſeruantes feſta cum licentia Epiſcopi punire valeat. Mater an monialem filiam morti proximã intra monaſterij ſepta viſitet

viſitare. Nunquid Epſ p. m. ſi ex negligentia inimicitias inter ciues exortas extinguere non curat. Et q. ſi in audientia difficilem ſe reddat. An Prælatus ſucceſſor locationi à prædeceſſore factæ ſtare teneatur. Nunquid Epiſcopus ſtatutum ſine capituli conſenſu condere poſſit ne mulieres ſub pœna interdicti non velato capite eccleſiam ingrediantur, & ne Parochi ſub pœna ſuſpenſionis poſt monitionem ingreſſum permittant.

AVguſtinus cum per 12. annos in coniugio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, cum Lucretia ſtetiſſet, & abſq; ſobole nuptiarum præmio permanſiſſet, cuidam hoſpitali domui pietatis cauſa duo milia nummos aureos donauit inter viuos, & hanc donationem iuriſiurandi religione firmauit. Suſceptis nunc Dei gratia ex d. Lucretia coniuge ſua liberis, vellet illam reuocare conſulit Andream Epiſcopũ, qui ſententiam tulit donum illud in pium locum collatum, tùm ratione præſtiti iuramenti, tùm piæ cauſę priuilegio retractari non poſſe. Vnde à nonnullis quæritur an iure & in foro conſcientiæ rectè iudicauerit.

Secundo cum Petrus in minorib. ordinib. cõſtitutus, & alterius diæceſis clericus, à ſuo Epõ examinatus, & approbatus, ſubdiaconatu initiandus dimiſſus eſſet, iterum ſe uetum examen ſubire eum coegit, nimirum timens ne in pœnas à iure inflictas incideret. E cõtra vero Lucã ſuũ familiarem, qui in triennio per anni ſpatium ab eius perſonali ſeruitio Romę negotiorum geſtor degens abſuit, ſine pręuio examine eodem ſubdiaconatus ordine penſionis titulo inſigniuit, & ſuper interſtitijs diſpenſauit.

Tertio Robertũ Iudicem laicũ, qui in quoſdã laicos, dies feſtos cum licentia ipſius Andreę Epiſcopi ex cã non obſeruantes animaduertit, in excõmunicationem Bullæ Cœnæ Dñi tanquam propriæ iuriſdictionis vſurpatorẽ incidiſſe declarauit.

Quarto Catharinam Comitiſſam in excõmunicationem à ſummis Pontificibus latam non incidiſſe pronuntiauit, cum in quoddam monaſterium ſuam filiam ſanctimonialem in mortis articulo conſtitutam, inuiſendi cauſa, ſine licentia nõ tamen prætextu facultatum ingreſſa eſt.

Quinto quoſdam vrbis magnates inter ſe inimicitias gerentes, qui per trienniũ eccleſiæ præceptũ de confeſſione, & communione facienda ſunt tranſgreſſi, ex quorum ſimultatibus, & diſcordiis, ingentia ſcandala, & multarum animarum, corporumque perditio probabiliter imminẽt, & ſi à multis piis viris admonitus ipſe Andreas Epiſcopus extinguere non curat, nec eos ad chriſtianum officium explendum perducere ſtudet.

Sexto cum Flauius Epiſcopus ſuus prædeceſſor quędam Epiſcopatus prædia Anſelmo locaſſet, & anticipatas ſolutiones recepiſſet, ipſe Andreas nũc eius ſucceſſor locationi ſtare non vult.

Septimo ſine capituli cõſenſu in ſynodo ſtatuit ne mulieres ſub pœna interdicti eccleſiam ingrediantur, & ne Parochi ſub ſuſpenſionis pariter pœna, poſtquã ſemel ſunt monitę, ingreſſum permittant. Quæritur pariter quid iuris in his propoſitis caſibus decernendum ſit.

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1. q. reſolutiue reſpondendo dico, celebrẽ eſſe Imperatoriam conſtitutionem. *in l. ſi vnquam C de reuocandis donat.* vt donatio reuocari debeat, ſi donator poſt illam factam liberos ſuſcipiat. Quæ diſpoſitio profectò in præſumpta dantis mente fundatur, quod magis filios, quam donatarium diligat. Quamobrem vbi prædictæ ſanctioni renuntiatum non fuerit, & nati ſint filii, etiam iure poli donatarius ei qui donauit reſtituere tenetur, vt ibi per *Tiraq.* ibi. *& Conar. de ſpon. p. 2. c. 6. §. 8. nu 17. Alã de Aduoc. Chriſt. par. 2. q. 11. Molfeſ. tom. 1. ad conſ. Neap. par. 4 q. 26.* Nam filios ad parentum bona naturæ ſimul. & ipſorum genitorum votum admittit, & omnia quæ noſtra ſunt liberis noſtris paramus. *l ſcripto. ff. vnde lib. l. pen. §. pen. ff. de bonis lib.* Vnde *& Homer. l. vi. Iliados* aperte inſinuat parentum bona filiis deſtinari, ac deuoueri, eoſque admodum angi, ac torqueri, ſi extraneis illa relinquere cogãtur. Ex quo Adrianus Imp. commendatur, qui, vt tradit Spartianus, ignotorum hęreditates reſpuit, nec notorum accepit ſi filios haberent; nullus enim affectus vincit paternum in liberos, iuxta illud Maronis,

Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.

Licet alii velint vxorium amorem cæteros omnes ſuperare, illudque Propertianum in medium afferunt,

Oĩs amor magnus, ſed aperte in coniuge maior.

Hinc cõmuniter DD. tradunt, viuente patre filium quaſi dominum dici, & paternorum bonorum dominium non peracquiſitionẽ, ſed per continuationem transferri, cum pater & filius ſint vna & eadem perſona. *l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. §. ſui Inſt. de hered. ab inteſt. Iaſ in l. ſciendum ff. qui ſatisd cog. Corneus conſ. 3. Craſſus in. v. ſuitas. q. 7. Merlinus de legitima l. 1. tit. 2. q. 1.* Imo Doctores prædictam poſitionem ampliãt, Primo etiam ſi pater expreſſe, & in ſpecie legis priuilegium repudiaſſet, nam ſi non pater ſaltem ipſi filii eo defuncto tanq̃ inofficioſã donationẽ reuocare poſſunt, cum eorũ legitimæ præiudiciũ afferre nõ valuerit. *Clar § donatio. q. 22. Tuſchus. v. donatio. concl. 712. num. 11.* Secundo etiam ſi pater ſe donationem nõ reuocaturum iurauerit, quia huiuſmodi

mo ſi furamentum ſub tacita conditione niſi libe ri naſcantur factum cenſetur *Leſſius l. 2. de iuſt. c. 18. dub. 14. Barth. à S. Fauſto. de donat. diſp. 20. q. 105, Molina de contract. diſp. 282. num. 7. Bonac. de cont. d. 12. pun. vlt.* Tertio extêditur in donatione facta eccleſiæ, monaſterio, vel piæ cauſæ, ſiquidem, & D. Auguſtinus Epiſcopus Carthaginenſis filiis potius quàm eccleſiæ paternam ſucceſſionem deberi pronuntiauit. *c. fin. 17. q. 4.* Quidam enim, vt ibi ſcribitur, cum filios non haberet, neque ſperaret, res ſuas omnes, retento ſibi vſufructu, eccleſiæ donauit; nati ſunt ei poſtea filij, & Epiſcopus reddidit nec etiam opinanti illa quæ donauerat. In poteſtate habebat Epiſcopus non reddere, ſed iure fori, non iure poli. Verum cum eccleſia regulariter loco filij ſit, niſi vſque ad legitimâ filijs poſtea natis competentem non reuocaretur, vt eſt cõmuni ſcribentium votum. *Merlin. de legit. l. 5. tit. 1. q. 2.* Hæc tamen opinio ait. *Clarus in §. donatio. q. 23.* dura ſemper viſa fuit, nam monaſterium loco filij non habeẽ, niſi in caſib. à iure expreſſis. Nihilominus credit. q in praxi eccleſia obtineret niſi Epiſcopus vellet ſecundũ cõſcientiam totam donationem reſtituere, & meo iudicio ſi id faceret laudabile eſſet. *per d. c. fin. 17. q. 4.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico q licet Eps vigilare debeat ne ordines indignis conferat tanti mali cauſam præbẽs, quod in chriſtianã rempub. infertur; nam ſi ignaros, aut prauæ vitæ homines ad ordines admittat, nullamque in hoc tàm ſerio negotio, aut paruam diligentiam adhibeat, lethali ſcelere profecto ſe obſtringit, & deponi meretur. *c. pen. ext. de ætate, & qualit. c. ſi quibus Archid. 1. q. 1. Marc. Ant. Genuenſ. in Man. Paſt. cap. 55.* Nihilominus, ut ait *Sorbus in Compend. Priuil. Mend. v. ordines,* ſicut quando Epiſcopus ob aliquod impedimentum non valens ſuum ſubditum ordinare illũ cum debitis dimiſſorijs ad alium Antiſtitem mittit, à quo ordines recipiat, in interſtitijs diſpenſare ad eundem ſpectat; ita etiam cum in dictis teſtimonialibus literis fidem fecerit, ſe illum de omnibus neceſſariis, iuxta *Conc. Trid.* ſanctiones examinaſſe, ac idoneum inueniſſe, minime quidem oporteret vt iterum Epiſcopus ordinans illum examinaret, nec proinde in canonicas pœnas incurreret; aliàs videretur potius irreuerentiam quandam & infidelitatem erga ſuum Collegam demonſtrare, *arg. gloſſ. Præpoſit. ac Gemin. in c. Epiſcopum, 9. q. 2, & Conc. Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 3.* Nihil tamẽ obſtat quominus dimiſſus ab Ordinatore examinari poſſit, ſi ipſe iterum eum examini ſubiicere velit. *arg. Idẽ Conc. ſeſſ. 7. de reform. c. 11. Piaſecius in Praxi Epiſcopali par. 1. c. 1. num. 12. Bonac. de ſacr. d. 6. q. 1. pun. 4. num. 33. Campan. in Diuerſ. Iur. can. Rub. 8. c. 9. num. 31. Antonuc. in Catech. Neap. l. 1. c. 8 Barboſ. de Epiſcopo par. 2. Alleg. 7. num. 22.* Sicut etiam in ſimili nouo Epiſcopo fas eſt confeſſarios etiam religioſos iterum examinare, qui à ſuo prædeceſſore ſunt approbati, vt S. Cõgreg. Card. declarauit. idẽ *Piaſec. in Praxi Epiſcopali. p. 1. c. 1. Fagundez. de præcept. eccl. p. 2. l. 7. c. 2. nu. 30.*

Quod vero attinet ad alterum quæſtionis caput, an ſcilicet Epiſcopus ſeu Ordinarius Lucam ſuum familiarẽ, qui per triennium cõtinuum ſecum commoratus non eſt, ad penſionis titulum ordinare potuerit, & ſuper interſtitijs diſpenſare dicimus ex ſequenti à nobis tradita doctrina huius q. reſolutionem colligi poſſe. Primo quod Epiſcopus ſuum familiarem triennalẽ non ſubditum ſine dimiſſoriis literis ſui Epiſcopi ordinare põt, dummodo illi beneficium ſtatim re ipſa conferat. *Conc. Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 9.* Secundo non eſt neceſſe vt familiaris in Epi domo ſemp habitet, & illi continuo inſeruiat *c. fin. de verb ſignif. l. 6. vt per Henriq. de ord. c. 12. num. 1. & Genuenſ. in Praxi Neap. c. 83. num. 3. contra Ric. in Praxi fori eccleſ. Deciſ. 209.* Qui tamen per totum triẽnium in remota regione habitaret, ab eo ordinibus initiari non valeret, quia Epiſcopus eius mores noſſe non poſſet. Nihilominus ſufficeret vt triennium incæperit antequam dominus in Epiſcopum eſſet creatus. Tertio ordinare illum ei integrum erit etiam ad titulum patrimonij, vel penſionis, ſi idem Epiſcopus pro neceſſitate, vel commoditate ſuæ eccleſiæ, id expedire iudicauerit. Quarto ſuper illegitimis natalibus quò ad minores ordines diſpenſare nequit; imo nec ſuper interſtitiis, niſi ſtatim infra triduum, vel vt alii volunt, in decem dierum ſpatium, beneficium ei conferat, cum ſic ei ſubditus fiat. *Garzias de benef part. 2. c. v. nu. 86. Barboſa de Epiſc. p. 2. Alleg. v.* Quinto Epm poſſe nõ ſolum per ſeipſum ordines impẽdere, ſed etiam alteri Epiſcopo dimiſſoriis ac commendatitiis literis concedere, vt ſuis ſubditis illos conferat, vt poſt ſupra allegatos tradit etiam. *Bonac. l. c. num. 20.* Sexto examinari nõ oportere eum quem notum eſt doctum, & ſufficientem eſſe. *gloſ. in c. de Petro. diſt. 47. Henriq. l. 10. de ordin. c. 18. Maiol. de irreg. l. 4. c. 9. num. 6. Sà in. v. examen. Menoch. de arbit. iud. caſu 465.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. reſpondeo, ſecularem Iudicem, Gubernatorem, vel Principem, ratione ſui Edicti eos punire non potuiſſe, qui de licentia eccleſiaſtici Superiores puta Epiſcopi, vel eius Vicarii in feſtis diebus ſeruilia opera obierunt. Cum enim præceptum de colendo die feſto ad religio-

ad virtutem pertineat, & per conſequens caſus hic mere ſpiritualis ſit, laicus Magiſtratus ei ſe immiſcere nequit, niſi à ſummo rerum ſpiritualium Moderatore, ideſt ſummo Pontifice hoc illi cõceſſum ſit. vt per *Nau conſ.1.tit. de foro compet. Barboſ.de Epiſcop. par.3. Alleg.*105.*num.*42. Quod ſi forte hac ratione in eos qui ex cauſa laborandi in diebus feſtis ab Eccleſiaſtico Superiore licentiam habentes Iudex laicus animaduerterit, excommunicatione 17. Bullæ cœnæ Domini alligabitur, cum iuriſdictionem eccleſiaſticam ſine expreſſo ſummi Pontificis aſſenſu vſurpare dicatur. *Abbas.c.2.de ferijs. AZor part.2.c.26.q.5.& 6. Suar.in explicatione illius can.de cenſ.ſect.2. num.95. Vgol. num. 1. Duardus l.2 can.17, q 3.& 4. Megalus, part.2. Inſtit. Conf.ſt.l.5.c.17.num.7.& conſ.97.* vbi declarationẽ *ſac.Congreg.Card.ſuper Conc.Trid.* his verbis refert, Cum Officiales curiæ ſecularis Mutinę prætendant neminem poſſe in diebus feſtis vacare operibus ſeruilibus, etiam de licentia Epiſcopi, niſi eorum quoque licentiam obtineat, & laborantes abſq. eorum licentia incidere in pęnas ab eis contra non obſeruantes dies feſtos ſtatutas Epiſcopus petit vt declaretur, ad quem ſpectet huiuſmodi licentiam concedere, an ſi ipſi præuia neceſſitatis approbatione, aliquibus illam conceſſerit, poſſint prædicti Officiales eos punire? *Sacra* Cõgregatio Card. Conc.Trid. Interpretum cẽſuit facultatẽ huiuſmodi licentiam concedendi, ad ſacrorũ Canonum pręſcriptum, ad Epiſcopum tantum pertinere, non autem ad miniſtros ſeculares, atque eos qui diebus feſtis pręuia Epiſcopi licentia operibus ſeruilibus vacauerint, nequaquã poſſe à Iudicibus laicis quoquomodo mulctari, aut puniri, Atq. ex his hujus quæſtionis reſolutio manifeſte apparet.

Non tamen hic illud ſilentio prætereundum videtur, regulares à culpa lethali non excuſari, ſi abſq. Epiſcopi licentia, ſeculares in diebus feſtis ſeruilibus operibus incumbere permittũt, cũ enim illis nullum priuilegium conceſſum appareat quo laici, vel ipſi religioſi illis occupari valeant, vt id licitum eis ſit ab Ordinario licentiam petere tenentur, niſi aliqua præſenti neceſſitate vrgeantur, &c. Quod procedit etiã in feſtis à populo voto nuncupatis, & ab Epiſcopo confirmatis; cum ipſi pro ciuibus in populo habeãtur, vt proinde ea obſeruare teneantur. *ex Conc. Trid.ſeſſ.25. de regul. c.12. Vgol. de off. Epiſcopi c 20.§.2, Azo.p.1,l.7.c. 30.q.2. RoderiqueZ in ſumma.c.122.num.1.& in qq.regul. tom.3.q.70.ar.1.& 2.Belloch.de caſ. reſer.par.2.q.16.num.*184.& 200.

IV. Q. RESOLVTIO.

QVartę q. talis adaptatur reſolutio, ac deciſio. Epiſcopum pronuntiare iure potuiſſe, Catharinam Comitiſiam, niſi ignorantia, vel bonafides excuſationi cauſã prębeat, in excõmunicationem à ſummis Pontificibus latam incidiſſe, clauſuram m.n. violaſſe cenſetur ẽt ſi abſq. licentia ſeu priuilegiorum prætextu, in illud monaſterium ſit ingreſſa, vt patet ex Bulla Pij V. Incip. *Romanum Pontificem,* quam refert *Sanchez. de precept. l.6.c.16.n.79. Nald.v clauſura.nu 13. Et ex Greg.* 13. declaratione, curiæ ſtylo, & ſacri Prætorii Pœnitẽtiæ vſu dixit, *Nau.in c.Statuimus.19.q 3. Cucchius in Inſtit.* Major.*l.3.tit.2, num.8. Cherub.in Scholijs ad conſtit.18,de Greg.13. Filliuc.tom.1.tr. 15.c.5.num.119.& tom.7.tr,29.c.8.num,170. Beia. in reſponſ.caſ.conſc.par.1.caſu 3.Proſper. de Auguſt.in Add.ad Quar.in ſumma Bullar. v. Monialium monaſteria.* contra aliquos quos refert, & ſequitur *Barboſ par.3..Alleg.*102.*n.*37. *Vide ſup. par.1.tr.7.c.21.q.97,* Porro Prælatis, & ſuperioribus non licere licentiam concedere, vt matres ad inuiſendas filias morti proximas monialium monaſteria ingrediantur, ex Card. Congregat. declaratione conſtat, quæ talis eſt.

Non licet Epiſcopo licentiam dare matri, ſororibus & conſanguineis, monaſterium ingrediendi, cauſa viſitandi filiam, vel ſorores, quæ graui aliqua infirmitate detinentur, etiam ſi in mortis articulo ſint, & minus quando filia, aut alia profeſſionem emittũt, vel habitum religionis ſuſcipiũt. Atque ſic deciſum referunt, idem. *Quar.in l.c. Roder.in.qq.regul.tom.1.q.46.art.11. Miranda de monial q.2.art.8. Barb.l.c.num.*68. & alii, qui bene rationem addunt, quod huiuſmodi matrum ingreſſus non eſt neceſſarium medium ad tollendũ morbum, quo filia tunc vrgetur. Imo potius eius animæ, & corpori non leuiter officit, nam ob nimiam amoris teneritudinem, & mollitiem, coram matre affligetur, & ab intẽtione charitatis, qua maxime in tali tranſitu affici debet, diſtrahetur; quo naturali amore auulſa sũmopere & impedietur ne ſurſũ cor leuare poſſit, Quod prædicta monialis ęgre ferre minime debet, quin reminiſci eam conuenit quod per Iſaiæ vaticinium ſalubriter enuntiatum eſt, tunc ſpirituales conſolationes incipere cũ corporales omnino deficiunt. Quem docebo inquit ſcientiam, quem intelligere faciã auditum? ablactatos à lacte, ab vberibus auulſos, *Iſaia c.28. Miranda l.c.* Vnde & B. Iſaias Abbas de religioſis loquens quatuor ponit eaque grauia quæ animam contaminant, Primũ licentiam oculorum. Secundum familiaritatem mulierũ. Tertiũ magnatum affectatam amicitiam. Quartũ illorum qui ſanguinem

nem

ſem coniuncti ſunt diligere conſuetudinem. *Et Pet. Bleſ. lib. de amic. c. 3.* Naturalis inquit amor modeſtiæ legem trãſgreditur, ſæpe Dei, & ſuæ ſalutis obliuiſcitũ ex nimia teneritudine, & affectione parentum. *Nigron. in tract. de affectu propinq. moder. tr. 3. c. 2.* Sane *D. Auguſtinus l. de pœnit. c. 17.* ut ẽt refertur. *c. nullus de pœn. diſt. 6.* ait, Quẽ morbus vrget, & pœna terret, ad veram vix veniet ſatisfactionem; maxime cum filij, quos illicite dilexerit, ſint præſentes, vxor, & mundus ad ſe vocet. Quod & morienti Eliſæ accidiſſe legimus apud *Virg. l. 4. Æneidos.* vt annotauimus in *Comment. de hum. vit. ſtat par. 2. c. 28.*

V. Q. RESOLVTIO.

AD v. q. ſic reſpondẽdum ducimus Andream Epiſcopum, qui Magnates illos impie viuentes, & inimicitias cũ populi ſcandalo inter ſe fouentes, arguere negligit, & ad pacem reducere non ſtudet, à graui culpa non excuſari; ex officio enim vigilare debet Epiſcopus circa inimicitias extinguendas quæ in ſua diœceſi aliquando ſuccreſcunt, & quæ tàm animarum, quàm corporum, & rerum perditionem producere ſolent. Cum maxime eorum qui regunt partes ſint, futuris caſibus prudenter occurrere, & ne preualeant mala præcauere *c. 1. d. 23.* Quod munus ſi ex negligentia, & ſocordia præſtare omittit, lethalis culpæ fit reus. *gloſ. in c. vnum in v. neglexerit. diſtin. 25. ex c. præcipimus. c. ſtudendum c. diſſidentes diſt. 90. Felyn. in c. 1. nu 5. ext. de treuga, & pace. Mar. Ant. Gen. in Man. Paſt. c. 41. Carbo. de Pacificat. c. 38. Bellet. in Diſq. cler. tit. de diſ. pl. cler. § 15. num 96. Barboſ. de epiſ. apo par. 2. alleg. 79.* Singulare exemplum huius muneris Vbaldus Eugubinæ vrbis Epiſcopus præbuit, qui cum quoſdã ciues ſuos verbis conciliare non potuiſſet, cum ad arma veniſſent, inermis inter ſtrictos mucrones irruens humi ſe proſtrauit, nec ſurrexit donec odia depoſuerint, animos conciliauerint & pacem cõfecerint. *teſte. Marc. Marulo. in inſtit. l. 3 c. 6. Genuenſ. & Carb. l. c.*

Certe Epiſcoporum taciturnitas, & ſilentium, non ſibi tantum, ſed vniuerſo gregi perniciem parit, vt proinde meminiſſe debeant ſpeculatores, & buccinatores verbi ſe conſtitutos eſſe. Si dicente me (inquit Deus ad *Ezech. c. 3*) ad impium morte morieris, non nuntiaueris ei, neque locutus fueris vt auertatur à via ſua impia, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem eius de manu tua requiram. Ac ſi aperte dicat, inquit Archiepiſcopus ille apud. *Baron. tom. 9.* Anno Chriſti 740. Si ei peccata ſua non annuntiaueris, & ſi eum non argueris vt conuertatur, & viuat, & te qui non increpaſti, & ipſum, qui te tacente peccauit, perennibus flãmis tradam. Cui namque verbi Dei diſpenſatio commiſſa eſt etiam ſi ſancte viuat, & tamen perdite viuentes arguere aut erubeſcat, aut metuat, cũ his omnibus qui eo ſilente pereunt, condemnabitur. Et quid proderit non puniri ſuo, qui alieno peccato puniendus eſt? *Io Choc in Polit. l. 3. c. 13. Roman. conſ. 527. Tuſch. v. negligentia. num. 16.*

Vere *D. Chryſ. ad Hab. hom. 34.* Miror ſi poteſt ſaluari aliquis Rectorum, poſt tantam enim comminationem, quam negligentiæ videmus illatam, video aliquos etiam concurrere, & præcipitare ſemetipſos in tantã molem, ac difficultatẽ regiminis.

Epiſcopi in audientia munus.

QVod vero ſpectat ad illã etiam officij neglecti partẽ, cum. ſ. in audentia, vt dicunt difficilem ſe præbet, dico Epiſcopum à graui culpa non excuſari, cum vt ait. *Damaſcenus in Paral. l. 2. c. 26.* Epiſcopus non tam ſui ipſius quàm aliorum ſit. Et teſte *Franc. Patritio l. 8. de regno* hiſq. reguntur, nihil grauius eſſe poſſit, quàm cum intelligunt, aures illius qui regit, indifferenter eis non parere, & eorum querelis clauſas eſſe. Ideoq. laudabile ſemper fuit Imperatorem interpellãtibus faciles aditus præbere, nec de occupatione cauſari. Quo quidem nomine Traianus à *Plinio in Paneg.* ſic prædicatur, Nulla in audiendo, inquit difficultas, nulla in reſpondendo mora, ſtatim audiuntur, & ſtatim dimittuntur. Et inter alios commendatur. D. Ambroſius à *Baronio tom. 4. Annal. anno 365. &* D. Carolus Borromæus *à Carolo à Baſilica Petri in eius vita l. 7. c. 21.* Ac Frãciſcus Gõzaga Mantuæ Epiſcopus, ab *Hippolito Dunenſmundo in eius pariter vita l. 3 c. 17.* vbi refert eũ dicere ſolitum, audientiam eſſe Paſtoralis officij aĩam, & præcipue eius religioſis acceſſum facilem fuiſſe, tùm ob eorum dignitatem, tũ ne expectando, & tempus conſumendo, diuinus cultus iacturam pateretur. Et quia ſicut piſcis extra aquam, ita monachus extra monaſterium, *c. placuit. 16. q. 1. S. Athanaſius in vita B. Ant.*

VI. Q. RESOLVTIO.

SExtæ q. reſpondendo dicimus, Andream Epiſcopum locationẽ à Prædeceſſore factæ ſtare non teneri, regulariter enim ſi Prælatus Eccleſiæ reditus ſuæ dignitatis, vel beneficij, in ſuam vtilitatem id tempus, iure vel ſynodali conſtitutione permiſſum, nomine proprio locet, ipſeque ante expletum tempus decedat, ſucceſſor in huiuſmodi locatione permanere non cogitur, ex gloſſa cõmuniter recepta in *c. vlt. ne Prælati vices ſuas Couar. l. 2. var. reſolut. cap. 15. num. 6. Pariſius de reſignat. l. 1. q. 16. num. 47. Surdus. Deciſ. 326. Marta*

noto. 18 . *Grilens. conſ* 95. *Hunde leus l.* 1. *conſ.* 85. *Pereg. de fideicom art.* 40. *nu.* 103. *Merlinus d. legitima l.* 3. *tit* 2 *q.* 22. *Marc. Ant* 37. *var. reſol. re ſol.* 45. *Gratian. in Forenſ. Diſcep. c.* 37. *Tuſc. in v. locatio concl.* 419. *Quar. in ſumma B.ll. v. venatio num.* 19. *Mantica. de Tac. & Ambig. convent. l.* 5. *tit.* 13. *Azor part.* 3. *l.* 8 *c.* 6. *q.* 7. *Mol. de Iuſt. tract.* 2 *diſp.* 492. *Bonac. de cont. d.* 3. *q.* 7. *pun. ult. nu.* 10. *Barb. de Epiſcopo par.* 3. *Alleg.* 94. Et firmata reſolutio probatur, quia ſiue q s bñficium in titulum, vel commendam, ſiue ad perpetuam adminiſtrationem habeat, illius reditus, vel fructus ad tempus tantum ſuæ vitæ locare poteſt, quia in eo vt vſufructuarius ſe h bet, cuius ius cum perſonale ſit ideſt in commodum propriæ perſonæ conſtitutum, obitu etiam perſonæ extinguitur, nec ad ſucceſſorem tranſit. *c. de cætero. c. veniens ext. de trãſ.* Quod ſane procedit etiam ſi Conductor pro toto tempore locationis iam penſionem ſoluerit, quãquidem anticipata ſolutio rei naturam nõ immutat. Vnde *in Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform.* merito diffinitũ eſt vt omnes huiuſmodi locationes, quæ præſcriptis, vel anticipatis, vt aiunt, ſolutionibus fiũt nullatenus in præiudicium ſucceſſorum validę intelligantur, quocunque indulto aut priuilegio nõ obſtante, neque in Romana curia, vel extra eam confirmentur. *vt per Con. l. c. & Reginal. l.* 25. *c.* 43. *nu.* 538. *& ſeq. Rebellum de iuſt. obligat. par.* 2. *l.* 14. *q.* 5. *num.* 6.

VII. Q RESOLVTIO.

SEptimæ q. hoc reſponſo compreſſe reſpondemus, Andreæ Epiſcopo non licuiſſe in ſynodo ſine cap tuli conſilio ſtatuere ne mulieres ſub interdicti pœna, non velato capite, eccleſiam ingrederentur, & vt Parochi eas ſemel monitas non obtemperantes, ab eiuſdem ingreſſu arcerent. Si quid em Epiſcopus in ſynodo ſtatuta facere debet cum capituli ſui conſilio, & conſuetudo ſi qua in contrarium eſſet, irrationabilis reputaretur *c. quã ſo. vbi D D. de his quæ fiunt à Prælat ſine conſenſu Capit. Felyn, in c. cum omnes, n.* 9. *Ext de Conſtit.* Ipſius nihilo minus conſilium ſequi non tenetur, vt Patriarchæ Veneto à Sacra Card Congreg. reſponſũ refert, *Piaſeccius in Praxi Epiſcop. par.* 2. *c.* 2. *num.* 8. *& Barb. de Epiſcopo par.* 3. *Alleg.* 93. *nu.* 32. *& Nald. v. Epiſcopus. num.* 7. Vt propterea dicendum ſit, ſic temere agendo, à graui culpa nõ excuſari, non tamen: b eo geſta inualida eſſe; aliud enim eſt actum dici poſſe iniuſtum, & aliud nullum: ſicut ſententia alia eſt iniuſta, & alia nulla; & teſtamentum aliud iniuſtum, aliud irritũ: Et excommunicatio alia nulla, alia iniqua. Quoniam nullum id dici ſolet, quod ſubſtantiali formæ legis aduerſatur, iniuſtum vero quod in alijs rebus peccat. *Bald. & Iaſon. in l. non dubium. C. de legibus. Card. Palaot. de ſac. Cõſiſt Conſul. par.* . *q.* 3. *art.* 7.

Talem vero ſanctionem, ſi ac bitum ac prælecipsũ Epus ſtatuiſſet ordi e, valde gregi ſuo, & diæceſi proficuã, ne dicam neceſſariam futurã fuiſſe hinc cõſtat, quod, vt ait *D. Carolus in* 3. *Cõc. Prouinc tit. Quæ pert. ad orn & cult. eccleſ.* Grauiſſimis rationib s hoc Paulus Apoſtolus monet, ac præcipit, vt mulieres in eccleſiam uelato capite conueniant. hoc ipſum docet Princeps Apoſtolorum Petrus: cuius etiam iuſſu ſanctiſſimus Pontifex, qui in eius locum ſucceſſit, Linus Decreto idẽ ſanciuit. Quare ſubdit ipſe, Apoſtolicis his inſtitutis nos adducti, & animaduertentes præterea ab antiquis illis ſanctiſſimarum mulierum exemplis veterique bene inſtitutarum ciuitatum diſciplina atque vſu, ab omni denique ratione, vt ab eccleſiæ Patribus explicatũ eſt, hoc valde eſſe alienum, vt capite aperto illæ incedant, illud admonemus, vt Epiſcopi vbicunque eſt in ſuis vel vrbibus, vel diæceſibus is deprauatis moribus introductus vſus, quo maxime poſſunt ac debent, paſtoralis ſolicitudinis officio illum eripere ſtudentes, hoc in conſuetudinem introducere curent, vt velo caput ipſæ induant, idemque præſertim cũ vel ſacras proceſſiones proſequuntur, vel in eccleſiã cõueniunt. Hæc ibi. Quod etiam refert. *Gambarup. de Caſibus reſ. r. caſu.* 25. Vt autẽ inquit. *D. Ambroſ. relatus in c. mulier. c.* 2 33. *q.* 5. id ob honeſtatem agere debent, ne clerus, vel populus in earum faciem intuens ad libidinem incitetur Sicut etiam ſcribit *Bened. in c. Raynutius verſ. eiuſdam, Petro ext. de teſtam. & Anch. in c.* 1. *conſtit.* quos ſequitur *Belles. in Diſq. cler. tit. de ſac. cler. real* §. *v. num* 94. Epiſcopum prohibere debere eccleſiæ ingreſſum mulieribus pectus, vel vberę oſtendentib. *Syl. v. ornatus q.* 7. *&* 10 *Ang & Sã. eodem. verb Azor. par.* 2. *l.* 3. *c.* 26. *q.* 3. Nam hæc ipſa nud t s viros ſi quidquam aliud, ad luxu iam miris modis accedit: vt ait idem. *D. Ambroſ. l* 3. *de Virg.* & ex Poetarum teſtimonijs refert. *Tiraq. l. v. Connub. num.* 12. *& ſeqq. & Iacobus Diaconus in vita S. Pelagiæ c.* 2. *&* 3 *apud Suriũ* 8. *die oct. Daur. tom.* 3. *Catech. hiſtor. c.* 6. *tit.* 11. *exemplo* 10.

QVÆSTIO XVIII.

An regularis q . . balis conſecrationis munus accepit, antequam bona, quæ apud ſe habebat reſignaret peccauerit, & in aliquam cenſuram inciderit. An puellas violatas in Deo ſacratas Virgines aſcribere poſſit. An item diſpenſare vt quis ante legitimam ætatem matrimoniũ contrahat. Nũ ſtatuere ei liceat vt abſentes Canonici quotidianas diſtributiones lucrentur. Acta abœ

non

Digitized by Google

non baptizato ea valeant. Num ſi Epiſcopatui ceſſerit, ad ſuum monaſterium redire teneatur. An bona in Epatu acquiſita & patrimonialia mo naſterio poſt profeſſionem relicta retinere. Ant *nequi olim potuerit diſpenſationem conceſſam ob anguſtiam loci, ſi mulier in vicino loco parem inuenire potuiſſet.*

MAteus vir ex nobili genere ortus, & in quadam inſigni religione profeſſus, ad Epiſcopatum promotus fuit, & antequam libros, & alia bona, quæ habebat, Monaſterij Præfecto reſignaret, conſecratus fuit, & multa ad Epiſcopale miniſterium ſpectantia exercuit, inter alia, Primo cuiuſdam monaſterij ſepta ingreſſus, Margaritam puellam 18 annos agentem in Deo dicatam virginem conſecrauit, quæ tamen vt ſibi illa in ſecre to aperuerat, virginitatē occulte amiſerat. Secundo Decretum condidit, in quo ſanxit vt diſtributiones quotidianæ Canonicis etiam abſentibus acquirantur. Tertio Iulium puerum lege ſoluit vt in decimotertio anno matrimonium contraheret. Quarto cum multa difficilia in ſuo munere obeundo experiatur, & ſe non Epiſcopum in dignitate, ſed in pœnalitate conſtitutum fateatur, huiuſmodi onus etiam Angelicis humeris formidandum deponere, & Epiſcopali culmini renunciare decreuit. Cum autem hoc apud ſe ageret ac cogitaret, caſu deprehenſum eſt cum aqua cuius maior pars roſacea erat, in pede eum in partu cius mater periclitaretur, in quodam caſtro, cuius eius pater Dominus erat baptizatum eſſe ab obſtetrice, & alia fœmina, quarum vna infantem abluit alia formam protulit, nec de alio baptiſmo ei collato conſtat. Hinc nonnullę difficultates exortæ ſunt. Primo an cum conſecrationis munus antequam bona, quæ apud ſe habebat reſignaret, acceperit, peccauerit & in aliquam cenſuram inciderit. Secundo an illam puellam 18. annorum iam violatam conſecrare potuerit. Tertio an diſpēſare valuerit cum d. Iulio minore, vt ante legitimā ætatem cōiugium iniret. Quarto nūm valeat ſtatutum vt Canonici abſentes quotidianas diſtributiones lucrentur. Quinto nūquid ſine baptiſmate fluminis ab eo acta, tàm quæ ad ordinem, quàm quæ ad iuriſdictionem pertinent, valida ſint, & quid de eo baptiſmo cenſendum. Sexto vtrū cum in manibus Sanctiſſimi Epiſcopatui ceſſerit, & in Pontificio reſcripto nil aliud ei præſcribatur, an clericalem vitam in ſeculo agere poſſit, vel potius ad ſuum monaſterium redire teneatur, & quid de bonis ab eo in Epatu acquiſitis, & pariter de bonis patrimonialibus in monaſterium per profeſſionē tráſlatis. Septimo meminit ꝙ cū quędā matrimonialis diſpenſatio eſſet olim ei à Romana ſede directa, quæ ꝓp anguſtiam loci eſt oratoribus cōceſſa, eam eſt executioni mandauit, etiā ſi mulier in alio inſigni loco ſuæ patrię, & oppido vicino ſuæ conditioni parem virum inuenire potuiſſet, vnde etiam hic quæritur an hoc ei ſ.c.r. tunc licuerit.

SVPPOSITVM.

SVppoſito religioſos, qui ad Epiſcopatus culmen aſſumuntur, regulariter ex eorum numero eſſe qui non fur im in ouile irrepunt, ſed intrant per oſtium id eſt non honoris, vel diuitiarum cupiditate adducti ipſi eos gradus affectant, ſed à Deo legitime vocati illius voci ac præcepto obediunt. Vnde cum ſic eligantur, tùm etiā neceſſarias virtutes ad tantum negotium afferant, illud quoque ſequi oportet, vt aptiſſimi ſint ad magnas res gerendas, eorumque induſtria vberrimos in Dei gloriam fructus pariat, & non modo ijs proſit, quibus regendis præſunt, ſed alijs etiam tùm populis, tùm populorum Paſtoribus, qui ab his regendi exemplum, ac formam accipiunt, vbi enim melius inſtruuntur homines ad eam, vt *D. Gregorius 1.p. paſt.c.*1 appellat, artem artium regendarum animarum, quàm in religione? Veriſſimum eſt namque ꝙ dici ſolet, Nemo nemo aliis vtiliter præeſſe, niſi qui libenter ſubſit, atque etiam ſubeſſe didicerit, & cū id opus tā n arduum tàm robuſtas vires exigat, nullus certe locus eſt ad has vires acquirendas, ipſoque vſu augendas aptior, quàm religio, vt ait. *Platus l. 2. de bono ſtat.relig. c.29.* Hæc inquam prævia inſpectione præmiſſa.

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1.q. breuiter reſpondendo dico, Marcum à culpa lethifera immunē nō eſſe, nec a ſuſpenſione ſi fuerit ex ordine D. Dñici, vel familia Prędicatorū, illis enim ad Archiepatus, Epatus, & alias eccleſiaſticas Præfecturas aſſumptis mandat Clemens 4. ne conſecrationis munus quoquomodo recipiant, antequam libros, & bona omnia, quę tempore promotionis retinent, memoratum tamen ordinem contingentia, Prioribus, & Conuentibus de quibus aſſumpti fuerint, integre reſignauerint, niſi forte ijdem Priores de conſenſu ipſorum Conuentuum illorum vſum ad certum tempus eis duxerint concedendum, alioquin eo ipſo ab executione Pontificalis miniſterij nouerint ſe ſuſpenſos, vt referunt. *D. Anton in 3 p. ſummę tit. 27.cap.4. Confer. in collect. Priuileg. Mend. Roder. in qq. regul. tom. 2. q. 58. art. 6. Barboſ. de Epiſcop. p. 1. tit. 1. c. 4. num.* 16. Ignorantia tamen inuincibilis tàm à peccato, quam ab huiuſmodi cenſura excuſare poſset, ſiquidem notum eſt ignorātiam inuin-

inuincibilem, aut probabilem tùm iuris tùm facti tàm à peccato quàm à cenſuris immunem reddere, & eum pariter excuſari, qui per eã aliquid contra proprium officium, & ſtatum facit, vel omitit, quando nulla de huiuſmodi legibus præceſſit cogitatio, imo etiam ſi illa præceſſerit, ſed ad hibita diligentia ad inquirendam veritatẽ comperta non fuit, vt docet. *Vaſquez. p. 2. diſp. 123. c. 6. Sanchez. de precept l. 1. c. 16. Reginal. l. 15. n. 75*

Probibitur vero etiam in foro externo, Marcum inuincibili laboraſſe ignorantia, ſeu legem ex inſcitia non ſeruaſſe; nam ſi ſpectatis circumſtãtijs dubitetur, an legem ignorauerit, & nùm contra eum præſumptio militet, legem ſciuiſſe, aut illam craſſe ignoraſſe, ipſius aſſertio ſufficere ſine iuramento videtur. *gloſ. in c. 2. ext. de conſtit. Menoch. de arbit. iud. caſu 186. Bonac. de leg. d. 2. q. 8 pun. 3. num. 13.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico Marcum Margaritam ſacro velo inſignire potuiſſe, ſi illa per actus interiores, vt per venereas delectationes, aut per voluntariam pollutionem, & impuritatẽ corrupta eſt, quia adhuc naturali virginitate virgo dicitur, cũ hactenus corporis integritatẽ retineat, conſecrari vero nequit ſi per copulam violata fuit, quia non ſolum virginitate, vt dicunt, virtuoſa, ſed neque naturali amplius virgo cenſetur, nam licet communis opinio doceat, per voluntariam pollutionẽ irrecuperabiliter virginitatem amitti, iuxta illud *D. Hieronymi relati in c. ſi Paulus. 32. q. 5.* Audacter loquar, cum omnia poſſit Deus, ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinam. Cui concinit. *Ouidius in Epiſt. ad Paridem.*

Nulla reparabilis arte
Læſa pudicitia deperit illa ſemel.

Hinc ille, Poſſum inquit, affirmare me nullos habere annos, quia quos habui abierũt: quę namque reuocari non poſſunt ſunt, tempus, iuuentus, prolatũ verbũ, & virginitas. Nihilominus poſitio ſupradicta intelligitᷣ de virginitate, vt eſt virtus, non de ea q̃ eſt ſtatus corporis integri, quã puella Epõ etiam extra confeſſionem interroganti fateri non tenetur. Imo ſi Prælatus cuius eſt velum virgini concedere ſecreto ſciat corruptionem puellæ etiam per copulam alioqui occultam, cum publice velum petitur, ab eo illam licite repellere non poteſt, quia magnum ſcandalum, & fęminæ infamia ſequeretur. Quãdo quidem cum duo iura concurrũt, minus maiori cedere debet, cum ergo hic duo iura concurrant, naturale, & diuinum quo quis ſe ipſum, vel proximum infamare non tenetur, & ius Põtificium, vel eccleſiaſticum, quo omnes hæ velationis vel conſecrationis ceræmoniæ inſtitutæ ſunt, iuri diuino, & naturali ſtandum videtur ac proinde ſicut illa ſe prodere non tenetur, ita Epiſcopus eam manifeſtare non debet, peccatricem eam oſtendendo, quæ talis publice non cenſetur. Sic reſoluere videntur. *Caiet. & Armilla in v. Virginum conſecratio. Viuald. in Cand. aureo. p. 3. cap. v. tit. de elect. Abbat. Nauar. conſ. 2. de ſtatu monach. Roder. in qq. regul. tom. 1. q. 64. ar. 4. Azor. p. 3. l. 3. c. 12. Bonac. de matr. q. 4. pun. 17. num. 4. & ſupra inſinuaui p. 1. tr. 7. c. 24 q. 106. in fine.*

Et licet ſecundum ſacros Canones moniales in Virgines Deo dicatas conſecrari nequeant, niſi 25. annum attigerint. *c. placuit. c. virgines. 20. q. 1.* nihilhominus de vniuerſali conſuetudine, ſacrato velo donari poſsunt, etiam ante 25. annum; prout de huiuſmodi vſu teſtatur. *D. Antonin. 3. p. tit. 2. c. 2. §. 2. & Sylueſter v. conſecratio virginum. nu. 1.* Et in Mediolanenſi ditione notoriã eſſe praxim. ſcribit *Marius Anton. l. 1. var. reſol. c. 112. caſu. 14.* Et ſane dicta conſuetudo rationi conſentanea & ſatis pia videtur, cum neceſſitas periclitantis pudicitiæ virginalis ſaltem ex voluntaria pollutione imminere ſoleat. Vnde *& Ariſt. l. 7. de hiſt. animal c. 1. Pet. Apponen. in coment. in eius Ariſt. problem. l 4. c. 26. ac Tiraq. l. 9. Connub. n. 119.* parentes admonent vt puellas tunc maxime cuſtodiãt, cum menſes habere incipiunt, tum enim præcipue ad vſum rei venereæ incitari. Nec verba Põtificalis Romani terrere debent dum in eo cauetur, moniales conſecrandas interrogari debere, an vigeſimum quintum annum attigerint, & in Bulla Clementis VIII. ſuper eodem dicatur, Epiſcopos teneri ſeruare in eo diſpoſita, aliàs muneri ſuo ſatisfaciſſe non cenſeantur, quia ex dictis verbis præfatæ conſuetudini derogatum non uidetur. *Marc. Anton l. c.* Male autem egiſſe Marcum cum monaſterij Abbatiſsam vltra triennium confirmauit, ex hoc ſatis conſtat, quod id Conſtitutioni *Gregorij XIII. incip. Expoſcit debitum*, aduerſatur, vbi ſtatuit, ut nulla Prælecta niſi per triennium in officio perſiſtere poſſit, nec vnquam confirmari valeat, niſi ad tantumdem temporis vacauerit, & tunc cunctarum Sanctimonialium ſuffragium acceſſerit. Si quidẽ naturaliter fœminæ vanitatis, & ſuperbiæ morbo laborant, & ex dñatu præſertim continuato elationis anſam arripiunt, hac de cauſa Apoſtolica Sedes multorum religioſorum precibus inclinata, videns Prælatos ſuperiores eſſe in fratres dñantes, & eis cum auſteritate imperare, ſanxit alicubi vt Generales, Abbates, & Abbatiſſę non ꝑpetui, ſed temporales forent. vt ait *Roderiq. in regul. qq. tom. 1. q. 16. art. 1* Quippe licet in Superiore & Patris, & Iudicis ſit poteſtas, Patris tamen, & Abbatis nomen quod idem ſignificat, ueteribus imponere placuit, quod religioſorum gubernatio

paterna

Digitized by Google

paterna, non diſpotica eſſe debeat. Et recte *Ariſt. l. 8. Eth. c. 10.* ex *Homero* obſeruat, Iouem uocari patrem, atq. id fieri opinatur, quod gubernationem curæ paternæ ſimilẽ eſſe oporteat. Hinc Catulus ille apud Dionem imperandi, inquit, parendiq. uiciſſitudo reprimit mentes faſtuoſas, & gloriæ cupidas, neq. nimia potentia inebriari ſinit. Et ut retulimus *in Cõment. de hu. vi. ſtat. p. 1. c. 22. & ſup tr. t. 2. c. 13. q. 15.* Nõ ſolũ iure cõi cautũ fuit de Magiſtratib. ſæcularibus non continuandis, ſed etiam multis in locis municipalibus legibus decretũ eſt, ut qui per bienniũ, uel trienniũ publica munera geſſerunt, ẽt p quinqueniũ uacare dẽant.

Non recte etiam feciſſe Marcum apparet, cum pro uelanda Margarita, monaſterij ſepta ingreſſus eſt, eo ꝙ pro cõſecratione, ſeu benedictione ſororum, ac pro earum confirmatione, clauſtra intrare Epiſcopo non licet. iuxta Decretum *Concilij Trid. ſeſſ. 25. de regul.* Vbi diſtricte præcipitur, ut nullus monialiũ monaſteria niſi in neceſſarijs caſibus ingrediatur. At hic de quo agitur, neceſſarius non eſt, cum poſſit Epiſcopus Sanctimoniales conſecrare, benedicere aut etiam confirmare, ſeruata, & non uiolata ipſarum clauſura, id muneris per ſe, uel per deputatum, ad præſcriptam feneſtellam obeundo. *Miranda de ſacris monial p. 2. art. 14. Barboſa tom. 2. de Epiſcopo Alleg. 27. n. 56.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. reſpondẽdo reſolutorie dicimus, *Epiſcopum* diſpenſare poſſe cum minoribus requiſitam ætatem ad matrimonium contrahendum non habentibus, quando eã prope attingũt, aut dubiũ eſt an malitia ipſam ætatem ſuppleat. Quæ quidem diſpẽſatio, pro utroq. foro ualet: nã licet ad matrimonium ualide contrahendum de iure eccleſiaſtico in mare ætas 14. annorum, in fœmina. 12. ſaltẽ incohatorũ requiratur, & in utroq. quò ad ſponſalia ſeptennium incæptum licet non completum exigatur; quando tamen malitia ſupplet ætatem, ab hac præſcriptione diſcedere ſolemus. In dubio autem non ſupplere præſumendum eſt, ut proinde aſſerenti probandi onus incumbat, cum præſumptio contra ſe militet. cuius rei corporis habitus, & copula aliàs habita ualde probabile eſt argumentum. Nã præter communem naturæ curſum vſus rationis, & generandi potentia accelerari poteſt, idque ex apparẽtibus ſignis comprobari valet, vt patet in puero illo quinquenni, quẽ *D. Gregorius l. 4. Dialog. c. 10. & D. Thom. in 4. ſent. diſt. 27. q. 2. art. 2. q. 1.* ex impia blaſphemia ad inferos damnatũ eſſe referũt. Et conſtat in illo puero nouem annorum, quem ſuam nutricem grauidã reddidiſſe teſtaẽ. *D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 13. §. ix.*

Sed ſi ambigatur an predicta ad generandum vel ſeminandum aptitudo malitiæ coniuncta, ætatem ipſam ſuppleat, ad Epiſcopum, & Ordinarium recurrendum eſt, qui ſi cauſa cognita, & probata ſupplere interpretetur, & diſpenſet, in vtroque, vt dixi, tribunali tàm interno, quàm externo prodeſſe dicendum eſt, vt tradit. *Henriq. l. 11. de mat. c. 13. num. 12. Barboſa l. c. Alleg. 35. nu. 20. Gutierez. de mat. c. 2. Bonac. q. 1 p. 4. num. 13.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. hæc etiam breuis, & reſoluta datur reſponſio, Marci Epiſcopi ſtatutum, quo cauẽ, diſtribuitiones quotidianas Canonicis abſẽtibus acquiri iure non ſubſiſtere quod illa ratione conuincitur, quod inferiores contra Canones, ſtatuta, & conſtitutiones ſuperioris, nil ſtatuere, vel ſancire poſſunt *c. cum inferior. ext. de maiorit. & obed.* Sed ex Iuris Canonici diſpoſitione diſtributiones abſentibus conſerri non debent, ergo Epiſcopi Decreto id induci nequit. *cap. 1. de cler. non reſid. lib 6. Garzias. 3. p. c. 2. num. 405. Riccius. in Praxi Diſtributionum deciſ. 493. Moneta de diſtr. p. 5. c. 13. Tuſc. v. diſtributiones. cõel. 514. Gratian. tom. 1. Diſc. Forrenſ. c. 166. Bonac. d. 2. p. 5.* Quamuis enim diſtributionum vſus humano iure ſit inductus, nihilominus poſita ipſarum inſtitutione earummet naturę repugnat vt abſentibus conferantur. Vt à ſimili in contractibus patet, qui licet humana voluntate celebrentur, ex ipſis tamen naturalis obligatio conſurgit, quæ per conſuetudinẽ aboleri non poteſt, non conſentientibus ipſis contrahentibus, aut non mutatis rerum circunſtantiis aut niſi Superior ex legitima cauſa diſpenſet.

Excipiuntur tamen caſus, qui per epicheiam prudẽtum iudicio excepti cenſentur, quinque Iuri Canonico non aduerſantur; vnde ſi Canon per cõtrarium vſum ex cauſa ſit abrogatus, ſtatutũ tali conſuetudini conſentaneum condi poterit, quia caſus hic à communi regula exemptus cenſetur, præſertim cum illud ius contrario vſu, qui legem vincit, ſummo Pontifice conſentiente abrogatum ſupponamus. *Garzias 3. p. de benef c. 2. num. 344. Moneta. & Bonac. l. c.*

V. Q. RESOLVTIO.

AD V. dubitationem ſic reſponderi poſſe videtur, omnia geſta à Marco Epiſcopo, tàm ꝗ ad ordinem, quàm quæ iuriſdictionem ſpectant nulla & inualida eſſe, ſi fluminis baptiſmo caruit cum enim baptiſmus ianua & ſacramentorum, omnium ſit fundamentum, abſque eo nullum boni operis eſt ſuper ædificiũ, vt habetur in. *c. 3. ext. de presbyt. non baptizato.* Nã quamuis communi-

erro.

Digitized by Google

errore baptizatus reputaretur, nullum tamen ordinem, nec Epiſcopalis conſecrationis munus accepiſſe dicendum eſt.

Et licet bapiſmus flaminis à Spiritu ſancto inuiſibiliter ei adminiſtretur, dum verum baptiſmi ſacrũ accipiẽdi facultatẽ non habet, interiorem tamen contritionem, & pœnitudinem concipit, cum propoſito illud ſuſcipiendi; ſicq. huiuſmodi baptiſmus flaminis ex ſola operantis diſpoſitione cum diuino auxilio ſecum gratiam ſanctificantẽ afferat, & peccatorum remiſſionem ſecum trahat, ita vt ſic baptizatus nullum animæ diſpendium patiatur, iuxta tradita in *c. 2. ext. de presbyt. non baptizato.* vbi Innocentius III. Epiſcopo Cremonenſi reſpondens, ſic loquitur; Inquiſitioni tuę taliter reſpondemus, presbyterum, quem ſine vnda baptiſmatis extremum diẽ clauſiſſe ſignificaſti, quia in S. Matris Eccleſiæ fide, & Chriſti nominis confeſſione perſeuerauit, ab originali peccato ſolutum, & Cœleſtis patriæ gaudium eſſe adeptũ incunctanter aſſerimus, &c. Nec cõmunis error, ac putatiuus, vt aiunt, titulus, efficere poteſt vt idẽ Marcus Epiſcopus validos ordines acceperit; cum hæc inhabilitas à diuino iure deſcendat, quæ etiã communi errore interueniente ſuppleri nõ poteſt. ex traditis per *Sanchez. l. 3. de matr. diſp. 22. num. 27. Vgol. de offic. Epiſc. p. 1. c. 4. §. 1. Reginal. l. 1. c. 10 Genuenſ. in Prax. Neapol. c. 61. Molfeſ. tr. 7. c. 13. nu. 20. Bonac. de ſacr. d. v. q. 7. p. v. §. v.*

Vnde nulla etiã, & inualida erit pctõrũ ſacralis abſolutio à non Sacerdote impenſa, quãuis communiter ſacerdos exiſtimaretur, nam is inhabilitatem de iure diuino pati dicitur, ſecundum quod ſoli ordini ſacerdotali iuriſdictio ad ipſam abſolutionem pręſtandam neceſſaria annexa eſt, adeo, vt nec in mortis articulo iuſte, & valide deficiente ſacramenti pœnitentiæ miniſtro dari nequeat. *Barboſa de Epiſc. par. 2. alleg. 2. num. 13.* quid perperam, & falſo dixerit cum Innocentio Iaſone, & alijs, *Maſcardus. de probat. vol. 2. concl. 648. num 14.*

Porro Marcum inualide baptizatũ eſſe, dũ de matris vtero egrederetur, hinc conſtat quod proxima materia baptiſmi vt notum eſt, actualis eſt ablutio, remota vero aqua naturalis, quæ ſi alteri liquori, vel aquæ artificiali admiſceatur, & ipſa naturalis aqua præualeat, eſt apta materia, aliàs ſecus. Et caput quia potiſſima eſt pars corporis abluendum eſt, & vt puer baptizari queat, expectãda eſt totalis ex matris vtero egreſſio; at ſi mors immineat, pars exiens baptizari poteſt, & ſi pars illa ſit caput, baptiſmus non reiteratur, ſed alij ritus ſupplentur: ſi vero ſint alia membra, ſub conditione ſalutari aqua puer abluendus eſt, Et cõis eſt ſententia, quando plures ad conficiendum baptiſmum partialiter concurrant, illum inualidum reddere; pro ab illis duab. fœminis in baptiſmo Marci infantis factum ſupponimus. *Molfeſ. tr. 4 c. 1. Bonac. de ſacr. d. 2. q. 2. p. 3. Filliuc. tr. 2. c. 5. q. 5. Comit. in reſp. mor. l. 1. q. 11. Foſſeu. de baptiſ. c. 6.*

VI. Q. RESOLVTIO.

SExtæ demum dubitationi ſatisfacientes dicimus, quod cum inter Epiſcopum, & Eccleſiam ſpiritale matrimonium contrahatur, quod non niſi per Summum Pontificem vicem Dei in terris gerentem diſſolui poteſt. *capit. in corporalia cap. final. extra de translatione Epiſcoporum.* (ob hoc enim ſacer annulus nouo Epiſcopo traditur, vt ſanctam Eccleſiam ſponſam ſuam intemerata fide cuſtodiat, *Durantes in Rat. Diuin. offic. l. 3. c. 14.*) Epiſcopali culmini ſine Pontificio aſſenſu Marcus renuntiare non poteſt. Quod ſi aliquam cauſam ex illis habeat, per quas Epiſcopus cedendi licentiam poſtulare poteſt, & quæ numerantur in *capit. niſi cum pridem. extra de renunt.* videlicet conſcientia criminis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, graue ſcandalum, irregularitaſq perſonæ. &c. *Fuſch. l. 2 de viſit. Eccleſ. c. 28 & Flam. de reſig. l. 5. q. 3* quibuſdam viſum eſt debere illum ad monaſterium reuerti, tùm quia monaſticæ vitæ, & religioſæ obligationis onera, & vincula, adhuc permanent, quæ epiſcopalia munia neq. impediunt, neq. dedecent; tùm quia multos viros, & ſanctitate, & doctrina inſignes, ſic feciſſe perhibetur; vt inter alios eximiæ pietatis, & eruditionis vir frater Bartholomæus à Martyribus noſtris temporibus cum multorum admiratione, & ædificatione egit, qui Romanę ſedis aſſenſu, depoſito Pontificio culmine, & renuntiato Bracharenſi Archiepiſcopatu, ad priſtinum Dominicanæ religionis ſtatum ſe contulit, & regularium præceptorum nexibus ſe iterum conſtrinxit; vbi multis miraculis clarus vitam cum morte feliciter commutauit. contra *Sanchez. tom. 2. de praecept. l. 6. c. 7. num. 29.* Quod ſi Marcus ex Apoſtolica conceſſione ad monaſteriũ redierit, & religioſo iugo iterũ collum ſubmiſerit profecto ad dignitates, & religionis officia inhabilis eſſet, iuxta Cõſtitutionẽ 45. Pauli IV. Incip. *in ſacra*, quæ pęnas aduerſus eos addit, qui illum eligere nõ omitterent, vt per *Barb p. 1. c. 1. tit. 1. c. 4. num. 18. & Nald. in v. Epiſcopus. num. 34.*

Et quò ad bona quæ in Epiſcopatu acquiſiuit, mihi dicẽdum videtur, acquiſita à Marco Epiſcopo religioſo poſt Epiſcopatum adeptum, licet in vita ea adminiſtrare potuerat, & illa in quoſlibet honeſtos, pios ac decẽtes vſus expendere, eo tamen defuncto, vel remoto, non ad monaſteriũ

ad quod redire cupit, ſed ad eccleſiam cuius fuit Epiſcopus ea pertinere *c.1.18 q.1.* Quod quidem verum eſt quamuis iure hęreditario, donatione, vel propria induſtria, vel labore bona comparaſſet *Molina tom.1.d.140. Azor p.1.l.12.c.10.q 6. Roderiq.in qq regul.tom.2.q.58.art.7. Barboſ.l.c.p.3. alleg.114.* vbi etiam reſoluit ex communi Epiſcopum ad aliam eccleſiam translatum, fructus iam perceptos, & res ex illis emptas priori Epiſcopatui relinquere teneri; ac etiam libros, ornamenta, paramenta, necnon vaſa argentea de redditibus prioris Epiſcopatus empta, eidem deberi, quãdoquidem morte Epiſcopi cõſeruanda ſunt in dominio eccleſiæ, & omnia illius intuitu comparata, futuro ſucceſſori reſeruãda. Et ſane traslatus quò ad Epiſcopatum à quò transfertur pro mortuo reputatur; Vnde qui ei ſuccedit non viuenti, ſed defuncto quodammodo ſubſtituitur. Et Principis cõceſſio in dubio dum aliud non exprimit, nullum tertii præiudicium continet, ergo translatio Apoſtolica authoritate facta priori Epiſcopatui damnũ operari non debet. ex *Barbat.vol.3 conſ.20.* Quod eſt valde notandum in Rectore alcuius eccleſiæ, qui eccleſiaſtica ornamenta, ſi quæ fecerit, ad aliã eccleſiam, ad quam transfertur, aſportare nequit. ut etiam aduertit *Belleſt in diſq.cler p.1. § 8.*

Quod vero attinet ad bona, quę per profeſſionem in monaſterium tranſtulerat, dico quod ſicut manens in ſua eccleſia, & Epiſcopatu ea non recuperat. *c.1.18.q.1.* religioſus enim factus Epiſcopus cũ religioſi conditione, & naturam non exuat, paupertatem ſeruare tenetur. *D. Th.22.q.185 art.fin.* vt etiam ex communi ait. *Couar.in c.1.ext. de teſt. & Sanchez.l.6. de præcept.c.6. nu 8.* Ita etiam ſi ex Papali indulto poſt renuntiatam eccleſiam in ſeculo maneat, ea non redimere poſſe videtur, quę iam ſuo monaſterio acquiſierat. Licet aliqui, vt *Genuenſis in Pract eccleſ.q.2. & q.269.* & alii ab eo relati, quò ad patrimonialia probabiliter contrarium ſentiant, dicentes textum in *d.cap.1.* nõ procedere in ipſis patrimonialib. bonis, ſed in acqſitis ex propria induſtria, quia hæc apud monaſteriũ remanent.

VII. Q RESOLVTIO.

AD 7 q. reſponſi, hæc eſt integrum fuiſſe Epiſcopo diſpenſationem propter loci anguſtiã à Romana Sede cõceſſam, executioni mãdare, ſtſi mulier in alio inſigni loco ſuo patriæ vicino virum ſuæ conditioni parem inuenire potuiſſet; tùm quia in diſpenſatione hæc conditio non eſt poſita, vt proinde reſtringenda non ſit, tùm quod diſpenſandi facultas fauorabilis eſt, & late interpretanda, quãdo nemini nocet. *l. 3 ff. de Conſt. Princ. c.fin. ext. de Symonia. Cald conſ 1. de affinit.& conſang.* Et cum regulariter in diſpenſationibus matrimonialibus iuſta cauſa requiratur, & quidem in publica perſona illa ſufficat, quæ bonum cõmune reſpicit, vt pacis firmitas, magnæ litis extinctio, & inimicitiarũ euitatio, & alia. In priuatis hominibus conſideretur, Primo defectus ſufficientis dotis ad nubendum pari, Secundo v.g. remedium ad obuiandum alicui crimini vel ſcandalo &c. Tertio defectus parium in anguſto loco, & huiuſmodi, dicendum eſt diſpenſationem hanc valere, etiamſi in loco vicino parem virũ inuenire poſſet. *Marc. Ant Gen. in Praxi Neapol c.25. Sanchez l.8. de Matr.diſp.19. num.12. Coninchius diſp.32.nu.46. Reginald.l.31. num.196. Molfeſ tr.4 c.12.num.50.* Faciunt dicta *ſupra c.6 q.13.dicto 5.*

QVÆSTIO. XVIII.

Epiſcopus raro admodum celebrãs an p.m. An Officialem indiſcuſſa cauſa delatoribus credens ſemouẽdo peccet. In peccato mortali cõſtitutus eucharistiã adminiſtrando an tot pctã m. admittat quot perſonas cõicat. Nũ diuina gratiã expers campanas conſecrãdo lethalẽ culpã contrahat. Vtrũ facultatẽ ſacerdotalia paramẽta benedicẽdi ſimplici ſacerdoti committere poſſit. Nunquid conſumantes matrimonium ante acceptam benedictionem excommunicare valeat. An ſub pœna cenſuræ prohibere ne domus vicina monaſteriis monialium attollantur. &c.

ANſelmus Epiſcopus raro admodũ celebrare conſueuit, & dum quod in die feſto rem ſacram faceret, miſſæ initio quadam dubitatione, vel potius ſcrupulo angi cœpit an lethaliter deliquerit, quia ſuum Pœnitentiarium in Cathedrali conſtitutum, ob quaſdam factas de eo malas relationes, ſtatim à munere ſuo audiendarum confeſſionum ſuſpendit. Pluribus hoc dubio vexatus poſt pactum ſacrum, Euchariſtiam adminiſtrauit, campanas cõſecrauit, & poſt earum rerum conſecratio. nem, à Rectore eccleſiæ cuius hæc erant ſacra inſtrumenta dona accepit. Et cum ex vrbe diſceſſurus eſſet, Cathedralis Eccleſiæ ſuæ Sacriſtę facultatem conceſſit vt quaſdam ſacerdotales veſtes benediceret. &c. Item publico edicto in eos excommunicationis ſententiam tulit, qui ante benedictionẽ matrimonium conſummant. Nec non Tiberium ciuem ab ingreſſu eccleſiæ interdixit eo quod cũ cuidam monaſterio monialium domum vicinam haberet, eam altius extulit, ex quo moniales in clauſtro cernuntur. &c. Vnde quæritur Primo, an Anſelmus raro admodum rem ſacram faciendo lethaliter peccauerit. Secundo nũm delatoribus facile credendo, & Pœnitentiarium à ſuo officio ſuſpendẽdo, mortale pariter delictum admiſerit. Tertio nũquid quot homines poſt miſſam communicauit,

ſi diuinę gratię expers extitiſſet, tot peccata ſacrilegii perpetrarit. Quarto an etiā campanas conſecrando eādem culpam, & mortiferam noxam, cōtraxerit, & ob munera accepta ſimoniaca labe ſe implicarit. Quinto vtrum facultatem ſacerdotalia illa veſtimenta benedicēdi ſimplici ſacerdoti demandare potuerit. Sexto an excommunicatio contra eos ipſo iure lata qui matrimoniū ante benedictionem conſummant valeat. Et quid de interdicto contra Tiberium prolato, &c.

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1.q reſpondēdo dico Anſelmum Epiſcopum à graui culpa non excuſari ſi ſine cauſa ſaltem bis, vel ter in menſe celebrare omittit: nam ex omnibus ſpiritualibus præſidijs, & adiumentis quibus Epiſcopi mens perfici poteſt, vt pie ipſe, & ſuus populus Deo vniatur, nullum maius eſt, maiorique commendatione dignum, quàm diuiniſſimum miſſæ ſacrificium, ſi ſancte & digne ab eo peragatur. vt ait *Gabr ſuper can. miſſæ. lect. 87. & B. Iuſtin. de ferm. Corp. Chri arg. Cōc. Tri. ſeſſ. 22. de obſeru in miſſa. vt dixi ſup. tr. 15. c. 4. q. 7. 3. ſupp. 5.* Vnde ēt refert *Sylu. in v. miſſa* 1. § 8. ex D. Auguſtini ſnīa, Hoīem hoī nullum maius donum dare, quàm miſſam, & quantum ad remiſſionem pœnæ pro peccatis debitæ, & quò ad liberationem à diuerſis malis. Et ideo in *c. fin. de priuileg. in 6.* Conſilium Epiſcopo datur, vt ſingulis diebus celebret, vel miſſam audiat. Et in *c. fin. de conſ. diſt. 2.* ſtatuitur vt ob reuerentiam Pontificiæ dignitatis, in altari, in quo Epiſcopus ipſe miſſam cantauit, presbyter vllus eodem die, niſi licētia eius præhabita, vel ne ceſſitate, vrgente celebrare non præſumat. Et ſi aliquis dicat ſupra dicta magis de conſilio, quàm de præcepto cocludere, negari tamen non poteſt, ſaltem Epiſcopum rariſſime celebrantem, aliis improbæ vitæ ſuſpicionem ingerere, ac malū exemplum aliis ſacerdotibus præbere, quos neſcio qua fronte ad ſæpe ſacrificādum hortari poterit, ſi ipſe ex ſocordia, vel aī repore nō celebret. Propterea vt vetera exēpla omittamus, & recēs aliquod proponamus, vt alibi retulimus, D. Carolus Borromeus miſſæ ſacrū facere nūq̄ omiſit, niſi morbi neceſſitate, eaq. valde graui coactus eſſet, alioſq. ad hāc piā conſuetudinē ſuo exēplo induxerat, vt cum fœmina quædam alium Epiſcopum alterius ſacerdotis miſſæ frequenter intereſſe vidiſſet, percunctata fuerit, nùm ille à miſſæ celebratione ſuſpenſus eſſet; teſte *Marc. Antonio Genuenſi in Manua. Paſt c. 12. & Baſſo de cur. anim. p. 2. c. vlt. & Petro Infante in vita D. Caroli l. 8. c. 2.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dicimus non leui etiam culpa charitatem, & iuſtitiam lædendo, animam ſuam ſauciaſſe, cum delatorib. nimis facile credens, Pęnitentiarium indiſcuſſa cauſa ab officio ſuo ſuſpēdit, an cum prudētiæ leges doceāt, Epiſcopum ad ea quæ de alijs audit, nimis credulum eſſe nō debere. *c. ſi quid vero. diſt. 86.* vbi hæc verba hētur. Si quid de quocunq. clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuſte poſſit offendere, facile non credas, nec ad vindictam te rea accendat Incognita, ſe præſentibus ſenioribus eccleſiæ tuæ diligenter eſt veritas perſcrutanda, & tunc ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis. Cauēdū ait. *Io. Carm. de Princ. l. 1. c. 16.* ne antiquiores amici leuibus de cauſis deſerantur, neque quidquam aduerſus fidem diu probatam temere credatur. Calūniatores baſiliſci ſymbolo ab Ægyptijs ſignificabantur, non enim alia ratione illi homines cōficiunt quàm faciat baſiliſcus; ſiquidem Principum auribus inſuſſurrant nullo palam morſu infixo, quo diluendi anſa præripiatur, atque ita plerique falſo delati extrema quæque pertulere. *Pier. in Hierogl. §. l. 14.* Hinc *D. Bernardus l. 4 de conſid c. 10* ait, clandeſtinas denuntiationes aduerſus aliquos nō eſſe recipiendas, & illum eſſe ſuſpectum, qui quod in aure loquitur, palam dicere veretur: nimia enim credulitas erroris mater, & cōſilij nouerca, ſtultitiæ ꝗ qui pararur, ideo non excuſat. *Eccleſ. c. 19. 7 Uſch. v. credulus concl. 17. Tiraq. de tēp. pœn. cauſa 51. Alciat. emb. 16.* O quā notandum eſt Senecę præceptum. *l. 2. de ira c. 22.* cū ait. Ne ſint aures criminantib. faciles, hoc humanæ naturæ vitium ſuſpectum, notumque nobis ſit, quod quę inuiti audimus, libēter credimus, & antequam iudicemus, iraſcimur.

Propterea haud indicta cauſa accuſatos raptre vinculiſque (q ſæpe numero fit) mancipare, nō debemus, ſed nec oībus, quæ ab his talib. dicentur, fidem adhibere, quin acriter ea examinare, & diſcurere oporter. Curiæ enim iniquitates notiſſimæ ſunt, & domeſtici, vt præ alijs ab Epiſcopo amentur, calumnias confingere ſolent, & innumeras criminationes contra probos viros eorum fœdis cupiditatibus obſiſtentes referre. *Genuenſ. l. 1. c. 5* Vnde ipſe Epiſcopus cum iniuſte, & ex credulitate, vt DD. loquūtur, non iuſtificata, Pęnitētiarium ſuſpēdit, debet in priſtinum ſtatum illum reſtituere, & aliquam ſatisfactionem ei exhibere. *arg. gloſſ. & ſcribentium in c. quando. diſt. 86.* Atq. mihi ſuccurrit exemplum egregiæ ſupererogationis, & eximię perfectionis Ioannis Eleemoſynarij Patriarchæ Alexādrini, qui vt de eo narrat Surius

in

ſa eius vita. *tom. 1. die. 23. Febr. & Staplet. in dom. 1. poſt. pent.* Incruentum offerens ſacrificium ea ip ſi hora, qua ſactum velum à ſanctis donis auferetur (.i. poſt conſecrationem cum dominica oratio recitanda eſſet) recordatus cuiusdam clerici contra eum propter iniuſtam ſuſpenſionem offenſi, Diacono ſignificat, vt connexam reſumat petitionem, & ſæpe dicat, donec redierit. Ipſe autem intrem prætexens, egreſſus eſt ab altari, & celeriter iubet clericum illum ad ſe vocari, quo veniente ad eius pedes Patriarcha procidit coram omnibus veniam poſtulans. Quo facto per motus clericus, ipſe quoque ad eius pedes prouolutus veniam petijt: ſic fratri reconciliatus ad altare redit, & cum fiducia canit, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, &c.

Pœnitentiarius vero vbi ſtuduerit iniquam à ſe famam, & criminationem depellere, nec tamē adhuc valuerit, videat ne plus æquo conſternetur ſcuto enim circundabit eum veritas, vt in ſimili dixi. *tr. v. c. 21. q. 122.* Vna hæc eſt de præcipuis vitæ huius calamitatibus, quā ne ſanctiſſimi quidem viri effugere omni ex parte valuerunt. Teſtē habemus inſtar complurium D. Baſilium apud quem in *epiſt. ad Patroc.* ſic legimus, Nihil occaſionis iſti diſſidio ſiue parum ſiue multū datum eſt, ſed homines illi, q nos odio proſequūtur aſſiduis nos calumnijs gr. u. runt. Apud multos ſat bene aud. et, ſi apud Deum, & ſemetipſum, dicetq. iniqua hominum iudicia parui pendens cum Apoſtolo ad *Rom. c. 8.* Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus eſt qui iuſtificat, quis eſt qui condemnet? Patienter agat, & Dominum ſuſtineat ſuo tempore ſolemne iudicium iniuriam patientibus facturum. Mens bene ſibi conſcia quanti ſit facienda, quantum ad animi tranquillitatem profit, præter alids à nobis adducta, & à *Lud. Ponte de perfect. part. 1. tr. 2. c.* 10. his verbis oſtendit Seneca. *l. 3. de ira. c.* 14. Cōſcientiæ ſatiſfaciamus, nihil in famam laboremus, ſequatur vel mala, dummodo bene merearis. At in foro conſcientiæ, & ex chriſtiani etiam officii rationibus nō peccat, imo laudabiliter agit Pœnitentiarius, ſi illatum ſibi dedecus honeſtis vijs à ſe arcere conetur, imo prout eſt pſona publica ſuam famā populo neceſſariam remittere non poſſe aſſerit. *Salon communiter rece. 2. 2. q. 62. art. 2. controuerſ.* 23. & etiam innuimus ſupra hoc eodem. *tract. c. 7. q. 17. reſol.* 1.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. mihi dicendum videtur quod ſi Anſelmus de culpa mortali ante inceptā miſſam dubitabat, illud dubium confiteri tenebatur, vt notum eſt ex eis quæ de conſcientia dubia, & ſcrupuloſa alias diximus. *par. 1. tr. 5. c. 10. q. 64 & ſeq. Henriq. de euch. l. 8. c. 46. num. 3. Graff. l. 1. Deciſ. aur. c. 12. num.* 8. Si vero hæc dubitatio poſt inchoatum ſacrum inſurrexit, ſi confeſſio abſque ſcandalo fieri non poſſet, ſufficit contritio, vel ſaltem, vt multi volunt, attritio. Quod ſi tunc ſcrupuloſa conſcientia laborabat, quæ nullo argumento, uel leui nitebatur, & cum illo ſcrupulo operari ei licebat: ſi quidem dubium eſt cū neutri parti quis aſſentitur, quod pro vtraq. e ſint rationes, at ſcrupulus eſt cum opinatur quidem, ſed cum leui formidine; eſt enim in opinione aſſenſus, qui in dubio deeſt, at in ſcrupulo eſt vana apparentia quædā. Ex quo conſequenter conficitur quod ſi Anſelmus pluribus euchariſtiam adminiſtraſſet, ſi lethali culpa, vel dubia, de mortali aſtrictus erat (qđ in Epiſcopo, & viro perfecto facile credendū non eſt) tot peccata admiſiſſet, quot hoſtias, vel ſacratas particulas diſtribuiſſet, eo quod per ſingulos illos actus mala adminiſtratio conſumetur. Vt dicitur de ſacerdote, qui cum peccati leth. ſeri conſcientia plurium confeſſiones excepit, vt tenet. *Coninch. de ſacram. q. 64. art. 6. dub. 1. nu.* 35. *Bonac. de ſacr. diſp. 4. q. 5. punct. 2. Naldus in. v. ſacramentum. n. 9 Poſſeu. de off. cur. c.* 5. n. 43. Quāuis aliqui aliter non improbabiliter ſentiant.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. dico, q ſi Anſelmus in mortali pctō, vel dubio de mortali conſtitutus fuiſſet, & cāpanas cōſecraſset, & ſi aliqui eū à lethali noxa nō excuſent, nā tenent Epm gratiæ diuinæ expertē Pontificalia exercentem, puta conficientem chriſma, eccleſias, calices, virgines, & campanas conſecrantem, veſtes, & ſimilia benedicentem, nouum ſacrilegium perpetrare, quia iſtæ actiones graues, & duæ priores quodammodo ſacramētales videntur, contrariam tamē opinionem communiorem, & æquiorem alij tuentur; quādoquidem hæ actiones non ſunt ad ſanctificationem per gratiam proxime ordinatæ, neque Epiſcopus, vt miniſtrū Dei animam ſanctificantis ſe exhibet; proinde non eſt tam grauis cauſa, & ratio, internam animi ſanctificationem exigens; & ſi aliàs ſanctitas multipliciter in Epiſcopo commendetur, quæ præcipue in Dei, & proximi dilectione, & charitate conſiſtit. Atque ſic ſentit. *Suarez. in 3. p. q. 64. ar. 10. diſp. 16. ſeſſ. 3 Cuninch. l. c. num.* 30. *Marc. Ant. Genuen. in Man. Paſt. c. 63. Barboſ. de Epiſcop. p. 2. Alleg. 27. nu. 61.* vbi & reſoluūt Epiſcopum excōmunicatum ſuſpēſum, vel interdictum eccleſias, altaria, mappas, ac veſtes benedicentem, irregularem effici.

Porro palas, vel campanas ab Epiſcopo bene-

ſta ſiue iniuſta timenda eſt, vt ait *D. Greg. Hom. 26. in Euang. relatus in c. ſententia 11. q. 3.* Et vt ait etiam ex communi *Sayrus l. 1. de cenſ. c. 17. n. 14.* Homo in propria cauſa Iudex eſſe non debet, ac in dubijs pro Iudicis ſententia præſumendum eſt, cum ubi de animæ periculo agitur, adhuc uel in exteriori iudicio certior uia eligenda ſit. *gl. in c. 1. de ſcrut. & in c. iuuenis de ſpon.* vt etiã ſentit. *Gutierez l. c.*

VII. Q. RESOLVTIO.

AD 7. q dicendum uidetur, Anſelmo Epiſcopo fas fuiſſe Tiberiũ eccleſiæ ingreſſu interdicere, ſi poſt debitas ei factas admonitiones, domum ſuam extollere non deſtitit, ob quod proſpectum ad monialium monaſterium haberet. Nam, & ſi ſit communis poſitio, quemlibet poſſe fabricare in ſuo, & altius domum uſque ad cœlum tollere. *l. altius C. de ſeruit.* vbi *Bald.* & alij id notant, & *Decius, & Cagnol in l. nullus videtur ff. de reg. Iu.* Hoc tamen fallit fauore eccleſiæ, & ſanctimonialium, cum omnia quæ eccleſiarum reuerentiæ, uel ſacrarum Virginum honeſtati aduerſantur, ab Epiſcopo prohiberi debeãt. Sicut etiam expelli poſſunt malleatores, & meretrix, uel à ꝓpria domo ſi prope eccleſiam, uel moniales moꝛentur. *Genuẽſ. in Pract. eccleſ. q. 292. & ſeq. Tuſch. in v. ædificare concl. 26. Bero conſ. 13.*

QVESTIO. XIX.

Si teſtator monaſterium conſtrui mandauit, executor an virorum potius, quàm mulierum intelligendum ſit. An reductio miſſarum extra diœceſanam ſynodum fieri poſſit. Num cenſuram contra teſtatoris mentem interuenientem Epiſcopus ferre poſſit. Numquid executorem teſtamenti ad manifeſtandum aliquid à teſtatore commiſſum cogere queat. Vtrum non ſubditis benedictionem impertiri poſſit, & eis indulgentias largiri. Epiſcopus menſam non benedicens, nec in ea ſacram lectionem adhibens an peccet.

MIchael Primo in ſuo teſtamento diſpoſuit, ut de ſuis bonis monaſterium cõſtruatur Gabriel teſtamenti executor ab Epiſcopo quærit àn cum teſtator nunc uita functus, in genere monaſteriũ dixerit, conuentus potius pro monialibus quàm pro fratribus ædificari debeat. Secundo in eccleſia parochiali triginta aureos reliquit, quolibet anno perſoluendos, ut ibi quotidiana miſſa pro animæ propriæ redemptione celebretur. Quærũt etiam, an extra diœceſanam ſynodum miſſarum numerum minuere poſſit, quia ob tenue ſtipendium non facile inuenitur, qui huic onori ſe ſubiicere uelit. Tertio cũ 300. aureos cuidam ſocietati, uel ut dicunt, Cõfraternitati legaſſet, Andreas ipſius Michaelis confeſſarius precibus impulit, ut ſibi potius illos quam pro illi loco relinqueret, quod cum ipſi Epiſcopo innotuerit, eum à diuinis ſuſpendit, an hanc cenſuram in eum ferre potuerit. Quarto cum ipſe Michael teſtator Executori cõmiſiſſet, ſũmã quarundã pecuniarũ eidem nominatæ perſonæ faciendam, numquid commiſſarius ad eam manifeſtandam ſub excommunicationis pœna ab Epiſcopo cogi ualuerit? Quinto utrum Epiſcopus in aliena diœceſi per trãſitum benedicẽs peccet, & in aliquam pœnam incidat, & an non ſubditis indulgentias concedere ualeat. Tandem cum in menſa cibum ſumpturus eſt eam benedicere non ſolet, nec in ipſa ſacram lectionem adhibere, an etiam in huius actionis omiſſione peccet.

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1. q. dico multis uideri monialiũ monaſterium conſtruendũ eſſe, hoc enim opus magis pium, magiſque eccleſiæ neceſſarium, & utili cenſetur, ut S. Virgines Deo ſacræ in ſua integritate, & puritate conſeruari poſſint. Quarum etiã inſtitutum excellentius eſt, utpote multo uetuſtius quàm quæuis alia monachorum religio, ut ait. *Caſſaneus in Catalogo gloriæ mundi p. 4. conſid. 72.* Vnde ſingularis prærogatiua B. Mariæ Virginitatis in eo ſtat, quod prima in orbe terrarum ex uoto Deo nuncupato uirgo fuit, nec ſolum eximio, & perfecto uirginitatis dono excelluerit, ſed etiam in hoc pietatis genere nulli ſecunda primas omnino tulerit ex quo Euangelicarum virginum Princeps uocatur, ſiquidem ad illius exemplum uirgines Deo offeruntur iuxta illud regii uatis. *pſal. 44.* Adducentur ei uirgines poſt eam, &c. *Caniſius de B. V. l. 2. c. 14. Suarez ſuper 3. p. D. Thomæ q. 28. art. 4. diſp. 6. ſect. 3. Ægidius de iure, & priuileg. honeſt. art. 18. Fuſch. de viſit. eccleſ. l. 2. c. 18.* Atque ſic reſoluit Miranda *tom. 1. Man. Prælat. q. 34. ex Baldo l. multis ff. de ſtatu. hom. Decio in c. in pſentia ext. de pbat. Menoch. de adipiſc. poſſ. p. 4. n. 788. & de præſum. pſ. 129. n. 9.* Et idẽ Miranda ibi *ar. 8. cõcl. 2.* reſoluit in quolibet legato pro monialib. & pro monachis relicto, ſi ad utrumq; bona non ſufficiant moniales ipſas præferri. *Argum. Tuſch. in v. Monialis. concluſ. 335.* vbi ait, Vituperoſa magis videtur indigentia in monialibus, quã in aliis pauperibus, ideo eis potius ſubueniendum eſt, ex *Feder. de ſenis conſ. 282.* Porro monialium nomine etiam non conſecratæ comprehenduntur, & omnes illæ quæ in perpetua clauſura poſt emiſsã pro-

Digitized by Google

feſſionem degunt.*c.perículoſe. de ſtatu reg.in 6.c.1. de voto in 6.* Pius V. in Bulla Incip.*circa paſtorales. Greg.13.Conſt.* Incip.*Deo.* Monaſterij vero vocabulo intelliguntur clauſtra,& oĩa interiora habitacula, & quęcũq. loca intra clauſurã erecta,&c. Idẽ Greg. in motu proprio Incip.*Vbi gratiæ.Rod.tom.1.q.regul.q.46.art.1. Miranda.de monial.q.2.*

At quò ad obligationem monaſterij conſtrẽdi omnia interiora neceſſaria habitacula, & officinæ,& exteriora,vt eccleſia, & ſacellum,&c. ſub ea venire cenſentur *Nau.cõment.4.de regul.n.44*

II Q. RESOLVTIO.

AD 2.q.mihi dicendum uidetur, vt alibi dictum eſt. Epiſcopum poſſe abſque ſynodalis congregationis conſenſu temperare onera plures miſſas celebrandi; prout iure communi olim ſtatutum erat, licet quò ad Generales, & Præfectos regulares exigatur, vt talis reductio in generalibus comitijs fiat, iuxta *Conc.Trid.ſeſſ.25.de refor.c.4.* Ad quam tamen reductionem faciendam iuſtam cauſam neceſſario requiri communi calculo receptum eſt, cum teſtatoris voluntas abſque illa violari nequeat, & reipub. interſit defunctorũ diſpoſitiones inuiolabiliter obſeruari.ex *Mantica.de coniect.vlt.volunt.l.3.tit.3.* Iuſta autem, & rationabilis cauſa cenſebitur, ſi curſu temporis clericorum aut religioſorum numerus ſit diminutus,aut eccleſiæ,vel monaſterii redditus extenuati,ſeu impenſæ maiores fiant,vel etiam, vt in caſu ſupponitur, adeo tenuis ſit eleemoſyna, vt haud facile ſe offerat qui hoc onus aſſumere velit, vt per *Azor.p.3.l.12. c.6.q.5. Barboſ.p.2. Alleg.29.* Vbi vna cum Riccio à ſacra Congregat. deciſum refert, in huiuſmodi reductione debere Epiſcopũ capituli conſilium requirere, quamuis ſequi illud non teneatur. *Et ex Marc. Anton.Genuẽſ.in Pract. eccleſ.q.129.* quod quando teſtator reliquit, v.g. centum aureos pro centum miſſis celebrandis, in tali eccleſia,in animæ propriæ ſubſidium, ſi eleemoſyna ſacerdotibus præſtanda augeatur, hęredem iuxta hæreditatis vires teneri mercedem ſupplere,nam ſi teſtator id cogitaſſet,&de hoc interrogatus fuiſſet,ita veriſimiliter diſpoſuiſſet,vt per eundem *Mant.de coniect vlt.volunt.l.3.tit.11.nu.22.* Hodie tamen ex Decreto S.Congregat. Cardin. Vrbani VIII. authoritate edito interdicitur ne Epiſcopi in diæceſana ſynodo, aut Generales in capitulis generalibus. aut aliàs quoquomodo hęc miſſarum onera reducant, ſed pro his moderandis ad Apoſtolicam ſedem reccurrant. Obſeruandum etiam aduertimus.*tract.4.c.14.q.129.* ex communiori ſententia, Epiſcopum ex vi Tridentini Concilij miſſas in fundatione alicuius beneficij requiſitas, non poſſe ad minorem numerum reducere,quia ipſum Concilium de miſſis ex defunctorum diſpoſitione relictis loqui videtur, atq. ita ſacram Card. Congreg ſentiſſe multi ſcribẽtes referunt. Quamuis alij contrarium opinati ſint, quorum ſententia probabilis etiam in praxi cenſeri poſſet, niſi Illuſtriſs. Cardinalium declaratio obſtaret, à qua ſine ſolido fundamento recedendum nõ eſt, vt per *Barboſam l.c. & Bonac.de ſacr.diſp.4.q.vlt.p.7.§.2.num.10.* Siquidem certum eſt, ipſas Card. ſanctiones non eſſe doctrinales, vt aiunt, interpretationes, ſed eſſe diffinitiuas, vim legis habentes, vtpote ex Pontificia commiſſione latas. Et quamuis aliquo tantum inſtante, & petente in caſu particulari ſint latæ, nec promulgatę ſint, quò ad omnes tamen, & in vniuerſũ, ius conſtituunt, ita vt tam in interiori, quàm exteriori foro obligent, vt conſtat ex Bulla Sixti V. quæ ponitur à *Roder.tom.1.qq regul.q.11.art.1. & 2. & Garzia.in præfat.p.1.de benef. Lazario.de blaſphemia q.13.num.49.* Sed nunc Epiſcopum nõ poſſe miſſarum onera in limine fundationis poſita reducere, aut moderari, non eſt ambigendi locus cum ex prædicto Decreto Vrbani VIII. hoc interdictum ſit.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3.q.dico quod licet non deceat clericos, & religioſos viros teſtamentorum, & bonorum temporaliũ eſſe captatores; & huiuſmodi cupiditatem ab eis alieniſſimam eſſe oportere, & chriſtiana profeſſio, & humana pietas ſuadeant, ſuiſque exemplis ſancti viri, & inter eos Sanctus Auguſtinus cõprobauerint; recte enim huiuſmodi ſeculares petaces homines nonnulli depingũt dum eos appoſite vultures vocãt, quomodo *Seneca diſt.96.ad Lucillum.* ſcribens ait, Amico ægro aliquis aſſidet, probamus, at ſi hoc hereditatis cauſa faciat, vultur eſt, cadauer expectat, nihilominus ſi Andreas ſine vi, ac fraude, vt ſibi conſuleret impediuit ne illa ſocietas ducentum aureos conſequeretur, quos Michael teſtator ex liberalitate, & pietate relicturus erat, tàm à lethali culpa, quàm reſtitutionis nexu immunis erit. Doctrina eſt certiſſima apud omnes, & luce ſua claret, quoniam hic nulla iniuſtitiæ ratio apparet; is nãq. iuſte potuit ſibi, vel propriæ eccleſiæ proſpicere, & iure ſuo vti, etiam ſi teſtatorem enixe rogauerit, vt illos nummos ſibi legaret: Atque huc pertinet quod habetur in *l. fin. C.ſi quis aliquem teſtari prohibuerit.* Eum qui blanditiis facit vt legatum in alium transferatur, ad reſtitutionem nõ teneri. *Carbo.de reſtit.q 24 Bonac.de contract.Diſp.1.q.2.pun.12. Molin.tom.1. diſp.135.Salon.& Arrag.22.q. 62.*

art.

Digitized by Google

art.2.conſ.25.Graff.de caſ.reſer.l.2.c.21.Bellòch. p.2.q.4.Merlin. de legit.l.4.tit.1.q.14. vbi ait, filiũ impedientẽ patrẽ teſtũ condere, poſſe ab eo hæreditate, & legitima priuari, mõ ipſe filius doloſe hoc agat, nempe ad effectum vt reuera patrem teſtari prohibeat quia ſi blanditijs, lachrymis, querelis ipſum adhortetur, quaſi pietate ac amore impediat, in hanc pœnam non incideret, etiam ſi parẽs ipſe huiuſmodi exclamationibus perturbatus re infecta deceſſerit. *ex Pariſio l.3.conſ.67. Theſauri in qq. For.l.3.q.49.* Proinde dicendum eſt, ſuſpenſionem ab Epiſcopo in eum latam iniuſtam eſſe, nec ab ipſo Andrea, niſi ratione ſcandali eſſe ſeruandam, *arg.eorum quæ tradit Sayrus l.3.cl.reg c.9.* cum ait. Eodem modo iniuſte excommunicatus non obligatur ſeruare excommunicationis mandatum, neque ipſe alios vitare tenetur, neque ipſum tenentur vitare alii, niſi vel ratio ſcandali, vel alia extrinſeca occurrens cauſa iuxta legem charitatis exegerit. Multa enim ſunt in ſe licita nullo diuino præcepto in ſeſe prohibita; quæ pro loco, & tempore cõſilium charitatis docet eſſe illicita: Sẽtentiam autem excommunicationis iniuſtam appello, non eam ſolummodo, quæ ſecundum iuris peritos nulla eſt, vtpote lata à non ſuo Iudice, vel continens intolerabilem errorem, ſed eam etiam quæ iniuſta eſt ex parte cauſæ, videlicet dum lata eſt aut ꝑ cauſam iniquã, aut cauſam exſtantem, falſis videlicet pſũptionib. aut teſtimoniis ſubnixã hæc ille. *& cõſentit Lazar. de monit ſect.3.q6.n.37*

Potius Epiſcopi partes erunt, Confeſſarios, & Parochos admonere, vt infirmis petentibus quid pro anima ſua relinquere poſſint, caueant, ne ea proponant, quæ auaritiam ſapiant Generalia potius dicant, pura locis, vel perſonis piis fac eleemoſinam; aliquando aliquos miſerabiles, & interdũ propriã eccleſiam ſi vere indiget ꝑponãt, ſed ita caute, & prudẽter ne in ſecularium offenſionẽ incurrãt, vt ait. *Poſſeu.de Cur.c.13. num.*10. &c. Siquidem, vt D. Ambroſii verbis vtar. *l.3.off c 9.& Mo lani de teſtam. pijs c.67.* Nihil deformius eſt, quàm nullum habere amorem honeſtatis, & vſu quodã degeneris mercaturæ quæſtu ſolicitari ignobili, auaro æſtuare corde, diebus, ac noctibus, inhiare in alieni detrimenta patrimonii, non eleuare animũ ad honeſtatis nitorem, non conſiderare veræ laudis pulchritudinem. Hinc naſcũtur aucupia quæſitæ hæreditates, continentiæ, atque grauitatis ſimulatione captatæ, quod abhorret à propoſito chriſtiani viri. Omne enim quod arte elicitum, & fraude compoſitũ, eſt caret merito ſimplicitatis. hæc ibi.

IV. Q. RESOLVTIO.

QVartam dubitationem ſic reſoluendam puto, Commiſſarium, vel Executorem cui teſtator aliquam pecuniæ quantitatem perſonis ei dẽ nominatis diſtribuendam cõmiſit, ob aliquod ius quod eccleſia prætendere poſſet, ad eaſdẽ perſonas declarandas, & patefaciendas compelli valere: nam Epiſcopo qui legitimus Executor quò ad legata pia dicitur, integrum eſt videre, an Cõmiſſarius, vel Teſtamẽtarius Executor fideliter quod muneris ſui eſt adimpleuerit, rationes videre, an bene vel male fecerit, veriſimiliter teſtatoris volũtatem, vel boni viri conſcientiam excedẽdo. Quæ opinio æquior, & ad euitandas fraudes tutior videtur, quia poſſet forſitan Commiſſarius ſibi ipſi bona retinere, & doloſe ꝓcedere, cũ nec cuiq. qui in re propria; & ad ſuum commodum falli poteſt, facile fides adhibenda ſit, Amor enim ſui, & rerum cupiditas, præ priuato commodo nihil penſi, neque ſancti habet, & vt ait Euripides,

Nihil ſapit, nec vult quod æquum, & fas ſiet. argum. Scaccia de commerc. § 1 *q.7.num.*124.

Vnde Dionyſius. *Carthuſ in.2.tom opuſ.* Epiſtolam ſcripſit ad unum Executorem cuiuſdam eccleſiaſtici Prælati, quã indicat ſe per uiſionem cognouiſſe eum ſuffragiis egere: Executores autẽ impie, infideliter ac damnabiliter agere, qui congeſtam eius pecuniam nequaquã in animæ eius adminiculum, prout ille uoluit, expendebant.

1 Fidelem autẽ oportet eſſe Executorẽ non tantum erga teſtatoris animã, ſed erga omnia, ac ſingula, quæ eius fidei commiſſa ſunt; ut omnia ſyncère, & ut oportet citiſſime exequatur; in quo caſu niſi realis; & fidelis diſtributio iuxta deſponentis mẽtem fiat, etiam in foro conſcientiæ excommunicationis pœna infligi ab Epiſcopo poterit. Quamuis enim regulariter ante finẽ anni, ad reddendas ſuæ adminiſtrationis rationes nõ cogatur, ſi tamen ſe ipſum in retinenda pecunia quærat, coram Deo infidelis eſt, & ſi fortaſſe coram hominibus talis non iudicetur. Quinimo non modo fidelem, ſed etiam prudentem eum eſſe oportet ob uarias difficultates, quæ ſæpe in teſtamẽtariis cauſis non tantum ab improbis, ſed etiam à bonis hominibus excitantur; ac propterea neceſſe eſt, ut generatim nouerit, quodnam ſit Executoris officiũ & in emergentibus difficultatibus ſciat, quorum conſilio & iudicio uti debeat. *Nold.l.c 68 Valenzuola conſ.*35. *Molfeſ.tr.13.c.11.nu.31. Tuſch.v. Executores teſtãrij.concl.*537. *Barb.p.3 Alleg.*82.

Prædicta autem aſſertio Commiſſarium cogi poſſe ab Epiſcopo ad palam faciendam perſonam, in quam pecunia à teſtatore relicta erogãda eſt, intelligenda eſt, niſi ipſe teſtator eam manifeſtari prohibuerit, tunc namque cum ſimus in certis, nihil aliud eſt quærẽdum, cũ in claris coniecturis opus non ſit. *l.continuus* § 1. *ff. de ver.oblig.*

Quandoquidem teſtator, qui noluit ſe infamare

44. & ea iis Caiet. & Armilla in v. clericorum pec cata quando magis pro Epiſcopis hoc ipſum ſtatutum videtur? Cũ Pontificalis dignitas iam acquiſitam perfectionem exigat: eſt enim nil aliud quàm ſpirituale magiſteriũ, cum ſcilicet Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores ſint, è quibus vnus de ſe ipſo, poſitus inquit ego predicator, & Apoſtolus, & Doctor gentiũ in fide, & veritate. 1. *Tit.* 8. *D. Thomas de perfect. c.* 19. Hinc & *Carthagin. Conc.* quod habetur in *cap* 8. & *Concil. Triden. ſeſſ.* 25. *de ref. c.* 1. Epiſcopus, aiunt, vilem ſuppellectilem, & menſam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis ſuæ auctoritatem, fide, & vitæ meritis quærat licet in *ſeſſ* 2. *cap.* 1. *in decreto de modo viuendi, & alijs in Concilio ſernandis.* tantum hortetur Epiſcopos, vt ibi menſæ diuinarum ſcripturarum lectionem admiſceant. Vnde eccleſiaſtici, & epiſcopalis cõuiuij proprietates ſunt, Primo, vt à benedictione, ſeu precatione inchoetur, & gratiarũ actione terminetur. vt admonet etiam *D. Chryſoſ. hom.* 79. *ad pop. Ant.* & ille Politicus cum ait,

Quæ nunc corporibus dantur alimenta caducis.
Hæc Deus imperio ſint benedicta tuo.

Stapet. & Beſſeus in 4. *dom. Quad.* Secũdo, vt ſacræ ſcripturæ lectiò, ſeu alterius pij libelli mẽſæ adhibeatur, nã dũ corpus edendo reficitur, ſua ẽt aĩæ refectio præbenda eſt; præſertim quia crebro menſis otioſæ fabulæ, interponi ſolent, & interdum detractionibus ac noxijs ſermonibus non parcitur. *Genuenſ. in Manual. Paſtor. cap.* 12. & 23. *Nigr. de lect. ſuper menſam tr.* 4. *p.* 1. *c.* 1. Tertio vt frugalitas ibi ſeruetur, & nemo ad potandum vrgeatur, nam quid magis à ratione alienum, quã chriſtiani gregis paſtorem, epulis, & vino mancipatum, videri, & illa facientem quæ in aliis corrigere debet? Et quid magis indecens quàm Chriſti patrimonium in gulæ irritamentis profundi? Quiſquis ẽt olim apud Platonem cœnabat, is vnam voluptatem ex facili apparatu, philoſophicisq. quæſtionibus capiebat, alteram quod poſtridie, nec capitis grauedinem, nec ſtomachi cruditatem ſentiret, atque ideo frugalem, & eruditam cœnã Platonicam appellamus. Vide quę diximus in cõment. *de bum vitaſt at part.* 1. *c. v.* & quæ tradunt ſcribẽtes *in* 1 *dom. poſt. Epiph. & Iuſt. in Tob. c.* 2. *verſ.* 2. & *c.* 7. *verſ.* 17. vbi etiam docet quomodo ante epulas menſæ benedictio præmittenda ſit, & poſt cibum gratię ſint agendę. Quarto ut huiuſmodi conuiuii participes ſint egeni, ſicut Chriſti exemplo hortati ſunt duo ſummi Pontifices in *conc.* 4. *Carthag.* Atque hæc quæ de eccleſiaſtici, & epiſcopalis conuiuii conditionibus dicta ſunt, ſuo exemplo comprobauit magnus ille eccleſiæ Doctor D. Auguſtinus, vt in eius vita Poſſidius refert. ...

QVÆSTIO XX.

An de fructibus collectis in fundo cõducto quos poſt ea vendit teneatur clericus vectigal ſoluere, ita vt ſi non ſoluat p. m. & Epiſcopus eũ excommunicare poſſit. An famulam, & monialem à peccato hæreſis abſoluere valeat. Num non ſubditum confirmare. Num et integrum ſit dare licentiam mulieri vt alteri nubat, ſi fama ſit eius maritũ in bello mortuum eſſe. Vtrum et liceat in ſynodo diæceſana ſtatuta condere ſine capituli conſenſu. Vtrum officio Parochi regularem priuare poſſit ob ſuſcepta perpetua miſſarum onera, &c.

RODulphus Cathedralis eccleſiæ Canonicus, cũ Thadæi fratris ſui à ſe quò ad bona diuiſi, prædium conduxiſſet, & bonafide fructus ex eo collectos per tres annos, vt frumentum, blada, legumina, vuas, ligna, &c. ſine ſolutione gabellæ in vrbem per ſuum colonum inuexiſſet, hoc cum ad Danielis Epiſcopi aures perueniſſet, quo cum ob quaſdam cauſas non bñ cõueniebat, eum tãquam negotiatorem excommunicationis cenſura innodatum declarauit, & vectigal defraudatum ſoluere coegit. Secundo Anaſtaſiam ſanctimonialem à quodam hæreſis peccato abſoluendi facultatem monaſterii Confeſſario dedit. Tertio cum Sũmus Pontifex peculiari diplomate ei præcepiſſet, vt Lucæ octo annorũ puero alterius diæceſis, primã tonſurã conferret, eum inueniſſet eum cõfirmatũ non eſſe, ne in alienam meſſem falcem mitteret, non collato ei ipſo confirmationis ſacramẽto, tantum prima tonſura eundem initiauit. Quarto cum Lucius prælium eſſet ingreſſus, nec per 25. annorum ſpatium comparuerit, & fama eſſet, illum in bello periiſſe, Catharinæ eius vxori licentiã conceſſit, vt Roberto nubere poſſit. Quinto cum diæceſanam ſynodum celebraret, quædã ſtatuta ſine conſenſu capituli condidit, in quibus hæc præcipue cauit, vt clerici, & omnes ſacerdotes cõuenientem habitum cum biretto etiam per vrbem incedẽdo geſtarent, annulos non ferrent, ludoſque ac ſpectacula vitarent, aliàs ſuſpẽſionis pœnam ipſo facto incurrerent. Ac pœnas, vt DD. loquuntur, tam aretatiuas, quàm priuatiuas, & etiam excommunicationis ſententiam inflixit, contra executores legatorum piorum, etiam religioſos exemptos qui intra ſex menſes à die mortis teſtatoris illa non exequuntur, &c. Sexto Alexandrum virum regularem ruri cuiuſdam curatæ eccleſiæ Rectorem officio priuatũ pronuntiauit, eo quod abſq. Superioris ſui licentia, quędam perpetua miſſarũ onera ſuſcepit, nec non quaſdam eleemoſynas manuales pro celebrandis miſſis accepit, etiam ſi one-

oneribus antea ſuſceptis non ſatisfecerit. Quæritur an Epiſcopus hæc prædicta agere potuerit.

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1.q. reſolutionem, omiſſis ſuppoſitis alibi à nobis adductis, deueniendo, illud reſoluendū vidétur, Rodulphum Canonicum qui bona fide, & non cupiditatis, vel rei augendæ cauſa, ſed potius vt fratris ſui cōmodis conſuleret, eius fundum conduxit, lethali culpa animam ſuam nō grauaſſe, neq. negotiatorem dici potuiſſe, & per conſequens excōicationis mucrone iuſte nō feriri. Nā Primo intentio eſt illa quę rei nomen imponit, & propoſito, & voluntate, maleficia diſtinguūtur. *c. cum voluntate. ext. de ſent. excom.* at hic Canonicus non lucri cauſa, ſed potius pietatis intuitu, vt vtiliter rem fratris gereret, illum agrum incultū dato pretio vtendum accepit, vt per colonos fertilem redderet.

Secundo quia clerici negotiari non dicuntur; vbi vinum, blada, olea, & ſimilia ex rebus ſuis collecta vendunt, ſed qui rem emunt, vt eam integrā lucrandi cauſa vendant, vt per *Bertach. de Gabel lis. p. 7. q. 7. Federicum conſ. 121. Roland. vol. 4. conſ. 71. Anchar. in c. quamquam. num. 5. de cenſi bus in 6. Card. in Clem. fin. de immunit. eccleſ. Belletum in Diſq. cleric. p. 1. tit. de exempt. cler. à mun. pub. §. 4. & de exēpt. à ſtat. ſecul. §. 3. Turrecrem. & Archid. in c. eyciens diſt. 88.* Vel dicendum eſt cum *Molina de iuſtitia. diſp. 342. num. 10. & Duardo in Bulla cœnæ Domini lib. 2. can. 18. q. 8. nu. 9.* q licet clerici negotiātes ēt in foro cōſcientiæ ad vectigalium ſolutionem ſtatim ſint aſtricti, etiam non præcedenti trina monitione, qua ab illicita negotiaione arceantur; hoc tamen verum eſt, & procedere poteſt quò ad bona, quæ negotiando vendunt, ac permutant: ſecus pro bonis eccleſiæ, aut proprijs, quoniam ad tributorum ſolutionem pro illis non tenentur: niſi trina monitio præceſſerit. &c. *c. vlt. ext. de vita & hon. cler. Gem. & Frā. in d. c. quamquam. Proſper. de Auguſt. in Add. ad Steph. Quar. in ſumma Bullarij in v. Vectigal. Limit. vlt.* cum alijs ab eo relatis contra aliquos.

Et licet clericis à ſacris ſāctionibus negotiatio ſub excōnicationis pęna prohibeatur, & bona ex in cōceſſa negotiatione q̄ſita ſub ſpoliorum nomine veniant, vt patet ex Bullis Pontificijs relatis *à Steph. Quar. in ſumma Bull. v. ſpolia.* hæc tamen cenſura non latę, ſed ferendę ſententiæ eſt, vt conſtat ex *c. 6. ext. ne cler. vel monachi.*

Et vt communiter Scribentes aſſerunt, quāuis eccleſiaſtici vectigal pro bonis, quæ negotiationis cauſa aſportant, ſoluere teneantur, cum in illicita negotiatione ſacri Canones ab eis immunitatem auferant. *d. c. quamquam, & c. fin. ext. de vita & honeſtate cler.* vt relatis multis probat. *Graſſus de effectu cler. effect. 3. & 6. n. 176* & *Alterius lib. v. de cenſ. d. 1 9. dub. 7.* nihilominus in foro conſcientiæ ad id non obligantur, niſi trina monitione ab Epiſcopo ſint interpellati; nam ante huiuſmodi præceptum exemptionis priuilegium nō amittūt. *Leſſius l. 2. de iuſt. & iure c. 33. dub. 3. n. 23. Molf. tract. 12. c. 4. nu. 127. & c. 22. nu. 173. gl. c. 16. ext. eod tit.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico Epiſcopum confeſſario illius monaſterij facultatem dare potuiſſe, vt Anaſtaſiam monialem à peccato hæreſis externo actu prodita abſolueret, nam & ſi teneamus facultatem Epiſcopis conceſſam *à Cōcil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 6.* quò ad abſolutionem ab hęreſi, & cæteris caſibus in Bulla cœnę Domini contentis ꝑ eandem eſſe reuocatam, licet multi contrariam ſententiam ſint amplexi, vt inter recentiores refert *Sanctarellus de hæreſi c. 5 dub. 1. & 4. & Barboſa de Epiſcopo par. 2. Alleg. 40. & Sanchez. l. 2. de præcep. c. 11. num. 17 in remiſſ. d. c. 6.* Adhuc tamen fatemur impeditos quo minus Sedem Apoſtolicam adire poſſint per proprium Epiſcopum à caſibus, & cenſuris in d. Bulla reſeruatis abſolui poſſe. *ex c. mulieres, & c. neſitur. de ſent. excom. & c. eos eod. tit. in 6.*

Et hac facultate Epiſcopum in iſto caſu tanquam delegatum à lege, vel potius ea poteſtate ordinaria à lege ſibi conceſſa, optima ratione fungi docent *Abb. in c. de cætero. nu. 1. ext. de ſentent. excom. Anch. in d. cap. eos. Nauar. c. 27. nu. 89. Sylueſt. in v. abſolutio 4. nu 7. & nos in 1. par. de Exam. tract. 5. c. 5. q. 31.* Item *Sanchez. tom. 1. l. 2. de mat. diſp. 40. nu. 3. Peregrin. de Duell. q. 37. num. 6.* & alij, vbi expendunt, quod ratio qua Summus Pontifex ad indulgendum impeditis mouetur, ut ab alio, quàm per eum, ad quem iure ordinario abſolutio pertinet, abſolui poſſint, in quacunq. reſeruatione generalis eſt, & ſem per militat, nempe ne ꝑ abſolutionis dilatione periculū animę immineat, & ne quæ pro bono charitatis inſtituta ſunt, contra charitatem vergant. *arg. c. vlt. de pœn. & remiſ. lib. 6.* Et ob hanc rationem ſic reſoluit. *Duard. in Bull. Cęna Dom. 3. §. 2. q. 8. num. 45.* nempè Epm tàm in interiori, quam exteriori foro ab hæreſis crimine. & à cenſura ob id contracta monialē abſoluere poſſe, licet tantum electus eſſet, & confirmatus; ſi quidem in ordine ad actus iuriſdictionis abſolute Epiſcopus dicitur. ut per *Suarez. de cenſ. diſp. 41. ſect. 2. num. 7. & Sanchez. l. 8. de matrim. diſp. 2. num. 11 & l. 2. ſuper Decal. c. 11. n. 3. & 14.*

Vnde

Digitized by Google

Vnde *& Naldan v.monialis.nu.9* ſic ait, Moniales etiam ob enormem exceſſum ab Epiſcopo abſolui debent, quia extra clauſtrum exire non poſſunt. Et Epiſcopus etiam in exemptas, quò ad clauſuram, & abſolutionem (non tamen quò ad recipiendas eas in monaſteria, & ad profeſſionẽ admittendas. cum ad Abbatiſſam, & Superiorem exempti conuentus hoc ſpectet. *Sãchez.de præcep. l.5.c.4 num.74.*) Papæ authoritate fungitur. Et liceat Generalem, vel Prouincialem Præfectum habeãt, ob reuerentiam tamen Epiſcopalis ordinis hoc Epiſcopis indultum eſt. ex *Decif.25.Rot.Rom. de ſentent.excom in antiq.*

Et certum eſt Epiſcopum diæceſanum non ſolum per ſe ipſum monialem abſoluere potuiſſe, ſed etiam eius Confeſſario abſoluendi facultatem impertire. *per text.in c.vltimo.de offic.ord & gloſ. in c.de cætero v.licet.de ſent.excom* ſiquidem Epiſcopo virtute iuriſdictionis ſibi à Papæ delegatæ, vel ſibi in priuilegium dignitatis conceſſę ſimplex abſoluendi miniſterium alteri committere licet. vt per eundem *Sanchez.l.2, de matr.diſp.40.num. 13. & Pereg.l.c.n.10.Sanctarel.l.c dub.3.* At extra hunc caſum Epiſcopum non poſſe ab hæreſi occulta, ſed per externum actum prodita. communior eſt opinio. vt diximus *par.1.tract.7.c.1.q.3. & tract.12.c.4.q.16 reſol.4.& alibi.*

Monitum, & Documentum.

ADuertat autem ſanctimonialium confeſſarius, omnes animi motus circa fidem, de quibus in ſacramentali confeſſione ſe accuſant, nõ eſſe hęreſis peccatum, nec cenſuram ſecum afferre etiam ſi externo actu prodantur, id enim multoties ex defectu iudicij, vel, vt aiunt, ob offenſam imaginatiuam partem, contingere ſolet; fœminarum enim multarum intellectus fragilis eſt, & infirmus, contra propria cõmoda laborans, vt aiũt Imperatores. *Honor. & Theod. in l.ſi pater. C.de ſpon.& Ariſt.l.1.Polit.c.vlt.* Et cũ hæreſis ſit error intellectus. volũtarius, contra aliquam ſidei veritatem, cum pertinacia aſſertus, ab eo qui fidẽ ſuſcepit. *Sanchez.l.2.in Decal.c.7.num.13.* infert, nõ eſſe hæreticum, nec alicuius culpæ reum, qui inuitus infideles cogitationes, & turpiſſimas blaſphemias, & hæreticas repręſentationes contra Deũ, & ſanctos patitur, quamuis ſibi conſentire videatur: ſiquidem plena voluntas, ac perfectum iudicium deficit, &c. Idẽq. aduertit ante eũ. *D. Anton. in 4.par.ſummæ.tit.13.c.§.3. Tol.in ſumma. l.7.c. 2. & Pegna in ſcholijs ad* Direct. *Inquiſit.par.2.Cõment.1.* Et nos *in 1.par.de exam tr.7.c.6.q.25.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3.q. dicimus, Danielem Epm ex probabili multorum ſententia, debuiſſe potius, & prius Lucę puero confirmationis ſacramentum conferre, quàm eum abſque prima tonſura initiaretum; quia ex præſumpta Pontificis mente id arguere poterat, nã ex *vulg.iure l.oratio ff de ſpõſal.* Qui vult conſequens, cenſetur velle omne neceſſarium antecedens. At ex *Conc.Trid ſeſſ.23.de reform.c* 4. Nemo prima tonſura initiandus eſt, qui confirmationis ſacramentum non ſuſceperit. In cuius rei omiſſione licet aliqui lethalem culpã agnouerint, verius tamen tam Epiſcopo initianti, quàm ipſi inſignito, veniale tñ ſit peccatũ. *Sot.in 4.d.7.ar.8.cõcl.3.Nauar.c.22.n.9.Vict.de cõfirm. nu.239.Coninch.d.20.nu 102.Henriq.l.10.cap.4. nu.2.Molfeſ.tr.412 nu.21.Reginal.l.28.num.24. cõtra Bonac.de ord pun.5.num.10.* Tum quia multi DD. non contemnendi tenent, Epiſcopum confirmantem ſubditum alienum tàm à culpa, quàm à pœna excuſari, cum præſumendum ſit, hoc proprio Paſtori ratum, ac gratum fore. vt per *Henriq. l.3.c.6.num.6.Sà in v.confirmatio. num.2. Marc. Ant.Gennen.in Man. Paſt.c.54.Barb. de Epiſcopo. 2.par.Alleg.30.num.14.*

Cum tamen nec de Pontificis, neque de Epiſcopi proprij mente conſtet, oportebat Danielẽ à collatiòne primæ tonſuræ abſtinere, donec de conferenda confirmatione proprij Epiſcopi conſenſus haberetur; Cum in dubijs tutior pars ſit accipienda. *& c.iuuenis.ext.de ſponſ* Et peccata non tantũ mortalia, ſed & venialia, ac leuia, ſedulo ab Epiſcopo ſint vitanda. *D.Ambr.epiſt.25.Marc.Ant.* Ge*nuen in Man.Paſt.c.*2 Atq ſic cum *Benacina* ſentiendum eſt. *q1.de confirm.pun 1.nu.11.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4.q. reſolutionem deueniẽdo, dicendum uidetur, quidquid Scribentes uarijs hincinde ſenſibus, ac placitis decertent, ac gladiẽtur, nos in hoc habere eccleſiæ determinationem in *cap.in præſentia.ext.de ſponſ.* vbi Clemens 3. huiuſmodi conſultationi reſpondens ait, quod quantocunq. annorum numero mulieres abſentibus maritis remaneant, non poſſunt ad aliorum conſortium canonice conuolare, nec eccleſiæ authoritate cõtrahere permitti, donec certum nuntium de uirorum morte recipiant; hæc ibi. Vnde reiectis diuerſis modis quib. mors arguatur, quos Doctores recenſent, quò ad effectum ſecundum matrimonium contrahendi, mors probari non cenſetur niſi per vnum teſtem de uiſu, qui deponat qualiter illum

ab hac uita deceſſiſſe uidit. Et inſuper neceſſe erit, ut duo alij teſtes examinentur, qui de publica uoce, & fama deponant. Siquidem moralis certitudo non habetur, ſi abſens coniux per multos annos non comparuit, nec de eo auditum eſt; ſicut nec hæc hauritur per ſolam famam, quæ plerumque ex incerto auctore, & fallaci oriri ſolet, iuxta illud *Ouidij 9. Met.*

Fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas, quę veris addere falſa
Gaudet, & è minimo ſu a per mēdatia creſcit.

Maſcard. de probat. concl. 1077. *& Tuſch. v. mors. concl* 400.

Atque hæc praxis, quæ in multis urbium curijs ſeruatur, ſumpta eſt *ex d. c. in præſentia. de ſpōſ. vt per Ricc. in praxi matr. deciſ.* 65. Vide tamē de hac re. *Sanchez l. 2. de mat. diſp.* 46. *Gutierrez c.* 51. *Molfeſ. tr.* 4. *d.* 10. *n.* 55. *Bonac. de mat. q.* 13. *p* 11. *Marc. Ant. Genu in Praxi Archiep. Neap c.* 26. *nu.* 3. vbi tradunt in particularib. caſib. an ad cū altero cōiugiū, contrahendū moralis certitudo mortis, & aliæ cōiecturæ adſint, Iudicis arbitrio relinquendum, prout etiā tetigimus ſupra de *art. matr. c.* 9. *q.* 23. *Imped.* 9.

V. Q RESOLVTIO.

AD 5. q. dico Danielem Epiſcopū officio ſuo defuiſſe, cum ſacram diœceſanam Synodum celebrando, & in ea ſtatuta conddēo, Canonicorum conſilium nō requiſiuit; ſiquidem vt alibi ſcripſimus, cum Canonici ad hanc dignitatem vocantur, eo ipſo tanquam vnum corpus cum Epiſcopo cōſtituuntur, ita vt ille caput iſti membra habeantur, eiuſdemq. & conſiliarij, & aſſeſſores vocētur. Vnde eorum conſilium & ſæpe conſenſū adhiberi debere, ſatis notum eſt ex his præſertim quæ ſcripſit Alexander 3. ad Patriarcham Heroſolymorum *c. nouit. ext. de his quæ fiūt à Prælatis.* Et à Cæleſtino. 3. Innocentio 3. atq. ab alijs confirmata ſunt. *toto tit. de his quæ fiunt à maiori par. c. Epi. d.* 24. Et *cōiter DD. notant.* Hinc dicimus quod Epiſcopus vnum corpus cum Canonicis cōſtituit. *c. requiſiſti. el 2. ext. de teſtamen.* Ita ut *D. Hieronymus* relatus Eccleſi a. 16. *q.* 1. hūc ordinem Senatum eccleſiæ vocauerit. Et etiā *D. Ambroſius l.* 2. *officiorum c.* 27. dixerit, Epiſcopus vt membris ſuis uratur clericis. Et cum *Conc. Trid. ſeſſ.* 24 *c.* 12. ſāxit Canonicos cathedralis eccleſiæ Magiſtros ī S. Theologia, aut Doctores, ſeu in Iure Canonico licētiatos eſſe dēte, qd aliud innuit, niſi eos à conſilijs Epiſcopi ſui præſertim in ſeriis reb is, & arduis negotiis eſſe oportere, ideoq. maiori eos ſcientia, & doctrina, quàm cœteros clericos indigere. Certum eſt enim ad recta recteq. cōſulendum tria eſſe neceſſaria, rerum peritiā bonitatē, & loquendi libertatē. *Card. Paleotus in Arch. Bonon par.* 7. *in ſerm. ad Canon. & de conſiſtit. membro* 4. *& Baſſus de offic. canon. c.* 10. Vt & nos tradidimus in comment. *de hum. vit. ſtat. p.* 1. *c.* 9.

Vnde *Bottaus de Synodo par.* 2. *in princ. nu.* 24. *Maſſobrius de Synodo pariter diœceſ. c.* 3. *dub.* 2. aiunt, Canonicos cathedralis eccleſiæ ad ſynodū celebrandam eſſe de neceſſitate vocandos, non tamen eos teneri venire, niſi de honeſtate, vel niſi negotia eos etiam concernentia tractentur, aut Epiſcopo eorum conſilio opus ſit, ſeu vellet ſtatuta condere; quia tenetur ſui capituli conſilium requirere, aliàs geſta non valerent. *Arg. c. quanto. extr. de his. quæ fiunt à Prælat. &c.* Niſi tamen Epiſcopus huiuſmodi conſilium non quætere præſcripſiſſet. *Anchar. in repet. c.* 1. *de conſtit.* At *Piaſecius in Praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 2. *nu.* 8. ſentit, Epiſcopū conſtitutiones facere debere cum conſilio Capituli ſui. *d. c. Epiſcopus. d.* 24. & conſuetudinem ſi qua in cōtrarium eſſet, irrationabilem eſſe cenſendam, ac proinde non tenendā. *ex Hoſt. tit. de his quæ fiunt à Prælat. nu.* 2. Non tamen cogi vt ipſius Capituli conſilium ſequatur, prout *Card. Congreg.* declārauit. *Franc. Leo in theſ. for. eccl. c.* 9. *nu.* 15. *& Maſſobr. l. c. c.* 4. *dub.* 75. *Barboſ. de epiſc p.* 3. *alleg.* 93. *num.* 25. *Arg. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 46. *n.* 74. vbi refert, quod licet Epis circa erectionem, & regimen Seminarii duos Canonicos Deputatos in conſilium adhibere debeat, non tamen teneatur eorum conſilium amplecti.

Verum quia tam ſacra Congreg. quam DD. excipiunt caſus in iure expreſſos, in quibus Capituli maioris partis conſenſus neceſſario requiritur, in quibus ille eſt præcipuus quando ipſius Capituli, vel Canonicorum intereſſe, vt dicunt, vertitur. *c. fin. de his quæ fiunt à Prælat.* Ideo dicendum videtur, Danielem Epiſcopum non leuiter peccaſſe, & ſtatuta ab eo condita inualida eſſe. Argumento etiam quod ex multorum ſententia tradit. *Sanch. de precept. lib* 6. *cap* 8. *num* 82. *& Sāch. de apoſtaſia c.* 2. *dub.* 1. *num.* 9. videlicet. quod quāuis ordinarie loquendo qui tenetur conſilium petere non ſit obligatus ad illud ſequendum, hoc tamen fallit, quando conſilium eſt ab alio tanquā à Collega, & officij participe exquirendum.

Diſcutiēdum enim erat, an illæ leges, vel ſtatuta, de non deferēdo pileo, ſed birctro per vrbem facile adimpleri poſſent, ob aetis in clementiā, & intemperiem, & conſuetudinem per multum tempus in contrarium receptam. An Doctores clerici, & dignitates in Cathedrali obtinentes per illa prohiberentur anulos deferre. An oēs ludi ſecreti & eutrapeliæ cauſa ſuſcepti, & ſacris repreſentationibus aliquando intereſſe, illis eſſēt

in

interdicti.&c. *arg. c. erit autem lex. diſtinct. 4. Belleſtus par. 1. fol.* 14. §. 23. Vere Catolum v. dicere ſolitum legimus, primum prudentiæ gradum eſſe firmum propoſitum non errandi, ſecundum, cum patientia, & bona mente veritatem auſcultare; pa rum enim prodeſt, prudentes, ac fideles eſſe qui optima conſilia ſuggerunt, cum is qui ea excipit, ijs vti neſcit, aut nō vult. *Io. Choc. in Polit. l. 4. c. 2.*

Alterius Partis, ideſt

V. Q. RESOLVTIO.

QVod attinet ad illam quæſtionis partem, an Daniel Epiſcopus appoſitis pœnis, & etiam excommunicationis cenſura, ſtatuere potuerit vt intra ſex menſes niſi teſtator longius tē. pus indulſerit, pia legata à quibuslibet executoribus etiam religioſis exemptis adimplerentur, dico id ei licuiſſe. *vt per Baldum in l. 1. C. de his quæ pœna nom Roman. conſ* 428. *Bottus de Synodo. par. 3. part. 1. concl.* 13. *Maſſobrius c 4. dub.* 64. Ad Epiſcopum enim ſpectat omnia pia loca viſitare, & curare, vt piæ diſpoſitiones executioni mandentur. *Conc. Trid. ſeſſ. 22. de reform. c. 8. Tiraq. de Priuil. piæ cauſæ priuileg.* 149. *Marta de iuriſd p. 2. c. 8. Azor. part. 2. l. 3. c. 40. q. 10. Molfeſ in ſumma tract. 13. c. 5. num. 202. & c. 11. num. 19. & ſeqq. Belleſtus par. 1. Diſq. cler. de fauore clericali.* §. 5. *num.* 65.

Et certum eſt religioſos teſtamenti executores quamuis exempti ſint ſuſceptæ executionis rationem Ordinarijs locorum reddere teneri, Epiſcopos quoq. aſtringi eam rationem ab eis exigere, & eos punire, ſi in eo officio deliquerint, id enim expreſſe dicitur *in Clem. 1. de teſtam. vbi Anch & Bonif. & firmat. Sanchez. l c c. 9. num. 22. Barboſa de Epiſcopo. par.* 3. *Alleg.* 105. *num* 50.

Vnde à lethali noxa non excuſatur Epiſcopus qui non curat vt piæ defunctorum voluntates adimpleantur, & vt deſtinata ad certos pios vſus pro illis deſeruiant, & in alios non conuertantur. *Clem quia contingit. de relig. domibus. c. vltima voluntas.* 13. *q.* 2. Et ſane æquitati maxime conſentaneum eſt, vt ſicut Epiſcopi charitatis igne feruere debent: ita animarum quæ in Purgatorij flāmis torquentur, ſpecialem curam habeant. *Marc. Anton. Genuenſis in Mant. Paſt. c.* 73. *&* 94.

VI. Q. RESOLVTIO.

SExtam dubitationem reſoluimus dicēdo, Danielem, Alexandrum Rectorem regularē, Parochiali officio, & miniſterio audiendarū confeſſionum, aliaq. ſacramenta adminiſtrandi, priuare non potuiſſe; & ratio eſt quia & ſi ſup aīarum curā q̄ ipſi regulares exercēt, Epi authoritatē hēant, & idcirco eos viſitare, & corrigere poſſint, & qui hmōi curæ præficiuntur, ab ipſis Ordinarijs probati eſſe debeant. *c. 1. de capellis monach. in antiq. & c. 1. eodem tit. lib. 6. Conc. Trid ſeſſ. 25. de regul. c. 11. Gōzales ſuper 8. Cancell. gl. 5* §. 3. *n.* 34. *Vgol. de officio Epiſcop. par. 1. c.* 20. §. 4. *Piaſecius in Praxi Epiſc. par. 2. c. 3. nu.* 46. Hoc tamen inter caſus, in quibus Epiſcopus contra regulares procedere valet, non numeratur, De quibus *DD. citati Sanchez. lib. 7. de Matrimon. diſput.* 33 *num* 23. *Barboſa par. 3. de Epiſc. Alleg.* 105. Siquidem cum Alexander perpetua miſſarum onera abſq. Generalis, vel Prouincialis conſenſu, & licentia in ſcriptis ſuſcepit, certum eſt pœnam priuationis officij, q̄ à ſuo Superiore obtinebat, ac perpetuo inhabilitatis ad futura, ex Decreto Vrbani VIII. incurriſſe. Declarare autem eum in illam incidiſſe ad eundē ſuum proprium Præfectum ſpectare. Nam res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem etiā diſſoluitur. *l. nihil tam naturale ff. de reg. Iur* (Sicut etiam regulares Prælati î virtute S. obedientiæ ſuis ſubditis præcipere poſſint vt certa, ac determinata intentione iuxta impoſita miſſarum onera celebrent, & eorū intentionem in ipſa celebratione irritare, ideſt vt ſacrificij applicatio ei valeat cui à regulari Prælato applicatur, non cui à ſubdito ſacerdote aſcribitur. *Fraxinellus de obligat. Sacer. ad miſſ. celeb. ſect. 7. Barboſa de Epiſc. par. 2. Allegat.* 24. *nu.* 28. *Fagundez de præcep. eccl. p. 1. l. 3. c. 10. n. 4.*)

Recepta porro praxis ſatis oſtēdit nullā pœnā ex ceptis cēſuris, q̄ paratā executionē ſecū trahūt, ētſi lex dicat abſq. vlla declaratione, añ cōdēnationē à ꝓprio iudice factā deberi. *Poſſeu. de off. cur. c. 15. n. 29. Zerula in Praxi Epiſ. in v. Priuatio. Bonac. de legibus diſput. 1. q. 1. pun. 7. & de larg. mun. d* 3. *p.* 5. Hinc ſequit̄ Alexandrū ipſo iure ex Decreto à ſuo Præfecto oſſō, & bñficio priuatū anteq̄ declaratoria, vt aiūt ſnīa ferat̄, ſua munera obite poſſe, cū nemo ſeipſū cū infamia ꝓdere teneat̄, nec non quan diù in poſſeſſione manet ab eo geſta valere. &c. *ex l. Barbar. ext. de off. Prat. Nan. cōſ.* 1. *de offic. ord. Vgol. de off. Epiſc. par. 1. c. 4. §. Azor. p. 1. l. 5. c. 8. q. 2. Vecchius in praxi nouit. d. t 4. dub.* 2.

CAP. VIII.

QVAESTIO XXI.

An valida ſit diſpenſatio quando erratur in nomine diœceſis. &c. An hæredes ſine conſenſu Epiſcopi capellanum eligere, & cap llaniam exigere poſſint. Num in excommunicationem Papalem incidat monialis, quæ per paucos paſſus clauſura ianuā egreditur, & ſine vrgenti neceſſitate artificem in monaſterium introducit. An licentiam dare poſſit vt excommunicatione Papali innodatus diuinis

uinis officijs aſſiſtat. Et vt monialis ad ſtrictiorẽ religionem tranſire poſſit. Vtrum Epiſcopus libros hæreticorum legens in excõicationẽ incidat. & an poſſit ſuo confeſſario licentiam concedere ut eũ abſoluat. Nunquid Canonico non Subdiacono concedere valeat vt in Capitulo vocem habeat. An ab excommunicatione Papali regulares exemptos abſoluere valeat, & ſuper eorum in habilitatibus diſpenſare. Et hæreticalia verba ex ioco proferentem nouitium punire.

AVguſtinus Sacerdos diœceſis v.g. Fauentinę, cum ſuper quadam irregularitate ſupplices libellos Sũmo Pontifici porrexiſſet, & diſpẽſationis poſtmodum obtentæ literæ ſcriptorum, & miniſtrorum incuria, & per errorem (exempli cauſa) Imolenſi Epiſcopo exequendæ directæ fuerint, hoc errore detecto, dubitat an illas expedire, & executioni mãdare poſſit. Secundo cum Antonius in quadam ſuæ parochiæ eccleſia Capellaniã fundauerit, ac cum dote erexerit, ſtatuit vt ſingulis hebdomadibus, tres miſſæ celebrarentur, & ſacerdos capellanus à Thadęo eius hærede deligeretur, qui Andream ſine Epiſcopi conſenſu elegit, & mox in ipſum Capellaniam contulit. Vnde nunc quærit, an talis collatio valeat. Tertio cum Dorothea monialis temere, & ſine vrgẽti neceſſitate quẽdam baiulum ſine Superiorum licentia in monaſterium introduxiſſet, & ipſa etiam quatuor pedũ ſpatio ex clauſura exiſſet, etiamſi res toti collegio ſit nota, ei conceſſit vt ſacro, & alijs diuinis officijs intereſſe poſſet, donec illam à cenſura abſoluendi à Romana ſede facultatẽ impetraret. Quartò Euphemiæ eiuſdem monaſterij ſanctimoniali indulſit, vt arctioris religionis prætextu, & ſanctioris vitæ degendæ gratia, ad aliud monaſterium in vrbe ſitum, & ſibi ſubditum tranſiret. Quinto cum ex curioſitate concionem cuiuſdam hæretici in ſcriptis redactam legiſſet, & ſacerdos qui ei eſt à cõfeſſionibus in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini eum incidiſſe dixerit, cum res ſecreta ſit authoritatem ei impertiuit, vt ſeipſum abſolueret. Sexto legem ſoluit, ac diſpenſauit, vt Siluerius Canonicus qui non eſt ſubdiaconatus ordine inſignitus 21. annum agens, ob ingenij acumen, probos mores, ac ſolidam doctrinam, quibus fulget, ius ferendi ſuffragium in capitulo habere poſſit. Septimo cũ Vincentius regularis uir quandam dignitatẽ ſecularibus fauoribus ſibi in ſuo ordine procuraſſet, ac proinde excommunicatione Papali ſit affectus, ac officio illo priuatus, & inhabilis in poſterum ad dignitates obtinendas effectus, nõ ſolum excõicationẽ abſtulit, ſed & eũ in priſtinũ ſtatũ reſtituit. Octauo Paulũ nouitiũ qui inter ſodales ioco dixit ſe in futuro ſeculo vxorem habiturum, ſi in pręſenti vita, vtpote religioſus non habuit, acriter puniuit. Quæritur ergo quid iuris in his 8. quæſtionibus ſtatuendum ſit.

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1. q. reſolutorie deueniendo dico, Epiſcopum Imolenſem diſpenſationem illam expedire poſſe nam licet ex ſanctione *Conc. Trid. ſeſſ. 22. de refor. c. 5.* diſpenſationes quacunque authoritate concedenda, ſi extra Romanam curiam expediendæ erunt, illorum Ordinariis committi debeant, qui eas impetrauerint, quando tamen in reſcripto error circa nomen perſonæ contingit, vt quãdo nomen Petri, Antonij nomine exprimitur, vel etiam quando in diœceſi erratur, vt ſi v.g. Petrus cum quo diſpenſatur, de Diœceſi Mutinenſi eſſe dicatur, & ſi Bononienſis ſit, cum nihilominus hoc diſpenſantis intentionem non mutet, nec ad conceſſionis cauſam pertineat, ſed per accidẽs ſe habeat, dummodo de corpore conſtet, dicendũ eſt ſupplicantis Ordinarium cum eo diſpenſare poſſe. Ita *Salaſ. de legibus d. 20. ſect. 16. num. 123. & Bonac. eodem tract. d. 1. q. 1. pun. 4. num. 6. Geminian conſ. 52. & Tuſch. v. error. concl. 320. contra Sanch. de matr. l. 8. d. 21. n. 39. arg. Merlin. de legit. l. 5. tit. 2. q. 17.* Vbi reſoluit qđ ſi ſcribæ, vel notarij imperitia dictum ſit, Iure reſtitutionis teſtator filio legitimam relinquit, cum dicere deberet, iure inſtitutionis teſtamentum non vitiari, nec omiſſam filii inſtitutionem in ſua legitima dici poſſe, quoniam eius error teſtamento, aut inſtrumento nocere non debet, ſed ad iuris mentem, & partiũ reducendus eſt. Vt autem dixi in *Clment. de hum. vita ſtat. p. 2. c. 6. & ſup. de exam. par. 2. tr. 9. c. 16. q. 51. in reſol.* Dolus, & tabellionum imperitia, mũdum deſtruit, & multorum conſcietias in magnũ diſcrimen coniicit. *ex Bald. l. 2. conſ. 6. & Tuſch. v. notary. concl. 87.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. mihi reſpondendum videtur, licuiſſe Thadęo Antonii hæredi, Andream Capellanum eligere, & capellaniam in ipſam conferre, ac proinde ipſam collationem valere, cum enim in caſu de quo loquimur, ea in titulum beneficii conceſſa non fuerit, ac proinde eccleſiaſtici beneficii appellatione non ueniat, conſequenter fatendum eſt, eius collationem, ſeu capellanorum electionem non ad Epiſcopum, ſed ad fundatoris heredes ſpectare, iuxta *gloſſ. in Clem. fin. v. beneficiorũ de Decimis. Dec. conſ. 210. Molf. ſ. tr. 6. c. 1. num. 78. Riccius de communi teſtãs in Praxi fori eccleſ. Deciſ. 406.* vbi ampliat non eſſe neceſſariam Ordinarii

Digitized by Google

dinari; approbationem etiam ſi capellania in titulum detur quando non per Epiſcopum, ſed per Inferiorem Prælatum cõceditur, qui priuilegium à ſummo Pontifice, vel mandatum ab Epiſcopo in ſua diœceſi non haberet.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q dub. dicimus Dorothæam ſanctimonialem in excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam incidiſſe, tùm ex egreſsu monaſterii, tùm ex introductione baiuli, cum certum ſit, ea affici ſtatim ac aliqua monialis primã clauſuræ ianuam eſt egreſſa, ex *Conſtit. Greg. XIII. Incip. Deo ſacris. Sanch. de Precept. l. 1. c. 15. nu. 6. Bonac. de legibus d. 4. q. 2 pun. 6. nu. 20.* Vel ſi aliquem artificẽ ſine vrgenti neceſſitate, & Superioris licentia, intra monaſterii ſepta introducere auſa ſit. Ex alia eiuſdẽ Bulla Põt. *Incip. vbi gratia, & tradit Suarez. tom. 5 d. 22. ſect. 6. num. 14. Roderiq. in qq. regul. tom. 1. q. 46. art. 1. Barbius de monial. c.* 8. Vnde eidẽ Epiſcopo haud licuit huic moniali licentiam concedere, vt diuinis intereſset, donec abſoluendi facultatẽ vellet à Romana ſede obtineret, cũ res ſecreta non ſit, ſed toti monaſterio nota, prout his verbis decet. *Roderiq. in Sũma. par. 1. c. 8. num. 5.* Non poteſt Epiſcopus, minuſq. eius Vicarius concedere licentiam alicui mulieri excommunicatæ excõmunicatione reſeruata Papæ, vt audiat miſſam, & aſſiſtat diuinis officijs, & communicet cum reliquis fidelibus, quia per viã ſuſpenſionis non poteſt id facere; quia licet reliquæ cenſuræ, vt eſt ſuſpenſio, & interdictum, poſſint ſuſpendi ſine formali abſolutione, excommunicatio tamen non poteſt ſuſpendi, ſed oportet, q̃ adſit abſolutio ab ea, vt ordinatur in iure, & tenet *Ioan. Andr. Abbas & Decius, & alij. l in cap. ad hæc. ext. de appellat.* Quod in tantum eſt verum, vt ſint qui dubitent, ſi poſſit Papa diſpenſare cum excommunicato, vt ſic ligatus exiſtens licite cõmunicet cum fidelibus in miniſteriis diuinis, & humanis, hæc ille. Nihilominus ex communi ſententia ad euitandum ſcandalum, grauem iacturam, vel infamiam, integrum eſt excommunicato miſſæ, vel diuinis officijs abſq. culpa intereſſe, dummodo in mora petendi abſolutionem non ſit, ſiquidem naturale ius de tuenda fama omni humana lege potius eſt. *Nau. c 27. num. 239. Vict. de excom. nu. 13. Squill. de oblig cler. p 3. nu. 41. Angles de Euch. q. 2. diff. 4. Graffij s l. 2. Deciſ. aur. c 63 num. 36. Sà v. cenſura num* 4.

Si vero hęc excommunicatio occulta foret, poſſet vtiq. Epiſcopus ab ea abſoluere virtute. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 6.* vbi omnes occulti caſus ſibi conceduntur, vt ait *Sanchez. d. l. 6. c. 15. n. 76.*

Quinimo etiamſi caſus eſſet manifeſtus, & publicus, abſolutionis beneficiũ impẽdere ei liceret, cum iuſtum impedimentum ſummum Pont. ſicẽ adeundi ſubeſt, nam nec Romam mittere, vel ſcribere tenetur. *Sayrus l. 3. de cenſ. c. 28. nu. 38. Vgol. d. tract. tab. c. 4. §. 5. num. 13. Peregr. de duello. q. 37. num. 9. Duard. in Bulla cœna. l. 4. §. 2. q. 8. Barboſa p. 3. Alleg. 41. num. 6 & ſeq. Facũd. de præcep. eccleſ. præcep. 2. l. 8. c 8. nu. 23. Nald. in v. monialis. num 9.* vbi *ex deciſ. 25. Rom. not. tit. de ſent. excom.* ſic ait: Moniales etiam ob enormẽ exceſſum ab Epiſcopo abſolui debent, quia extra clauſtrum exire non poſſunt. Et Epiſcopus etiam in exemptas Papæ authoritate fungitur; & licet habeant Generalem, tamen ob reuerentiã ordinis Epiſcopalis hoc Epiſcopis indultum eſt. ut & tetigimus ſup. *c. 7. q. 20. Reſol. 2.*

IV. Q. RESOLVTIO.

RD 4. q. dico, quod cum tàm olim, quàm nũc monialibus integrum fuerit ad aliam perfectiorem religionem *tranſire. c. 1. 20. q. 4.* vbi *gloſ. in v. virgines, & in c. 1. v perpetua. de ſtatu regul. in 6.* vbi etiam *Archid. Dominic hoc notant. & Abb. c. fin. ext. de ſtatu monach.* nec conſtet vbi hoc ius cõmune ſit ſublatum in Bulla *Pij v. Incip. Cũ decori* tantum prohibeatur, ne moniales ſine conſenſu Superioris, & non niſi in caſibus ibi exceptis, è monaſterio egrediantur; hinc ſequitur, vt Epiſcopus Euphemiæ Deo ſacratæ virgini ad aliã ſtrictiorẽ religionem migrandi licentiam dare potuerit. Et quamuis *c. licet. de Regul.* de ſolis religioſis viris loquatur, rationes tamen in eo tradita ad honeſtatẽ huius tranſitus ſuadendam, æque in monialibus procedunt, vt reſoluunt, *Sanch. l. 6. de præcpt c. 7. num. 6. & Rodriq. tom. 3. qq. regul. q. 53. art. 6. Sanctarellus de apoſt c 8. dub 1. nu 38.* vbi etiam addunt, quod ſicut religioſus, qui Spiritus Sancti inſtinctu ducitur, ad aliam arctiorem religionem petita licentia, quamuis non obtenta, tranſire poteſt, ita etiam de moniali ſtatuendũ eſt, ſatis enim eſt ſi illam petat. Tutius tamen eſt vt in praxi, & caſu contingenti, Apoſtolica Sedes, ſi fieri poteſt, conſulatur; nam vt ex S. Congregatione refert. *Barboſa de Epiſcopo alleg. 102. num. 25.* in ſimili re, ex permiſſu Pontificis de conſenſu Epiſcopi moniales ab vno monaſterio in aliud cauſa nouæ fundationis, correctionis, vel reformationis, trãsferri poſſũt. Quandoquidem in huiuſmodi tranſitu & vitæ mutatione maturo conſilio opus eſt, ne fragili ſexui materia, & anſa vagãdi, & in laqueũ Diaboli incidendi detur. *l. ſi mulier C. ad Vell. D. Hieronym. in reg. Monach. ad Euſtoch. c. 16.* Cum vix aliud ſit quod magis mulierum pudicitiæ obſtet, quam vagatio. *vt per Tiraquel. l 9. connub.* Et diligen-

ligenter inueſtigandum eſt an in eo monaſterio in quod transferri cupit, maior reuera obſeruantia vigeat. Nam ſigna veræ religionis hæc fere ſunt. Primo ſi in ea paupertatis votum obſeruetur. Secundo ſi obedientia ſimplex, & integra erga Superiores colatur. Tertio ſi cum propinquis, & amicis exiguam communicationem habeat. Quarto ſi ibi nullæ ſint cõtentiones, & iurgia. Quinto ſi ambitio, & honorum affectatio abſit. Sexto ſi animarum zelus vigeat, nec labores defugiantur, & amor adſit orationis, ita vt Martha à Maria non diſiungatur. *Platus de bon. ſtat. relig. c. 35.*

Addo ex *Bonac. de clauſura q. 2. pun. 5 ex* §. 3. *diſp. 1. num.* 11. Sacrã Congregationẽ velle ad ſe recurſum haberi, dum monialis ad aliud monaſterium transferenda eſt, neque licentiam concedere ſolet, niſi quibuſdam ſeruatis conditionibus quarum prima eſt, vt aliud monaſterium illam recipere ſit paratum. Secunda vt dotem afferat. Tertia vt ſpe ad priſtinum monaſterium redeundi careat. Quarta vt translatio recta via grauibus matronis conſanguineis comitãtibus fiat. De qua re alias.

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. q. reſpondeo huiuſmodi Epiſcopum, q; hæretici concionem ſcriptam legit, cum ſupponatur, in excommunicationem in Bulla cœnæ Domini contentam incidiſſe, non potuiſſe Cõfeſſario ſuo facultatem dare, vt ipſum ab ea abſolueret; nam ex veriori, & communiori ſententia, notum eſt hodie Epiſcopis non licere ſuper caſus vel occultos in Bulla cœnæ reſeruatos, abſolutionem impendere, & per conſequens authoritatem illam alijs committere non poſſe. *Azor. p. 1. l. 8. c. 19. q. 3. c. 10. q. 10. Suar. tom. 4. d. 30. ſect. 2. nu. 11. Garzias de benef p. 11. c. 10. num. 115. Genuenſ. in Praxi Neap c. 65. Barboſa de Epiſcopo p. 1. Alleg. 40. num.* 21. Contra aliquos recentiores preſertim *Duardum in Bulla cœna Domini l. 12.* § *2 q 9. num. 18. & Fagundez de precept. eccleſ. q. 2. l. 8. c. 8. num. 10.* & innumeros antiquiores, & apud *Sanchez. de precept. l. 2. c. 11. & Sanct. de hæreſi. c. 5. dub. 1.*

Porro ea cẽſura affici eũ, qui vel breuẽ ſcripturã concionem hoĩs heretici cõtinentem, etiamſi non eſſet typis mandata, ſeu etiam ob ſolam curioſitatem legiſſet, & Epiſcopos, Primates, & Cardinales, ab ea non excuſari, cum hæreticorum libros legendi facultatem non habeant, ex cõmuni tradit. *idem Sanctarellus. l. c. c. 13. dub. 1.* Dicit tamen *Duardus in Cenã Domini. l. 3.* §. *2. q. 9. num. 19.* quod ſi Epiſcopus ſi in cẽſuras, & caſus reſeruatos, vt ſupra incidere cõtingeret, vel aliquo legitimo impedimento detentus, ſummum Pontificem adire non poſſet, tunc poteſtatem à iure ſibi traditã impeditos abſoluendi, poſſet Vicario generali, vel alteri cõmittere, quò ei abſolutionis beneficiũ impertiret. *arg. Sanchez. l. 2. de matr. nu. 13.* cũ ſeq.

Nihilominus non eſt improbabilis eorum ſententia, qui tenent legitime impeditum non cenſeri, qui pro obtinenda abſolutione per alium mittere, vel per ſcripturam facultatem obtinere poteſt. *Caiet. in v. excõicatio. c. 69. Graff. l. 1. Deciſ. aur. c. 13. n. 80. & l. 4. c. 15. num. 72. Finell. de caſib reſer. c. 8. num. 10. Sà in v. abſolutio ab excommunicatione. num. 8. Henriq. l. 3. de pænit. cap. 9.* § *7. in gloſſ.* Sicq. In praxi in viciniorib. Romæ locis receptum videtur. *Arg. Molfeſ. tr. 7 c. 9. n. 24. M. Ant. l. 1. reſ. fin. caſ.* 54.

V I. Q. R E S O L V T I O.

AD 6. q. dicimus, quod & ſi iuuenes quibus eruditio, & virtus ſuffragatur, à conſilijs Principum, & Epiſcoporum interdum excludendi non ſint, nam ſæpe ex Menandro.

Cani indices ſunt ætatis, haud prudentiæ.

vt vere etiam dixerit Plautus.

Non ætate verũ ingenio adipiſcitur ſapientia.

Non licuit ei tamen Siluerio concedere, vt nõ ſubdiaconus in capitulo, vel collegio canonicorũ, ius ferendi ſuffragium, ſiue vocem haberet, cum hoc *Clem. vt ij. tit. de ætate & qualit. & Cõc. Trid. ſeſſ.* 22. c. 4. sãctionibus aduerſetur, ſuper quas Eps diſpenſare non poteſt. *c. cum inferior. ext. de maior. & obed.*

Quod ſi contingat, dũ electio fit, vel quid aliud peragitur, vt Canonicus interſit, qui ſubdiaconus non ſit, nõ ideo tamen irritum eſt quod agitur, ſed eius Canonici ſuffragium cum aliis non numeratur. *Io. And. in c. quod gratioſe. de regul in 6. Azor. par. 2. l. 3. c. 11. q. 20.*

Dicit vero *Roder in qq. regul. tom. 1. q. 8. art. 6.* in regularibus prædictum Decretum locum non habere, ſi enim in aliquo religioſo ordine etiam in ſacris non conſtituti, ex vi conſtitutionum, vel conſuetudinis, ad capitulares actus admitterentur, hoc licite fieret.

VII. Q. R E S O L V T I O.

AD 7. q. reſpondendo dicendũ eſt Epiſcopum abſoluere potuiſſe Vincentium regularem virum ab excommunicationis laqueo, in quem ob procuratos, & mendicatos fauores, vt in religione dignitatem conſequeretur, incidiſſe conſpicitur. Siue enim cenſura illa reſeruata non ſit, illam tollere poſſe conſtat *ex c. nuper. ext. de ſent. excom. Suar. de legibus l. 6. c. 14. Filliuc. tom. 1. tr. 11. c. 9. q. 4. Tuſc. v. Epiſcopus, concl.* 276. Siue etiam Sũmo Pontifici reſeruetur, ſed nihilominus occulta ſit, per *c. liceat Conc. Trid. ſeſſ.* 24. cã auferre illi

inte-

Integrum eſt,dummodo ipſe Vincentius de licentia ſui Superioris ſe Epiſcopo ſubiecerit, nam iure communi, & ſecundum quoſdam iure diuino Paſtoris officium competit circa abſolutionem ſubditorum (quo nomine etiam exempti veniunt) à peccatis, & à cenſuris pro conſcientiæ foro. Idemq.dicendum eſt de irregularitate,vel inhabilitate ob delictum potiſſimum occultum cõtracta. *Henriq.l.14.de irreg.c.19.num.2.& l.3.de excom.c.56.nu.2. Roder. tom.1.qq.regul.q.24.ar.17.Sanchez.l 6.c.15.Beiapar. 4.reſponſ caſu* 37. vbi etiam tradunt,eadem facultate gaudere oẽs generales Præfectos,& Prouinciales,necnon Superiores locales ordinum mendicantium, & eorum priuilegijs fruentium,cum in ſuos ſubditos quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habeant.

Sane religioſos exemptos ex ſui Superioris licentia eadem poteſtate potientis,poſſe Epiſcopis ſubijci,vt à caſibus etiam Papæ reſeruatis ſecretis abſoluantur,& cum eis in irregularitatib. & inhabilitatibus diſpenſatur, docet. *Sayr.l.9.c.7.num.*23.*Sanch.l.2.de pracep. c.*11.*num.*10.*& l.4.c.39.num.27.Molfeſ.tr.11.c.15.num.*131.*Bonac.de cenſ.d.1.q.3.punt.2.num* 5.*& de legibus d.4.q.2.pun.*7.§ 4.*num.9.* Dummodo tamen Epiſcopus, (qđ ſemper Deus auertat) non ſit nominatim excommunicatus, non toleratus, ſuſpenſus, interdictus, vel irregularis;nam nec valide abſoluere à peccatis,vel ſuper aliquo impedimento diſpenſare valeret,nec alteri ſacerdoti vt id præſtet licentiam dare,vt ex probabiliori ſententia reſoluit. *Sanch. l.3.de matrim. d.*21.*num.* 7.*& Fagundez l.8. de pracept.c.*8 *pracept.2.num* 4.

Porro omnibus religioſis,iure Pontificio,indiſtincte ambitũ interdictũ eſſe,exploratũ eſt.Hinc Simmacus relatus in. *c.nullus* 1.*q.*1. Nullus inqt per ambitum ad Epiſcopalem honorem permittatur accedere, nam cum hic exceſſus in laica conuerſatione culpetur, quis dubitat,quin religioſis, & Deo ſeruientibus incutiat opprobrium? Idem confirmatur.in *c.officij.ext.de elect.c.quorumdam eodem tit.l* 6. Clemens VIII.in Conſtit. Incip. religioſos viros, & Paulus V.in Bulla, quæ incipit, *Q̃m nemo.Nau.cõſ.*29.*de ſen. exc.Nal.v.ambitio.*

Quippe ex *Cicerone l.1 officiorum, & Decian. tom.8.ri.de amb.c.*2 1 virtute licet ambire, ſed non fauoribus. Sicuti de Theodoſio Imperatore ſcribitur,quod non quæſiuit purpuram,ſed ab ea quæſitus eſt, Vnde Claudianus,

Hæc ſunt innumeris per ſe quæſita trophæis,
Non generis dono,non ambitione potitus.
Digna legi virtus,vltro ſe purpura ſupplex
Obtulit,& ſolus meruit regnare rogatus.

Et infelicem ac pernicioſum,eſſe illorum exitum, qui in cathedra peſtilentiæ ſedent,lamentans eorum religioſorum uox oſtendit,

Ambitio,& crapula duxerunt nos ad tartara.

vt per *Mart.Delriũ tom.3.Diſq mag.l.*6.*c.*2.*ſect.*3.*& Anton.Dauret.in Catech.hiſt.tom.3.c.6.tit.*6 Quæ autem ſpiritualia remedia, & antidota ad ambitum reprimendum ſint adhibenda conſulenda ſunt à nobis tradita.*par.*1.*tract.* 6.*c.* 2.*q.*6.

Conſectaria notanda.

ILlud tantum hic notandum videtur. Primo illũ graui pœna à Præfecto regulari multandũ, quem nedum deprehenderit, ſed ſolum olfecerit, dignitatem aliquam procuraſſe, tùm vt is qui deliquit,attentior, ac correctior fiat,nam qui ſtultus fuit in culpa,ſapiens efficitur in pęna. *c.qui ea. diſt.*38. tùm vti cæteri à ſimiliter exceſſibus quos puniri reipub.intereſt, deterreantur, cum pœna vnius ſit metus multorum.*l.capitalium §.famoſos. ff.de pœnis.c.tanta.ext.de exceſſ.Prælat. Aulus Gel. l.6.Noctium Atticar.c.*14.Siquidem iuſtitiæ rigor communitates conſeruat. Hinc *Petrus Dam.l.*7. *epiſt.*10.ad Ducem Tuſchiæ ſcribens,illud,inquit; Non parum diſplicet,quia in plectendis flagitijs, & temerarijs hominum auſibus coercendis remiſſior cerneris eſſe quàm debeas. Et dum peccatoribus parcis,augere peccata conuinceris, eneruato quippe rigore iuſtitię, ſtatus euertitur diſciplinæ. &c. Dixi ſupra religioſum ſic delinquẽtem à Pręfecto regulari puniendum eſſe, quia Epiſcopus in eum animaduertere non poſſet,niſi extra clauſtra notorie,ac ſcandaloſe deliquiſſet, iuxta *Cõc.Trid. ſeſſ.*26.*de regul.c.*14.*Nau.comment.*2.*de regul.nu.*63. *Rodriq.tom.*2.*qq.regul.q.*2.*ar.*6.*& q.*63.*ar.*4.

Secundo obſeruandũ q̃ ſi regularis ob pręfecturam procuratam,& adeptam,in Papalem cenſurã incidiſſet ,prout in aliquib. religionib. incurritur. *Nau.conſ.*20.*de ſent.exc.Nald v.ambitio.& v eligere.* ei integrum eſt facultatem alteri delegãdo ab ea abſolutionis ſi occulta ſit beneficiũ obtinere, vt in caſibus occultis.*ſacra Congreg.Card ſeſ.*24. *de refor.c.*6. Imo ſi caſus publicus eſſet, & ratione impedimenti, vel imminentis neceſſitatis ſibi cõpeteret,illum alteri demandare licebit.ex cõi.

VIII. Q. RESOLVTIO.

AD 8. q. reſpondendo ſic eam reſoluendam puta[..]mus,dicendo, quod & ſi dictum, vel factum iocoſum, regulariter pœnam non mereatur, nec lubricum linguę facile ad eam ſit trahendum. *l.obligationum ſubſtantia §.vlt. ff.de act & oblig.l.*1.*C.ſi quis Imp. maled.c.*1.*de ſent.excõmu. Bald.& Caſtrenſ.in l. nemo C.de Epiſc.aud.Toſch. v.lubricum. concl.*444. In crimine tamen hæreſis aliter iudicandum eſt, nam ſi quis iocoſe quippiam in fidem,in Deum,vel in Sãctos protulerit, profecto puniendus eſt, peſſimi enim exempli res

eſt, cum rebus diuinis iocari, vt propterea etiam de fide ſuſpectus reddatur, qui per iocum impia verba dixerit, vt recte tradit. *Ioannes Gerſon. par. 2. tract. vlt.* Addito illo memorabili verſiculo.

Non patitur ludum fama, fides, oculus.

Prout etiam dicimus regulariter iniuriam nõ præſumi per iocum illatam propterea qui eum qui hoc dicit ſaltẽ per iurum probare teneri. *Maſcard. conclu. 902. Barboſ. in Collect. Iuris Canon. tom. 1. tit. de Præſumpt.* Quod ſi noxius ludus, & perniciofus, iure punitur, ſi merito iocandi genus in tempeſtiuum, illiberale, petulans, & obſcœnum ab omnibus vituperatur multo maiori vituperatione, reprehẽſione dignum ſit iocandi genus irreligioſum, contumelioſum, flagitioſum, impium, & hæreticum, vt ait *Simancas in Inſtit. Cathol tit. 17 n. 23. & ſeq.* vbi & ex Laertio refert olim Stilponẽ maxime facetum dixiſſe, Mineruã non eſſe Deũ, qua ex re cũ in Ariũ pagũ pertractus fuiſſet, nihil inficiatum ferunt, imo recte ſe locutum aſſeruiſſe, non. n. Deum eſſe, ſed Deam, Deos quippe mares eſſe: nihilominus Areopagitas in nullo placatiores factos, continuo ipſum vrbe excedere iuſſiſſe. Num autem per Epiſcopum, vel per Inquiſitorẽ huiuſmodi impius plecti debeat, nonnulli Doctores in cõtrouerſiam verterunt, verior tamen, ac in praxi receptior opinio eſſe videtur, per violatæ religionis Iudicem, ideſt Inquiſitorem, in eum eſſe animduertendum, quoniam, ex quo vis hæreticalia dixit, aut fecit, ſtatim eius iuriſdictioni ſubijcitur, explorare autem an pro iocum, vel ſerio ea ſint aſſerta, ad eundẽ ſpectat, hodie. n. hereſis delictum ad Inquiſitores pertinet, priuatiue quò ad omnes alios Iudices, non excluſo tamen iudicio Ordinarij coaſſiſtentis dictis Inquiſitoribus in cauſa propriæ ouis, vt decreuit Paulus V. in Bulla incip. *Romanus Põtifex*, Adhibitis ẽt ſeueriſſimis pœnis contra religioſorum Superiores intromittẽtes ſe ulterius hac in re in ſuis ſubditis, eoſq. illico ad ſanctum tribunal non deferẽtes. *Ghiſler. de Iud. reg. c. 9. Nal. v. hæreſis. n. 25. & v. nouitius. n. 7. Barboſa de Epiſcop. p. 2. Alleg. 40. nu. 39 Meg. conſ. 21.*

Quidquid ſit de illa quæſtione an nouitius in aliquod illud delictum incidens à Prælato regulari, vt notius à ſeculari Iudice puniendus ſit, de qua videatur *Io. Andr. Gemin. & Francus in c. beneficium de regul in 6. Azor. p. 1. l. 12. c. 2. q. 11. Rodriq. tom. 2. q. 2. ar. 10. Suar. tom. 3. de relig. l. 5 c. 16. Sanch. l. 6. de præcep. c. 10. Farinac. de delictis, & pœnis de inquiſit. Amp. 16. num. 46.*

Sed qua pœna plectendi ſint, qui iocoſe hæreticalia protulerunt, cum iure cautum non ſit, Iudicantis arbitrio relinquitur. Sicuti etiam eius iudicio committitur quando nam hæc incauta, & temeraria locutio lethalem culpam ſecum trahat, vt & cætera particularia, quæ in humanis actionibus conſiderantur, horum enim determinatio varijs circumſtantijs conſideratis, humanæ prudentiæ ſubiacent, *D. Thom. 2. 2. q. 18. ar. 7.* In quo illud exploratum eſt, hos velut hæreticos non eſſe puniendos, ſed leuius ut repente, inconſiderate, ac ſine plena deliberatione dicta fuerunt, quia ad hæreſim conſtituendam neceſſaria non concurrunt; videlicet error in intellectu, & pertinacia in volũtate; niſi qui dicterium protulit, in eo perſiſteret, veluti ſi quis iocando, vt à nobis poſitum eſt, & eſt in hac materia ſcribentium frequens exemplum, diceret ſe habiturum vxorem in alio ſeculo, poſtquam in hoc non habuit, ac poſtea in ea ſtulta sẽtentia perſeueraret. *Pegna in 3. par. ad direct. Inq. comment. 17. Farinac. de hæreſi. q. 179. §. 4.* & alij communiter.

Potiùs illud veriori calculo receptum eſt, internum etiam hæreticum, qui ſuam hæreſim in qua modo non eſt, per iocũ prodidit, in excommunicationem in Bulla cœnæ Domini contentam nõ incidere, quia nõ illam aſſerit, ſed tantum narrat, aut refert. *Vict. in 22. q. 11 ar. 3 Sayr. l. 3. de cenſ. c. 4. num. 31. Duard. in Bulla cœnæ l. 2. can. 1. q. 24. n. 36.* & alij.

QVÆSTIO XXII.

An Epiſcopus eum qui puellam cum qua ſponſalia cõtraxit rapuit, declarare poſſit in pœnas raptus incidiſſe. Num excommunicare poſſit religioſos ad publicas proceſſiones ire renuentes. An punire monachos, qui in ſuis monaſterijs ſacra ſcriptura lectionem habere nolunt. Nũquid dare facultatem valeat vt vidua in monialium monaſterium ingrediatur, & ibi uſq. ad mortem pmaneat. An ei fas ſit clerico religionem ingredienti concedere, vt poſt profeſſionem penſionem in vſus quos voluerit abſq. Superioris licentia expẽdere poſſit. An diſpenſare cũ ſacerdote de crimine nefando conuicto, & condemnato, vt celebrare poſſit. Num pariter abſoluere ei liceat ſuſpenſum per Cõſtitutionem Pij 2. Et confeſſarium ſuſpendere qui pecuniam reſtituendam ſibi retinuit. Eum etiam excommunicatum declarere, eo quod tormentum manuarium, ſeu vt dicunt archibuſettum menſura duorum palmorum breuiorem deferre deprehenſus eſt.

Clemens cum ſponſalia iniſſet cum Hortẽſia nobili, ac opulẽta puella, inſcia auia ſua, ſub cuius degit cura, & Lucius eius riualis, varijs artib. eã ab ipſo diuertere, & ad ſe pellicere, ac inducere ad matrimonium cum ſe ipſo contrahendum niteretur, illam volentem rapuit, & ad propriam patriam conduxit, & matrimonium ibi contraxit. At Amadeus vrbis puellæ Epiſcopus, ut Lucij

ſibi ſanguine coniuncti cauſæ faueret, ipſum Clementem excommunicatum, & matrimonium inualidum declararit, & in pœnas raptus, publicis ſchedis eccleſiæ valuis appoſitis, incidiſſe pronunciauit.

Secundo quoſdam monachos, & quandam, vt dicunt, Cōfraternitatem excommunicationis cēſura perculit, quia ad publicas ſupplicationes pro auertendo imminente peſtis periculo, ab eo inſtitutas ire renuebant.

Tertio quoſdam alios monachos pecuniarijs pœnis mulrauit, quod ſacræ ſcripturæ lectionem in ſuo monaſterio habere nolebant.

Quarto Luciæ viduæ facultatem dedit, vt in quoddā ſanctimonialium monaſteriū recipi poſſet, ibiq. vſq. ad mortē in laicali habitu pmanere.

Quinto Gulielmo clerico religionem ingrediē ti conceſſit, vt penſionem quam in ſeculo habebat retinere poſſet, & in quos ſibi placeret vſus independenter à voluntate Superioris expendere.

Sexto cum Georgio de nefando crimine conuicto, & cōdēnato diſpenſauit, vt celebrare poſſet.

Septimo cum Philippus regularis ſacerdotium ante legitimam ætatem ſuſcepiſſet, eum à ſuſpenſionis cenſura abſoluit. Quem cum paulo poſt ad audiendas confeſſiones admiſiſſet, & cum quādam pecuniæ ſummam ſibi à quodam pœnitente datam vt reſtitueret, pro ſe retinuiſſe comperiſſet ab audientia confeſſionum ſuſpendit, & etiam excommunicatum eum declarauit, eo quod manuarium tormentum, ſeu, vt vulgo aiunt, archibuſettum duorum palmorum menſura breuiorē deferre à ſuæ curiæ ſatellitib. ſit deprehenſus. Quæritur an Epiſcopus in his caſibus recte egerit, & qd iuris ſtatuendum ſit. &c.

I. SVPPOSITVM.

SVpponēdum eſt, quod ſæpe alias aduertimus, (ſed vt ait. *Seneca epiſt.* 27. Nunquam nimis dicitur, quod nunquam ſatis dicitur; quibuſdam remedia monſtranda, quibuſdam inculcāda ſūt.) *Sacroſanctam Synodū Trid. ſeſſ.* 25. *de ref. c.* 1. Epiſcopos, & eccleſiaſticos monere, vt omnem humanum erga fratres, nepotes, propinquoſq. carnis affectum, vnde multorum malorum in eccleſia ſeminarium extat, penitus deponere ſtudeant. Nā vt ait etiam. *Pet. Bleſſ. l. de amicit. c.* 3. Naturalis amor modeſtiæ legem tranſgreditur, ſæpe Dei, & ſuæ ſalutis obliuiſcitur ex nimia teneritudine, & affectione ſanguine coniunctorum. Et ſi *D. Anton. p.* 1. *tit.* 6. *c.* 1 §. 2. vt par eſt fidē habemus, vſq. eò hic affectus percurrit, vt in idolatriam dilabatur. Multis quidam Prælatis, ait *Landulfus de vita Chriſti p.* 1. *c.* 68. & *Roder. de Chriſt. perfect. par.* 2. *tr.* 5. *c.* 4. *Ludouicus à Ponte in tract. eodem tom.* 4. *tr.* 1. *c.* 9. §. 2. procurat diabolus amicorum carnaliū multitudinem, ut eorum in carnali affectione, & promotione obſcuret dignitatem, & ſanctitatem, vt propterea quidam dixerit.

Cum factor rerum priuaret ſemine clerum
Ad ſatanæ votum ſucceſſit turba nepotum.

vt dixi ſup. tract. 1. *c.* 5. *q.* 25.

Hæc quoq. eſt vna ſpecies fraudis diaboli, vt loquitur. *Pallad. in hiſt. Lauſ. num.* 6. qui prætextu amoris in cognatos efficit, vt auaritia naſcatur. *Et. D. Baſilius Cōſt. Monaſt. c.* 21. Quin accidit inquit, plerūq. vt ex immoderata erga ſuos beneuolētia, monachus, vt ppinquorū inopiæ ſuccurat, ſacrilegij ſcelere obſtingere ſe nō dubitet. Quare teſte *Cardin. Paleot. tract. de ſenect.* Sicut in ſecularium virorum vita ſtudium poſteritatis propagandæ reprehendi non meretur, ſed ſua potius laude dignū eſt, quando illius finis ad Dei gloriam dirigitur, nec ambitionis ardore pueritur, nec auaritia ſordibus corrūpitur, aut alio crimine quod Dei præceptis repugnet, non violatur. Sic in eccleſiaſticis, qui ad ſpiritualia præcipue conſectanda inſtituti ſunt, hæc ipſa cupiditas patrum illorum muneri conſentanea videtur, cum ſacris literis inſtructi eſſe debeant, vera poſteritatis monumenta, ex ſolida uirtute, & cęleſtium meditatione, non. ex caduca familiæ, aut conſanguineorū ſucceſſione eſſe ab illis cōparanda. D. Carolus Borromęus dicere ſolebat, eccleſiaſticos viros cum cognatis ſuis conglutinationem animi quādam cauere oportere, quorum miſericordia precibus, ſuauitate, facillime inflecti, & à vitæ contemptu, à ſacris laboribus, à iuuādis liberaliter egenis, aut cari poſſent: tū adduci quoq. vt multa ſæpe Deo minime grata facerēt, quo propterea de ſeipſo diceret, Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ. Non tamen negatur, nec auferrur naturalis obligatio propinquis ſubueniendi ſi illi egeant, neq. id Canones Sanctiq. Patres prohibent, ſed id tantum commendant, vt paupertatis titulo de boniseccleſiæ illis opem ferant. *D. Thomas* 22. *q.* 33. *ar.* 9. *c. non ſatis. diſt.* 85. *Lud. à Ponte l. c. Inſt. in Tob. c.* 2. *verſ.* 2 *in Docum. Tuſch. in v. charitas. cōcl.* 220. *Bellet. in Diſq. cler. tit. de bonis.* §. 11. *Burſatus conſ.* 226. *num* 90. & *Carol. à Baſ. Pet. in vita. D. Carol. l.* 7. *c.* 18.

II. SVPPOSITVM.

SEcūdo ſuppono, ex *Cōc. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 13. Oēs exemptos tàm clericos ſeculares, quàm regulares, his exceptis, qui in ſtrictiori clauſura viuunt, ad publicas ſupplicationes accedere, ab Epiſcopo compelli poſſe. An autem ad id cenſuris diſtringi valeant? Pluries per ſacram Card. Congre

 gatio-

gationem hoc nefas eſſe refert. *Quaranta in ſũma Bullarij in v. Præcedentia, & reſoiuunt Roder. in ſũ. tom. 1. c. 74. nu. 4. Sanch. l. 7. de mat. d. 33. n. 23. cõtra Marcerat. Deciſ. 35. dub. 2.* Cõfraternitates vero laicorum, vt ad publicas proceſſiones eant cogi per Epiſcopum non poſſe, ſed ſolum inuitari, declaratũ fuiſſe refert *Io. Frãc. Leo ĩ Theſ. fori eccl. c. 13. n. 122. Vgol. de Epiſc. par. 1. c. 6. 1. nu. 18. Riccius in Praxi fori pariter eccl. reſol. 362. Cãp. in diuerſ. iur. can. rub. 17. c. 13. n. 122. Vgol. de epiſc. p. 1. c. 11. Paſecius. in Praxi Epiſcopali p. 2. c. 3. n. 32. Barboſa de Epiſcopo. par. 3. alleg. 78. nu. 24.*

Quæ autem ſint iſtæ publicæ proceſſiones, quo modo, & ad quas eccleſias ſint dirigẽdæ, ſacra Cõgregatio Epiſcopi arbitrio remittit, nempe ſi pro bono publico indicantur, vel aliàs fieri ſint ſolitę, vt in feſto Corporis Chriſti, in litanijs maioribus, & minoribus, de quibus fuſe. *Cou. l. 4. var. reſol. c. 20. Baron. in Martyrol. die. 20. Apr. Gratian. in Diſcept. for. c. 1. q. 4. nu. 22. Et nos ſup. c. q. 16. Reſol. 4.*

Idem dicendũ de illis, quæ in Iubilæis, vel imminente peſte, vel alio flagello, & huiuſmodi, indici ſolent, inter omnes enim conuenit adeſſe præceptum orandi in maxima, vel priuata, vel publica neceſſitate. *Valentia in 3. par. diſp. 6. q. 2. pun. 3. Azor par. 1. l. 9. c. 10. q. 14. Arrag. 22. q. 83. ar. 3. Leſius l. 2. c. c. 37. dub. 3.* Siquidem,

Flectitur iratus voce rogante Deus,
Et Dominum mundi flectere vota valent.

Clem. 1. de reliq. & ven. Sanct. Et Deus in omnibus afflictionib. iubet nos per preces ad ſuum præſidium confugere dicens *pſalm. 49.* Inuoca me in die tribulationis, eruam te. &c.

De controuerſia vero in p̃cedentijs ſedãda ab Epiſcopis, deq. exitu ad publicas ſupplicationes vide *Conc. Trid. d. ſeſ. 24. de reg. c. 13. & Conſt. Greg. c. 13. incip.* Expoſſit de qua apud *Paſec. l. c. nu. 48. Quar. in Bulla v. Præcedẽtia. Genuẽ. in* Praxi *Neap. c. 64. Barb. de alleg. 78.* Aliqua ad hæc facientia p *Menoch. conſ. 27. Gratian. in diſcep. for. c. 298. Gutier. l. 1. canon. q. c. 35.*

III. SVPPOSITVM.

TErtio ſuppono ex *Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de regul.* nemini licere intra ſepta monaſterij ingredi, cuiuſcũq. generis, ac conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint, ſine Epi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtẽta, ſub ex cõis pęna, ipſo facto incurrenda; & talẽ licentiam ab Epõ, uel Superiore in caſibus tantum neceſſariis dandam eſſe. Cauſa autem ad ingrediendum ſanctimonialium monaſteria non requiritur vt ſtrictiſſima ſit, aut quod abſolute, & ſimpliciter, vt aiunt, neceſſaria exiſtat, ſed ſufficit, vt quædam moralis, rationabilis, & manifeſta neceſſitas adſit. Verba enim cõſtitutionum, vel legum ciuiliter, & modo honeſto, ac poſſibili ſunt intelligenda. *c. erit. autem. diſt. 4. Gloſſ. in c. ſi poſtquã. de elect. lib. 6. Roder. in qq. reg. tom. 1. q. 40. ar. 4. Miran. de Monial. q. 2. ar. 4. Campan. in diuerſ. iur. can. rubr. 12. c. 16. num. 25. Barb. de Epiſcopo p. 3. alleg. 102. num. 48. Vgol. de officio Epiſcop. 1. c. 21. §. 3.* Et licet Epiſcopus in caſu non neceſſario ingrediẽs in pœnam excomunicationis non incidat, tum qa nullus Canon id ſanxit, tùm quod iuris pœnam quis non ſubit, vbi id expreſſum nõ eſt: Moniales tamen licentiam etiam in caſibus non neceſſariis alios introducentes eam non effugiunt, ac dignitatibus ac officiis, priuantur, & ad illa, & alia in poſterũ obtinenda, inhabiles reddũtur, vt habetur in *Cõſt. Greg. XIII. Incip. vbi gratia.*

Et quidem ſi de maribus loquamur, cauſa neceſſaria eſſe poterit ipſarum ſacrarum virginum animarum ſalus, ſi nã aliqua ægrotet; eius Cõfeſſarius qui etiã Parochi vice fungitur, in monaſterij ſepta quò ſacramenta adminiſtret, ingredi poterit. Secundo vbi corporis ſalus exigit, vt ſi ægræ medici, vel chirurgi opera egeant, & huiuſmodi. Tertio ſi monaſterii neceſſitas, & vtilitas id requirat, vt exemplum dari poteſt in fabricatoribus, fabris lignariis, molitoribus. &c. (licet enim ingredi pro aliquo opere exercendo, quod commode extra monaſterium expediri nequit.) Licentia tamen ſemper in ſcriptis ab Epiſcopo, ſi fieri poteſt habeˈri debet. *Sanch. l. 6. de precept. c. 16. nu. 32.* Quarta cauſa erit viſitatio: ſi nanq. Epiſcopus eas viſitare velit ingredi poterit, non tamen ingreſſus ad ſuum arbitrium ei permittitur, ſi neceſſaria cauſa non adſit in quo etiam caſu paucos eoſque ſeniores, ac religioſos homines ſecum ducere, & adiungere debet; alioqui prima vice ingreſſu eccleſiæ priuatus eſt, ſecunda vice à Pontificalibus, & à diuinis ſuſpenſus, tertia vice ipſo facto excommunicatus eſt; Regulares vero Prælati omni officio priuantur, & eidem excõicationi pariter ſubiacẽt, vt habetur. *in Bulla Greg. XIII. Incip. Dubijs.*

Notandum tamen q̃ licet monialium clauſurã pro aliquo permiſſo negotio ingredientes, illo peracto, ſub lethalis culpæ reatu exire teneantur, eis tamen integrũ eſt abſq. peccato, & cenſuræ incurſu, aliquantulũ ibi morari. *Miran. q. 2. ar. 20. Barboſa nu. 58. Roder. in qq. reg. q. 47. art. 11.* Rõ cõis eſt, q. cũ hmõi præcepta moralia ſint, nõ ſecundũ metaphiſicas regulas intelligenda, & interpretanda ſunt. Sed ſi hodie per Decretum ſac. Congreg. nõ licet confeſſario ordinario, vel extraordinario peracto negotio pro quo ingreſſus eſt, in aliam partem diuagari, ergo à fortiori allis quibuſcumq. id minime licebit. *Belloch. de caſ. reſ. par. 2. q. 9. n. 195.*

Quod vero ad fœminas ſpectat, dicendum eſt Primo illis cum Superioris licentia ingredi fas eſſe, vt domeſticis obſequijs incũbant, præſertim

ſi

ſi moniales laicę, vel conuerſæ ibi non ſint. *Sorbus in Comp. Priuileg. Mend. v. ingredi. Miranda l. c q. 2. art.* 4. Secundus caſus eſt in puellis, quæ educationis gratia, licet ſacro habitu indutæ non ſint, in monialium monaſterijs cum certis conditionibus retineri poſſunt, quas referunt. *Quar. in v. monaſteria monialium. Camp. d. c. 16. num. 38. Miranda art. 6. Zerula in Praxi Epiſcopali. par. 1. v. moniales. Azor. l. 13. c 8. q. 4. Sanch. de præcept. l. 6 c. 16. à num. 61. & alij.*

At mulier quæ adulterij ſuſpicionem marito ingeſſit, & ob id timet, ne ab eo vis ſibi inferatur permitti poteſt vt monaſterium ingrediatur, ſi modo eius conſtitutiones non repugnēt, & Superioris conſenſus, Abbatiſſæ, & monialiū accedat. Et cauſa ceſſante, illi exeundum eſt, ſiq. ſemel exierit, numquam poſtea in illud admittenda eſt. Ac dum ibi manet, ſine ancillis manere debet, & alias conditiones ſeruare. Non tamen poteſt Epiſcopus dare licentiā viduæ ingredi volenti, atq. in laicali habitu permanere, etiam ſi ibi vſq. ad mortem degere velit, quia in hac nulla neceſſaria cauſa militare videtur. vt per *Camp. d. c. 16. nu. 31 & Barb. d. Alleg.* 102. *num.* 67.

IV. SVPPOSITVM.

Quarto illud pro principio, & fundamento. præmittēdum videtur Primo quod quãuis olim omnia monaſteria ſiue monachorum, ſiue monialium, omnium deniq. hominum genus, qui in ſua diœceſi degebant, ſub Epiſcopi cura verſabantur. *c. monaſteria, c. Abbatibus.* 18 *q.* 2. *c.* 1. *de officio ordin.* Hodie tamen quibuſdam caſibus exceptis, ab Ordinariorum iuriſdictione fere in omnibus regulares ſunt exempti. Id quod ob id factū fuiſſe Doctores aſtruūt, quod Epiſcopi nimis fortaſſe rigide cum eis agerēt, vt habetur in *c nimis. iniqua de exceſſ. Prælat. & in Clem.* 1. *eodē tit.* Quæ cauſa etiam fuit illius expoſtulationis apud *Roderiq. in qq. regul. tom.* 1. *q.* 24. *art.* 7. Cum ait, Neſcio tamen an hæ rationes ſufficientes ſint ad temperandum nimium rigorem, quo nonnulli eorum in religioſos concitantur, quod (pro dolor) vnde proueniat neſcio: cum tamen nullos in curandis animis, prædicationibus habendis, confeſſionibus audiendis inſiſtendo, & alia ad diuinum cultum ſpectantia peragendo, meliores coadiutores habeant, hæc ille.

Secundo Religioſos ac regulares per paupertatis votum quod nuncupant, polliceri ſe neq. habituros, nec recepturos liberam facultatem circa rem aliquam, neq. etiam ſe quaſi dominos q̄dquam vſurpaturos independenter à voluntate alterius. l. ſui Superioris, vel Præfecti. *c. cum ad monaſteria. ext. de ſtat. monach. Valentia in* 3. *par. d.* 10 *q.* 4. *pun* 3. *Leſſius l.* 2. *c.* 41. *d.* 9. *n. u.* 78. *Azor. p.* 1. *l.* 12. *c.* 13. *Roder tom.* 3. *qq. regul. q.* 29. *art.* 10. *Nau. comment.* 2. *de regul.* Vbi *num.* 2. ait, quidqd ſub uotum paupertatis ſtricte ſumptum cadit, aut eſſe pecuniam, aut æſtimabile pecunia. Quare q. pecuniam quæ prima rerum omnium per votum abdicatur, apud ſe, aut apud alium ad nutum ſuū habere, inſcio ſuo Superiore, qui nō Epiſcōpus, ſed monaſterij Præfectus eſt, hēi. d q. vi ſua proprietatis labem inducit. vt dixi etiā in *cōm. Et. de hum. vita ſtat. p.* 1. *c* 23.

Vbi tamen notandum Superiorem ſine graui culpa non poſſe ſubdito regulari licentiam dare, vt plus ad quotidianos vſus habeat quàm par ſit, uelut bona, quæ poſſidet, ad turpes, & illicitos vſus expendat; cum Superior non ſit dominus, ſed ſolum bonorum monaſterij adminiſtrator. *Azor. p.* 1. *l.* 12. *c.* 12. *q.* 5. vt ex communi tradit. *Sanctarel. de apoſtaſia. c.* 6. *dub.* 2. *num.* 12.

Inſuper nullam cautelam excogitari poſſe, vt religioſo permiſſum ſit, aliqua in vſus quantumuis licitos abſq. Præfecti reuocabili facultate expendere, qa id eſſet illum proprietarium efficere. *Sanch. l.* 7. *de præcept. c.* 17. *nu.* 28.

I. Q. RESOLVTIO.

Ad i. q. reſpondēdo dico, Amadeum Epiſcopum (quidquid ſit de illa poſitione, Epiſcopum alienum, & forenſem in ſuo territorio delinquentem, cenſura punire poſſe *c.* 1. *de rapt.*) declarare non potuiſſe Clementem in pœnas raptus incidiſſe, & matrimonium cum Hortenſia celebratū inualidū eſſe, ſiquidem pœnæ in *Cōc. Trid. ſeſſ.* 24. *de matr. c.* 6. decretæ vt inter raptorē, & raptam quandiù in raptoris poteſtate manſerit, nullū matrimonium conſiſtere poſſe raptorem, & opem dāteſſe ipſo facto excommunicatos, ac perpetuo infames, &c. locum non habent in raptu, quo ſponſus rapit propriam ſponſam, cum qua ſcilicet ſpōſalia de futuro inita ſunt, etiam reclamantibus parentibus, vel ijs, ſub quorum cura degitcum id iure crimen raptus non vocetur, eo quod ex deſponſatione aliquid iuris in eam habeat. vt rectè notat *D. Tom.* 22. *q.* 154. *ar.* 7. *& Gelaſ. Papa in c. lex. illa* 36. *q.* 1. *& Lucius* 3. *in c pen. ext. de rapt. Henriq. in ſumma de matr c.* 14. *nu.* 4. *Leſſius l* 4. *de iuſt. c.* 3. *d.* 9. *num.* 70. *Sanch. l.* 7. *de matrim d* 13. *num.* 15. *Gutierez. de matr. c.* 86. *num.* 22. *Coninch. diſp.* 31. *dub* 4. *Farinac. de Delict. carnis q.* 135. *nu.* 89. Qui inferunt, matrimonium inter raptorem, & raptam, cum qua volente tractatus de matrimonio præceſſit, validū eſſe ſi circumſtātiæ à *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de matr. c.* 1. præſcriptæ ſeruentur; nempe

vt

ab hac uita deceſſiſſe uidit. Et inſuper neceſſe erit, ut duo alij teſtes examinentur, qui de publica uoce, & fama deponant. Siquidem moralis certitudo non habetur, ſi abſens coniux per multos annos non comparuit, nec de eo auditum eſt; ſicut nec hæc hauritur per ſolam famam, quæ plerumque ex incerto auctore, & fallaci oriri ſolet, iuxta illud *Ouidij 9. Met.*

Fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas, quę veris addere falſa
Gaudet, & è minimo ſua per mědatia creſcit.
Maſcard. de probat. concl. 1077. & *Tuſch. v. mors. concl.* 400.

Atque hæc praxis, quæ in multis urbium curijs ſeruatur, ſumpta eſt *ex d. c. in præſentia. de ſpõſ. vt per Ricc. in praxe matr. deciſ.* 65. V. de tamẽ de hac re. *Sanchez l. 2. de mat. diſp.* 46. *Gutierez c.* 51. *Molfeſ. tr. 4. d.* 10. *n.* 55. *Bonac. de mat. q.* 13. *p.* 11. *Marc. Ant. Genu in Praxi Archiep. Neap c.* 26. *nu.* 1. vbi traduntur in particularib. caſib. an ad cũ altero cõiugiũ contrahendũ moralis certitudo mortis, & aliæ cõiecturæ adſint, Iudicis arbitrio relinquendum, prout etiã tetigimus ſupra de *art. matr. c. 9. q. 23. Imped. 9.*

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. q. dico Danielem Epiſcopũ officio ſuo defuiſſe, cum ſacram diæceſanam Synodum celebrando, & in ea ſtatuta conddẽo, Canonicorum conſilium nõ requiſiuit; ſiquidem vt alibi ſcripſimus, cum Canonici ad hanc dignitatem vocantur, eo ipſo tanquam vnum corpus cum Epiſcopo cõſtituuntur, ita vt ille caput iſti membra habeantur, eiuſdemq. & conſiliarij, & aſſeſſores vocẽtur. Vnde eorum conſilium & ſæpe conſenſũ adhiberi debere, ſatis notum eſt ex his præſertim quæ ſcripſit Alexander 3. ad Patriarcham Hieroſolymorum *c. nouit. ext. de his quæ fiũt à Prælatis.* Et à Cæleſtino. 3. Innocentio 3. atq. ab alijs confirmata ſunt. *toto tit. de his quæ fiunt à maiori par. c. Epi. d.* 24. Et *cõiter DD. notant.* Hinc dicimus quod Epiſcopus vnum corpus cum Canonicis cõſtituit. *c. requiſiſti. el 2. ext. de teſtamen.* Ita ut *D. Hieronymus* relatus Eccleſi a. 16. *q.* 1. hũc ordinem Senatum eccleſiæ vocauerit. Et etiã *D. Ambroſius l. 2. officiorum c.* 27. dixerit, Epiſcopus vt membris ſuis utatur clericis. Et cum *Conc. Trid. ſeſſ.* 24 *c.* 12. ſãxit Canonicos cathedralis eccleſiæ Magiſtros ĩ S. Theologia, aut Doctores, ſeu in Iure Canonico licẽtiatos eſſe dẽte, qd aliud innuit, niſi eos à conſilijs Epiſcopi ſui præſertim in ſeriis rebus, & arduis negotiis eſſe oportere, ideoq. maiori eos ſcientia, & doctrina, quàm cœteros clericos indigere. Certum eſt enim ad rectã recteq. cõſulendum tria eſſe neceſſaria, rerum peritiã bonitatẽ, & loquendi libertatẽ. *Card. Paleotus in Arch. Bonon par.* 7. *in ſerm. ad Canon. & de conſiſtit. membro* 4. & *Baſſus de offic. canon. c.* 10. Vt & nos tradidimus in coment. *de hum. vit. ſtat. p.* 1. *c.* 9.

Vnde *Bottaus de Synodo par.* 2. *in princ. nu.* 24. *Maſſobrius de Synodo pariter diaceſ. c.* 3. *dub.* 2. aiunt, Canonicos cathedralis eccleſiæ ad ſynodũ celebrandam eſſe de neceſſitate vocandos, non tamen eos teneri venire, niſi de honeſtate, vel niſi negotia eos etiam concernentia tractentur, aut Epiſcopo eorum conſilio opus ſit, ſeu vellet ſtatuta condere; quia tenetur ſui capituli conſilium requirere, aliàs geſta non valerent. *Arg. c. quanto. extr. de his. quæ fiunt à Prælat. &c.* Niſi tamen Epiſcopus huiuſmodi conſilium non quærere præſcripſiſſet. *Auchar. in repet. c.* 1. *de conſtit.* At *Piaſecius in Praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 2. *nu.* 8. ſentit, Epiſcopũ conſtitutiones facere debere cum conſilio Capituli ſui. *d. c. Epiſcopus. d.* 24. & conſuetudinem ſi qua in cõtrarium eſſet, irrationabilem eſſe cenſendam, ac proinde non tenendã. *ex Hoſt. tit. de his quæ fiunt à Prælat. nu.* 2. Non tamen cogi vt ipſius Capituli conſilium ſequatur, prout *Card. Congreg.* declarauit. *Franc. Leo in theſ. for. eccl. c.* 9. *nu.* 15. & *Maſſobr. l. c. c.* 4 *dub.* 75. *Barboſ. de epiſc p.* 3. *alleg.* 93. *num.* 25. *Arg. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 46. *n.* 74. vbi refert, quod licet Epiſ circa electionem, & regimen Seminarii duos Canonicos Deputatos in conſilium adhibere debeat, non tamen teneatur eorum conſilium amplecti.

Verum quia tam ſacra Congreg. quam DD. excipiunt caſus in iure expreſſos, in quibus Capituli maioris partis conſenſus neceſſario requiritur, in quibus ille eſt præcipuus quando ipſius Capituli, vel Canonicorum intereſſe, vt dicunt, vertitur. *c. fin. de his quæ fiunt à Prælat.* Ideo dicendum videtur, Danielem Epiſcopum non leuiter peccaſſe, & ſtatuta ab eo condita inualida eſſe. Argumento etiam quod ex multorum ſententia tradit. *Sanch. de precept. lib* 6. *cap* 8. *num* 82. & *Sã. de apoſtaſia c.* 2. *dub.* 1. *num.* 9. videlicet quod quãuis ordinarie loquendo qui tenetur conſilium petere non ſit obligatus ad illud ſequendum, hoc tamen fallit, quando conſilium eſt ab alio tanquã à Collega, & officij participe exquirendum.

Diſcutiẽdum enim erat, an illæ leges, vel ſtatuta, de non deferẽdo pileo, ſed birerro per vrbem facile adimpleri poſſent, ob aeris in clementiã, & intemperiem, & conſuetudinem per multum tempus in contrarium receptam. An Doctores clerici, & dignitates in Cathedrali obtinentes per illa prohiberentur anulos deferre. An oẽs ludi ſecreti & eutrapeliæ cauſa ſuſcepti, & ſacris repręſentationibus aliquando intereſſe, illis eſſẽt in

Digitized by Google

interdicti. &c. *arg. c. erit autem lex. diſtinct. 4. Belleteue par. 1. fol. 14. §. 23.* Vere Catolum v. dicere ſolitum legimus, primum prudentiæ gradum eſſe firmum propoſitum non errandi, ſecundum, cum patientia, & bona mente veritatem auſcultare; parum enim prodeſt, prudentes, ac fideles eſſe qui optima conſilia ſuggerunt, cum is qui ea excipit, ijs vti neſcit, aut nō vult. *Io. Choc. in Polit. l. 4. c. 2.*

Alterius Partis, ideſt

V. Q. RESOLVTIO.

QVod attinet ad illam quæſtionis partem, an Daniel Epiſcopus appoſitis pœnis, & etiam excommunicationis cenſura, ſtatuere potuerit vt intra ſex menſes niſi teſtator longius tēpus indulſerit, pia legata à quibuſlibet executoribus etiam religioſis exemptis adimplerentur, dico id ei licuiſſe. *vt per Baldum in l. 1. C. de his quæ pœna nom. Roman. conſ. 428. Bottus de Synodo. par. 3. part. 1. concl. 13. Maſſobrius c. 4. dub. 64.* Ad Epiſcopum enim ſpectat omnia pia loca viſitare, & curare, vt piæ diſpoſitiones executioni mandentur. *Conc. Trid. ſeſſ. 22. de reform. c. 8. Tiraq. de Priuil. pia cauſa priuileg. 149. Marta de iuriſd. p. 2. c. 8. Azor. part. 2. l. 3. c. 40. q. 10. Molfeſ. in ſumma tract. 13. c. 5. num. 202. & c. 11. num. 19. & ſeqq. Belleteus par. 1. Diſq. cler. de fauore clericali. §. 5. num. 65.*

Et certum eſt religioſos teſtamenti excutores quamuis exempti ſint ſuſceptæ executionis rationem Ordinarijs locorum reddere teneri, Epiſcopos quoq. aſtringi eam rationem ab eis exigere, & eos punire, ſi in eo officio deliquerint, id enim expreſſe dicitur *in Clem. 1. de teſtam. vbi Auch & Boniſ. & firmat. Sanchez l. c. c. 9. num. 22. Barboſa de Epiſcopo. par. 3. Alleg. 105. num 50.*

Vnde à lethali noxa non excuſatur Epiſcopus qui non curat vt piæ defunctorum voluntates adimpleantur, & vt deſtinata ad certos pios vſus pro illis deſeruiant, & in alios non conuertantur. *Clem. quia contingit. de relig. domibus. c. vltima voluntas. 13. q. 2.* Et ſane æquitati maxime conſentaneum eſt, vt ſicut Epiſcopi charitatis igne feruere debent: ita animarum quæ in Purgatorij flāmis torquentur, ſpecialem curam habeant. *Marc. Anton. Genuenſis in Man. Paſt. c. 73. & 94.*

VI. Q. RESOLVTIO.

SExtam dubitationem reſoluimus dicēdo, Danielem, Alexandrum Rectorem regularē, Parochiali officio, & miniſterio audiendarū confeſſionum, aliaq. ſacramenta adminiſtrandi, priuare non potuiſſe; & ratio eſt quia & ſi ſup aīarum curā q̄ ipſi regulares exercēt, Epi authoritatē hēant, & idcirco eos viſitare, & corrigere poſſint, & qui hmōi curæ præficiuntur, ab ipſis Ordinarijs probati eſſe debeant. *c. 1. de capellis monach. in antiq. & c. 2. eodem tit. lib. 6. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 11. Gōzales ſuper 8. Cancell. gl. 5. §. 3. n. 34. Vgol. de officio Epiſcop. par. 1. c. 20. §. 4. Piaſecius in Praxi Epiſc. par. 2. c. 3. nu. 46.* Hoc tamen inter caſus, in quibus Epiſcopus contra regulares procedere valet, non numeratur, De quibus *DD. citati Sanchez. lib. 7. de Matrimon. diſput. 33 num 23. Barboſa par. 3. de Epiſc. Alleg. 105.* Siquidem cum Alexander perpetua miſſarum onera abſq. Generalis, vel Prouincialis conſenſu, & licentia in ſcriptis ſuſcepit, certum eſt pœnam priuationis officij, q̄ à ſuo Superiore obtinebat, ac perpetuo inhabilitatis ad futura, ex Decreto Vrbani VIII. incurriſſe. Declarare autem eum in illam incidiſſe ad eundē ſuum proprium Præfectum ſpectare. Nam res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem etiā diſſoluitur. *l. nihil eam naturale ff. de reg. Iur.* (Sicut etiam regulares Prælati ī virtute S. obediētiæ ſuis ſubditis præcipere poſſint vt certa, ac determinata intentione iuxta impoſita miſſarum onera celebrent, & eorū intentionem in ipſa celebratione irritare, ideſt vt ſacrificij applicatio ei valeat cui à regulari Prælato applicatur, non cui à ſubdito ſacerdote aſcribitur. *Fraxinellus de obligat. Sacer. ad miſſ. celeb. ſect. 7. Barboſa de Epiſc. par. 2. Allegat. 24. nu. 28. Fagundez de præcep. eccl. p. 2. l. 3. c. 10. n. 4.*)

Recepta porro praxis ſatis oſtēdit nullā pœnā ex ceptis cēſuris, q̄ paratā executionē ſecū trahūt, etſi lex dicat abſq. vlla declaratione, aū cōdēnationē à ꝓprio iudice factā deberi. *Poſſeu. de off. cur. c. 15. n. 29. Zerula in Praxi Epiſ. in v. Priuatio. Bonac. de legibus diſput. 1. q. 1. pun. 7. & de larg. mun. d. 3. p. 5.* Hinc ſequit̄ Alexandrū ipſo iure ex Decreto à ſuo Præfecto offō. & bñficio priuatū antequā declaratoria, vt aiūt ſnīa ferat̄, ſua munera obire poſſe, cū nemo ſeipsū cū infamia ꝓdere teneat̄, nec non quandiù in poſſeſſione manet ab eo geſta valere. &c. *ex l. Barbar. ext. de off. Prat. Nau. cōſ. 2. de offic. ord. Vgol. de off. Epiſc. par. 1. c. 4. §. 4. Azor. p. 1. l. 5. c. 8. q. 2. Vecchius in praxi nouit. d. 14. dub. 2.*

CAP. VIII.

QVAESTIO XXI.

An valida ſit diſpenſatio quando erratur in nominē diœceſis. &c. An hæredes ſine conſenſu Epiſcopi capellanum eligere, & capellaniam exigere poſſint. Num in excommunicationem Papalem incidat monialis, quæ per paucos paſſus clauſuræ ianuā egreditur, & ſine vrgenti neceſſitate artificem in monaſterium introducit. An licentiam dare poſſit vt excommunicatione Papali innodatus diuinis

dinarij approbationem, etiam ſi capellania in titulum detur quando non per Epiſcopum, ſed per inferiorem Prælatum cōceditur, qui priuilegium à ſummo Pontifice, vel mandatum ab Epiſcopo in ſua diœceſi non haberet.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q dub. dicimus Dorothæam ſanctimonialem in excommunicationem Summo Pontifici reſeruatam incidiſſe, tùm ex egreſſu monaſterii, tùm ex introductione baiuli, cum certum ſit, ea affici ſtatim ac aliqua monialis primã clauſuræ ianuam eſt egreſſa, ex *Conſtit. Greg.* XIII. *Incip.* Deo *ſacris. Sanch. de* Precept. *l.* 1. *c.* 15. *nu.* 6. *Bonac. de legibus d.* 4. *q.* 2 *pun.* 6. *nu.* 20. Vel ſi aliquem artificẽ ſine vrgenti neceſſitate, & Superioris licentia, intra monaſterii ſepta introducere auſa ſit. Ex alia eiuſdẽ Bulla Pōt. *Incip. vbi gratia*, *& tradit Suarez. tom.* 5 *d.* 22. *ſect.* 6. *num.* 14. *Roderiq. in qq. regul. tom.* 1. *q.* 46. *art.* 1. *Barbius de monial. c* 8. Vnde eidẽ Epiſcopo haud licuit huic moniali licentiam concedere, vt diuinis intereſſet, donec abſoluendi facultatẽ vellet à Romana ſede obtineret, cũ res ſecreta non ſit, ſed toti monaſterio nota, prout his verbis decet. *Roderiq. in Sũma. par.* 1. *c.* 8. *num.* 5. Non poteſt Epiſcopus, minuſq. eius Vicarius concedere licentiam alicui mulieri excommunicatæ excõmunicatione reſeruata Papæ, vt audiat miſſam. & aſſiſtat diuinis officijs, & communicet cum reliquis fidelibus, quia per viã ſuſpenſionis non poteſt id facere; quia licet reliquæ cenſuræ, vt eſt ſuſpenſio, & interdictum, poſſint ſuſpendi ſine formali abſolutione, excommunicatio tamen non poteſt ſuſpendi, ſed oportet, q adſit abſolutio ab ea, vt ordinatur in iure, & tenet *Ioan. Andr. Abbas & Decius, & alij. l in cap. ad hec. ext. de appellat* Quod in tantum eſt verum, vt ſint qui dubitent, ſi poſſit Papa diſpenſare cum excommunicato, vt ſic ligatus exiſtens licite cõmunicet cum fidelibus in miniſteriis diuinis, & humanis, hæc ille. Nihilominus ex communi ſententia ad euitandum ſcandalum, grauem iacturam, vel infamiam, integrum eſt excommunicato miſſæ, vel diuinis officijs abſq. culpa intereſſe, dummodo in mora petendi abſolutionem non ſit, ſiquidem naturale ius de tuenda fama omni humana lege potius eſt. *Nau. c* 27. *num.* 239. *Vict de excom. nu.* 13. *Squill. de oblig cler. p* 3. *nu.* 41. *Angles de Euch. q.* 2. *diff.* 4. *Graffi es l.* 2. *Deciſ. aur. c* 63. *num.* 36. *Sà v. cenſura num* 4.

Si vero hęc excommunicatio occulta foret, poſſet vtiq. Epiſcopus ab ea abſoluere virtute. *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de refor. c.* 6. vbi omnes occulti caſus ſibi conceduntur, vt ait *Sanchez. d. l.* 6. *c.* 15. *n.* 76.

Quinimo etiamſi caſus eſſet manifeſtus, & publicus, abſolutionis beneficiũ impēdere ei liceret, cum iuſtum impedimentum ſummum Pontificẽ adeundi ſubeſt, nam nec Romam mittere, vel ſcribere tenetur. *Sayrus l.* 3. *de cenſ c.* 28. *nu.* 38. *Vgol. d tract. tab c.* 4. §. 5. *num.* 13. *Peregr. de duello. q.* 37 *num.* 9. *Duard. in Bulla cœna. l.* 4. §. 2. *q.* 8. *Barboſa p.* 3. *Alleg.* 41. *num.* 6 *& ſeq. Facũd de precep. eccl. precep.* 2. *l.* 8. *c* 8. *nu.* 23. *Nald. in v. moniales. num* 9. vbi *ex deciſ.* 25. *Rom. hoc tit. de ſent excom.* ſic ait. Moniales etiam ob enormẽ exceſſum ab Epiſcopo abſolui debent, quia extra clauſtrum exire non poſſunt. Et Epiſcopus etiam in exemptas Papæ authoritate fungitur; & licet habeant Generalem, tamen ob reuerentiã ordinis Epiſcopalis hoc Epiſcopis indultum eſt. ut ẽt tetigimus ſup. *c.* 7. *q.* 20. *Reſol.* 2.

IV. Q. RESOLVTIO.

RD 4. q. dico, quod cum tàm olim, quàm nūc monialibus integrum fuerit ad aliam perfectiorem religionem *tranſire. c.* 1. 20. *q.* 4. vbi *gloſ. in v. virgines, & in c.* 1. *v perpetua. de ſtatu regul. in* 6. vbi etiam *Archid. Dominic hoc notant. & Abb. c. fin. ext. de ſtatu monach.* nec conſtet vbi hoc ius cõmune ſit ſublatum in Bulla Pij v. *Incip.* Cũ *de cori* tantum prohibeatur, ne moniales ſine conſenſu Superioris, & non niſi in caſibus ibi exceptis, è monaſterio egrediantur; hinc ſequitur, vt Epiſcopus Euphemiæ Deo ſacratæ virgini ad aliã ſtrictiorẽ religionem migrandi licentiam dare potuerit. Et quamuis *c licet. de Regul.* de ſolis religioſis viris loquatur, rationes tamen in eo traditæ ad honeſtatẽ huius tranſitus ſuadendam, æque in monialibus procedunt, vt reſoluunt, *Sanch. l.* 6. *de precpt c.* 7. *num.* 6. *& Rodriq. tom,* 3. *qq. regul. q.* 53. *art.* 6. *Sanctarellus de apoſt c* 8. *dub* 1. *nu* 38. vbi etiam addunt, quod ſicut religioſus, qui Spiritus Sancti inſtinctu ducitur, ad aliam arctiorem religionem petita licentia, quamuis non obtenta, tranſire poteſt, ita etiam de moniali ſtatuendũ eſt, ſatis enim eſt ſi illam petat. Tutius tamen eſt vt in praxi, & caſu contingenti, Apoſtolica Sedes, ſi fieri poteſt, conſulatur; nam vt ex S. Congregatione refert. *Barboſa de Epiſcopo alleg,* 102. *num.* 25. in ſimili re, ex permiſſu Pontificis de conſenſu Epiſcopi moniales ab vno monaſterio in aliud cauſa nouæ fundationis, correctionis, vel reformationis, trãsferri poſsũt. Quandoquidem in huiuſmodi tranſitu & vitæ mutatione maturo, conſilio opus eſt, ne fragili ſexui materia, & anſa vagãdi, & in laqueũ Diaboli incidendi detũ. *l. ſi mulier C. ad Vell. D. Hieronym. in reg. Monach. ad Euſtoch. c.* 16. Cum vix aliud ſit quod magis mulierum pudicitiæ obſtet, quam vagatio. *vt per Tiraquel. l* 9. *connub.* Et di-

ligenter inueſtigandum eſt an in eo monaſterio in quod transferri cupit, maior reuera obſeruantia vigeat. Nam ſigna veræ religionis hæc fere ſunt. Primo ſi in ea paupertatis votum obſeruetur. Secundo ſi obedientia ſimplex, & integra erga Superiores colatur. Tertio ſi cum propinquis, & amicis exiguam communicationem habeat. Quarto ſi ibi nullæ ſint contentiones, & iurgia. Quinto ſi ambitio, & honorum affectatio abſit. Sexto ſi animarum zelus vigeat, nec labores defugiantur, & amor adſit orationis, ita vt Martha à Maria non diſiungatur. *Platus de bono ſtat. relig. c. 35.*

Addo ex *Bonac. de clauſura q. 2. pun. 5 ex §. 3. diſp. 1. num. 11.* Sacrā Congregationē velle ad ſe recurſum haberi, dum monialis ad aliud monaſterium transferenda eſt, neque licentiam concedere ſolet, niſi quibuſdam ſeruatis conditionibus quarum prima eſt, vt aliud monaſterium illam recipere ſit paratum. Secunda vt dotem afferat. Tertia vt ſpe ad priſtinum monaſterium redeundi careat. Quarta vt translatio recta via grauibus matronis conſanguineis comitātibus fiat. De qua re aliàs.

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. q. reſpondeo huiuſmodi Epiſcopum, q hæretici concionem ſcriptam legit, cum ſupponatur, in excommunicationem in Bulla cœnæ Domini contentam incidiſſe, non potuiſſe Cōfeſſario ſuo facultatem dare, vt ipſum ab ea abſolueret, nam ex veriori, & communiori ſententia, notum eſt hodie Epiſcopis non licere ſuper caſus vel occultos in Bulla cœnæ reſeruatos, abſolutionem impendere, & per conſequens authoritatem illam alijs committere non poſſe. *Azor. p. 1. l. 8. c. 19. q. 3. c. 10. q. 10. Suar. tom. 4. d. 30. ſect. 2. nu. 11. Garzias de benef. p. 11. c. 10. num. 115. Genueuſ. in Praxi Neap. c. 65. Barboſa de Epiſcopo p. 1. Alleg. 40. num. 21.* Contra aliquos recentiores præſertim *Duardum in Bulla cœna Domini l. 1 2. § 2 q 9. num. 18. & Fagundez de præcept. eccleſ. q. 2. l. 8. c. 8. num. 50.* & innumeros antiquiores, & apud *Sanchez. de præcept. l. 2. c. 11. & Sanct. de hæreſi c. 5. dub. 1.*

Porro ea cēſura affici eū, qui vel breuē ſcripturā concionem hōis hæretici cōtinentem, etiamſi non eſſet typis mandata, ſeu etiam ob ſolam curioſitatem legiſſet, & Epiſcopos, Primates, & Cardinales, ab ea non excuſari, cum hæreticorum libros legendi facultatem non habeant, ex cōmuni tradit. *idem Sanct. ſellus l. c. c. 13. dub. 1.* Dicit tamen *Duardus in Cœnā Domini l. 3. §. 2. q. 9. num. 19.* quod ſi Epiſcopus ſi in cēſuras, & caſus reſeruatos, vt ſupra incidere cōtingeret, vel aliquo legitimo impedimento detentus, ſummum Pontificem adire non poſſet, tunc poteſtatem à iure ſibi traditā impeditos abſoluendi, poſſet Vicario generali, vel alteri cōmittere, quō ei abſolutionis beneficiū imperttiret. *arg. Sanchez. l. 2. de matr. nu. 13.* cū ſeq.

Nihilominus non eſt improbabilis eorum ſententia, qui tenent legitime impeditum non cenſeri, qui pro obtinenda abſolutione per alium mittere, vel per ſcripturam facultatem obtinere poteſt. *Caiet. in v. excōicatio c. 69. Graff. l. 1. Deciſ. aur. c. 13. n. 80. & l. 4. c. 15. num. 72. Finell. de caſib reſer. c. 8. num. 10. Sà in v. abſolutio ab excommunicatione. num. 8. Henriq. l. 3. de pœnit. cap. 9. §. 7. in gloſſ.* Sicq. in praxi in viciniorib. Romæ locis receptum videtur. *Arg. Molfeſ. tr. 7 c 19. n. 24. M. Ant. l. 1. reſ. fin. caſ. 54.*

VI. Q. RESOLVTIO.

AD 6. q. dicimus, quod & ſi iuuenes quibus eruditio, & virtus ſuffragatur, à conſilijs Principum, & Epiſcoporum interdum excludendi non ſint, nam ſæpe ex Menandro.

Cani indices ſunt ætatis, haud prudentiæ.

vt vere etiam dixerit Plautus.

Non ætate verū ingenio adipiſcitur ſapientia.

Non licuit ei tamen Siluerio concedere, vt nō ſubdiaconus in capitulo, vel collegio canonicorū, ius ferendi ſuffragium, ſiue vocem haberet, cum hoc *Clem. vt ſ. tit. de ætate & qualit. & Cōc. Trid. ſeſſ. 22. c. 4.* ſācti onibus aduerſetur, ſuper quas Eps diſpenſare non poteſt. *c. cum inferior. ext. de maior. & obed.*

Quod ſi contingat, dū electio fit, vel quid aliud peragitur, vt Canonicus interſit, qui ſubdiaconus non ſit, nō ideo tamen irritum eſt quod agitur, ſed eius Canonici ſuffragium cum aliis non numeratur. *Io. And. in c. quod gratioſe. de regul. in 6. Azor. par. 2. l. 3. c. 11. q. 20.*

Dicit vero *Roder in qq. regul. tom. 1. q. 8. art. 6.* in regularibus prædictum Decretum locum non habere, ſi enim in aliquo religioſo ordine etiam in ſacris non conſtituti, ex vi conſtitutionum, vel conſuetudinis, ad capitulares actus admitterentur, hoc licite fieret.

VII. Q. RESOLVTIO.

AD 7. q. reſpondendo dicendū eſt Epiſcopum abſoluere potuiſſe Vincentium regularem virum ab excommunicationis laqueo, in quem ob procuratos, & mendicatos fauores, vt in religione dignitatem conſequeretur, incidiſſe conſpicitur. Siue enim cenſura illa reſeruata non ſit, illam tollere poſſe conſtat *ex c. nuper. ext. de ſent. excom. Suar. de legibus l. 6. c. 14. Filliuc. tom. 1. tr. 11. c. 9. q. 4. Tuſc. v. Epiſcopus, concl. 276.* Siue etiam Sūmo Pontifici reſeruetur, ſed nihilominus occulta ſit, per *c. liceat Conc. Trid. ſeſſ. 24.* eā auferre illi inte-

integrum eſt, dummodo ipſe Vincentius de licentia ſui Superioris ſe Epiſcopo ſubiecerit, nam iure communi, & ſecundum quoſdam iure diuino Paſtoris officium competit circa abſolutionem ſubditorum (quo nomine etiam exempti veniunt) à peccatis, & à cenſuris pro conſcientiæ foro. Idemq. dicendum eſt de irregularitate, vel inhabilitate ob delictum potiſſimum occultum cõtracta. *Henriq l.14. de irreg. c.19. num.2. & l.3. de excom. c.56. nu.2. Roder. tom.1. qq. regul. q.24. ar. 17. Sanchez, l.6. c.15. Beia par. 4. reſponſ caſu* 37. vbi etiam tradunt, eadem facultate gaudere oẽs generales Præfectos, & Prouinciales, necnon Superiores locales ordinum mendicantium, & eorum priuilegijs fruentium, cum in ſuos ſubditos quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habeant.

Sane religioſos exemptos ex ſui Superioris licentia eadem poteſtate potientis, poſſe Epiſcopis ſubijci, vt à caſibus etiam Papæ reſeruatis ſecretis abſoluantur, & cum eis in irregularitatib. & inhabilitatibus diſpenſatur, docet. *Sayr. l.9. c.7. num. 23. Sanch. l.2. de præcep. c.11. num.10. & l.4. c.39. num.27. Molfeſ. tr. 11. c.15. num.131. Bonac. de cenſ. d.1. q.3. punt.2. num 5. & de legibus d.4. q.2. pun.* 7. § 4. num.9. Dummodo tamen Epiſcopus, (qđ ſemper Deus auertat) non ſit nominatim excommunicatus, non toleratus, ſuſpenſus, interdictus, vel irregularis; nam nec valide abſoluere à peccatis, vel ſuper aliquo impedimento diſpenſare valeret, nec alteri ſacerdoti vt id præſtet licentiam dare, vt ex probabiliori ſententia reſoluit. *Sanch. l.3. de matrim. d.21. num. 7. & Fagundez l.8. de præcept. c.8 præcept.2. num* 4.

Porro omnibus religioſis, iure Pontificio, indiſtinctè ambitũ interdictũ eſſe, exploratũ eſt. Hinc Simmaeus relatus in. *c. nullus* 1. q. 1. Nullus inqt per ambitum ad Epiſcopalem honorem permittatur accedere, n amcum hic exceſſus in laica conuerſatione culpetur, quis dubitat, quin religioſis, & Deo ſeruientibus incutiat opprobrium? Idem confirmatur. in *c. eſſicq. ext. de elect. c. quorumdam eodem tit. l 6.* Clemens VIII. in Conſtit. Incip. religioſos viros, & Paulus V. in Bulla, quæ incipit, *Quĩ nemo. Nau. cõſ. 29. de ſen. exc. Nal. v. ambitio.*

Quippe ex *Cicerone l.1 officiorum, & Decian. tom.8. ti. de amb. c.21* virtute licet ambire, ſed non fauoribus. Sicuti de Theodoſio Imperatore ſcribitur, quod non quæſiuit purpuram, ſed ab ea quæſitus eſt. Vnde Claudianus,

Hæc ſunt innumeris per ſe quaſita trophæis,
Non generis dono, non ambitione potitus.
Digna legi virtus, vltro ſe purpura ſupplex
Obtulit, & ſolus meruit regnare rogatus.

Et infelicem ac pernicioſum, eſſe illorum exitum, qui in cathedra peſtilentiæ ſedent, lamentans eorum religioſorum uox oſtendit,

Ambitio, & crapula duxerunt nos ad tartara. vt per *Mart. Delriũ tom. 3. Diſq mag. l.6. c.2. ſect. 3. & Anton. Dauret. in Catech. hiſt. tom. 3. c.6. tit.* 6 Quæ autem ſpiritualia remedia, & antidota ad ambitum reprimendum ſint adhibenda conſulenda ſunt à nobis tradita. *par.1. tract. 6. c. 2. q.6.*

Conſectaria notanda.

Illud tantum hic notandum videtur. Primo illũ graui pœna à Præfecto regulari mulctandũ, quem nedum deprehenderit, ſed ſolum olfecerit, dignitatem aliquam procuraſſe, tùm vt is qui deliquit, attentior, ac correctior fiat, nam qui ſtultus fuit in culpa, ſapiens efficitur in pęna. *c. qui ea. diſt.* 38. tùm vti cæteri à ſimilitet exceſſibus quos puniri reipub. intereſt, deterreantur, cum pœna vnius ſit metus multorum. *l. capitalium §. famoſos. ff. de pænis. c. tanta. ext. de exc. ſſ. Prælat. Aulus Gel. l.6. Noctium Atticar. c.*14. Siquidem iuſtitiæ rigor communitates conſeruat. Hinc *Petrus Dam. l.7. epiſt.*10. ad Ducem Tuſchiæ ſcribens, illud, inquit; Non parum diſplicet, quia in plectendis flagitijs, & temerarijs hominum auſibus coercendis remiſſior cerneris eſſe quàm debeas. Et dum peccatoribus parcis, augere peccata conuinceris, enervato quippe rigore iuſtitię, ſtatus euertitur diſciplinæ. &c. Dixi ſupra religioſum ſic delinquẽtem à Pręfecto regulari puniendum eſſe, quia Epiſcopus in eum animaduertere non poſſet, niſi extra clauſtra notorie, ac ſcandaloſe deliquiſſet, iuxta *Cõc. Trid. ſ.ſ. 26. de regul. c.14. Nau. comment. 2. de regul. nu.* 63. *Rodriq. tom.2. qq. regul. q.2. ar.6. & q.63. ar.*4.

Secundo obſeruandũ q. ſi regularis ob præfecturam procuratam, & adeptam, in Papalem cenſurã incidiſſet, prout in aliquib. religionib. incurritur. *Nau. conſ. 20. de ſent. exc. Nald v. ambitio. & v. eli cere.* ei integrum eſt facultatem alteri delegãdo ab ea abſolutionis ſi occulta ſit beneficiũ obtinere, vt in caſibus occultis. *ſacra Congreg. Card ſeſ. 24. de refor. c.*6. Imo ſi caſus publicus eſſet, & ratione impedimenti, vel imminentis neceſſitatis ſibi cõmpeteret, illum alteri demandare licebit. ex cõi.

VIII. Q. RESOLVTIO.

Ad 8. q. reſpondendo ſic eam reſoluendam puta ~~mus~~, dicendo, quod & ſi dictum, vel factum iocoſum, regulariter pœnam non mereatur, nec lubricum linguę facile ad eam ſit trahendum. *l. obligationum ſubſtantia §. vlt. ff. de act. & oblig. l.1. C. ſi quis Imp maled. c.1. de ſent. excõm. Bald. & Caſtrenſ. in l. nemo C. de Epiſc. aud. Taſch. v. lubricum. concl.* 444. In crimine tamen hæreſis aliter iudicandum eſt, nam ſi quis iocoſe quippiam in fidem, in Deum, vel in Sãctos protulerit, profecto puniendus eſt, peſſimi enim exempli rea

Digitized by Google

eſt, cum rebus diuinis iocari, vt propterea etiam de fide ſuſpectus reddatur, qui per iocum impia verba dixerit, vt recte tradit. *Ioannes Gerſon. par. 2. tract. vlt.* Addito illo memorabili verſiculo.

Non patitur ludum fama, fides, oculus.

Prout etiam dicimus regulariter iniuriam nõ præſumi per iocum illatam propterea qui eum qui hoc dicit ſaltẽ per tutum probare teneri. *Maſcard. conclvſ. 902. Barboſ. in Collect. Iuris Canon. tom. 1. tit. de Praſumpt.* Quod ſi noxius ludus, & pernicioſus, iure punitur, ſi merito iocandi genus intempeſtiuum, illiberale, petulans, & obſcœnum ab omnibus vituperatur multo maiori vituperatione, reprehẽſione dignum eſt iocand genus irreligioſum, contumelioſum, flagitioſum, impium, & hæreticum, vt ait *Simancas in Inſtit. Cathol tit. 17 n. 23. & ſeq.* vbi ẽt ex Laertio refert olim Stilponẽ maxime facetum dixiſſe, Mineruã non eſſe Deũ, qua ex re cũ in Ariũ pagũ pertractus fuiſſet, nihil inficiatum ferunt, imo recte ſe locutum aſſeruiſſe, non. n. Deum eſſe, ſed Deam, Deos quippe mares eſſe: nihilominus Areopagitas in nullo placatiores factos, continuo ipſum vrbe excedere iuſſiſſe. Num autem per Epiſcopum, vel per Inquiſitorẽ huiuſmodi impius plecti debeat, nonnulli Doctores in cõtrouerſiam verterunt, verior tamen, ac in praxi receptior opinio eſſe videtur, per violatæ religionis Iudicem, ideſt Inquiſitorem, in eum eſſe animduertendum, quoniam, ex quo vis hæreticalia dixit, aut fecit, ſtatim eius iuriſdictioni ſubijcitur, explorare autem an pro iocum, vel ſerio ea ſint aſſerta, ad eundẽ ſpectat; hodie, n. heręſis delictum ad Inquiſitores pertinet, priuatiue quò ad omnes alios Iudices, non excluſo tamen iudicio Ordinarij coaſſiſtentis dictis Inquiſitoribus in cauſa propriæ ouis, vt decreuit Paulus V. in Bulla incip. *Romanos Põtifex,* Adhibitis ẽt ſeueriſſimis pęnis contra religioſorum Superiores intromittẽtes ſe ulterius hac in re in ſuis ſubditis, eoſq. illico ad ſanctum tribunal non deferẽtes. *Ghiſler. de Iud. reg. c. 9. Nal. v. hereſis. n. 25. & v. nouitius. n. 7. Barboſa de Epiſcop. p. 2. Alleg. 40. nu. 39. Meg. conſ. 21.*

Quidquid ſit de illa quæſtione an nouitius in aliquod aliud delictum incidens à Prælato regulari, vel potius à ſeculari Iudice puniendus ſit, de qua videatur *Io. Andr. Gemin & Francus in c. beneficium. de regul in 6. Azor p. 1. l. 12. c 2. q. 11. Rodriq. tom. 2. q. 2. ar. 10. Suar. tom. 3. de relig. l. 5 c. 16. Sanch. l. 6. de pracep. c. 10. Farinac. de delictis, & pœnis de inquiſit. Amp. 16. num. 46.*

Sed qua pœna plectendi ſint, qui iocoſe hæreticalia protulerunt, cum iure cautum non ſit, Iudicantis arbitrio relinquitur. Sicuti etiam eius iudicio committitur quando nam hæc incauta, & temeraria locutio lethalem culpam ſecum trahat, vt & cætera particularia, quæ in humanis actionibus conſiderantur; horum enim determinatio varijs circumſtantijs conſideratis, humanæ prudentiæ ſubiacent, *D. Thom. 22. q. 88. ar. 7.* In quo illud exploratum eſt, hos velut hæreticos non eſſe puniendos, ſed leuius ſi repente, inconſiderate, ac non plena deliberatione dicta fuerunt, quia ad hęreſim conſtituendam neceſſaria non concurrunt; videlicet error in intellectu, & pertinacia in volũtate; niſi qui dicterium protulit, in eo perſiſteret, veluti ſi quis iocando, vt à nobis poſitum eſt, & eſt in hac materia ſcribentium frequens exemplum, diceret ſe habiturum vxorem in alio ſeculo, poſtquam in hoc non habuit, ac poſtea in ea ſtulta ſẽtentia perſeueraret. *Pegna in 3. par. ad direct. Inq. comment. 17. Farinac. de hareſi. q. 179.* §. 4. & alii communiter.

Porro illud veriori calculo receptum eſt, internum etiam hæreticum, qui ſuam hæreſim in quamodo non eſt, per iocũ prodidit, in excommunicationem in Bulla cœna Domini contentam nõ incidere, quia nõ illam aſſerit, ſed tantum narrat, aut refert. *Vict. in 22. q. 11 ar. 3 Sayr. l. 3. de cenſ. c. 4. num. 31. Duard. in Bulla cœna l. 2. can. 1. q. 24. n. 26.* & alii.

QVÆSTIO XXII.

An Epiſcopus eum qui puellam cum qua ſponſalia cõtraxit. rapuit, declarare poſſit in pœnas raptus incidiſſe. Nùm excommunicare poſſit religioſos ad publicas proceſſiones ire renuentes. An punire monachos, qui in ſuis monaſterijs ſacra ſcriptura lectionem habere nolunt. Nũquid dare facultatem valeat vt vidua in monialium monaſterium ingrediatur, & ibi uſq. ad mortem pmaneat. An ei fas ſit clerico religionem ingredienti concedere, vt poſt profeſſionem penſionem in vſus quos voluerit abſq. Superioris licentia expẽdere poſſit. An diſpenſare cũ ſacerdote de crimine nefando conuicto, & condemnato, vt celebrare poſſit. Nùm pariter abſoluere ei liceat ſuſpenſum per Cõſtitutionem Pij 2. Et confeſſarium ſuſpendere qui pecuniam reſtituendam ſibi retinuit. Eum etiam excommunicatum declarere, eo quod tormentum manuarium, ſeu vt dicunt archibuſettum menſura duorum palmorum breuiorem deferre deprehenſus eſt.

CLemens cum ſponſalia inijſſet cum Hortẽſia nobili, ac opulẽta puella, inſcia auia ſua, ſub cuius degit cura, & Lucius eius riualis, varijs artib. eã ab ipſo diuertere, & ad ſe pellicere, ac inducere ad matrimonium cum ſe ipſo contrahendum niteretur, illam volentem rapuit, & ad propriam patriam conduxit, & matrimonium ibi contraxit. At Amadeus vrbis puellæ Epiſcopus, ut Lucij

ſibi

ſibi ſanguine coniuncti cauſæ faueret, ipſum Clementem excommunicatum, & matrimonium inualidum declararit, & in pœnas raptus, publicis ſchedis eccleſiæ valuis appoſitis, incidiſſe pronunciauit.

Secundo quoſdam monachos, & quandam, vt dicunt, Cõfraternitatem excommunicationis cẽſura perculit, quia ad publicas ſupplicationes pro auertendo imminente peſtis periculo, ab eo inſtitutas ire renuebant.

Tertio quoſdam alios monachos pecuniarijs pœnis mulctauit, quod ſacræ ſcripturæ lectionem in ſuo monaſterio habere nolebant.

Quarto Luciæ viduæ facultatem dedit, vt in quoddã ſanctimonialium monaſteriũ recipi poſſet, ibiq. vſq. ad mortẽ in laicali habitu pmanere.

Quinto Gulielmo clerico religionem ingrediẽti conceſſit, vt penſionem quam in ſeculo habebat retinere poſſet, & in quos ſibi placeret vſus independenter à voluntate Superioris expendere.

Sexto cum Georgio de nefando crimine conuicto, & cõdẽnato diſpenſauit, vt celebrare poſſet.

Septimo cum Philippus regularis ſacerdotium ante legitimam ætatem ſuſcepiſſet, eum à ſuſpenſionis cenſura abſoluit. Quem cum paulo poſt ad audiendas confeſſiones admiſiſſet, & cum quãdam pecuniæ ſummam ſibi à quodam pœnitente datam vt reſtitueret, pro ſe retinuiſſe compeciſſet ab audientia confeſſionum ſuſpendit. Et etiam excommunicatum cum declarauit, eo quod manuarium tormentum, ſeu, vt vulgo aiunt, archibuſettum duorum palmorum menſura breuiorẽ deferre à ſuæ curiæ ſatellitib. ſit deprenhẽſus. Quæritur an Epiſcopus in his caſibus recte egerit, & qd iuris ſtatuendum ſit. &c.

I. SVPPOSITVM.

SVpponẽdum eſt, quod ſæpe alias aduertimus, (ſed vt ait. *Seneca epiſt.* 27. Nunquam nimis dicitur, quod nunquam ſatis dicitur: quibuſdam remedia monſtranda, quibuſdam inculcãda sũt.) *Sacroſanctam Synodũ Trid. ſeſſ.* 25. *de ref. c.* 1. Epiſcopos, & eccleſiaſticos monere, vt omnem humanum erga fratres, nepotes, propinquoſq. carnis affectum, vnde multorum malorum in eccleſia ſeminarium extat, penitus deponere ſtudeant. Nã vt ait etiam. *Pet. Bleſſ. l. de amicit. c.* 3. Naturalis amor modeſtiæ legem tranſgreditur, ſæpe Dei, & ſuæ ſalutis obliuiſcitur ex nimia teneritudine, & affectione ſanguine coniunctorum. Et ſi *D. Anton. p.* 1. *tit.* 6. *c.* 2 §. a. vt par eſt fidẽ habemus, vſq. eò hic affectus percurrit, vt in idolatriam dilabatur. Multis quidam Prælatis, ait *Landulfus de vita Chriſti p.* 1. *c.* 68. *&* Roder. *de Chriſt. perfect. par.* 2. *tr.* 5. *c.* 4. *Ludouicus à Ponte in tract. eodem tom.* 4. *tr.* 1. *c.* 9. §. 1. pcurat diabolus amicorum carnaliũ multitudinem, ut eorum in carnali affectione, & promotione obſcuret dignitatem, & ſanctitatem, vt propterea quidam dixerit.

Cum factor rerum priuaris ſemine clerum
Ad ſatanæ votum ſucceſſit turba nepotum.

vt dixi ſup. tract. 1. *c.* 5. *q.* 25.

Hæc quoq. eſt vna ſpecies fraudis diaboli, vt loquitur. *Pallad. in hiſt. Lauſ. num.* 6. qui prætextu amoris in cognatos efficit, vt auaritia naſcatur. *Et D. Baſilius Cõſt. Monaſt. c.* 21. Quin accidit inquit, plerũq. vt ex immoderata erga ſuos beniuolẽtia, monachus, vt ppinquorũ inopiæ ſuccurrat, ſacrilegij ſcelere obſtringere ſe nõ dubitet. Quare teſte *Cardin. Paleot. tract. de ſeneſt.* Sicut in ſecularium virorum vita ſtudium poſteritatis propagandæ reprehendi non meretur, ſed ſua potius laude dignũ eſt, quando illius finis ad Dei gloriam dirigitur, nec ambitionis ardore peruertitur, nec auaritia ſordibus corrũpitur, aut alio crimine quod Dei præceptis repugnet, non violatur. Sic in eccleſiaſticis. qui ad ſpiritualia præcipue conſectanda inſtituti ſunt, hæc ipſa cupiditas patum illorum muneri conſentanea videtur, cum ſacris literis inſtructi eſſe debeant, vera poſteritatis monumenta, ex ſolida uirtute, & cęleſtium meditatione, non ex caduca familiæ, aut conſanguineorũ ſucceſſione eſſe ab illis cõparanda. D. Carolus Borromęus dicere ſolebat, eccleſiaſticos viros cum cognatis ſuis conglutinationem animi quãdam cauere oportere, quorum miſericordia, precibus, ſuauitate, facillime inflecti, & à vitæ contemptu, à ſacris laboribus, à iuuãdis liberaliter egenis, auocari poſſent: tũ adduci quoq. vt multa ſæpe Deo minime grata facerẽt, qui propterea de ſeipſo diceret, Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ. Non tamen negatur, nec auffertur naturalis obligatio propinquis ſubueniendi ſi illi egeant, neq. id Canones Sanctiq. Patres prohibent, ſed id tantum commendant, vt paupertatis titulo de bonis eccleſiæ illis opem ferant. *D. Thomas* 22. *q.* 33. *ar.* 9. *c. non ſatis. diſt.* 85. *Lud. à Ponte l. c. Iuſt. in Tob. c.* 2. *verſ.* 2 *in Docum. Tuſch. in v. charitas. cõcl.* 220. *Bellet. in Diſq. cler. tit. de bonis.* §. 11. *Burſatus conſ.* 226. *num.* 90. *& Carol. à Baſ. Pet. in vita. D. Carol. l.* 7. *c.* 18.

II. SVPPOSITVM.

SEcũdo ſuppono, ex *Cõc. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 13. Oẽs exemptos tàm clericos ſeculares, quàm regulares, his exceptis, qui in ſtrictiori clauſura viuunt, ad publicas ſupplicationes accedere, ab Epiſcopo compelli poſſe. An autem ad id cenſuris diſtringi valeant? Pluties per ſacram Card. Congre

gationem hoc nefas eſſe refert. *Quaranta in ſūma Bullarij in v. Præcedentia, & reſoluunt Roder. in ſū. tom. 1. c. 74. nu. 4. Sanch. l. 7. de mat. d. 33. n. 23. cō-tra Marcerat. Deciſ. 35. dub. 2.* Cōfraternitates vero laicorum, vt ad publicas proceſſiones eant cogi per Epiſcopum non poſſe, ſed ſolum inuitari, declaratū fuiſſe refert *Io. Frāc. Leo ī Theſ. fori eccl. c. 13. n. 122. Vgol. de Epiſc. par. 1. c. c. 1. nu. 18. Riccius in Praxi fori pariter eccl. reſol. 362. Cāp. in diuerſ. iur. can. rub. 17. c. 13. n. 122. Vgol. de epiſc. p. 1. c. 11. Paſſerinus in Praxi Epiſcopali p. 2. c. 3. n. 32. Barboſa de Epiſcopo. par. 3. alleg. 78 nu. 24.*

Quæ autem ſint iſtæ publicæ proceſſiones, quo modo, & ad quas eccleſias ſint dirigēdæ, ſacra Cōgregatio Epiſcopi arbitrio remittit, nempe ſi pro bono publico indicantur, vel aliàs fieri ſint ſolitę, vt in feſto Corporis Chriſti, in litanijs maioribus, & minoribus, de quibus fuſe. *Cou. l. 4. var. reſol. c. 20. Baron in Martyrol. die. 20. Apr. Gratian. in Diſcept. for. c. 1. q. 4. nu 22. Et nos ſup. c. q. 16. Reſol 4.*

Idem dicendū de illis, quæ in Iubilæis, vel imminente peſte, vel alio flagello, & huiuſmodi, indici ſolent, inter omnes enim conuenit adeſſe præceptum orandi in maxima, vel priuata, vel publica neceſſitate. *Valentia in 3. par. diſp. 6. q. 2. pun. 3. Azor par. 1. l. 9. c. 10. q. 14. Arrag. 22. q. 83. ar. 3. Leſius l. 2. c. c 37. dub. 3.* Siquidem,

Flectitur iratus voce rogante Deus,

Et Dominum mundi flectere vota valent.

Clem. 1. de reliq. & ven. Sanct. Et Deus in omnibus afflictionib. iubet nos per preces ad ſuum præſidium confugere dicens *pſalm. 49.* Inuoca me in die tribulationis, eruam te. &c.

De controuerſia vero in pcedentijs ſedāda ab Epiſcopis, de q. exitu ad publicas ſupplicationes vide *Conc. Trid d. ſeſ. 24. de reg. c. 13. & Conſt. Greg. c. 13. incip.* Expoſſit de qua apud *Paſſe. l. c. nu. 48 Quar. in Bulla v. Præcedētia. Genuē. in* Praxi *Neap. c. 64. Barb. de alleg. 78* Aliqua ad hæc facientia p *Menoch. conſ. 127. Gratian. in diſcep. for. c. 298. Gutier. l. 1. canon. q. c. 35.*

III. SVPPOSITVM.

TErtio ſuppono ex *Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de regul.* nemini licere intra ſepta monaſterij ingredi, cuiuſcūq. generis, ac conditionis, ſexus, vel ætatis fuerint, ſine Epi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtēta, ſub ex cōis pęna, ipſo facto incurrenda; & talē licentiam ab Epō, uel Superiore in caſibus tantum neceſſariis dandam eſſe. Cauſa autem ad ingrediendum ſanctimonialium monaſteria non requiritur vt ſtrictiſſima ſit, aut quod abſolute, & ſimpliciter, vt aiunt, neceſſaria exiſtat, ſed ſufficit, vt quædam moralis, rationabilis, & manifeſta neceſſitas adſit. Verba enim cōſtitutionum, vel legum ciuiliter, & modo honeſto, ac poſſibili ſunt intelligenda. *c. erit. autem. diſt. 4. Gloſſ. in c. ſi poſtqua. de elect. lib. 6. Roder. in qq. regtom. 1. q. 40. ar. 4. Miran. de Monial. q. 2. ar. 4. Campan. in diuerſ. iur. can. rubr. 12. c. 16 num. 25. Barb. de Epiſcopo p. 3. alleg. 102. num. 48. Vgol. de officio Epiſcop. 1. c. 21 §. 3.* Et licet Epiſcopus in caſu non neceſſario ingrediēs in pœnam excommunicationis non incidat, tum qa nullus Canon id ſanxit, tùm quod iuris pœnam quis non ſubit, vbi id expreſſum nō eſt: Moniales tamen licentiam etiam in caſibus non neceſſariis alios introducentes eam non effugiunt, ac dignitatibus ac officiis, priuantur, & ad illa, & alia in poſterū obtinenda, inhabiles redduntur. vt habetur in *Cōſt Greg. xiii. Incip. vbi gratia.*

Et quidem ſi de maribus loquamur, cauſa neceſſaria eſſe poterit ipſarum ſacrarum virginum animarum ſalus. ſi. n. aliqua ægrotet; eius Cōfeſſarius qui etiā Parochi vice fungitur, monaſterii ſepta quò ſacramenta adminiſtret, ingredi poterit. Secundo vbi corporis ſalus exigit, vt ſi ægræ medici, vel chirurgi opera egeant, & huiuſmodi. Tertio ſi monaſterii neceſſitas, & vtilitas id requirat, vt exemplum dari poteſt in fabricatoribus, fabris lignariis, molitoribus. &c. (licet enim ingredi pro aliquo opere exercendo, quod commode extra monaſterium expediri nequit.) Licentia tamen ſemper in ſcriptis ab Epiſcopo. ſi fieri poteſt habe ri debet. *Sanch l. 6. de præcept. c. 16. nu. 32.* Quarta cauſa erit viſitatio: ſi nanq. Epiſcopus eas viſitare velit ingredi poterit, non tamen ingreſſus ad ſuum arbitrium ei permittitur, ſi neceſſaria cauſa non adſit in quo etiam caſu paucos eoſque ſeniores, ac religioſos homines ſecum ducere, & adiungere debet; alioqui prima vice ingreſſu eccleſiæ priuatus eſt, ſecunda vice à Pontificalibus, & à diuinis ſuſpenſus, tertia vice ipſo facto excommunicatus eſt; Regulares vero Prælati omni officio priuantur, & eidem excōicationi pariter ſubiacēt, vt habetur. *in Bulla Greg. xiii. Incip. Dubijs.*

Notandum tamen ꝙ licet monialium clauſurā pro aliquo permiſſo negotio ingredientes, illo peracto, ſub lethalis culpæ reatu exire teneantur, eis tamen integrū eſt abſq. peccato, & cenſuræ incurſu, aliquantulū ibi morari. *Miran q. 2. ar. 20. Barboſa nu 58 Roder. in qq. reg. q. 47. art. 11.* Rō cōis eſt, ꝙ cū hmōi præcepta moralia ſint, nō ſecundū metaphiſicas regulas intelligenda, & interpreranda ſunt. Sed ſi hodie per Decretum ſac. Congreg. nō licet confeſſario ordinario, vel extraordinario peracto negotio pro quo ingreſſus eſt, in aliam partem diuagari, ergo à fortiori allis quibuſcumq. id minime licebit. *Belloch. de caſ reſ. par. 2. q. 9. n. 195.*

Quod vero ad fœminas ſpectat, dicendum eſt Primo illis cum Superioris licentia ingredi fas eſſe, vt domeſticis obſequijs incūbant, præſertim

ſi

ſi moniales laicæ, vel conuerſæ ibi non ſint. *Sorbus in Comp. Priuileg. Mend. v. ingredi. Miranda l. c q. 2. art. 4.* Secundus caſus eſt in puellis, quæ educationis gratia, licet ſacro habitu indutæ non ſint, in monialium monaſterijs cum certis conditionibus retineri poſſunt, quas referunt. *Quar. in v. monaſteria monialium. Camp. d. c. 16. num. 28. Miranda art. 6. Zerula in Praxi Epiſcopali. par. 1. v. moniales. Azor. l. 13. c 8. q. 4. Sanch. de precept. l. 6 c. 16. num. 61. & alij.*

At mulier quæ adulterij ſuſpicionem marito ingeſſit, & ob id timet, ne ab eo vis ſibi inferatur permitti poteſt vt monaſterium ingrediatur, ſi modo eius conſtitutiones non repugnēt, & Superioris conſenſus, Abbatiſſæ, & monialiū accedat, Et cauſa ceſſante, illi exeundum eſt, ſiq. ſemel exierit, numquam poſtea in illud admittenda eſt. Ac dum ibi manet, ſine ancillis manere debet, & alias conditiones ſeruare. Non tamen poteſt Epiſcopus dare licentiā viduæ ingredi volenti, atq. in laicali habitu permanere, etiam ſi ibi vſq. ad mortem degere velit, quia in hac nulla neceſſaria cauſa militare videtur. vt per *Camp. d. c. 16. nu. 31 & Barb. d. Alleg. 102. num. 67.*

I V. SVPPOSITVM.

QVarto illud pro principio, & fundamento præmittēdum videtur Primo quod quāuis olim omnia monaſteria ſiue monachorum, ſiue monialium, omnium deniq. hominum genus, qui in ſua diœceſi degebant, ſub Epiſcopi cura verſabantur. *c. monaſteria, c. Abbatibus. 18 q. 5. c. 1. de officio ordin.* Hodie tamen quibuſdam caſibus exceptis, ab Ordinariorum iuriſdictione fere in omnibus regulares ſunt exempti. Id quod ob id factū fuiſſe Doctores aſtruūt, quod Epiſcopi nimis fortaſſe rigide cum eis agerēt, vt habetur in *c nimis. iniqua de exceſſ. Prælat. & in Clem. 1. eodē tit.* Quæ cauſa etiam fuit illius expoſtulationis apud *Roderiq. in qq. regul. tom. 1. q. 21. art. 7.* Cum ait, Neſcio tamen an hæ rationes ſufficientes ſint ad temperandum nimium rigorem, quo nonnulli eorum in religioſos concitantur; quod (pro dolor) vnde proueniat neſcio: cum tamen nullos in curandis animis, prædicationibus habendis, confeſſionibus audiendis inſiſtendo, & alia ad diuinum cultum ſpectantia peragendo, meliores coadiutores habeant, hæc ille.

Secundo Religioſos ac regulares per paupertatis votum quod nuncupant, polliceri ſe neq. habituros, nec recepturos liberam facultatem circa rem aliquam, neq. etiam ſe quaſi dominos qdquam vſurpaturos independenter à voluntate alterius. ſ. ſui Superioris, vel Præfecti. *c. cum ad monaſteria. ext. de ſtat. monach. Valentia in 3. par. d. 10. q. 4. pun 3. Leſſius l. 2. c. 41. d. 9. nu. 78. Azor. p. 1. l. 12. c. 13. Roder tom. 3. qq. regul. q. 29. art. 10. Nau. comment. 2. de regul.* Vbi *num. 2.* ait, quidqd ſub uotum paupertatis ſtricte ſumptum cadit, aut eſſe pecuniam, aut æſtimabile pecunia. Quare q pecuniam quæ prima rerum omnium per votum abdicatur, apud ſe, aut apud alium ad nutum ſuū habet, inſcio ſuo Superiore, qui nō Epiſcopus, ſed monaſterij Præfectus eſt, hēt. d q vi ſua proprietatis labem inducit. vt dixi etiā in *cōmēt. de hum. vita ſtat. p. 1. c 23.*

Vbi tamen notandum Superiorem ſine graui culpa non poſſe ſubdito regulari licentiam dare, vt plus ad quotidianos vſus habeat quàm par ſit, ueluti bona, quæ poſſidet, ad turpes, & illicitos vſus expendat; cum Superior non ſit dominus, ſed ſolum bonorum monaſterij adminiſtrator. *Azor. p. 1. l. 12. c. 12. q. 5.* vt ex communi tradit. *Sanctarel. de apoſtaſia. c. 6. dub. 2. num. 12.*

Inſuper nullam cautelam excogitari poſſe, vt religioſo permiſſum ſit, aliqua in vſus quantumuis licitos abſq. Præfecti reuocabili facultate expendere, qa id eſſet illum proprietarium efficere. *Sanch. l. 7. de precept. c. 17. nu. 28.*

I. Q. RESOLVTIO.

AD i. q. reſpondēdo dico, Amadeum Epiſcopum (quidquid ſit de illa poſitione, Epiſcopum alienum, & forenſem in ſuo territorio delinquentem, cenſura punire poſſe *c. 1. de rapt.*) declarate non potuiſſe Clementem in pœnas raptus incidiſſe, & matrimonium cum Hortenſia celebratū inualidū eſſe, ſiquidem pœnæ in *Cōc. Trid. ſeſſ. 24. de matr. c. 6.* decretę vt inter raptorē, & raptam quandiù in raptoris poteſtate manſerit, nullū matrimonium conſiſtere poſſe raptorem, & opem dātes eſſe ipſo facto excomunicatos, ac perpetuo infames, &c. locum non habent in raptu, quo ſponſus rapit propriam ſponſam, cum qua ſcilicet ſpōſalia de futuro inita ſunt, etiam reclamantibus parentibus, vel ijs, ſub quorum cura degit: cum id iure crimen raptus non vocetur, eo quod ex deſponſatione aliquid iuris in eam habeat. vt recte notat *D. Tom. 22. q. 154. ar. 7. & Gelaſ. Papa in c. lex. illa 36. q. 1. & Lucius 3. in c pen. ext. de rapt. Hēriq. in ſumma de matr c. 14. nu. 4. Leſſius l 4. de iuſt. c. 3. d. 9. num. 70. Sanch. l 7. de matrim d 13. num. 15. Gutierez. de matr. c. 86. num. 22. Coninch. diſp. 31. dub 4. Farinac. de Delict. carnis q. 135. nu. 89.* Qui inferunt, matrimonium inter raptorem, & raptam, cum qua volente tractatus de matrimonio præceſſit, validū eſſe ſi circumſtātiæ à *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de matr. c. 1.* præſcriptæ ſeruentur; nempe

vt

vt celebretur coram Parocho, aut alio ſacerdote de conſenſu illius, vel Ordinarij, & præſentib. duobus teſtibus, vt in præſenti caſu factum eſſe ſupponitur, contra aliquos præſertim. *Rebellum de oblig. iuſt. l. 3. q. 11. num.* 5. Non erat ergo cur hic Epiſcopus, et ſanguine ſibi coniuncto faueret, à iuris præſcripto, & iuſtitiæ tramite declinaret. Cum Saluator noſter Matri ſuæ dixiſſet. Quid mihi, & tibi eſt mulier? *Marci. c.* 3. ſcite ſancti Patres notarũt, gratuiſſe nam eſſe eorum inſtructionem, qui eccleſiaſticam uitam amplexi ſunt, vt in ſpiritualibus negotijs, & quæ illorum gradus ſunt, propinquorũ affectu, ac carnis cognatione nõ ducãtur. *Staples. in Dom. 2. poſt Epiphā.* Vere. *Greg. l. 7 mor. c. 14. al. 18. & hom 38. in euang.* fideles admonet, vt proximis per charitatem cõpariantur, & tamen de via Dei per compaſſionem non exorbitent.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2 q. qua inquirebatur an Amadeus Epiſcopus monachos illos, & illam Cõfraternitatem, qui ad publicas ſupplicationes accedere nolebant, excommunicationis gladio ferire potuerit, dico ei id non licuiſſe, nam quò ad religioſos regulariter Epiſcopus exemptos excõmunicare, ſuſpendere, vel interdicere nequit, ſi ſpeciale priuilegium habeant, ne his cenſuris percelli poſſint, quale Mendicantes habent, & qui eorum priuilegijs per communicationem gaudent. *c. 1. de priuilegijs in 6.* Et quoties Tridentinum Concilium voluit Epiſcopis iuriſdictionem procedendi per cẽſuras contra exemptos concedere, id explicate cõſueuit, vt *ſeſſ. 25. de regul. c. 16. & ſeſſ. 22. Decr. de vitan. & obſeruan. celebr. miſſ.* In alijs aũt ſanctionib. et in noſtro caſu. *ſeſſ. 25. de regul. c. 13.* exẽptos Epis ſubiecit quò ad eos cõpellendos, vt publicis proceſſionibus interſit, & quò ad componendas controuerſias de præcedentia locorum exortas. *& c. 14.* quò ad punitionem religioſi publice delinquentis. *& c. 17.* quò ad explorandam puellæ profeſſuræ voluntatem, & tamen non addidit, vt Epiſcopus cẽſuris cogere poſſet; ergo hinc conſtat, eã iuriſdictionem illi dare noluiſſe. *Roder. in ſumma tom 1. c. 74. num. 4. Sanch. l. 7. de matr. d. 33. num. 23. Henriq. l. 7. c. 25. §. 7.* Contra aliquos quos refert. *Barboſa de Epiſcop. par. 3. Alleg. 78. num. 25.*

Sed quamuis exempti ad publicas ſupplicationes vocati, abſq. cenſuris, vt diximus, accedere cõpellantur, excipiuntur tamen Primo qui in ſtrictiori clauſura viuunt. Secundo regulares illi, qui vltra milliarium à ciuitate abſunt. Tertio, qui priuilegio potirentur, vt ad eas ire nõ teneantur, ſi ſemel vel ſæpius præterint. tũ q̃ priuilegiũ eſt facultas, ut ſi velint, ad eas ſe conferre poſſunt; tũm q̃ ab Epõ vocari precario uenisse videtur, & ideo nullum ius eſt illi quæſitum. vt per *Vgol. de offic. Epiſcopi. c. 20 §. 2. & Riccium in praxi fori eccleſ. deciſ. 362. Suarez. de legibus. l. 8. c. 34 num. 28. Decianũ. vol. 3. reſp. 43. Roder. in qq. regul q. 49. Barboſam collect. iur. can. tom. 2. tit de priuil. c. vt priuilegia.* Sicut etiam qui gratis aliquid ſingulis annis ſoluit, obligationem idem ſemper ſoluendi nõ ſibi aſciſcit. ex *Syl. communiter recepto. v. praſcriptio. 1. num. 11. & in v. conſuetudo. q. 24. Azor. par. 1. l. 5 c. 18. q. 5. Gabriel. lib. 5 com. cõcl. tit. de praſcrip. concl. 10. Tuſch. v. praſcriptio. concl. 574. Menoch. de arbit. iud caſu* 74.

Quod vero ad laicorum Cõfraternitatem ſpectat, dico ex allatis in ſecũdo ſuppoſito, ad publicas ſupplicationes accedere compelli nõ potuiſſe, ſed tantum humaniter inuitari. Et præter ſupra allegatos DD. ſecundum hãc ſñiam ſacram Card. Cõgreg. reſcripſiſſe refert. *Genueſ. in praxi Neap. c. 64. Steph. Grat. in deciſ. Marchia. dec. 132. Carol. de Graſſis de Effect. cler. effectu 1. nu. 313. Barboſa d. alleg. 78. n. 24. contra Marc. Ant l. 1. reſol. 103.*

Quippe, vt ait ille politicus, Imperio nullum quieto eſt potentius, in eoq. plus authoritatis, ac maieſtatis, quàm in vehementi, ac tumultuoſo ineſt. Concitatum imperium, vt multum habet impetus, ſic minus virium, citius contemnitur, facilius frãgitur. Hinc ſymbolum illud, Extorquet quies, & illud, Blandum imperium imperioſum. Procul à Princ pib. tã ſecularibus, quàm eccleſiaſticis abſint, qui dicunt, non ſi ccipendendum, ſi ſeueri habeãtur, modo hac via ſubditos dicto audientes efficiant.

Oderint dum metuant. Non hæc veri philoſophi docuerunt, ſed tyranni, qui timeri, non coli, & amari voluerunt. Nihil uiolentum perpetuũ. *Arg. Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 1.*

III. Q. RESOLVTIO.

PORro quò ad illos alios monachos, in quos pecuniarijs pœnis animaduertit, eo quod ſacræ ſcripturæ lectionem habere nolebant. Dico hoc ei licuiſſe, modo illam multam in pios cauſas erogauerit, ſic enim ſancitur. *in Conc. Trid. ſeſſ. v. de refor. c. 1.* ut reſoluit etiam *Franc. Leo Theſ. Fori eccleſ par. 2. c. 2. nu. 59. Campan. in Diuerſ. Iur. Can. Rub. 12. c. 13. num. 5. Piaſecius in Praxi Epiſ. par. 2. c. 3. num. 41.* vbi refert Paulum V. in Bulla Incip. *Apoſtolica ſeruitutis* ſtatuiſſe, ut in omnibus regularium domibus ſeu monaſterijs lectio linguarum, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, & Arabicæ habeatur, & à regularibus diligenter addiſcatur. Eos ſequitur. *Barb. par 3. Alleg. 56. nu. 116.* vt & innui in *Comment. de hum. vit. Hat p. 1. c. 22.*

Quippe eccleſia Dei literatis viris indiget, quibus regitur, ac ſuſtinetur, & per quos mundus illumi-

illuminatur. *c fin.de magiſtris,& Clem.1. eodem. c.ſuper.ſpecula.de praben.idem Barb.par.2. Alleg. 47.* Et vt ait Turrecremata in regula. *D.Bened. Inſtr.66.* Sacra lectio ad bonorum fructuum productionem valet, nam viri docti, ac pii, qui iuxta ſapientiæ aquam plãtati ſunt, doctrinę, pdicationis, & audiendi confeſſiones fructum afferunt, Hinc *Apoſt.2.ad Timot.3.* omnis inquit ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, & ad bonum inſtructus. Et vt inquit D. *Auguſtinus in pſal 64. & 90.conc.2.* Scripturę ſacræ sũt veluti epiſtolæ quędam ad nos miſſæ, quibus nobis volũtatem ſuam aperit Deus. Et cum ſacri codices ſint lex Domini immaculata conuertens animas. *pſal.18.* Ideo D. Fulgẽrius iuuenis, opibus, ac nobilitate cõſpicuus, commonitus ac compunctus diſputatione expoſitionis D. *Auguſtini in pſal.36.* vbi lubricus huius vitæ ſtatus, & caducus proſperitatis flos, vbi bonorum præmia, & impiorum ſupplicia luculẽter ob oculos ponunt: relicto ſeculo, ac matre vidua, quã vnice diligebat ſe totum Deo conſecrauit, *Mangot. in montib ſacris.monito 18.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4.q. dico quod licet viduæ miſerabiles perſonæ dicantur, & ſub Epiſcopi cura, & protectione à iure conſtituantur, *Roland.l.1.conſ. 76.Menoc.de arb.ind.l.2.caſu 66.Tuſch.v.vidua, cõ:l.103 Gennẽ.in Man.Paſt.c.80.* vt & nos tradidimus in *Cõment.de hum.vita ſtat.p.2.c.26.* Nihilominus non licuit Epõ Luciæ viduæ facultatem dare, vt in ſanctimonialium monaſterium ingrederetur, atque ibi in laicali habitu permaneret, etiam ſi toto tempore vitę ſuę ibi degere ſtatueret, nec amplius inde exire vellet, quia in hac nulla neceſſaria ſubeſt cauſa, ut in 3. ſuppoſito præmiſimus. *ex Campan.rub.12.c.16.num.25.& Barb par. 3.Alleg.102.nu.67.* Sicuti etiam Epiſcopo nunc non licet facultatem concedere, vt ad aliud monaſterium tranſeat, cum hoc ad ſacram Cõgregationem ſpectet, quæ licentiam dare non ſolet, niſi quibuſdam ſeruatis conditionibus, quarum Prima eſt vt aliud monaſterium illam recipere ſit paratum. Secunda vt dotem afferat, Tertia vt ſpe ad prius monaſterium redeundi careat, Quarta, vt tranſlatio recta via fiat grauibus matronis conſanguineis comitãtib. *vt per Barboſam in collect. Iur.Can.in c.licet. de regul.& Bonac.de clauſ. monial.q.2.pun.9.§.3.diff.1.num.11.*

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5.q. reſpondendo, illam reſolutionem aſſerandam ducimus, Amadeum Epiſcopum diſpenſare non potuiſſe, vt Guilielmus clericus religiones ingreſſus penſionẽ à Papa in ſeculo ſibi clericali titulo collatam retinere valeat. Nã quãuis. *Rebuf.de pacif.poſſeſſ num.137.* initio dixiſſet, penſiones profeſſione extingui, ſicut morte naturali, poſtea eas non expirare aſſeruerit, ſed monaſterium illis gaudere, dum religioſus ille naturaliter vixerit; ſicut nec vſusfructus antea à monacho habitus eadem profeſſione non extinguitur. At verius *Gigas de penſ q.57.* docet ceſſare pẽſionẽ, liberũq. manere beneficium illa grauatum ab onere illius ſoluendæ, niſi Romanus Pontifex, nõ autem Epiſcopus diſpenſet, vt eadem penſio retineri poſſit. Quod probat, Primo quia beneficia, per contractum matrimonii, quaſi aſſumpto incompatibili ſtatu, vacare dicuntur, vt proinde etiam ſpecialis ſummi Pontificis licentia requiratur, vt etiam per *Garziam par.1.de benef c.v.nu. 108. Azor par.2.l.8 c.10.q.1.Sanchez.l.7 de mat. d.42.& 44.Molfeſ.tr.6.c.3.* Secundo quia dum in *c.beneficium.de regul.in 6.* dicitur beneficia per profeſſionẽ vacare, beneficium late accipitur, ita vt penſio quoque comprehendatur, at cũ per profeſſionem religioſus beneficii acquirendi, & retinendi, ac etiam penſionis incapax ſit, abſque Pontificia diſpenſatione id ei concedi nequit, idem *Sanchez l.7.de præcept.c.29.num.6.& 8.* Hinc ſequitur, vt minus cõcedere ei licuerit, vt ipſe Guilielmus penſionis reditus in quoslibet vſus inſumere poſſet independenter à voluntate ſui Superioris, ſiquidem, vt ait *Nau.conſ.75.num.10.de regul & idem Sanchez d l.7 de præcept.c.17.nu.35. & c.22.* Nulla cautela excogitari poteſt, vt permiſſum ſit monacho, vt aliqua in vſus quantumuis licitos, & honeſtos (aliter enim id concedi nequit) abſq. Superioris licentia reuocabili expẽdere valeat, cũ id paupertatis voto aduerſetur. Imo nec Pontifex hoc monacho ſic manẽti indulgere valeret, niſi eum à voto paupertatis abſoluendo: quippe quod eſſet eum proprietarium efficere. *contra c.cum ad monaſterium.ext.de ſtat.monach.* vbi omnes ſcribentes hoc aſtruunt. Et ibi etiam. *Abb. Dec.*& alii tradunt non ſolũ Papã, ſed & Prælatũ poſſe cõcedere religioſo ſuo ſubdito v.g. ſeni, docto viro, & de religione benemerito, vt hẽre poſſit annuos reditus in licitũ ſuum vſum pro qualitate perſonæ conuertendos, nec Prælatum dãtem licẽtiam ex iuſta cauſa, nec ſubditum illa vtentẽ aliquod proprietatis peccatum incurrere, Nec huic diffinitioni ſanctio. *Cõc.Trid.ſeſſ.25. de regul.c.2.*

officit

offi. ii; intelligendum eſt enim prohibere peculiū ad vſus quoſcunque etiam profanos, & ſuperfluos conceſſum; ſecus ſi ad ſolos uſus licitos, iuſta concedendi cauſa non adeſt, aut à Superiore irreuocabiliter cõceditur. Quę ſent. mihi eſt cõi vſu, & recepta praxi confirmata. *vt per Beiã in 4. p. reſpanſ caſu 17. Nau. comment. 2. nu. 15. c. 18. de regul. Roder. tom. 2 qq. regul q. 125. art. 4. Sanchez. de precept. l. 7. c. 22.* quo locl. *nu.* 17. ait peculiū hoc regulari conceſſum moderatum eſſe debere; tum quia. *Concil. Trid l. c.* interdicit ſuperflua mobilia regularibus permitti; tum etiam quia nulla Superioris licentia poteſt religioſus res ad uſus ſibi conceſſas ſuperflue expendere. Ea uero in præſenti materia ſuperflua dicuntur, quæ ad ſtatum religioſi paupertatem habentis minime neceſſaria ſunt, ut cõſtat *ex c. exiit. §. inſuper de ver ſignif. l. 6.* ubi decernitur ad hanc ſtatus decentiam metiendam, qualitatis perſonarum, conditionis locorum, uarietatis temporum, & nonnullarum aliarum circumſtantiarum rationem habendam eſſe, ut etiã liquet ex *Clem. exiji §. præterea. de ver. ſignif arg. Surdus de alimentis. tit 4. q. 18. & ſeq.* cum reſoluit alimenta ſecundum dignitatem & qualitatẽ perſonæ, cui debentur, & loci conſuetudinem præſtanda eſſe, *Arg. etiam Bar. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Bald. in l. ſi quis ad declinandũ. C. de Epiſ, & cler.* vbi aiunt Pauperes dici non ſolum mendicantes, ſed etiam congruam ſuſtentationem habentes, qui tamen attento ſtatu perſonæ, & dignitate indigere videntur. Quam rem conſiderat quoque. *Graſſius l. 1. Deciſ. aur. c. 10. num. 20. & Barb. de Epiſcopo. p. 2. Alleg. 41. num. 24.*

Conſectarium Documentum.

POrro ſenum, & eorum qui de religione bene meruerunt, habendam eſſe rationẽ, vt commode viuere poſſint, omnia teſtantur iura *l. ſemper ff. de iure immunit. c. tanta. 1. q. 7.* Et *Conc. Venet can. 7.* ſtatuit ut probatis ſenibus poſt emeritos labores, vel etiam propter infirmitatis neceſſitatem, aſperior ab Abbatibus regula remittatur. Nec longe diſſidet alia D. Bndicti lex. *in reg monach. c. 77.* dicẽtis ipſã naturã quodãmodo ad ſenum miſericordiam trahi, ideoque ſanxit, vt nullatenus regulæ diſtrictione teneantur. Exhortare inquit *Climach. de obed. gradu 26.* ex charitate ſenes ſcientia, & actione claros, modicum ſibi quietis indulgere. *Æneas Sylvius qui poſtea Pius 2. fuit l. 4. comment. in res geſtas Alphõſi.* ſic ait, Sileſiæ Dux dum teſtamentum condeter, domum ædificari mandauit in qua canes qui vtiles venationi fuiſſent, ob ſenectam, & corporis debilitatem, à ſuis relicti dominis, vſque ad mortem laute alerentur, deſignatis in eam rẽ nonnullis agris. Nec volũtas irrita fuit, Docuit aũt eo facto ſenes fas cõmode alendos eſſe, ne ætate, & annis grauati poſt multos exantlatos labores penuria laborare cogantur.

VI. Q. RESOLVTIO.

AD 6. q. breuiter reſpondẽdo dico ei fas non fuiſſe cum Gregorio ſacerdote diſpenſare, vt poſt nefandum crimen perpetratum, & de eo cõuictum, & in iudicio à ſuo Officiali cõdemnatum, celebrare poſſet; cum iuridice de enormi crimine infamati ſint ipſo iure irregulares, in qua irregularitate ſolus ſummus Pontifex, non autem alius Prælatus diſpenſare valet, vt reſoluit. *Miranda in Manual. Prelat. tom. 2. queſt. 8. art. 5. & Barboſ. de Epiſcopo par. 2 Alleg. 44 num. 30.* vbi etiam aſſerunt religionum Prælatos diſpẽſandi facultatem non habere cum ſuis ſubditis, ſi, qđ abſit, hoc flagitium commiſerint, & de illo ſint conuicti, nam ob eius enormitatem, & infamiam, & etiam propter ſcandalum quod ex inde alijs generari ſolet, vicẽdo eos celebrare, & ſacra operari, huiuſmodi irregularitas Papę reſeruata cenſetur. De cuius ſceleris grauitate uide in noſtris *cõmen. de caſib. reſer. par. 2. c. 4. & de Exam. eccleſ par. 1. tr. 7. c. 28 q. 114.*

VII. Q. RESOLVTIO.

AD 7. q. reſolũdam dicimus, Epũ modo res occulta ſit, & Philippus cum ſui Superioris licentia ei ſe ſubiicerit, potuiſſe ipſum Philippum religioſum à ſuſpenſionis cenſu a ſabſoluere, in quam incidit, eo quod ſacerdotium abſque legitima ætate ſuſcepit. *ex Conc. Trid. ſeſſ 24. c. 6. Regimal. l. 32. tract. 2. c. 22. num. 43. Bonac. de cenſ. d. 3. pun. v. & vlt.* Diximus modo res occulta ſit, quia ſi aliàs hoc delictum manifeſtum eſſet, à ſuſpenſione per dictam Cõſtitutionem inflicta non niſi ſummus Pontifex liberare poteſt. Sicut nec alij ſuper irregularitate, ſi quam inde celebrando contraxit diſpenſare integrum eſt, vt ex communi tradit, *Barboſa de Epiſcopo. par. 2. Alleg. 17. n. 15.*

Sicuti etiam diſpenſatio ſuper interſtitijs reſpectu religioſorum ad Epiſcopum ſpectat, cum quibus diſpenſare valet ex cauſa ſibi per atteſtationem ſuorum Superiorum manifeſtatã vt Præfectis regularibus nefas ſit aliquem in hoc caſu lege ſoluere, vt excommuniori placito docet idem *Author. Alleg. 18. num. 10.*

I. CAP. VII, Q. RESOLVTIO.

QVod vero ſpectat ad illud caput, an Philippum poſtmodum ad audiendas confeſſio-

nes

nes admiſſum, ſuſpendere potuerit, eo quod pecuniam ſibi à pœnitente ad reſtituendum datam ſibi retinuerit, dico cum eum ex noua cauſa quæ ad confeſſiones ipſius pertinere videtur, ſacramenti pœnitentiæ miniſtrandi munus ei interdixerit, iure id facere potuiſſe, ſi quidem hic confeſſarius in ſuo miniſterio, tàm infideliter ſe gerendo ſcelere (quod multorum mentes offendit) ſe obſtrinxit, & iuſtitiæ leges violauit, ita vt ſi poteſt omne damnum datũ reſtituendo reſarcire teneatᷓ. *D. Anton. 2. p. tit. 2. c. 4. §. 1. ſeſſ. l. 2. c. 16. dub. 6. Nau. c. 17 n. 67. Fillinc. tom. 2. tr. 32. c. v. nu. 135.* vbi hi duo poſtremi aiunt eũ q dediſſet pecuniã confeſſario, vt reſtitueret, eo quod abſque ſui infamia non poſſet per ſe dare, poſſe in conſcientia quieſcere, cum præſertim ſemper confeſſarius obligatus ad eam reddendam remaneat. *arg. Bonac. de cõtract. Diſp. 3. p. 2. pun. 1. num. 13.*

II. CAP. VII. Q. RESOLVTIO.

QVod tandem attinet ad illam partẽ an Philippum excommunicatũ declarare ei licuerit, quod igneum tormẽtulum, vel vt dicunt, ſclopettum duorum palmorum menſura breuiorem deferre, à ſuæ Curiæ ſatellitibus ſit deprehenſus, dico de iure communi id ei fas non fuiſſe: nã licet Pius IV. in Conſtitut. Incip. *Cum vices* cauerit, ne quis in eccleſiaſtica ditione huiuſmodi arma deferre audeat, non tamen in transgreſſores excommunicationis cenſuram inflixit, ſed ſtatuit vt crimen læſæ Maieſtatis, ac rebellionis, & pœnas pro illo à iure inflictas eo ipſo incurrat; ſed pœnã illam, nec non ſuſpenſionem à diuinis tulit contra eccleſiaſticorum locorum Rectores, Gubernatores, Præſidẽtes, ac alios Officiales, qui huiuſmodi arma licentiam deferendi quouis colore concedere præſumunt. Qui. n. alijs preeſt in ſe primũ, poſtmodum in aliis iuſtitiam ſeruare debet, & ex legũ præſcripto viuere. Et præſidentium integritas eſt ſubditorum ſalus. *Conc. Tri ſeſſ. 6. c. 1.* Hinc Diogenes cum quendam diſcipulum diſcolum, & improbum comperiſſet, eius præceptorem percuſſit, tanquam ei ipſius diſcipuli exceſſus, & mala imputãda forent, &c. Quas tamen cenſuras nemini reſeruari, ac proinde nedum ab Epiſcopum, ſed etiam ab approbato Cõfeſſario cõſcientiarũ Iudice abſolui poſſe ex ipſa Bulla colligunt ſcribentes. *arg. c. nuper. de ſent. Nauar. cap. 27. num. 39. Lazarius de Monit. ſect. 4. q. 13. Reginal. l. 9. num. 13. Greg. de Valentia tom. 4. diſp. 7. q. 17. pun. 8. Toletus l. 1. c. 17.* & alij communiter.

QVAESTIO XXIII.

Epiſcopus an ad profeſſionẽ vel eius ratificationem nouitium recipere poſſit. Num ſacerdotem, qui litanias alias quàm in æde Lauretana decantari ſolent publice in ſua eccleſia recitauit, & in calice non conſecrato celebrauit officio, & beneficio priuare ei liceat. Vtrum et integrũ ſit ad dirimendam litem, abſq. ſimonia uni applicare beneficiũ cum onere vt quandiu vixerit penſionem ſoluat.

COrnelius Epiſcopus cum Franciſcus eius nepos aſſeruiſſet, ſe inualide quò ad conſenſũ in quadam religione profeſſionem emiſiſſe (nam ob quoddam furtum ab ipſo in paterna domo perpetratum, timens ne verberibus afficeretur, vel in carcerem detruderetur, ſe in religioſum ordinem inuitum, & metu coactum ingreſſum eſſe dixit) eundem nepotem coram ſe profeſſionem ratificare, & confirmare fecit. Quod tamen etiam repugnante omnino voluntate ſe feciſſe ipſe nouitius confeſſus eſt.

Secundo cum Lucas Parochus ruralis quaſdam litanias alias ab ijs quæ in æde Lauretana decantari ſolent dominicis diebus poſt expletam doctrinam chriſtianam in honorem B. M. Virginis publice in eccleſia à pueris decãtari fecit, & quendã calicem quo vtebatur aurefici reficiendum dediſſet, vt populus in quodam die feſto ſacrum audire poſſet, in calice non conſecrato, quem domi domo datum habebat, miſſã celebrauit. Hoc cum ad Cornelij Epiſcopi aures delatum eſſet, eundẽ eccleſiæ Rectorem officio ac beneficio perpetuo priuauit.

Tertio ad dirimendam litem, quæ inter duos ſacerdotes nempe Chriſtophorum, & Andream ſuper quodam beneficio vertebatur, Andreæ beneficium adſcripſit, cum onere, vt quam diu vixerit, alteri ideſt Chriſtophoro penſionẽ ſoluat. Quæritur quid iuris in his quæſtionibus tàm iure fori, quàm iure poli decernendum ſit.

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1. q. dico Cornelio Epiſcopo non licuiſſe Franciſci nepotis profeſſionem apud ſe ratam habere: ſicut. n. in monaſterijs exemptis propria auctoritate ad ipſam profeſſionem admittere non poteſt. *ex Abb. in c. porrectum. num. 12. ext. de regul. Nau. cõſ. 4 de regul. Rodriq. in qq. regul. tom. 3. q. 17. art. 11. Sanchez. de præcep. l. 5. c. 4. nu. 74. & alijs.* Ita nec eam ratificare facere, vel actã confirmare valet, cum hoc ad conuentus, vel religioſi ordinis Præfectum ſpectet. Quinimmo cũ inuitus

& me-

& metu adactus, renitente voluntate, ipſe Franciſcus coram Superiore religioſo veriuam profeſſionem emiſerit, & vota ficte nuncupauerit. Fatendum eſt eam inualidam eſſe, cum voluntatis aſſenſus ad eius, vt dicunt, eſſentiã neceſſario requirat: ſiquidẽ nemo eligit qđ non diligit, & Deo voluntarie ſacrificandum eſt. *c. præſens clericus 20. q. 3. c. nouiſt. 15. q. 1.* vt proinde religionis ſtatus non precio, ui, aut metu, ſed cum maxima libertate aſſumendus ſit. *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reg. c. 16.*

Neque ſolum primam eius nũcupationem, ſed etiam ratificationem non ſubſiſtere; nec religioſum eundem Franciſcum conſtituere; nam emiſſa profeſſio, uel ratificatio, ob conſenſus defectũ nullam obligationem, cum non ualeat, inducit, ſiue in religionibus exemptis coram eorum Præpoſito, ſiue in non exemptis coram Ordinario, uel Epiſcopo fiat. *Cucchus. l. 3. Inſtit. maior. tit. 1. de regul num. 62.*

Porro in ea emittenda, uel ratificanda uoluntatem, & conſenſũ defuiſſe, in foro interno iuramento eius qui ita aſſerit, ſtandum erit, cum aliter res probari nequeat. *Cephal. conſ 35 Tuſch in v. dſſerenti concl.* 305. *Couar. in Pract. qq. c. 32. §. ceterum. Farinac. de Inquiſit. q. 8. nu. 11-3.* vbi hoc regulariter procedere aſtruũt, cum de modico præiudicio agitur, ſecus cum de graui. &c. Quò uero ad externa tribunalia, quæ tantum de actibus exterioribus iudicant, Franciſcus pro profeſſo habebitur, nec ẽt adhibito iuramẽto fides in re graui ei p̃ſtabitur, ac proinde quò ad hoc ſuũ in religione permanendi orietur obligatiò. *Abbas in c. vidua ext. de regul.* Caiet. 22 *q. 88. art. 1. Vecchius in praxi nouit. d. ſp. 15. dub. 1.* Quandoquidem ex ſanctione *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de regul. c. 19.* Regularis prætendẽs ſe per vim religionem ingreſſum, aut nulliter profeſſum, intra quinquennium tantum cauſas nullitatis ſuæ profeſſionis coram Ordinario, & Superiore religionis deducere poteſt. Nihilominus ẽt quinquẽnio elapſo, id ei licebit ſi intra illud reclamare nõ ualuit, uel ẽt ſi profeſſionem fuiſſe metu factam allegat, & ipſius metus cauſam etiam poſt illud tempus duraſſe. *Roderiq. tom 3. q 17 art. 16. & ſeqq. Miranda in Man. Prel. tom. 1. q. 30. art. 1. cum ſeq. Barb. p. 3. Alleg. 104.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. reſpondeo Epiſcopo fas non fuiſſe tam acri pœna in Lucam Parochum animaduertere, id eſt officio, ac beneficio perpetuo priuare, eo quod in ſua eccleſia feſtis diebus ter Litanias, non quæ in æde Lauretana recitari ſolẽt, ſed alias in honorem B. Mariæ Virginis bona fide decantari fecit. Nam & ſi Clemens 8. in Decreto Incip *Quoniam.* Quod eſt apud *Quar. inq. Litania.* Litaniarum uſum præter in Breuiarijs, Miſſalibus, Pontificalibus, & Ritualibus, contentas, & Litanias de B. V. in ſacroſancta æde Lauretana adhiberi ſolitas, aut à S. Congregatione rituum approbandas prohibeat, & contra uenientes præter peccatũ, arbitrio Ordinarij, & Inquiſitoris ſeuere coerceri iubeat. Hoc tamen intelligitur de his qui hoc temere præſumunt, non de illis q̃ bona fide prohibitionem neſcientes hoc agunt, ut tradit *Card.* cõiter receptus in *clem. 1 q. 30. de priuil. Nauar. conſ. 19. de reb. eccleſ. non alien. Riccius in praxi var. reſol. reſol. 19.* Quandoquidem uoluntate, ac propoſito maleficia diſtinguũtur. *c. cum voluntate. ext. de ſent. excom.* Quippe cæca eſt omnis operatio, quæ oculis rectæ intentionis non dirigitur, clauda ac languida, quæ ſine charitatis feruore efficitur; quæ duo ſi bono operi deſunt, quecũque illud erit, malum ſemper erit, & nullius apud Deum meriti, ut cõis docet Theologorum ſchola Non enim iudicat Deus, ut aiunt, ad publici ponderis menſuram, ſed ad menſuram ſanctuarij, non ſecundum externam ſpeciem, ſed ſecundum illud, quod intus latet. *Iuſtin. in Teb. c. 4. verſ. 23.*

Nec quia in calice argenteo conſecrato, in die feſto rem ſacrã Parochus feciſſet, ſic punire potuit. Illa. n. pœna videlicet officij, & beneficij priuatio in eos tm̃ ſacerdotes infligenda eſt, qui ſine aqua, & igne, uel in pane fermentato, ſeu uaſe ligneo ſacrificant. *c. fin. ext. de celebr. miſſ. contra Bonac. de ſacram. diſp. 4. q vlt. pun. 9. n. 15.*

Conſectaria notanda.

VBi duo animaduertẽda ſunt, Primo ſacerdotẽ dũ miſſæ ſacrificiũ facit, uti debere calice ex auro, uel argento, ſeu ex ſtanno inaurato cõfecto, & ab Epiſcopo conſecrato. *c. vaſa. c. calix. de de conſecr. diſt. 1.* De qua re. *p. 1. tr. 4. c. 15. q. 141.*

Et licet olim ſacerdotes non aureis, ſed ligneis calicibus uterentur, ob quam cauſam lepide Bonifacius Papa, & martyr, in prædicto. *c. vaſa.* ait. olim aurei ſacerdotes ligneis calicibus utebantur, modo ſacerdotes lignei aureis utuntur, communior tñ & vſitatior hodie mã calicis eſt argentum.

Quare ſi quis alicui eccleſiæ teſtamento ſuo calicem legaret, calix de argẽto intelligendus eſſet, vtpote de conſueta, & uſitata materia, niſi aliter in tabulis exprimeretur. ita *Bar. in l. Titius ff. de aur. & arg leg. Abb. in cap. ex parte. extr. de cenſ. Fagundex. de precept. eccleſ. p. 1. l 3. c. 21. num. 12.*

Secundo obſeruandum eſt calicem, & patenã, non ex eo conſecrata manere, quod in illis abſque conſecratione celebretur. Et ratio eſt quia huiuſmodi conſecratio, benedictio, aut reconciliatio, ex certa uerborum forma ab eccleſia inſtituta dependent, quæ dum ſuper ipſas res non profertur, conſecra-

ſecrationis aut benedictionis effectum habere nō cenſentur; per hanc enim formam ab eccleſia tanquam ſacræ, & non per aliud miniſterium depu titur. *fic Suarez. 3 par. Diſp. 8. 1. ſect. 7. Molfeſſius tract. 25. c. 12. num. 52. Fagundez l. c. num. 15.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. hæc aſſertur reſolutio, Cornelium Epiſcopum iuſte, & ex Canonicarum legum præſcripto feciſſe, ſi ad litem dirimendam quæ inter illos duos ſacerdotes vertebatur, penſionem non beneficio, ſed ad vitam ipſius beneficiarij imposuit, ſic enim decernitur *in c. niſi eſſent. vbi DD. ext. de prebendis. & in c. de cætero. ext. de tranſact.* Vbi ſummi Pōtifices hmōi diſpenſationē, & cōpoſitionem approbant, modo non bñficiū, ſed ipſa bñficiarii perſona onerata remaneat. Quidē aliud eſt penſionem ipſi beneficiario iniungere, aliud ſuper ipſo beneficio, onus enim beneficiario impoſitum eum, quandiū beneficium retinet, tantum ſufficit, & ipſius perſonam non excedit, & per conſequens onus præfatæ penſionis ipſo mortuo, vel ab beneficio remoto extinguitur, & ad ſucceſſorum non trāſit. Onus vero penſionis beneficio impoſitum illud ſolum reſpicit, ac proinde ad eum qui in beneficio ſuccedit, tranſmittitur, quandiū penſionarius iure penſionē exigendi gaudet, cum res cum ſuo onore tranſeat. Atque ita reſoluunt *Azor. 2. par. lib. 8. c. 6. Reginal. l. 23. num. 289.* contra aliquos citat. *Suarez. tom. 1. de relig. l. 4. c. 51. num. 18. & Bonac. de ſim. q. 4. §. 15. num. 9* Quæ reſolutio illa communitur ratione, quod Epiſcopus tanquam iuſtus arbiter, & æquitatis cultor, pro bono pacis ſua prouidentia multa ſtatuere poteſt, vt, inquitur in *d. c. niſi eſſent.* quod etiam conſiderat. *Nav. conſ. 13. tit de preb. num. 6.* Nam ſicut lites magno ſunt diſpendio, tum ſi bene & recte perſpiciamus, nullum prope modum fit malum, quod ex litigiis non oriatur, vt propterea Chilonis tria illa notiſſima ſint præcepta, Noſce te ipſum, ne nimium copias, & æris alieni, ac litis miſeriam fac effugias. O quam beatus, cui à forenſibus procul negotijs datur,

Carpere ſecuras dapes.

Ait *Seneca in Thyeſte.* Nec illi metuendū à cauſidico, vel tabula linguato, atque edocto, vt ait, *Lact. de falſ. relig. c. 1.* nō ad virtutem, ſed ad argutam malitiam. *Iuſtin in Tob. c. 11. verſ. 7. Doc. 1.* Sicut inquam litigium tantam malorum cohortem ſecum trahit, ita etiam ex pace magna commoda, & ingentes vtilitates prodeunt, nam inter alia oīum rerum copiam in rempub. importare ſolet. vt per *Alciat. in emb. de pace. Iaſonē in l. quidem ff. ſi cer. pet. & Carbonē de pacificat. c. 38. Arg.* *Tiniſchenſis Pax. concl. 37 3.* Vbi *ex Romano conſ 33.* attendit pro bono pacis, & vt ſcandalum tollatur, iura præcepta relaxari. hinc Seruator noſter voluit primo pacem Paſtoribus nuntiari, vt indicaret ad eos maxime pertinere eā inter fideles diſſidētes cōponere. *Carbo. l. c. & Guaz. de pace q. 6.* Hinc *Concil. Carthagin. in cap. Studendum, diſtinct. 90.* ait, ſtudendum eſt Epiſcopis vt diſſidentes fratres, ſiue clericos, ſiue laicos, ad pacem magis quam ad iudicium coerceant. *Falyn in Rub. Crimin. & ant. de treg. & pace. Barb. Alleg. 79.* Et ſuas partes agnoſcant potiſſimum eſſe, clericos admonere, vt ſuæ dignitatis memores, aſſiduè meditentur ſe in partem ſortis Sanctorum vocatos, lumen mundi, & ſali terræ dici, quod eorum munus ſit fideles doctrina, exemplo, moribus, ac charitatis officijs illuminare, ac ſpiritus ſapore condire. Prout oſtendimus in *Comment. de Hum. vitæ ſtat. par. 1. c. 18.*

Olim columba oliuæ ramū in ore gerebat. *Gen. c. 8.* Oliua quippe pacis eſt ſymbolum, columba Spiritus ſancti ſignū, quam apte ſignificatum eſt, ſacerdotes, ac ſpirituales viros, in ore pacem geſtare debere, & ad ea quæ pacis ſunt populum admonere. *Peraldus in ſumma vitiorum, ac virtutum. 1. part. 11.*

QVÆSTIO. XXIV.

Epiſcopus an Archiepiſcopatum acceptare, & procurare poſſit. An ante pally receptionem beneficij reſignationem admittere valeat. Num ſtatutum circa Parochorum reſidentiam, quod etiam Suffraganeorum Curatos ligat condere licuit. Vtrum per ſe, vel per aliud collegialiter viuentium à grani clerici percuſſione abſoluere ē integrum ſit. Nunquid ſuper vitijs ā ſubditis Suffraganeorum emiſſis diſpenſare valeat. & eos ab excommunicationibus ab eiſdem latis abſoluere. Pro ſi Idio, vel ex more iuſtitiam vel iudiciū exerceat, ab aliquam pœnā incidat. Nam heremitas ab vrbe expellere, & eos punire poſſit.

REginaldus cuiuſdam Cathedralis Eccleſiæ Epiſcopus, cum Archiepiſcopalem dignitatem alterius inſignis vrbis (prius tamen ab eo aſſectatam, & procuratam) duorum Principum ope, & ſuffragio, ab Apoſtolica Sedē obtinuiſſet, an pallij receptionē, parochialis Eccleſiæ Thadæi Curati reſignationem ob leues inimicitias, & aeris inclementiam admiſit: Quod quidem beneficium Roberto ſuo familiari contulit. Secundo in Prouinciali Concilio ſtatutum cōdidit, ne ſibi ſubditi Parochi vltra duos dies à ppria curā abeſſe poſſent, quinimo Stephanum ruralem Parochum, qui ſingulis quibuſque hebdomadibus in vrbem ſe pa-

rentes viſendi gratia ſe conferebat, & cum illis tantum vno die morabatur, relicto ad occurrentem cura ſuo capellano, à diuinis ſuſpendit, & beneficij fructibus priuauit. Tertio Balthaſari ſacerdoti facultatem dedit vt Albertum ſcholaſticum collegialiter, vt aiunt, viuentem, à graui clerici percuſſione abſoluere valeret. Quarto ſuper quibuſdam votis ſuorum ſuffraganeorum ſubditorum diſpenſauit, & à nonnullis excõmunicationibus abſoluit. Georgium ſacerdotem in carcerem detrudi iuſſit, eo quod ob quandam maleuoli clerici falſam delationem intellexiſſet, contra eius edictum aleis luſiſſe, & odio quodam in eum affectus pecuniaria pœna ipſum mulctauit. Tandem Danielem Heremitam habitu priuauit, & ab vrbe expulit. Vnde ex his hæ potiſſimum dubitationes inſurgunt.

Primo an Reginaldus Archiepiſcopatum illum affectando, & procurando, peccauerit.

Secundo an illam beneficij reſignationem ante pallium receptum admittere, & ſuo familiari illud licite conferre valuerit.

Tertio an illud ſtatutum ſuper Parochorũ reſidentia, quod non tantũ ſuæ diœceſis, ſed & ſuæ Prouinciæ Curatos afficiat, ac liget cõdere potuerit. Et etiam an Stephanum ſuſpendere ac beneficij fructibus priuare ei licuerit.

Quarto num fas ei fuerit illi confeſſario facultatem committere, vt prędictum ſcholaſticum in collegio degentem abſoluere à graui percuſſione valeret.

Quinto quid de diſpenſatione votorum, quæ proprijs Suffraganeis ſubditi emiſerunt, & de excommunicationibus ab ipſis Epiſcopis latis?

Sexto an Georgium ſacerdotem ob maleuolorum relationẽ in carcerẽ detrudere potuerit, &c.

Reſpond. Omiſſis præuijs inſpectionibus alias à nobis præmiſſis, quæ præſentes quæſtiones vberiores reddere poſſent, ad earum reſolutionẽ breui manu deueniendum duximus. Hoc tantum admonito, quod, & ſi habita ratione ordinis in ſubſtantia, ideſt reſpectu characteris, Archiepiſcopus, nil pluſquam Epiſcopus habeat, vnde in vniuerſali diſpoſitione de Epiſcopo facta, etiã Archiepiſcopus cõprehenditur, *Imola in Clem. fi. de beneficio. tit. de Præb.* executionis tamen, & exercitij reſpectu maiori auctoritate, & ampliori honore gaudet. Hinc dicitur pater, & Epũs aĩarũ Suffraganeorũ, &c. *Gl. in c. 1. tit. de ſuppl. negl. Prælat. l. 6. Quar. in ſumma Bullarij verbo, Archiepiſcopi. auctoritas. n. 1.* vt proinde aliqui etiam voluerint diſpenſatum ad Epiſcopatum non cenſeri ad Archiepiſcopatum diſpenſatum del legibus ſolutum. *Fagundez de Præc. Eccl. 2. lib. 3. c. 3. num. 4.*

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1. q. reſpondendo dico Reginaldum qui propria ſpũali ſpõſa relicta, aliã ditiorẽ affectauit, & procurauit, à graui culpa non excuſari. *c. mutationes. & c. ſcias. 7. q. 1.* Vt enim ait. *Euariſtus Papa Epiſt. 2. relat. in c. ſicut. d. 7. q. 1.* Sicut vir non debet adulterare vxorẽ ſuam, ita nec Epiſcopus eccleſiã ſuã ideſt, vt illam dimittat, ad quam ſacratus eſt, abſque ineuitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, vel regulari mutatione, & alteri ambitus cauſa ſe cõiungat. Et infra, Epm vero oportet opportune, & importune atq; ſine intermiſſione eccleſiam ſuam docere, eãque prudenter regere, & amare, vt à vitijs ſe abſtineat, & ſalutem conſequi poſſit ęternam. Et illa cũ tanta reuerentia eius doctrinam debet ſuſcipere, eũque amare, & diligere, vt legatum Dei, & preconem veritatis. hæc ille. Calixtus 3. referente Platina, dum eſſet Valentiæ Epiſcopus, alias pinguiores, & opulẽtiores eccleſias oblatas reſpuit dicens, vna ſponſa & quidem virgine, contentum eſſe. Quod ſignificare voluit Apoſtolus in illis verbis. 1. ad *Timoth.* 3. vnius vxoris virum, quę licet communiter intelligantur, eum bigamum minime eſſe oportere, attamen ſecundum alium ſenſum, nõ inepte alij interpretantur, vt Epiſcopus vnam eccleſiam eius ſponſam habet, & non aliam quærat, ideo enim illi anulus in eius conſecratione datur, &c. *vt per Durand. in rat. Diuin. off. l. 3. c. 14. & Medinam in Inſtruct. confeſſ. l. 1. c. 16. §. 1.* Et experientia, docet tales Epos auaros, & ambitioſos, cum alium Epiſcopatũ adepti fuerint, innumeris calamitatibus obrui. Siquidem vt ſericarius vermiculus, vel bombyx admirabili labore ſericum conficit, & neſciẽs caſulã cõſtruit, in qua conſtructa moritur, & propriũ ſepulchrum condit: ita qui dominandi cupiditate inflammati, falſos honores varijs modis, & artificijs quęrunt, ſibi ipſis neſcientes infamem, æternumque perniciem acceiſunt. Id docuit exẽplum cuiuſdam Vltramontani vtriuſq; artium Doctoris, & Iuris conſulti, qui aureis, & argenteis gradibus fidens, cum breui ſe Romæ in ampliſſimum virum euaſurum, & maximos honores ſe conſecuturum ſperaret, ſecerius contra egeſtate confectus, in publica hoſpitali domo diem obiit, cõſcripto ſuis manibus hoc epitaphio.

Hic iacet Iacobus,
Qui fuit Romæ coquus,
Doctor in partibus,
Magiſter in artibus,
De gratia ſpeciali,
Mortuus in hoſpitali.

Tymp. in Menſa phil. v. ambitio.

Quod

Quod autem peccatum admittant ii Epiſcopi quibus reditus pro honeſta ſuſtentatione ſufficiũt, quorum aer eſt ſalubris, nec alia neceſſitas vrget, ob temporalia bona, vel ambitum, alium pinguiorem Epātum, vel etiam Archipiſcopatum cupiũt, ac habere procurant, vt ſuis cognatis, vel familiaſibus prouidere poſſint, aliqui, vt *Medina. l. c.* putat eſſe mortale. *Barb. ex Nauarro part. 1. tit. 2. gloſſ. 1. num. 9* grauiter eos peccare aſſerit. *Roderic. in ſumma par. 1. c. 10.* tantum venialem culpam ibi latere contendit. At quidquid de hac re ſit negotium eſt illicitum, ac magno periculo expoſitum, populis ſcandalum præbẽs, cum Epiſcopus Chriſtianæ perfectionis exemplar eſſe debeat, vt ait. *Genuẽ. in Man. Paſt. c. 19.*

Porro Reginaldus ad Archiepātum tráſlatus, an aſportare poſſit libros, ornamēta, & paramenta, & atgẽtea vaſa, q̃ in priori Epātu emit, vel quæ ei ſũt dono data, ſ. innegatiuam partem reſoluẽdum eſt cum penes primum Epiſcopatum, cui acquiſita ſunt remanere debeant. *Barbatius l. 3. conſ. 20.* Vbi ait ſic cõſuluiſſe, & tale conſilium per eximios DD confirmatum fuiſſe. Quod etiam eſt valde notandum in alicuius eccleſiæ Rectore, qui eccleſiaſtica ornamenta ſi quæ fecerit, à prima eccleſia à qua diſcedit, auferre nequit, vt ad aliam transferat. ſequitur. *Bellettus in Diſq. cler. par. 1. de Bonis cler. §. 8.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD. 2. q. dicimus reſignationem illam beneficij curati ab Epiſcopo admiſſam, ex ea parte validam fore, etiam ſi ante ab eo receptum pallium facta fuerit, quia ante illud acceptum tantum concilium cogere à iure interdicitur, & ea exercere quæ Epiſcopalis ordinis ſunt, non autem ea explicare prohibetur, quę ad iuriſdictionem ſpectant, qualis hæc actio cenſetur. vt conſtat. *ex. c. q̃ ſicut §. ſuper eo. ext. de elect. & notant Abb. Hoſt. Io. And. & Ant de Butr. in c ſuffraganei. ext. eod. tit. & Sanchez. l. 4. de præcep c. 38. num 9.*

Eſt autem pallium (vt congruenter hoc loco di cam) veſtis ſumma, lanea, & candida, cuius vtriuſque duæ faſciæ pendent, & ad humeros circulus ductus, ac quatuor purpureis crucibus inſignita eſt. Cuius ſane inſignis rationem, D. Gregorius ad Maximum Epiſcopum Solimitanum probe reddit dicens. illud humanitatem, & iuſtitiam ſignificare, vt qui illo à ſummo Pontifice conceſſo vtuntur, fotis ſummiſſe ſe gerant, ideſt mites ſint, & iuſtus æquum animum habeant, hoceſt iuſtitiā colant. Et de huiuſmodi ornamento quod Patriarcharũ, Primatũ, ac Metropolomitarũ eſt propriũ, vt per illud à cæteris Epiſcopis (quorum tamen quidam hoc priuilegio gaudent) diſcernantur, & priuilegiatam dignitatē obtineāt, Tertullianus librum conſcripſit, quo eius vetuſtatem, & commodum vſum docet *Marc. Ant. Cucchius in Inſtit. Maior. l. 4. tit. 6. Azor par 2. l. 3. c. 34.*

Ex alijs vero capitibus hæc reſignatio inualida redditur, quod ex legitima, & iuſta cauſa non ſit facta, cum enim ſimplex beneficiorum reſignatio ad hoc vt coram Ordinario fieri poſſit cauſa requiratur (quæ in Epiſcopo præſumitur ſi eam admittat. vt per *Seraph Deciſ. 1320*) leuis autem inimicitia, & aeris inclementia in Conſtitutione Pij V. Incip. *quanta* non numeretur ſequitur ipſam reſignationem non ſubſiſtere.

Reſignationis cauſa.

SI quidem Prima cauſa requiſita eſt ſi reſignās ſit ſenio confectus. Secunda ſi valetudinarius quæ vt, & prima Iudicis arbitrio remittitur. Tertia corporee īpeditus, ita vt id ad quod tenetur Ordinarij iudicio præſtare nequeat. Quarta quando beneficiatus eſſet corpore vitiatus, vel diminutus Quinta ſi eſſet crimini obnoxius, vt ſi ſimoniā, homicidium, periurium, blaſphemiam, & huiuſmodi cõmiſiſſet, ob quæ beneficio priuādus foret. Sexta ſi eccleſiaſticis cenſuris irretitus, vt excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto, iuxta. *c. querēti. de verb. ſignif.* Septima ſi eccleſiæ, vel beneficio inſeruire nequiret, vt ſi irregularis ſit, exul, & c. Octaua ſi vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerit, aut ad aliud promoueri contigerit, quando ſimul retineri non poſſunt. Nona quando clericus beneficio donatus religionem ingredi vellet, aut ſi in minoribus tantũ conſtitutus matrimonium cõtrahere, dummodo ſtatim re ipſa id exequatur. Decima qui ob capitales inimicitias in loco beneficii commorari non poteſt, vel non audet, vt colligitur. *ex d. Bulla & tradit poſt alios Marc. Ant. Genuenſ. in Praxi eccleſ. Neap. c. 65 Barb de Epiſcopo p. 3. Alleg. 69. Pariſius de reſignat. l. 5. q. 6.* Sed quænam capitalis inimicitia cēſeatur, Iudicis arbitrio reliquenda eſt, qui illam grauem inimicitiā arbitrabitur, quę ex alicuius morte, honore violato, vel pecuniaria cauſa, orta eſt, per ea quæ tradit *Menoch. de Præſump. l. 3. q. 37. & de Arb. Iudic. l. 2. caſu. 110. & Pegna in comment. ad 3. par. Inq. q. 67. comm. 16. Pariſ. l. c. q. 3. Mantica de coniect. vlt. volunt. l. 12. tit. 5. Roder in qq. reg. tom. 2. q. 15. art. 3.*

Aeris etiam inclementiam iuſtam reſignandi cauſam non dediſſe, tùm ex ipſa Cōſtitutione liquet, vbi hæc ipſametcauſa non recenſetur: tùm etiam ex eo conſtare poteſt, quod nõ ita facile ob quamlibet aeris intemperiem Parochus à reſidentia excuſatur. *vt per Michael. Galleg. in tract. de Paroch. oblig. temp. peſtis. & Garziam de benef.*

Ee 2 par.

par.3.c 2.num,179.Barb de Epiſcop. par.3. Alleg. 53.nu.90. Pariſinum l.5.q 3. nu.453. Sayrum l.4. de cenſ.c.12.num.55.Bonac.d 3.pun.5.§.2.nu.18.

Cæterum, & ſi hæc reſignatio ſit inualida, nullam tamen pœnam Reginaldus contraxit cum Ordinarijs reſignationes ſine cauſa, vel aliqua ex parte dictis ad nitentibus nulla pœna à dicta Bulla imponatur. *vt notat Fuſch de viſit. eccleſ l.2.c. 28 num 26, Pariſ d q.6.num.225.Vgol.de off. Epiſcopi par.2.c.50.§.18.*

Si tamen huiuſmodi Præſules beneficia corã ipſis etiam ex iuſta cauſa reſignata conſanguineis reſignantium, aut ſuis, vel familiaribus conferant, à collatione, electione, & beneficiorum inſtitutione ſuſpenduntur, donec à ſummo Pontifice abſolutionem obtinuerint. Vnde proinde dicẽdũ ſit hunc Epiſcopum, qui reſignatum beneficium ſuo familiari contulit, ſi prohibitionem ſciens hoc egit, hac cenſura irretitum eſſe. *Genuenſ.& Barboſa l.c.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3 q. dicendum exiſtimo, quod cum ei integrum ſit, Edicta condere, & mittere per totam Prouinciam in caſibus ad ſuam iuriſdictionem pertinentibus, præſertim cum in Concilijs Prouincialibus edita ſunt, & ab Coepiſ ſuffraganeis ſubſcripta, & à Romana ſede, vel Cardinaliũ Congreg. approbata: *iuxta Gem & Franch.in c.1. de ſupplen.neglig.prælat l.6.Genuen in Praxi Neap. c.88.num.16, Sanchez l 8 d.17. nu 36. Bonac.de leg.d 1.q.1.pun.3.num.25.& de cenſ d.1.q.1.pun. 12.n.19 Suar d legib l.4.c.5.nu.3. Quar.in ſumma Bull.v. Archiep.authoritas num.23.*

Reginaldo ex cauſa ſtatutum condere licuiſſe, vt Parochi tam ſui quã Suffraganeorũ, vltra duos dies abſque ſui Epiſcopi licentia abeſſe non poſſint, *vt à ſacra Congreg Card. deciſum eſſe refert Garzias de benef part.3 c 2.num.23.& Barb.p 3. Alleg.53 num.97.& Squilantes de oblig.cler.num. 116.Bonac.de onere benef. Diſp.5.pun.3 n.8.* Cum enim Paſtorum reſidẽtia tàm ſerio commẽdetur, & ad ſtricte præcipiatur, tùm à ſummis Pontificibus, tùm à ſacrorum Conciliorũ Cõſtitutionibus, *c.1.& toto tit ext.de cler.non reſid.Conc.Trid ſeſſ. 23.c.1.* tanquam illud fundamentum, in quo ſpes omnis eccleſiaſticæ diſciplinæ retinendæ poſita ſit, nulla poteſt ab Epiſcopis, & alijs Superioribus aut opera, aut diligẽtia adhiberi, quæ ſatis ſit, quò ipſi Parochi, & Curati diuinorum præceptorum memores, gregi ſuo inuigilent, atque eo ſtudio, ac pietate aſſiſtant, vt nihil quod ad ſalutem omnium ſibi creditarum pertinet, vllo vnquam tempore, quatenus fieri poteſt, deſiderari poſſit; vt proinde etiam ſi per paruum temporis ſpatiũ, vt per duos dies illis abeſſe cõtingat, Epiſcopi prius cauſam probè cognitam, & probatam habeant.

Vnde Parochus non ſatisfacit ſi petat licentiã iurans ſe graui vrgeri cauſa quã manifeſtare non expediat. *vt per Garz.d.c.2.nu.37.* Imo ſi licentiã hẽt, ſed per mẽdaciũ obtẽtam, & abſentiæ fructus percipiat, eos reſtituere tenebitur, quia Cõc. Trid. duo ad abſentiæ iuſtitiam exigit, nempe iuſtam cauſam, & eius approbationem, & cum prima ſit falſa, ſecunda etiam inutilis erit, maximè cum tota ratio fructuum acquirẽdorum à iuſta cauſa dependeat. *Azor p.2.l.6.c.10.q.3.Poſſeuinus de officio Curati c.1 num.24. Zecchius de caſ.reſer.caſu. 3.Barboſ l.c.num.99 & ſeq.* Vbi etiam reſoluunt, abſentem ex rationabili cauſa licet ob inobedientię violationem licentiam non petendo peccet, ad fructuum tamen reſtitutionem non teneri. Quod intelligitur, inquit Zecchius, ſi per duos tantum menſes à concilio permiſſos, quolibet anno abſit, & dũmodo interim per idoneum vicariũ deſeruiat. Dixi idoneũ, in peſſimo enim ſalutis ſtatu verſãtur illi, qui curata beneficia poſſidentes, vicarium ſine delectu ponunt, non quærentes, quis doctior vel melior ſit, ſed quis minori mercede inſeruiat, oues luporum periculo, & ſalutis diſcrimini exponentis, vt ait. *Biſfeldius in Ench. Theol. Paſtor.in proœmio.*

Hoc facile conficitur, quod cum abeſſe non dicatur, qui ſtatim eſt reuerſurus, ex *Conc. Trid.d. ſeſſ 23 c.1 & probat Gõzales ad reg.8.Cãcell Gloſſ. 43.num.5.* Parochum illum talem, qui ſingulis quibuſdam hebdomadibus cauſa parentes, & conſanguineos viſendi, ad vrbem diuertit, & cum illis vno tantum die moratur, relicto ad occurentes caſus Capellano, nec peccaſſe mortaliter, nec ad fructuum reſtitutionem teneri, vt reſoluit *Beia. p. 4 reſponſ.caſ conſ.caſu.21.& Barboſ l c. num.92.* Ac proinde niſi aliud interuenerit, non iure videri feciſſe Reginaldum, cum eum à diuinis ſuſpendit, ac beneficij fructibus priuauit, &c. Vnde etiam. *Garzias Barb & Bonac.* deciſum eſſe teſtantur, Epiſcopum non poſſe Parocho vltra duos dies abſq. licentia abſenti excommunicatiõnẽ inferre: ſiquidem duorum, vel trium dierum abſentia, res leuis eſſe videtur, ac proinde grauis cenſuræ materia non cenſetur. De qua re inferius etiam dicetur.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4 q. reſoluendam dicimus, quod licet ab excommunicatione ob clerici percuſſionẽ contracta, quæ habetur. *in c. ſi quis ſuadente. 17.q. 4.* ſolus Papa, & Legatus à Latere regulariter abſoluere valeant. *c.pen.de off.leg. Graffius in Deciſ. aur.l.2.c.46.nu.58. Bonac.de cenſ.d.2 q.4.pun 5.*

Epi-

Epiſcopus tamen aliquando per ſe, vel per alium à ſe del gatum, ac deputatum, (cum ratione ordinariæ poteſtatis, hoc ei competat, quam alteri cõmittere ei licet) abſoluere poteſt, quando ſcilicet percuſſio eſt leuis, vt quæ fit pugno, palma, manu, pede, baculo, vel lapide, quę nullã maculam, vel carnis ſugillationem relinquit boni viri, vel Iudicis arbitrio *c. pœnit. de ſent. excõ. & Extrauag. Ioannis. 22.* quam refert. *Nau. in Man. c. 27. num. 92. Graff. l. c. Sayrus l. 3. de cenſ. c. 28. num* 8. *Mol. tom 4. d. 57. Belletus in diſ. cler. p. 1. tit. de ſan. cler. cau. §. 3. Reginal. l. 1. nu. 41. Filliuc. tr. 15. c. 1. Suar. tom 5. d. 22. num.* 88.

Imo huiuſmodi percuſſionem leuẽ dici, ac proinde ab Epiſcopo abſolui poſſe, etiamſi in publico fiat, niſi notabilis fuerit, & magnum aliquod ſcãdalum genuerit, tenet *Card. conſ. 42. Nau. l. c. nu. 92. Lapus Alleg. 76 Geneuenſ. in Praxi Neap. c. 50. Riccius in Deciſ. 250. Graff. conſ. 8. de ſent. excom. Barboſa de Epiſ. p. p. 2. alleg. 91.* vbi eadem ratione inferũt, Vicarium generalem, qui vna cum Epiſcopo vnum tribunal efficit, poſſe per ſe ipſum abſoluere, & alijs abſoluendi facultatem impertiri. Necnon religioſorum Superiores, Generalem Prouincialem, & monaſterii Prępoſitum, ab eadẽ excommunicatione ob leuem percuſſionem contracta per ſe, vel per alios abſoluere poſſe. *c. cum illorum c. canonici ext. de ſent. excom.* At *Roder. tom. 1. q. 20. art. 12. quem ſequitur Coriolanus de caſ. reſer. p. 2. caſu.* 10. ait dictis Prælatis integrum eſſe, ſubditos ſuos abſoluere ab iniectione manuum in clericum facta etiam ſi grauis ſit, & Apoſtolicę Sedi ſit reſeruata, aut in clauſtro, vel extra vis illata. *Et Molfeſ. tr. 11. c. 19. n. 57.* aſſerit leuẽ percuſſionẽ inter regulares nõ eſſe illorum Superioribus reſeruatã, nec reſeruari poſſe. Et vt ab inferiorum ſacræ pœnitentię miniſtrorum iuriſdictione ſubtrahatur, in capitulo generali, vel Prouinciali, ſi pro bono communi id expedire iudicaretur fieri debere. Et ideo dum leuis percuſſio reſeruata nõ eſt, vtiq. cõfeſſarios à Superiorib. deſignatos ab ea abſoluere poſſe, pſertim dũ eſt occulta, & ita eſſe in praxi.

Continuatio reſolutionis.

Licet inquam incidentes in excommunicatio nẽ pro violenta manuũ iniectione in clericũ à ſolo Papa, vel Legato de latere abſolutionem conſequi poſſint, dantur tñ aliqui caſus, in quibus ab his Epiſcopus, vel ab eo deputatus abſoluere, & liberare poteſt, etiam ſi percuſſio mediocris, vel enormis ſit. Mediocris. n. eſt illa quę inter leuem, & enormem manet, qualis eſt illa qua dens extrahitur, vel capellorum copia euellitur, aut carnis ſugillatio relinquitur Epiſcopi arbitratu. Quãdo vero dubitaſ, an pcuſſio ſit leuis, grauis, ſeu mediocris, ſiue enormi ab eodẽ. vel ab Abbate quò ad regulares iudicãda eſt. *vt patet ex d. Extrauag. Io. 22. Incip. Perlectis.* Enormis, porro illa ẽ, q cũ graui læſione, & iniuria coniuncta eſt, vt cum occiſione, vel membri mutilatione, &c. quæ ex circunſtãtiis expendenda eſt. Nam præter delicta occulta, etiam Papæ reſeruata, quorum abſolutio Epiſcopis, ac Superioribus quoq. religionum competit. *ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 6. Sanchez l. 8. de mat. d. 2. num. 13. & l. v. de præcep. c. 11. Molina de iuſt. tr. 3. d. 63. Say. v. de cenſ. l. 2. c. 7. Graff. tom. 2. caſ. 2. de homicidio. Beia. par. 4. caſu. 37. Rodriq. qq. reg. tom. 1. q. 61. art. 9. Et alij communiter.* In caſibus etiam manifeſtis ei abſoluere licet.

Caſus in quibus etiam manifeſtis Epiſcopo, & Superioribus religioſis abſoluere fas eſt.

Quorũ Primus caſus eſt de eo, q arbitrio prudẽtis viri legitimo impedin ẽto detinetur, pp qđ excõicatus & notorius ſine graui dãno Summũ Põtificem adire nequit. *c. ea noſcitur. de ſent. excõ. c. eos eodem in tit. 6. Nau. c. 27. n. 89. Vgol. de cenſ. eccleſ. tab. 1. c. 4. §. 5. idem Sanchez de mat. l. 2. d. 40. Pereg. de Duello q. 37. vt diximus p. 1. tr. 5. c. 5. q. 32. Bonac. de cenſ. d. 2. q. 4. punc. 5.* Vbi etiam aduertunt illum impeditum cenſeri, qui perſonaliter adire nequit, licet ſcribere, vel per alium mittere poſſit, ius. n. ad id eum non cogere.

Secundus caſus eſt de ſatellite Principis qui officii ſua cauſa, vt arcendæ turbæ, leui aut mediocri percuſſione clericum percuſſit. *c. ſi vero. de ſent. excommun.*

Tertius eſt de impuberibus filiis, quò ad percuſſionem non ſolum leuem, ſed etiam mediocrem, & enormem, tempore impuberis ætatis factam. *c. vlt. de ſent. excom.* Siquidẽ ob teneræ ætatis fragilitatẽ mitius puniũtur. *l. auxilium §. in delictis ff. de min. Tiraq. de temp. pœnis cauſa 7. Farinac. eodẽ tract. q. 92. Ricc. in Collect. Deciſ. p. 5. collect.* 1845.

Quartus eſt de mulieribus cuiuſcumq. ætatis, & conditionis ſint, poſſunt namq. à locorum Ordinariis abſolui, cum illis periculoſum ſit ſe virorũ cætibus immiſcere. *c. mulieres. de ſent. excom. ex Deciſ. Rot. Rom. de ſent. excom. in antiq. Nal. in v. monial. num.* 9. In pœnis enim cum mulieribus propter ſexum leuius eſt agendum. *c. indignãtur. 32. q. 6. idem Tiraq. l. c. q. 9. Farin. q.* 98.

Quintus caſus ponitur circa aſcriptos id eſt alienę poteſtati ſubiectos, vt ſunt famuli, filiifamilias, & huiuſmodi, qui ſub primo caſu de impeditis continentur.

Sextus caſus circa eos clericos verſatur, qui ſimul in eodem collegio viuunt, modo tamen percuſſio enormis non ſit, ſed vel leuis, vel mediocris: communio enim diſcordiam parere ſolet, & ob ſimultates, & rixas, ij exceſſus facile oriri ſolent.

Et reſte Cicerone, & D. Ambroſio ſcimus, vitiná eſſe lapſibus adoleſcentiam, ac concupiſcentiæ facibus accenſam, in contentiones, contumelias, ac obſcœnitates præcipitè ruere ſolere. *vt dixi in comment. de ſtat par. 1. c. 3. Tuſch. v. communio. concl. 536. Sayrus l. 3 de cenſ. c. 28. Man. c. 27. num. 88. Bonac. l. c. Barboſ. d. par. 2. de Epiſcop Alleg. 41* vbi etiam obſeruant eum qui Romam, ob aliquod legitimũ impedimentum, proficiſci nequit, ab Epo abſolui non poſſe, quando Legatum à latere, vel alium facultatem habentem abſoluendi ab huiuſmodi excommunicatiane adire poteſt.

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. q. ſic reſpondendum vr, q; ſcilicet & ſi Archiepiſcopus in ſignum plenitudinis eccleſiaſticæ poteſtatis pallio vtatur, & Archiepiſcopis præcipuæ Prouinciarum vrbes attributæ ſint, vt in illis reſideant quò Parochiani ſuffraganeorum ad illos recurrere poſſint, nequeunt tñ in votis ſubditorum ipſorum Coepiſcorporum diſpenſare etiam viſitationis tempore, niſi quando Suffraganei ſine iuſta cauſa in huiuſmodi votis id muneris præſtare renuerent: tunc enim per viam recurſus, & appellationis, ipſorum Suffraganeorũ ſubditi ad eos confugere poſſunt, vt diſpenſatio nes tùm à votis, tùm à iuramẽtis obtineant: cum aliàs nec ex vi officii ex ſpeciali iure, nec ex vſu, in eos poteſtatem habeant *c. paſtoralis. de off. ordin. c. 1. de foro comp. l. 6. Et ita tenent Syl. v votum 4. q. 3. Sot. l. 7. de iuſt. & iure q. 4. art. 3. Suarez. de voto. l. 6. c. 10. num. 8. Barb. p. 2. Alleg. 36. nu 20. Sayrus in claui regia l. 6. c. 11. n. 79. Sanch. alios referẽs l. 4 de precep c. 38. num. 11. Filliuc. tr. 26. c. 9. nu. 249. Reginald. l. 18. n. 333.* Qui cũ communi tenent, vt in actu viſitationis ſolum poſſint abſoluere ſubditos Epiſcoporum Suffraganeorum à peccatis, & tranſgreſſione votorum, non autem vt eis liceat in votis diſpenſare, quia diſpenſatio ſpiritualem iuriſdictionem ordinariam, vel delegatã reſpicit (Et ſi nõnulli ſatis probabiliter oppoſitũ ſentiant, cum tunc iuriſdictionem dum actu viſitant, exerceant) Archiepiſcopo nihilominus integrum eſt ipſosmet ſuffraganeos cum eis diſpẽſando votis liberare, etiam ſi hoc extra viſitationis tempus fiat, eo quod tunc ij ei immediatè ſubiecti ſint, ſaltem quando ipſi Metropolitano voluntarie ſe ſubiiciunt, Sicut & de religioſis pſeſſis, ab Epiſcopi iuriſdictione exemptis communiter DD aſtruũt, *Molſ. ſ. tract. 1 1. c. 1 5. num. 111 & 131. Bonac. de legib. diſp. 4. q. 2. pun. 7. §. 4. num. 7.*

Pari ratione dicẽdum eſt Archiepiſcopum non poſſe abſoluere Suffraganeorum ſubditos a cenſuris ab ipſis Coepiſcopis vel Apoſtolica Sede latis, ſiquidem in ipſos iuriſdictionem non habet, niſi quando Primo ad Archiepiſcopum appellatum, & de appellatione vocatis partib. cognitum fuit. Secundo quãdo Epiſcopus Suffraganeus malitioſe, vel negligẽter abſolutioẽ differt, Sicut etiam ob Epiſcopi Suffraganei negligentiam, poteſt illius ſubditos ordinibus initiare; & etiam matrimonio coniũgere, & alia ad ipſum pectantia exercere. *Quar. v. Archiep. authoritas. num. 21. Barb. par. 2. Alleg. 32. num. 25.* Tertio quando actu diœceſim viſitat; tunc enim ratione officii ordinaria facultate ad abſoluendum, & ſuper occultis irregularitatibus diſpenſandum fungitur, vt excommuni tradit. *idem Bonac. de cenſ. d. 1. q. 3. pun. 2. n. 7. Barboſa par 2. Alleg. 39. nu 19.*

Proinde reſoluẽdũ eſt Reginaldum Archiepum ſuper votis à ſubditis Suffraganeorũ emiſſis diſpẽſare non potuiſſe, nec à cenſuris ab eiſdẽ latis abſoluere, niſi in actu viſitationis hoc egerit. &c.

VI. Q. RESOLVTIO.

AD 6. q. afſertur reſolutio, *ex c. 1. de ſent. & re iud. in 6.* vbi hæc verba habentur. Caueãt eccleſiaſtici Iudices, & prudenter attẽdant, vt in cauſarum proceſſib. nil vẽdicet odium, vel fauor vſurpet, timor exulet, præmium, aut expectatio præmii iuſtitiam non euertat, ſed ſtateram geſtent in manibus, lances appendant æquo libramine, &c. Alioquin ſi ob hæc contra iuſtitiam quidquam in damnum partis fecerint, inferiores Iudices eccleſiaſtici ab executione officii per annum ſuſpenſi ſunt, qua ſuſpenſione durante ſi ſe in diuinis ingeſſerint, irregulares fiũt, à qua irregularitate liberari nequeũt, niſi per ſummum Pontificẽ, hęc ibi. Et quãuis hic Archieps in ſuſpenſionẽ non inciderit, ex quo ipſorum Epiſcoporũ ſpeciatim mentio nõ fit. *ob c. quia periculoſum. de ſen. excom. l. 6.* mortifere tamen peccauit, & ad reſarciendum damnum partis tenetur, vt ibi decernitur, & tradit. *Vgolin. de off. Epiſcopi par. 1. c. 4 §. 4.* Sanè à iuſtitiæ tramiti, & prudentiæ limite deflexit Reginaldus, cũ facile vni delatori credidit, & indiſcuſſa cauſa delatum in carcerem truſit, ac eum multauit. *contra l. obſeruandum ff. de off. Præſid & c. iudicantem. 30. q. 5.* Vnde cum delictum de aliquo defertur, non ſtatim id verum arbitrari debet & animum infenſum contra accuſatum gerere, ſed prius de cã cognoſcere, cũ qui facile credit, leuis ſit corde. *c. ſi quid vero, vbi gloſ. diſt. 86. Bertach. de Epiſcopo p. 3 l 4 nu. 33. Marc. Ant. Genuenſ. in Man. Paſt. c. 5.*

O quam notandum eſt Senecæ præceptum. *l. 2. de ira. c. 22.* Ne ſint aures criminantibus faciles, hoc humanæ naturę vitium ſuſpectum, notumque nobis

nobis fit, quod quæ inuiti audimus, libenter credimus, & antequam iudicemus iraſcimur. De qua re etiam alibi dictum eſt. *ſup.c.7.q.18.reſol.2.*

Reſolutionis Corolarium.

AD illud vero quod de Daniele Heremita quærebatur, an Reginaldus eũ ab vrbe expellere potuerit, dico illum ex vrbe exturbare potuiſſe ſi delinquens repertus fuit, vel de aliquo delicto valde ſuſpectus extitit, vt colligitur ex doctrina. *Belles.in Diſp.cler.de Diſcip.cler.* §.2.*num.*20. *& Marc.Ant.* Gennẽſ.*in* Praxi *cur. Neap c.*55. cũ ſic loquitur, Nõ permittit etiam curia Archiepiſc. Neap. ĩ ciuitate, & diœceſi morari Heremitas, qui vt dicit. *gl.in c.qui vere.*16.*q.*1. ſunt ſicut locuſtæ, ſine lege, & ſine regula, & à propria voluntate reguntur & vt plurimum ſunt nequiſſimi ſorti legi. Et cum in vrbe reperiuntur, in carcerem detruduntur, & ſub pœna triremium fit eis præceptum, ne in futurum ad eam accedant, &c. Quę tamen doctrina intelligitur de ignotis, & erronibus, ac male viuentibus, ſi enim eſſent probatæ vitæ, poſſent ab Epiſcopis tolerari ac foueri, cum multos Heremitas sãctos fuiſſe legamus. Nec ſi iuſti ſint ſine Rege vel Acephali dici poſſunt, cũ Epiſcopo ſubſint. *vt ait gloſſ. in d.c.qui vere. Zerula in Praxi Epiſ.v.Heremita,* & alia communiter.

Documentum.

ATq. hinc elateſcit quàm merito Apoſtolus 1.*ad Timoth.*3. inter alia, prudentiam, & doctrinam in Epiſcopo, & multo magis in Archiepiſcopo requiſierit. Recte enim ſapientia vitæ oculus dicitur, quia eſt rerum diuinarum, & humanarum notitia, qua ſublata cæca eſt vita noſtra, & & in denſiſſimis tenebris inuoluta. Quæ adeo publicam curam gerentibus neceſſaria eſt, vt hanc vnam Salomon (optione ſibi à Deo data petendi, quod vellet) popoſcerit, qua populũ ſibi creditum regere, ac in officio continere poſſet. 3.*Reg.*3.*Roſignol.de diſcip.Chriſt.perfect.l.*3.*c.*23.

QVÆSTIO. XXV.

An Epiſcopus m p.ſi ante ætatem Epiſcopatum aſſumat. An collatio ſibi idonea ſcientia carenti facta valida ſit. Num fructus bona fide perceptos reſtituere teneatur. Nunquid omiſſa ſua eccleſia reparatione conſanguineas ſuas matrimonio ex ſuis redditibus collocare poſſit. Vtrum eum qui cum aliqua ſponſalia contraxit, & poſtmodum cum alia eadem ſubſecuta copula iniuit, ad prima ſponſalia præſtanda cogere valeat, & in iuramẽto diſpenſare, quod mulier emiſit ſuper renũtiatione paternæ hæreditatis?

ANdreas triginta nouẽ ãnos ætatis ſuæ agẽs & extra Italiam exiſtens, cum ad Epiſcopatum eſſet examinandus, à quodam Theologo, & Iuriſperito de articulis à promouendo ſciendis edoctus, Doctoratus gradum in Theologica facultate ab illis ad quos pertinebat admiſſus eſt, cum tamen reuera huiuſmodi ſcientia parum vel nihil munitus eſſet. Cui poſt examẽ ad Epiſcopale faſtigium aſſumẽdis fieri ſolitum, cathedralis eccleſia in partibus collata fuit, in qua quidem promotione cum profeſſio fidei ex obliuione ab eo ſit omiſſa, & cum ex Epiſcopatus ſuperfluis redditib. Eccleſiæ Cathedralis reparatione omiſſa, conſanguineas ſuas matrimonio collocauerit, de quatuor eſt ſibi in mentem iniectus ſcrupulus, vnde quærit. Primo an ante ætatem Epiſcopatum ſuſcipiens lethalem culpam, & canonicum aliquod impedimentum contraxerit. Secũdo an collatio ſibi idonea literatura carenti, & omiſſa fidei profeſſione facta valida ſit. Tertio an fructus ꝑ decẽniũ bona fide perceptos in foro conſcientiæ reſtituere teneatur. Quarto an cũ ex ſuis redditib. qui ſibi ſuperfluerant puellas ſibi ſangnine iunctas dotauit, & eccleſiam ſuam reparare prætermiſit, propriã animam læſerit. Quinto quærit an cum Ioannes cum Martha ſponſalia de futuro contraxerit, & poſtea eadem cum Flaminia inierit, & cum ea copulam habuerit, cum ad priora ſponſalia adimplenda ſub cenſuris compellere valuerit. Sexto vtrum diſpenſare potuerit ſuper iuramento præſtito à Lucretia nupta ſuper pacto renuntiandi paternę hæreditati. Quæritur quomodo cũ hoc Epiſcopo nunc ſit agendum.

I. SVPPOSITVM.

REſp. præter adducta. *tract.*1. in promouẽdis ad Epiſcopatum, tres potiſſimum conditiones exigi, nempe bonitatem cũ pietate, & religione coniunctam. Secundo debitam ætatem. 30. ſcilicet annorum. Tertio ſcientiam, quam prudẽtia, & experientia comitari debet, ad quem locũ pro ſuppoſitis, & præuiis inſpectionibus nũc remiſiſſe ſufficit. Suppono & nũc Primo quod cum ad Epatus apicem aſſumendus ætatis 30. annorum expletorum eſſe debeat, cum tamen in ceteris ordinib. ſufficiat annum eſſe ad vltimum diem perductũ, ſiquidem in fauorabilibus dies cæpta pro completa habetur. *c.cũ in cunctis.extr.de elect.* Greg.14. In Conſtit. Incip. *Onus Apoſtolicæ ſeruitutis,* & annotauimus. *ſupra.d.tr.*1.*c.*10.*q.*62. Illa enim ætas perfectior iudicatur, qua ſcilicet homo mentis

tis

Digitized by Google

tis, & corporis viribus maxime valeat, ſanuſque ſit & robuſtus, ad ea munia præſtanda, quæ huiuſmodi officium potiſſimum reſpicit. In quo Eccleſia Chriſtiana, & Euangelica aliqua ex parte veterē Iudęorum eccleſiam imitata videtur; quandoquidem apud Hebræos in more poſitum erat, vt nullus ante trigeſimum ætatis annū ad populū conciones hēret, Doctoris, Prophetæ, uel munere functus. *Reginal l. 30. tr. 3. nu. 163. Azor. p. 2. l. 6. c. 5. q. 1. Campan. in diuerſ. Iur. Can. Rub. 7. c. 6. nu. 45. & ſeq.* vbi addit ſummum Pōtificem de ſuprema ſua facultate aliquos ex cauſa hac lege ſoluere, ſimulque diſpenſare, vt iuriſdictionalia, ac cetera ad ordinem ſpectantia exerceāt. Licet inquam Epiſcopus futurus, 30. annorū expletorum eſſe debeat, ſi tamen ante illam ætatem conſecretur, nulla ſuſpenſione, vel irregularitate afficitur. Nā & ſi in ſacris Canonibus, hoc tēpus ad Epiſcopatum præſcribatur, & Epiſcopi conſecratio iuxta ſatis probabilem ſententiam, ordo quidam ſit, & conſequenter inter ſacros ordines numerandus, vt propterea ſuſpenſio à Pio 2. lata, contra eos qui absq. legitima ætate, ſacris initiantur, eum comprehendere videatur, qui ante. 30. annos Ep̄s ſit conſecratus: nihilominus dicendum eſt, illam pęnam, & Conſtitutionem Incip. *cum ex ſacrum.* confirmatā à Clem. 8. in Bulla Incip. *Romanum Pontificem* ad Ep̄os non extendi. Primo quidē ob illud generale principium, quod ſuſpenſio generatim lata Epiſcopos non includit, niſi eorum fiat ſpecialis mentio. *c. quia periculoſū. de ſent. excom. in 6.* Secundo quia ex multis circunſtantijs conſtat illam Extrauagantem de Epiſcopo non loqui, tùm quia licet dare mus Epiſcopatum ordinem eſſe, attamen eius collatio propter excellentiā conſecratio potius, quàm ordinatio dicitur. Tùm quia illæ particulæ, literæ dimiſſoriæ, extra tempora, & huiſmodi, Epiſcopatui non accommodantur; ideo enim nec in illam ſuſpenſionem incurreret, etiam ſi die Sabbati, & Dominico, continuato ieiunio ſacerdos ordinaretur, & Epiſcopus conſecrarete, nec ſua munera obeundo irregularis fieret. *Suarez, tom. 5. diſp. 31. ſectio. 1. nu. 29. & 40. Campan. l. 1. c. 4. num. 17. Barboſ. p. 2. de off. Epiſcopi. Alleg. 1. num. 29.* Et ſicut clericus bonafide ſacris ordinibus ante legitimā ætatem initiatus, quia ſcilicet illam ſe habere exiſtimat, qood eſt ignorantia facti, quæ etiam prudentiſſimos viros aliquando fallit, ſuſpēſionis pœnam effugit, quia ex Bullæ verbis conſtat intentionem Pontificis fuiſſe exceſſus punire, qui in hac parte committūtur, & ſcandala ſubmouere, quę ex temeritate, & præſumptione generantur, quæ omnia interueniente prædicta ignorantia ceſſant; Ita etiam Andreas qui bonafide putans ſe debitā ętatē compleuiſſe, Epiſcopus cōſecratus eſt, à lethali culpa, & ab omni iuris pœna excuſandus eſt. Hic tamen ante legitimam ætatem initiatus ſtatim ac id animaduerterit, ſuo munere vti non potuerit, donec ætatem iure petitam nactus fuerit, cum ſit ab illius executione interim ſuſpenſus. At vbi illam adeptus fuerit, ſi abſque dolo eo culmine inſignitus fuerit, ita vt culpæ ſit expers, abſque alia diſpenſatione ſua munia obire ei integrū fuerit, quod iam impedimentum ceſſarit, &c. *Sanch. l. 7. de mat. diſp. 30. num. 14. Suar. l. c. num. 26. Tol. l. 1. c. 49. num. 4. Sayrus de cenſ. l. 4. c. 14. num. 14. Filluc. tr. 17. c. 7. num. 83. Squill. de oblig. cler. p. 4. num. 64.*

II. SVPPOSITVM.

SEcundo ſuppono, cūctos ad Ep̄ale munus euehendos, ſingularitū diuinatum, tùm humanarum rerū peritia cōmendari debere. Vnde is q; Epiſcopatus dignitate præfulgere cupit, alicuius Academiæ publico ſuffragio, & authoritate magiſter, aut Doctor, vel licentiatus in Sacra Theologia, aut iure Canonico creari debet. Quod ſi nullum literarū gradum promotus ſit, ſufficit ut in alicuius publici Gymnaſii teſtimonio idoneus ad alios docendos probetur. ut ſanxit. *Conc. Trid. ſeſſ. 22. de reform. c. 2.* vt ſcriptum etiam reliquimus. *tr. 1. c. 9. q. 52.* At hodie cum Doctoratus priuilegium Doctorem non efficiat. *Felynus in c. ſciſcitatus. n. 10. ext. de reſcriptis.* & vt Alexandrum Imolenſem dicere ſolitum accepimus, Doctore illorum infinitus eſt numerus. *Corac. de Comm. opin. l. 2. tit. 8. caſu. 9. Gratian. in Diſcep. For. tom. 1. c. 86.* Et cum monſtruoſa ſit res Prælatus ſine literis, nauis ſine clauo, horologium ſine æquilibrijs, auis ſine alis, Clemens VIII. ſtatuit, vt non ſolum Doctoratus prærogatiua gaudentes, ſed re vera docti viri ad Cathedrales Eccleſias aſſumantur, ac proinde per rigoroſum examen de illis experimentum fiat. *vt dixi ſupra d. q. 52. & tradit etiam Barboſ. p. 2. de off. Epiſcopi. Alleg. 1. num. 25.* Aliquando tamen ſolet ſummus Pontifex diſpenſare vt licet in Epiſcopum creandus non ſit Theologus, nec Doctor, nec Licentiatus, ad illam tamen dignitatem promoueri poſſit, dummodo ſufficienti ſcientia ad munus ſuum exequendum ſit inſtructus. Nā hæc maior peritia à iure humano nempe à Concilio Tridentino introducta eſt, & ſic poteſt etiam hac lege ſoluere, quia poſtmodum Epiſcopus ad docendos populos ſibi commiſſos, ad prædicandum, & ius aliis reddendum, per alios idoneos quos ſibi aſſumit, adimplere pōt. ut ait *Molfeſ. tr. 2. c. 13. n. 9.* Si vero quis debita carens ſcientia, q̄ ad ſuū munus exercendū prorſus neceſſaria eſt, iam eſt factus Ep̄s, cum ſit irregularis, & defectu contra-

natura-

Digitized by Google

naturale, & diuinum ius laboret amouẽdus eſſet. *c. ſi. de ætat. & qual.* niſi tñ, vt aliq́ volũt, Primo ex longe leiũ vſu, & experientia oĩa ad ſuum officiũ ſpectantia expedire ſiat. Secundo ſi charitatis pfe ctio ſcientiæ defectum ſuppleret, & alios adiutores haberet. Tertio ſi eſſet alicuius paruæ ciuitatis alpeſtris Epiſcopus, per ea quæ diximus *ſupra tr. 1. c. 2 q 8.* Quamuis. *Camp. in Diuerſ. iur. Rub. 5. c. 4.* hanc limitationem non admittat.

I. & II. Q. RESOLVTIO.

HIs, præhabitis dico & reſoluo, Primo Andream qui bonafide ante legit mam ætatem ſe in Epiſcopum creari, & conſecrati paſſus eſt, ex ante dictis tam à lethali culpa, quã ab eccleſiaſticis cenſuris excuſar. Scđo dico ex. *Azorio. p. 2 l. 6. c 6 q. 1.* collationem Epiſcopatus Andreæ factã validã eſſe, ſiquidẽ ad beneficia, ſeu dignitates Doctoratus gradũ requentia, ſufficit eũ ẽt ſine competenti ſcientia habere ita vt adeptio vel imperratio talis bñficii, ſeu dignitatis in foro eccleſiæ iudiciali rata, & firma ſit, Iure rñ naturali, & diuino, is qui impetrauit, eam ſibi ſciam comparare debet, qua munus ſuum, & officium obire poſſit, aut ſaltem aliquem adiutorem adſciſcere, cuius opera, & conſilio in adminiſtranda eccleſia vtatur alioqui lethali peccato ſe obſtingeret. Nec enim dignitatem deponere vllo iure compellitur, Imo addit, cum quis ad Doctoris, vel Licentiati gradũ contra Academiæ ſtatuta, vel conſuetudines fuerit promotus, alioqui tamen ſatis literatus, & doctus, valere in eo Epiſcopalis dignitatis adeptionem, vt quia v. g. falſis, & corruptis teſtibus probauit ſe curriculũ literarum abſoluiſſe, vel certos annos in Academia audiuiſſe, & huiuſmod. (niſi illa ad Doctoris, vel Licentiati gradum promotio etiã in foro conſcientiæ ipſo iure per Academiæ conſtitutiones irrita, & inanis reddita ſit) Quãuis in foro externo per Iudicis ſententiam reſcindi potuerit, conſentit. & c. *Garzias par 7. c. 7. n. 50. Arg. Sanchez. l 8. de matrim. diſp. 34. num. 10.* vbi reſoluit diſpenſationes expediendas per Doctorem in Theologia, vel Iure Canonico ſuo effectu fruſtrari, ſi expediens nõ ſit vere dicto gradu inſignitus, quamuis communi errore Doctor exiſtimetur. Secus tamen ſi reuera eſſet eô gradu præditus, quamuis indoctiſſimus, ac gradus ob occultum defectum eſſet irritus, ratio eſt quia in priori euentu non prodeſt cõmunis error, nec locum habet diſpoſitum. *in l. Barbarius ff. de officio Præt.* eo quod deficiat titulus à potente conferre, qui neceſſarius eſt vt geſta ratione cõis erroris valeãt. At in poſteriori ad fuit titulus, quamuis ob vitiũ cõiter ignoratũ irritus. De qua re alias. *ex Zerula in Praxi Epiſc. par. 2. v. Pœnitentiarius, & alĳ.*

Quod vero ſpectant ad fidei profeſſionem, nempe an per eius omiſſionem mortaliter peccetur, & collatio facta inualida ſit, dico quod licet ad Epiſcoparum promouendi eam ſub lethalis culpæ reatu facere teneantur, ut iubetur à Gregor. 14. in d. Bulla Incip. *Onus Apoſtolicæ ſeruitutis*, & refert Vgolin. *de off. Epiſcopi. par. 1. cap. 1. §. 3. Leon. in Theſaur. For. Eccleſ par. 1. cap. 3. num. 19. Quar. in ſumma Bul. in. v. fidei profeſſio. Molfeſ. tr. 1. c. 2. nu. 19. Piaſc. in Praxi Epiſcopali in proœm. 10. de elect. num. 2. Barboſ. p. 3. Alleg. 61. num. 4.* Ita vt nec etiam per procuratorem, ſed vt DD. loquunt; perſonaliter ſit facienda: vt S. Congr. Card. declaraſſe refert *Garz. p. 3. c. 3 num. 75. & Additio ad Nauar. conſ. 11. tit. de Iureiu. & Zerula in Praxi Epiſ. p. 1. v. fidei profeſſio* Grattanus *in Forenſ. Diſcep. c. 166. nu. 22. & in ſpecie de Epiſcopo. tenet Sanch. l. 2. do præcept. c. 5. n. 7.* Nec emiſſa credatur quando beneficii collatio non eſt ſaltem decennalis, & cõcurrat Prælati vel beneficiari, incorrupta fides, præſertim cum de hac profeſſione ab Epiſcopis facienda Notarius adhibitis teſtibus publicis tabulis teſtimonium vel documentum de ea relinquere debeat. *Campen. Rub. 8. c. 3. nu. 24. Barboſ. l. c. num. 20.* Et ſi inquam illam profeſſionem Epiſcopus emittere à iure præcipiatur, cum tamen Andreas per incogitantiam, ex obliuione, & bonafide, vt ſupponit, omiſerit, à peccato mortali, ab amiſſione fructuum, & tituli Epiſcopatus excuſabitur, iuxta doctrinam. *Caiet. in v. præcepti tranſgreſſio & Suarez vi. tom. diſp. 3. ſect. 8. num. 18. & aliorũ.* Vnde quãuis prouiſi de Canonicatib. vel parochialibus eccleſiis, infra duos mẽſes à die adeptæ poſſeſſionis profeſſionẽ ipsã facere teneãtur, alioqui non faciant fructus ſuos, nec poſſeſſio illis ſuffragetur, vt ſancuit. *Conc. Tri. ſeſſ 24. de refor. c. 12.* communiter nihilominus Scribẽtes volunt, vt per illa Cõcilii verba, nec illis poſſeſſio ſuffragetur, non excludatur prouiſus quoad titulum, & proprietatem beneficii, vt per. *Riccium in Praxi capt. poſſeſſ. reſol 82. Garzias. p. 3. c. 3. num. 33. & Barboſ. alleg 65. num. 26.* & alios.

III. Q. RESOLVTIO.

VNde etiam ex his 3. difficultatis propoſitæ nodus diſſoluitur dicendo Cõcilii determinationem quod de Parochialium Rectoribus loquitur etiam Epiſcopis accõmodando, ſicut dicti Rectores regula de trienali ad fructus retinẽdos ſe tueri nequeunt, nec quo ad dictos fructus percipiendos longiſſima poſſeſſio quandiu profeſſionẽ non emiſerint, eis prodeſt; ita etiam de Epiſcopo, cum eadem militet ratio, idem ius ſtatuendum

dum

offi.i; intelligendum eſt enim prohibere peculiũ ad vſus quoſcunque etiam profanos, & ſuperfluos conceſſum, uel ſi ad ſolos uſus licitos, iuſta concedendi cauſa non adeſt, aut à Superiore irreuocabiliter côceditur. Quę ſententia eſt cõi vſu, & recepta praxi confirmata, *vt per Beiã in 4.p.reſponſ caſu 17. Nau.comment. 2.nu.15.c.18.de regul. Roder. tom. 2 qq. regul q. 125.art.4, Sanchez. de præcept.l.7.c.22*, quo loci *nu. 17.* ait peculiũ hoc regulari conceſſum moderatum eſſe debere; tum quia. *Concil. Trid l.c.* interdicit ſuperflua mobilia regularibus permitti; tum etiam quia nulla Superioris licentia poteſt religioſus res ad uſus ſibi conceſſas ſuperflue expendere. Ea uero in præſenti materia ſuperflua dicuntur, quæ ad ſtatum religioſi peculium habentis minime neceſſaria ſunt, ut cõſtat *ex c.exiit. §.inſuper de ver ſignif.l.6.* ubi decernitur ad hanc ſtatus decentiam metiendam, qualitatis perſonarum, conditionis locorum, uarietatis temporum, & nonnullarum aliarum circumſtantiarum rationem habendam eſſe, ut etiã liquet ex *Clem. exiji §.preterea.de ver. ſignif arg. Surdus de alimentis tit 4.q.18.& ſeq.* cum reſoluit alimenta ſecundum dignitatem & qualitatẽ perſonæ, cui debentur, & loci conſuetudinem præſtanda eſſe, *Arg.etiam Bar.in l.1.C. de ſacroſanct. eccleſ.& Bald.in l. ſi quis ad declinandũ.C.de Epiſ. & cler.* vbi aiunt Pauperes dici non ſolum mendicantes, ſed etiam congruam ſuſtentationem habentes, qui tamen attento ſtatu perſonæ, & dignitate indigere videntur. Quam rem conſiderat quoque. *Graſſius l.1. Deciſ.aur.c.26.num.20.& Barb. de Epiſcopo.p.2.Alleg.41.num.24.*

Conſectarium Documentum.

PОrro ſenum, & eorum qui de religione bene meruerunt, habendam eſſe rationẽ, vt commode viuere poſſint, omnia teſtantur iura *c.l ſemper ff.de iure immunit.c.tanta.1.q.7.* Et *Conc. Venet can.7.* ſtatuit ſuprobatis ſenibus poſt emeritos labores, vel etiam propter infirmitatis neceſſitatem, aſperior ab Abbatibus regula remittatur. Nec longe diſſidet alia D. Bñdicti lex, *in reg monach.c.77*, dicẽtis ipsã naturã quodãmodo ad ſenum miſericordiam trahi, ideoque ſanxit, vt nullatenus regulæ diſtrictione teneantur. Exhortare inquit *Climach.de obed.gradu 26.* ex charitate ſenes ſcientia, & actione claros, modicum ſibi quietis indulgere. *Æneas Syluius qui poſtea Pius 2.fuit l.4.cõment.in res geſtas Alphõſi*, ſic ait, Sileſiæ Dux dum teſtamentum conderet, domum ædificari mandauit in qua canes qui vtiles venationi fuiſſent, ob ſenectam, & corporis debilitatem, à ſuis relicti dominis, vſque ad mortem laute alerentur, deſignatis in eam rẽ nonnullis agris. Nec voluntas irrita fuit, Docuit aũt eo facto ſenes ſat cõmode alendos eſſe, ne ætate, & annis grauati poſt multos exantlatos labores penuria laborare cogantur.

VI. Q. RESOLVTIO.

AD 6.q. breuiter reſpondẽdo dico ei fas non fuiſſe cum Gregorio ſacerdote diſpenſare, vt poſt nefandum crimen perpetratum, & de eo cõuictum, & in iudicio à ſuo Officiali cõdemnatum, celebrare poſſet; cum iuridice de enormi crimine infamati ſint ipſo iure irregulares, in qua irregularitate ſolus ſummus Pontifex, non autem alius Prælatus diſpenſare valet, vt reſoluit. *Miranda in Manual. Prælat. tom.2. quaſt.8. art.5.& Barboſ.de Epiſcopo par.2 Alleg.44 num.30.* vbi etiam aſſerunt religionum Prælatos diſpẽſandi facultatem non habere cum ſuis ſubditis, ſi, qđ abſit, hoc flagitium commiſerint, & de illo ſint conuicti, nam ob eius enormitatem, & infamiam, & etiam propter ſcandalum quod ex inde alijs generari ſolet, vidẽdo eos celebrare, & ſacra operari, huiuſmodi irregularitas Papę reſeruata cenſetur. De cuius ſceleris grauitate uide in noſtris *cõmen. de caſib. reſer.par.2.c.4.& de Exam. eccleſ par.1. tr. 7.c.28 q.114.*

VII. Q. RESOLVTIO.

AD 7.q. reſoluẽdam dicimus, Eũ modo res occulta ſit, & Philippus cum ſui Superioris licentia ei ſe ſubiecerit, potuiſſe ipſum Philippum religioſum à ſuſpenſionis cenſura abſoluere, in quam incidit, eo quod ſacerdotium abſque legitima ætate ſuſcepit, *ex Conc. Trid.ſeſſ 24.c.6. Regi-nal.l.32.tract.2.c.22.num.43. Bonac.de cenſ.d.3.pun.v.& vlt.* Diximus modo res occulta ſit, quia ſi aliàs hoc delictum manifeſtum eſſet, à ſuſpenſione per dictam Cõſtitutionem inflicta non niſi ſummus Pontifex liberare poteſt. Sicut nec alij ſuper irregularitate, ſi quam inde celebrando contraxit diſpenſare integrum eſt, vt ex communi tradit, *Barboſa de Epiſcopo.par.2. Alleg.17.n.15.* Sicuti etiam diſpenſatio ſuper interſtitijs reſpectu religioſorum ad Epiſcopum ſpectat, cum quibus diſpenſare valet ex cauſa ſibi per atteſtationem ſuorum Superiorum manifeſtatam, ita vt Præfectis regularibus nefas ſit aliquem in hoc caſu legeſoluere, vt ex communiori placito docet idem *Author. Alleg.18.num.10.*

I. CAP. VII. Q. RESOLVTIO.

QVod vero ſpectat ad illud caput, an Philippum poſtmodum ad audiendas confeſſiones

nes admiſſum, ſuſpendere potuerit, eo quod pecuniam ſibi à pœnitente ad reſtituendum datam ſibi retinuerit, dico cum eum ex noua cauſa quæ ad confeſſiones ipſius pertinere videtur, ſacramenti pœnitentiæ miniſtrandi munus ei interdixerit, iure id facere potuiſſe, ſi quidem hic confeſſarius in ſuo miniſterio, tàm infideliter ſe gerendo ſcelere (quod multorum mentes offendit) ſe obſtrinxit, & iuſtitiæ leges violauit, ita vt ſi poteſt omne damnum datũ reſtituendo reſarcire teneatũ. *D. Anton. 2. p. tit. 2. c. 4. §. 1. ſeſſ. l. 2. c. 16. dub. 6. Nau. c. 17 n. 67. Filliuc. tom. 2. tr. 32. c. v. nu. 135.* vbi hi duo poſtremi aiunt eũ q dediſſet pecuniã confeſſario, vt reſtitueret, eo quod abſque ſui infamia non poſſet per ſe dare, poſſe in conſcientia quieſcere, cum præſertim ſemper confeſſarius obligatus ad eam reddendam remaneat. *arg. Bonac. de cõtract. Diſp. 1. p. 2 pun. 11. num. 13.*

II. CAP. VII. Q. RESOLVTIO.

QVod tandem attinet ad illam partẽ an Philippum excommunicatũ declarare ei licuerit, quod igneum tormẽtulum, vel vt dicunt, ſclopettum duorum palmorum menſura breuiorem deferre, à ſuæ Curiæ ſatellitibus ſit deprehenſus, dico de iure communi id ei fas non fuiſſe: nã licet Pius v. in Conſtitut. Incip. *Cum vices* cauerit, ne quis in eccleſiaſtica ditione huiuſmodi arma deferre audeat, non tamen in transgreſſores excommunicationis cenſuram inflixit, ſed ſtatuit vt crimen læſæ Maieſtatis, ac rebellionis, & pœnas pro illo à iure inflictas eo ipſo incurrat; ſed pœnã illam, nec non ſuſpenſionem à diuinis tulit contra eccleſiaſticorum locorum Rectores, Gubernatores, Præſidẽtes, ac alios Officiales, qui huiuſmodi arma licentiam deferendi quouis colore concedere præſumunt. Qui.n. alijs preeſt in ſe primũ, poſtmodum in aliis iuſtitiam ſeruare debet, & ex legũ præſcripto viuere. Et præſidentium integritas eſt ſubditorum ſalus. *Conc. Tri ſeſſ. 6. c. 1.* Hinc Diogenes cum quendam diſcipulum diſcolum, & improbum comperiſſet, eius præceptorem percuſſit, tanquam ei ipſius diſcipuli exceſſus, & mala imputãda forent, &c. Quas tamen cenſuras nemini reſeruari, ac proinde nedum ab Epiſcopum, ſed etiam ab approbaro Cõfeſsario cõſcientiarũ Iudice abſolui poſse ex ipſa Bulla colligunt ſcribentes. *arg. c. nuper. de ſent. Nauar. cap. 27. num. 39. Lazarius de Monis. ſect. 4. q. 13. Reginal. l. 9. num. 13. Greg. de Valentia. tom. 4. diſp. 7. q. 17. pun. 8. Toletus l. 1. c. 17.* & alij communiter.

QVAESTIO XXIII.

Epiſcopus an ad profeſſionẽ vel eius ratificationem nouitium recipere poſſit. Num ſacerdotem, qui litanias alias quàm in æde Lauretana decantari ſolent publice in ſua eccleſia recitauit, & in calice non conſecrato celebrauit officio, & beneficio priuare ei liceat. Verum et integrũ ſit ad dirimendam litem, abſq. ſimonia vni applicare beneficiũ cum onere vt quamdiu vixerit penſionem ſoluat.

COrnelius Epiſcopus cum Franciſcus eius nepos aſſeruiſſet, ſe inualide quò ad conſenſũ in quadam religione profeſſionem emiſiſſe (nam ob quoddam furtum ab ipſo in paterna domo perpetratum, timens ne verberibus afficeretur, vel in carcerem detruderetur, ſe in religioſum ordinem inuitum, & metu coactum ingreſſum eſſe dixit) eundem nepotem coram ſe profeſſionem ratificare, & confirmare fecit. Quod tamen etiam repugnante omnino voluntate ſe feciſſe ipſe nouitius confeſſus eſt.

Secundo cum Lucas Parochus ruralis quaſdam litanias alias ab ijs quæ in æde Lauretana decantari ſolent dominicis diebus poſt expletam doctrinam chriſtianam in honorem B. M. Virginis publice in eccleſia à pueris decãtari fecit, & quendã calicem quo vtebatur aurefici reficiendum dediſſet, vt populus in quodam die feſto ſacrum audire poſſet, in calice non conſecrato, quem domi dono datum habebat, miſſã celebrauit. Hoc cum ad Cornelij Epiſcopi aures delatum eſſet, eundẽ eccleſiæ Rectorem officio ac beneficio perpetuo priuauit.

Tertio ad dirimendam litem, quæ inter duos ſacerdotes nempe Chriſtophorum, & Andream ſuper quodam beneficio vertebatur, Andreæ beneficium adſcripſit, cum onere, vt quamdiu vixerit, alteri ideſt Chriſtophoro penſionẽ ſoluat. Quæritur quid iuris in his quæſtionibus tàm iure fori, quàm iure poli decernendum ſit.

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1. q. dico Cornelio Epiſcopo non licuiſſe Franciſci nepotis profeſſionem apud ſe ratam habere: ſicut. n. in monaſterijs exemptis propria auctoritate ad ipſam profeſſionem admittere non poteſt. *ex Abb. in c. porrectum. num. 12. ext. de regul. Nau. cõſ. 4 de regul. Rodriq. in qq. regul. tom. 3. q. 17. art. 11. Sanchez. de præcep. l. 5. c. 4. nu. 74. & alÿs.* Ita nec eam ratificare facere, vel actã confirmare valet, cum hoc ad conuentus, vel religioſi ordinis Præfectum ſpectet. Quinimmo cũ inuitus

& me-

Digitized by Google

& metu adactus, renitente voluntate, ipſe Franciſcus coram Superiore religioſo votiuam profeſſionem emiſerit, & vota ficte nuncupauerit. Fatendum eſt eam inualidam eſſe, cum voluntatis aſſenſus ad eius, vt dicunt, eſſentiam neceſſario requiratur: ſiquidē nemo eligit qđ non diligit; & Deo voluntarie ſacrificandum eſt *c. praſens clericus* 20. *q.* 3. *c. nonneſt* 15. *q.* 1. vt proinde religionis ſtatus non precio, ui, aut metu, ſed cum maxima libertate aſſumendus ſit *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *de reg. c.* 16.

Neque ſolum primam eius nūcupationem, ſed etiam ratificationem non ſubſiſtere; nec religioſum eundem Franciſcum conſtituere; nam emiſſa profeſſio, uel ratificatio, ob conſenſus defectū nullam obligationem, cum non ualeat, inducit, ſiue in religionibus exemptis coram eorum Præpoſito, ſiue in non exemptis coram Ordinario, uel Epiſcopo fiat. *Cucchus. l.* 3. *Inſtit. maior. tit.* 1. *de regul. num.* 62.

Porro in ea emittenda, uel ratificanda uoluntatem, & conſenſū defuiſſe, in foro interno iuramento eius qui ita aſſerit, ſtandum erit, cum aliter res probari nequeat. *Cephal. conſ.* 35 *Tuſch. in v. Aſſerenti concl.* 505. *Couar. in Pract. qq. c.* 32. §. *caterum. Farinac. de Inquiſit. q.* 8. *nu.* 113. vbi hoc regulariter procedere aſtruūt, cum de modico præiudicio agitur, ſecus cum de graui. &c. Quò uero ad externa tribunalia, quæ tantum de actibus exterioribus iudicant, Franciſcus pro profeſſo habebitur, nec ēt adhibito iuramēto fides in re graui ei pſtabitur; ac proinde quò ad hoc forū in religione permanendi orietur obligatiō. *Abbas in c. vidua ext. de regul.* Caiet. 22 *q.* 88. *art.* 1. *Vecchius in praxi nouit. d. ſp.* 15. *dub.* 1. Quandoquidem ex ſanctione *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de regul. c.* 19. Regularis prætendēs ſe per vim religionem ingreſſum, aut nulliter profeſſum, intra quinquennium tantum cauſas nullitatis ſuæ profeſſionis coram Ordinario, & Superiore religionis deducere poteſt. Nihilominus ēt quinquēnio elapſo, id ei licebit ſi intra illud reclamare nō ualuit, uel ēt ſi profeſſionem fuiſſe metu factam alleget, & ipſius metus cauſam etiam poſt illud tempus duraſſe. *Roderiq. tom* 3. *q* 17 *art.* 16. *& ſeqq. Miranda in Man. Pral. tom.* 1. *q.* 30. *art.* 1. *cum ſeq. Barb. p.* 3. *Alleg.* 104.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. reſpondeo Epiſcopo fas non fuiſſe tàm acri pœna in Lucam Parochum animaduertere, id eſt officio, ac beneficio perpetuo priuare, eo quod in ſua eccleſia feſtis diebus ter Litanias, non quæ in æde Lauretana recitari ſolēt, ſed alias in honorem B. Mariæ Virginis bona fide decantari fecit. Nam & ſi Clemens 8. in Decreto Incip *Quoniam*. Quod eſt apud *Quar. in v. Litania*. Litaniarum uſum præter in Breuiarijs, Miſſalibus, Pontificalibus, & Ritualibus, contentas, & Litanias de B. V. in ſacroſancta æde Lauretana adhiberi ſolitas, aut à S. Congregatione rituum approbandas prohibeat, & contra uenientes præter peccatū, arbitrio Ordinarij, & Inquiſitoris ſeuere coerceri iubeat. Hoc tamen intelligitur de his qui hoc temere præſumunt, non de illis q bona fide prohibitionem neſcientes hoc agunt, ut tradit Card. cōiter receptus in *clem.* 1 *q.* 30. *de priuil. Nauar. conſ.* 19. *de reb. eccleſ. non alien. Riccius in praxi var. reſol. reſol.* 19 Quandoquidem uoluntate, ac propoſito maleficia diſtinguūtur. *c. cum voluntate. ext. de ſent. excom.* Quippe cæca eſt omnis operatio, quæ oculis rectæ intentionis non dirigitur, clauda ac languida, quæ ſine charitatis feruore efficitur; quæ duo ſi bono operi deſunt, quecūque illud erit, malum ſemper erit, & nullius apud Deum meriti, ut cōis docet Theologorum ſchola. Neq. n. iudicat Deus, ut aiunt, ad publici ponderis menſuram, ſed ad menſuram ſanctuarij, non ſecundum externam ſpeciem, ſed ſecundum illud, quod intus latet. *Iuſtin. in Tob. c.* 4. *verſ.* 23.

Nec quia in calice argenteo conſecrato, in die feſto rem ſacrā Parochus feciſſet, ſic puniri potuit. Illa. n. pœna videlicet officij, & beneficij priuatio in eos tm̄ ſacerdotes infligenda eſt, qui ſine aqua, & igne, uel in pane fermentato, ſeu uaſe ligneo, ſacrificant. *c. fin. ext. de celebr. miſſ. contra Bonac. de ſacram. diſp.* 4. *q vlt. pun.* 9. *n.* 15.

Conſectaria notanda.

VBi duo animaduertēda ſunt. Primo ſacerdotē dū miſſæ ſacrificiū facit, uti debere calice ex auro, uel argento, ſeu ex ſtanno inaurato cōfecto, & ab Epiſcopo conſecrato. *c. vaſa. c. calix. de de conſecr. diſt.* 1. De qua re. *p.* 1. *tr.* 4. *c.* 15. *q.* 141.

Et licet olim ſacerdotes non aureis, ſed ligneis calicibus uterentur, ob quam cauſam lepide Bonifacius Papa, & martyr, in prædicto. *c. vaſa.* ait. olim aurei ſacerdotes ligneis calicibus utebantur, modo ſacerdotes lignei aureis utuntur, communior tn̄ & vſitatior hodie mā calicis eſt argentum.

Quare ſi quis alicui eccleſiæ teſtamento ſuo calicem legaret, calix de argēto intelligendus eſſet, vtpote de conſueta, & uſitata materia, niſi aliter in tabulis exprimeretur. ita *Bar. in l. Titius ff. de aur. & arg leg. Abb. in cap. ex parte. extr. de cenſ. Fagundex. de precept. eccleſ. p.* 1. *l* 3. *c.* 21. *num.* 12.

Secundo obſeruandum eſt calicem, & patenā, non ex eo conſecrata manere, quod in illis abſque conſecratione celebretur. Et ratio eſt quia huiuſmodi conſecratio, benedictio, aut reconciliatio, ex certa uerborum forma ab eccleſia inſtituta dependent, quæ dum ſuper ipſas res non profertur, conſecra-

Digitized by Google

ſecrationis aut benedictionis effectum habere nõ cenſentur; per hanc enim formam ab eccleſia tanquam ſacræ, & non per aliud miniſterium deputantur, ſic *Suarez 3 par. Diſp. 81. ſect. 7. Molfeſius tract. 25. c. 12. num. 52. Fagundez l. c. num. 15.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. hæc aſſertur reſolutio, Cornelium Epiſcopum iuſte, & ex Canonicarum legum præſcripto feciſſe, ſi ad litem dirimendam quæ inter illos duos ſacerdotes vertebatur, penſionem non beneficio, ſed ad vitam ipſius beneficiarij imposuit, ſic enim decernitur *in c. niſi eſſent. vbi DD. ext. de prebendis. & in c. de cætero, ext. de tranſact.* Vbi ſummi Põtifices hmõi diſpenſationẽ, & cõpoſitionem approbant, modo non bñficiũ, ſed ipſa bñficiarij perſona onerata remaneat. Q̃n quidẽ aliud eſt penſionem ipſi beneficiario iniungere, aliud ſuper ipſo beneficio, onus enim beneficiario impoſitum cum, quandiù beneficium retinet, tantum ſufficit, & ipſius perſonam non excedit, & per conſequens onus præfatæ penſionis ipſo mortuo, vel à beneficio remoto extinguitur, & ad ſucceſſorum non trãſit. Onus vero penſionis beneficio impoſitum illud ſolum reſpicit, ac proinde ad eum qui in beneficio ſuccedit tranſmittitur, quandiù penſionarius iure penſionẽ exigendi gaudet, cum res cum ſuo onore tranſeat. Atque ita reſoluunt. *Azor. 2. par. lib. 8. c. 6. Reginal. l. 23. num. 289*, contra aliquos citat. *Suarez tom. 1. de relig. l. 4. c. 51. num. 18. & Bonac. de ſim. q. 4. §. 15. num. 9.* Quæ reſolutio illa communitur ratione, quod Epiſcopus tanquam iuſtus arbiter, & æquitatis cultor, pro bono pacis ſua prouidentia multa ſtatuere poteſt, vt innuitur in *d. c. niſi eſſent.* quod etiam conſiderat. *Nav. conſ. 13. tit de preb. num. 6.* Nam ſicut lites magno ſunt diſpendio, tum ſi bene & recte perſpiciamus, nullum prope modum ſit malum, quod ex litigijs non oriatur, vt propterea Chilonis tria illa notiſſima ſint præcepta, Noſce te ipſum, ne nimium copias, & æris alieni, ac litis miſeriam ſac effugias. O quam beatus, cui à forenſibus procul negotijs datur,

Carpere ſecuras dapes.

Ait *Seneca in Thyeſte.* Nec illi metuendũ à cauſidico, vel rabula linguato, atque edocto, vt ait *Lact. de falſ. relig. c. 1.* nõ ad virtutem, ſed ad argutam malitiam. *Iuſtin in Tob. c. 12. verſ. 7. Doc. 1.* Sicut inquam litigium tantam malorum cohortem ſecum trahit, ita etiam ex pace magna commoda, & ingentes vtilitatẽs prodeunt, nam inter alia oĩum rerum copiam in rempub. importare ſolet. vt per *Alciat. in emb. de pace. Iaſonẽ in l. quidem ff. ſi cer. pet. & Carbonẽ de pacificat. c. 38. Arg. Anſelmum Pax. concl. 373.* Vbi *ex Romano conſeq. 33* aſtruit pro bono pacis, & vt ſcandalum tollatur, iuris præcepta relaxari. Ideo Seruator noſter voluit primo pacem Paſtoribus nuntiari, vt indicaret ad eos maxime pertinere eã inter fideles diſſidẽtes cõponere. *Carbo. l. c. & Guaz. de pace q. 6.* Hinc *Concil. Carthagin. in cap. ſtudendum, diſtinct. 90.* ait, ſtudendum eſt Epiſcopis vt diſſidentes fratres, ſiue clericos, ſiue laicos, ad pacem magis quam ad iudicium coerceant. *Felyn. in Rub. & in c. 1. ext. de treg. & pace. Barb. Alleg. 79.* Et ſuas partes agnoſcant potiſſimum eſſe, clericos admonere, vt ſuæ dignitatis memores, aſſidue meditentur ſe in partem ſortis Sanctorum vocatos, lumen mundi, & ſali terræ dici, quod eorum munus ſit fideles doctrina, exemplo, moribus, ac charitatis officijs illuminare, ac ſpiritus ſapore condire. Prout oſtendimus in *Comment. de Hum. vita Stat. par. 1. c. 18.*

Olim columba oliuæ ramũ in ore gerebat. *Gen. c. 8.* Oliua quippe pacis eſt ſymbolum, columba Spiritus ſancti ſignũ, quam apte ſignificatum eſt, ſacerdotes, ac ſpirituales viros, in ore pacem geſtare debere, & ad ea quæ pacis ſunt populum admonere. *Peraldus in ſumma vitiorum, ac vit. tom. 1. part. 11.*

QVÆSTIO XXIV.

Epiſcopus an Archiepiſcopatum affectare, & procurare poſſit. An ante pallij receptionem beneficij reſignationem admittere valeat. Num ſtatutum circa Parochorum reſidentiam, quod etiam Suffraganeorum Curatos ligat, condere ei liceat. Vtrum per ſe, vel per aliũ collegialiter viuentium à graui clerici percuſſione abſoluere eis concedere poſſit. Nunquid ſuper irregularitatibus ſubditis Suffraganeorum emiſſis diſpenſare valeat. & eos ab excõmunicationibus ab eiſdem latis abſoluere. An ſi Iudex, vel alius more iuſtitiam vel iudiciũ exerceat, in aliquam pœnã incidat. Num heremitas ab vrbe expellere, & eos punire poſſit.

REginaldus cuiuſdam Cathedralis Eccleſiæ Epiſcopus, cum Archiepiſcopalem dignitatem alterius inſignis vrbis (prius tamen ab eo affectatam, & procuratam) duorum Principum ope, & ſuffragio, ab Apoſtolica Sede obtinuiſſet, an pallij receptionẽ, parochialis Eccleſiæ S. Thadæi Curati reſignationem ob leues inimicitias, & æris inclemẽtiam admiſit: Quod quidem beneficium Roberto ſuo familiari contulit. Secundo in Prouinciali Concilio ſtatutum cõdidit, ne ſibi ſubditi Parochi vltra duos dies à propria cura abeſſe poſſent, quinimo Stephanum ruralem Parochum, qui ſingulis quibuſque hebdomadibus in vrbem ſe pa-

rentes viſendi gratia ſe conferebat, & cum illis tantum vno die morabatur, relicto ad occurrentes ca ſus capellano, à diuinis ſuſpendit, & beneficij fructibus priuauit. Tertio Balthaſari ſacerdoti facultatem dedit vt Albertum ſcholaſticum collegialiter, vt aiunt, viuentem, à graui clerici percuſſione abſoluere valeret. Quarto ſuper quibuſdam votis ſuorum ſuffraganeorum ſubditorum diſpenſauit, & à nonnullis excõmunicationibus abſoluit. Georgium ſacerdotem in carcerem detrudi iuſſit, eo quod ob quandam maleuoli clerici falſam delationem intellexiſſet, contra eius edictum aleis luſiſſe, & odio quodam in eum affectus pecuniaria pœna ipſum mulctauit. Tandem Danielem Heremitam habitu priuauit, & ab vrbe expulit. Vnde ex his hæ potiſſimum dubitationes inſurgunt.

Primo an Reginaldus Archiepiſcopatum illum affectando, & procurando, peccauerit.

Secundo an illam beneficij reſignationem ante pallium receptum admittere, & ſuo familiari illud licite conferre valuerit.

Tertio an illud ſtatutum ſuper Parochorũ reſidentia, qđ non tantũ ſuæ diœceſis, ſed & ſuæ Prouinciæ Curatos afficiat, ac liger cõdere potuerit. Et etiam an Stephanum ſuſpendere ac beneficij fructibus priuare ei licuerit.

Quarto num fas ei fuerit illi confeſſario facultatem committere, vt prędictum ſcholaſticum in collegio degentem abſoluere à graui percuſſione valeret.

Quinto quid de diſpenſatione votorum, quæ proprijs Suffraganeis ſubditi emiſerunt, & de excommunicationibus ab ipſis Epiſcopis latis?

Sexto an Georgium ſacerdotem ob maleuolorum relationẽ in carcerẽ detrudere potuerit, &c.

Reſpond. Omiſſis præuijs inſpectionibus alias à nobis præmiſſis, quæ præſentes quæſtiones vberiores reddere poſſent, ad earum reſolutionẽ breui manu deueniendum duximus. Hoc tantum admonito, quod, & ſi habita ratione ordinis in ſubſtantia, ideſt reſpectu characteris, Archiepiſcopus, nil pluſquam Epiſcopus habeat, vnde in vniuerſali diſpoſitione de Epiſcopo factã, etiã Archiepiſcopus cõprehenditur, *Imola in Clem. fi. de beneficio. tit. de Præb.* executionis tamen, & exercitij reſpectu maiori auctoritate, & ampliori honore gaudet. Hinc dicitur pater, & Epiſc. aĩarũ Suffraganeorũ, &c. *Gl. in c. 1. tit. de ſuppl. negl. Prælat. l. 6. Quar. in ſumma Bellarmino, Archiepiſcopi. auctoritas. n. 1.* vt proinde aliqui etiam voluerint diſpenſatum ad Epiſcopatum non, cenſeri ad Archiepiſcopatum diſpenſatum, vel legibus ſolutum. *Fagundez. de Præcept. Eccl. lib. 3. c. 3. num. 4.*

I. Q. RESOLVTIO.

AD 1. q. reſpondendo dico Reginaldum qui propria ſpũali ſpõſa relicta, aliã ditiorẽ affectauit, & procurauit, à graui culpa non excuſari. *c. mutationes. & c. ſcias. 7. q. 1.* Vt enim ait. *Euariſtus Papa Epiſt. 2. relat. in c. ſicut. d. 7. q. 1.* Sicut vir non debet adulterare vxorẽ ſuam; ita nec Epiſcopus eccleſiã ſuã ideſt, vt illam dimittat, ad quam ſacratus eſt, abſque ineuitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, vel regulari mutatione, & alteri ambitus cauſa ſe cõiungat. Et infra, Epm vero oportet opportune, & importune atq; ſine intermiſſione eccleſiam ſuam docere, eãque prudenter regere, & amare, vt à vitijs ſe abſtineat, & ſalutem conſequi poſſit ęternam. Et illa cũ tanta reuerentia eius doctrinam debet ſuſcipere, eũque amare, & diligere, vt legatum Dei, & preconem veritatis. hæc ille. Calixtus 3. referente Platina, dum eſſet Valentiæ Epiſcopus, alias pinguiores, & opulẽtiores eccleſias oblatas reſpuit dicens, vna ſponſa & quidem virgine, contentum eſſe. Quod ſignificare voluit Apoſtolus in illis verbis. 1. ad *Timoth. 3.* vnius vxoris virum, quę licet communiter intelligantur, cum bigamum minime eſſe oportere; attamen ſecundum alium ſenſum, nõ inepte alii interpretantur, vt Epiſcopus vnam eccleſiam eius ſponſam amet, & non aliam quærat, ideo enim illi anulus in eius conſecratione datur, &c. *vt per Durand. in rat. Diuin. off. l. 3. c. 14. & Medinam in Inſtruct. confeſſ. l. 1. c. 16. §. 1.* Et experientia, docet tales Epos auaros, & ambitioſos, cum alium Epiſcopatũ adepti fuerint, innumeris calamitatibus obrui. Sic quidem vt ſericarius vermiculus, vel bombyx admirabili labore ſericum conficit, & neſciẽs caſulã cõſtruit, in qua conſtructa moritur, & propriũ ſepulchrum condit: ita qui dominandi cupiditate inflammati, falſos honores varijs modis, & artificijs quęrunt, ſibi ipſis neſcientes infamem, æternumque perniciem acceſſunt. Id docuit exẽplum cuiuſdam Vltramontani vtriuſ. artium Doctoris, & Iuris conſulti, qui aureis, & argenteis gradibus fidens, cum breui ſe Romæ in ampliſſimum virum euaſurum, & maximos honores ſe conſecuturum ſperaret, ſecutius contra egeſtate confectus, in publica hoſpitali domo diem obiit, cõſcripto ſuis manibus hoc epitaphio.

Hic iacet Iacobus,
Qui fuit Romæ coquus,
Doctor in partibus,
Magiſter in artibus,
De gratia ſpeciali,
Mortuus in hoſpitali.

Tymp. in Menſ. phil. v. ambitio.

Quod

Digitized by Google

Quod autem peccatum admittant ii Epiſcopi quibus reditus pro honeſta ſuſtentatione ſufficiũt, quorum aer eſt ſalubris,nec alia neceſſitas vrget, ob temporalia bona,vel ambitum,alium pinguiorem Ep̄atum,vel etiam Archipiſcopatum cupiũt, ac habere procurant, vt ſuis cognatis,vel familiaribus prouidere poſſint,aliqui,vt *Medina. l.c.* putat eſſe mortale. *Barb.ex Nauarro part.1.tit.2, gloſſ.1.num.9* grauiter eos peccare aſſerit. *Rodereiq.in ſumma par.2,c.10.* tantum venialem culpam ibi latere contendit. At quidquid de hac re ſit negotium eſt illicitum,ac magno periculo expoſitum,populis ſcandalum præbẽs,cum Epiſcopus Chriſtianæ perfectionis exemplar eſſe debeat, vt ait.*Gennẽ.in Man.Paſt.c.19.*

Porro Reginaldus ad Archiep̄atum trãſlatus,an aſportare poſſit libros,ornamẽta,& paramenta,& argẽtea vaſa,q̃ in priori Ep̄atu emit,vel quæ ei ſũt dono data.ſ.in negatiuam partem reſoluẽdum eſt cum penes primum Epiſcopatum,cui acquiſita ſunt remanere debeant. *Barbatius l 3.conſ.20.* Vbi ait ſic cõſuluiſſe,& tale conſilium per eximios DD confirmatum fuiſſe. Quod etiam eſt valde notandum in alicuius eccleſiæ Rectore,qui eccleſiaſtica ornamenta ſi quæ fecerit,à prima eccleſia à qua diſcedit, auferre nequit,vt ad aliam transferat.ſequitur.*Belletus in Diſq.cler.par.1.de Bonis cler.§.8.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD.2.q.dicimus reſignationem illam beneficij curati ab Epiſcopo admiſſam,ex ea parte validam fore, etiam ſi ante ab eo receptum pallium facta fuerit, quia ante illud acceptum tantum concilium cogere à iure interdicitur, & ea exercere quæ Epiſcopalis ordinis ſunt,non autem ea explicare prohibetur,quę ad iuriſdictionem ſpectant,qualis hæc actio cenſetur.vt conſtat.*ex.c.quod ſicut §.ſuper eo.ext.de elect.& notant Abb.Hoſt.Io. And & Ant de Butr.in c ſuffraganei. ext.eod.tit, & Sanchez.l.4.de precep c.38.num 9.*

Eſt autem pallium (vt congruenter hoc loco dicam) veſtis ſumma,lanea,& candida,cuius vtriuſque duæ faſciæ pendent, & ad humeros circulus ductus, ac quatuor purpureis crucibus inſignita eſt. Cuius ſane inſignis rationem. D.Gregorius ad Maximum Epiſcopum Solimiranum probe reddit dicens.illud humanitatem,& iuſtitiam ſignificare,vt qui illo à ſummo Pontifice conceſſo vtuntur, foris ſummiſſe ſe gerant,ideſt mites ſint,& intus æquum animum habeant,hoc eſt iuſtitiã colant. Et de huiuſmodi ornamento quod Patriarcharũ,Primatũ,ac Metropolomitarũ eſt propriũ, vt per illud à cæteris Epiſcopis(quorum tamen quidam hoc priuilegio gaudent)diſcernantur, & priuilegiatam dignitatẽ obtineãt, Tertullianus librum conſcripſit,quo eius vetuſtatem, & commodum vſum docet *Marc.Ant.Cucchius in Inſtit.Maior.l.4 tit.6.Azor par 2.l.3.c.34.*

Ex alijs vero capitibus hæc reſignatio inualida redditur,quod ex legitima,& iuſta cauſa non ſit facta,cum enim ſimplex beneficiorum reſignatio ad hoc vt coram Ordinario fieri poſſit cauſa requiratur (quæ in Epiſcopo præſumitur ſi eam admittat.vt per *Seraph Deciſ.1320.*)leuis autem inimicitia, & aeris inclementia in Conſtitutione Pij V.Incip.*quanta* non numeretur ſequitur ipſam reſignationem non ſubſiſtere.

Reſignationis cauſæ.

SI quidem Prima cauſa requiſita eſt ſi reſignãs ſit ſenio confectus. Secunda ſi valetudinarius quæ vt,& prima Iudicis arbitrio remittitur. Tertia corpore ĩpeditus,ita vt id ad quod tenetur Ordinarij iudicio præſtare nequeat. Quarta quando beneficiatus eſſet corpore vitiatus, vel diminutus Quinta ſi eſſet crimini obnoxius,vt ſi ſimoniã,homicidium,periurium,blaſphemiam,& huiuſmodi cõmiſiſſet, ob quæ beneficio priuãdus foret. Sexta ſi eccleſiaſticis cenſuris irretitus, vt excommunicatione,ſuſpenſione,& interdicto.iuxta.*c.querẽti.de verb.ſignif.* Septima ſi eccleſiæ,vel beneficio inſeruire nequiret, vt ſi irregularis ſit,exul, & c. Octaua ſi vnum aliud,vel plura beneficia obtinuerit, aut ad aliud promoueri contigerit, quando ſimul retineri non poſſunt. Nona quando clericus beneficio donatus religionem ingredi vellet, aut ſi in minoribus tantũ conſtitutus matrimonium cõtrahere, dummodo ſtatim re ipſa id exequatur. Decima qui ob capitales inimicitias in loco beneficii commorari non poteſt,vel non audet,vt colligitur.*ex d. Bulla & tradit poſt alios Marc.Ant.Genuenſ.in Praxi eccleſ. Neap.c 65 Barb de Epiſcopo p.3, Alleg.69. Pariſius de reſignat.l 5.q.6.* Sed quænam capitalis inimicitia cẽſeatur, Iudicis arbitrio reliquenda eſt,qui illam grauem inimicitiã arbitrabitur, quę ex alicuius morte, honore violato,vel pecuniaria cauſa,orta eſt,per ea quæ tradit *Menoch.de Præſump.l.3.q.37.& de Arb.Iu l.l.2.caſu.110.& Pegna in comment.ad 3.par.Inq.q.67. comm.16.Pariſ l.c.q 3.Mantica de coniect. vlt. volunt.l.12.tit.5. Roder in qq.reg.tom.2.q.15.art.3.*

Aeris etiam inclementiam iuſtam reſignandi cauſam non dediſſe,tùm ex ipſa Cõſtitutione liquet,vbi hæc ipſamet cauſa non recenſetur: tùm etiam ex eo conſtare poteſt,quod nõ ita facile ob quamlibet aeris intemperiem Parochus à reſidentia excuſatur. *vt per Michael. Galleg.in tract. de Paroch.oblig.temp.peſtis. & Garziam de benef.*

Digitized by Google

par.3.c 2.num.179.Barb de Epiſcop.par.3.Alleg.53.nu.90.Pariſinu l.5.q 3.nu.153.Sayrum l.4.de cenſ.c.12.num.55.Bonac.d 3.pun.5.§.2.nu.18.

Cæterum, & ſi hæc reſignatio ſit inualida, nullam tamen pœnam Reginaldus contraxit cum Ordinarijs reſignationes ſine cauſa, vel aliqua ex prædictis admittentibus nulla pœna à dicta Bulla imponatur. *vt notat Fuſch de viſit. eccleſ l.2.c.28 num 26, Pariſ d q.6.num.225.Vgol.de off.Epiſcopi par.2.c.50.§.18.*

Si tamen huiuſmodi Præſules beneficia corã ipſis etiam ex iuſta cauſa reſignata conſanguineis reſignantium, aut ſuis, vel familiaribus conferant, à collatione, electione, & beneficiorum inſtitutione ſuſpenduntur, donec à ſummo Pontifice abſolutionem obtinuerint. Vnde proinde dicẽdũ ſit hunc Epiſcopum, qui reſignatum beneficium ſuo familiari contulit, ſi pro ob bitionem ſciens hoc egit, hac cenſura irretitum eſſe. *Gennenſ. & Barboſa l.c.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3 q. dicendum exiſtimo, quod cum ei integrum ſit, Edicta condere, & mittere per totam Prouinciam in caſibus ad ſuam iuriſdictionem pertinentibus, præſertim cum in Concilijs Prouincialibus edita ſunt, & ab Coepis ſuffraganeis ſubſcripta, & à Romana ſede, vel Cardinaliũ Congreg. approbata. *iuxta Gem & Franch. in c.1. de ſuopl.n.neliq.prælat l.6.Gennen in Praxi Neap. c.88.num.16, Sanchez.l 8 d.17.nu.36.Bonac.de leg.d 1.q.1.pun.3.num.25.& de cenſ d.1.q.1.pun.12.n.19 Suar d. legib l.4.c.5.nu.3. Quar.in ſumma Bull.v.Archiep.authoritas num.23.*

Reginaldo ex cauſa ſtatutum condere licuiſſe, vt Parochi tam ſui quã Suffraganeorũ, vltra duos dies abſque ſui Epiſcopi licentia abeſſe non poſſint, *vt à ſacra Gongreg Card. deciſum eſſe refert Garzias de benef part.3 c.2.num.23.& Barb.p 3. Alleg.53 num.97.& Squilantes de oblig.cler.num.116.Bonac.de onere benef.Diſp.5.pun.3 n.8.* Cum enim Paſtorum reſidẽtia tàm ſerio commẽdetur, & diſtricte præcipiatur, tùm à ſummis Pontificibus, tùm à ſacrorum Conciliorũ Cõſtitutionibus. *c.1.& toto tit exe.de cler.non reſid.Conc.Trid ſeſſ.23.c.1.* tanquam illud fundamentum, in quo ſpes omnis eccleſiaſticæ diſciplinæ retinendæ poſita ſit, nulla poteſt ab Epiſcopis, & alijs Superioribus aut opera, aut diligẽtia adhiberi, quæ ſatis ſit, quò ipſi Parochi, & Curati diuinorum præceptorum memores, gregi ſuo inuigilent, atque eo ſtudio, ac pietate aſſiſtant, vt nihil quod ad ſalutem ouium ſibi creditarum pertinet, vllo vnquam tempore, quatenus fieri poteſt, deſiderari poſſit; vt proinde etiam ſi per paruum temporis ſpatiũ, vt per duos dies illis abeſſe cõtingat, Epiſcopi prius cauſam pro bè cognitam, & probatam habeant.

Vnde Parochus non ſatisfacit ſi petat licentiã iurans ſe graui vrgeri cauſa quã manifeſtare non expediat. *vt per Garz.d.c.2.nu.37.* Imo ſi licentiã hẽt, ſed per mẽdaciũ obtẽtam, & abſentiæ fructus percipiat, eos reſtituere tenebitur, quia Cõc. Trid. duo ad abſentiæ iuſtitiam exigit, nempe iuſtam cauſam, & eius approbationem, & cum prima ſit falſa, ſecunda etiam inutilis erit, maximè cum tota ratio fructuum acquirẽdorum à iuſta cauſa dependeat. *Azor p.2.l.6.c.10.q.3.Poſſeuinus de officio Curati c.1 num.24 Zecchius de caſ.reſer.caſu.3.Barboſ l.c.num.99 & ſeq.* Vbi etiam reſoluunt, abſentem ex rationabili cauſa licet ob inobedientiæ violationem licentiam non petendo peccet, ad fructuum tamen reſtitutionem non teneri. Quod intelligitur, inquit Zecchius, ſi per duos tantum menſes a concilio permiſſos, quolibet anno abſit, & dũmodo interim per idoneum vicariũ deſeruiat. Dixi idoneũ, in peſſimo enim ſalutis ſtatu verſãtur illi, qui curata beneficia poſſidentes, vicarium ſine delectu ponunt, non quærentes, quis doctior vel melior ſit, ſed quis minori mercede inſeruiat, oues luporum periculo, & ſalutis diſcrimini exponentis, vt ait. *Bisfeldius in Ench. Theol. Paſtor. in proæmio.*

Hinc facile conficitur, quod cum abeſſe non dicatur, qui ſtatim eſt reuerſurus, ex *Conc. Trid.d.ſeſſ 23 c.1 & probat Gõzales ad reg.8.Cãcell Gloſſ.43.num.5.* Parochum illum, qualem, qui ſingulis quibuſdam hebdomadibus cauſa parentes, & conſanguineos viſendi, ad vrbe in diuertit, & cum illis vno tantum die moratur, relicto ad occurentes caſus Capellano, nec peccaſſe mortaliter, nec ad fructuum reſtitutionem teneri, vt reſoluit *Beia. p.4 reſponſ.caſ conſ.caſu.21.& Barboſ l c.num.92.* Ac proinde niſi aliud interuenerit, non iure videtur feciſſe Reginaldum, cum eum à diuinis ſuſpendit, ac beneficij fructibus priuauit, &c. Vnde etiam *Garzias Barb & Bonac.* deciſum eſſe teſtantur, Epiſcopum non poſſe Parocho vltra duos dies abſq. licentia abſenti excommunicationẽ inferre; ſiquidem duorum, vel trium dierum abſentia, res leuis eſſe videtur, ac proinde grauis cenſuræ materia non cenſetur. De qua re inferius etiam dicetur.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4 q. reſoluendam dicimus, quod licet ab excommunicatione ob clerici percuſſionẽ contracta, quæ habetur. *in c ſiquis ſuadente. 17.q.4.* ſolus Papa, & Legatus à Latere regulariter abſoluere valeant. *c.pen.de off.leg.Graffius in Deciſ. aur.l.2.c.46.nu.58.Bonac.de cenſ.d.2 q.4.pun 5.*

Epi.

Digitized by Google

Epiſcopus tamen aliquando per ſe, vel per alium à ſe delegatum, ac deputatum, (cum ratione ordinariæ poteſtatis, hoc ei competat, quam alteri cõmittere ei licet) abſoluere poteſt, quando ſcilicet percuſſio eſt leuis, vt quæ fit pugno, palma, manu, pede, baculo, vel lapide, quę nullã maculam, vel carnis ſugillationem relinquit boni viri, vel Iudicis arbitrio *c. puenit. de ſent. excõ & Extrauag. Ioannis.* 22. quam refert. *Nau. in Man. c. 27. num. 92. Graff. l. c. Sayrus l. 3. de cenſ. c. 28. num* 8. *Mol. tom 4. d. 57. Bellettus in diſ. cler. p. 1. tit de fau. cler. can.* § 3. *Reginal l. 1. nu. 41. Filliuc. tr. 15. c. 1. Suar. tom 5. d. 22. num.* 88.

Imo huiuſmodi percuſſionem leuẽ dici, ac proinde ab Epiſcopo abſolui poſſe, etiamſi in publico fiat, niſi notabilis fuerit, & magnum aliquod ſcãdalum genuerit tenet *Card conſ 42. Nau. l. c. nu. 92. Lapus Alleg. 76 Genuenſ. in Praxi Neap. c. 50. Riccius in Deciſ. 250. Graff conſ. 8. de ſent. excom. Barboſa de Epiſc. pop. 2. alleg. 91.* vbi eadem ratione inferũt, Vicarium generalem, qui vna cum Epiſcopo vnum tribunal efficit, poſſe per ſe ipſum abſoluere, & alijs abſoluendi facultatem impertiri. Necnon religioſorum Superiores, Generalem Prouincialem, & monaſterii Prępoſitum, ab eadẽ excommunicatione ob leuem percuſſionem contracta per ſe, vel per alios abſoluere poſſe. *c. cum illorum c. canonici ext. de ſent. excom.* At *Roder. tom. 1. q. 20. art. 12. quem ſequitur Coriolanus de caſ. reſer. p. 2. caſu.* 10. ait dictis Prælatis integrum eſſe, ſubditos ſuos abſoluere ab iniectione manuum in clericum facta etiam ſi grauis ſit, & Apoſtolicę Sedi ſit reſeruata, aut in clauſtro, vel extra vis illata. *Et Molfeſ. tr. 11 c. 19. n. 57.* aſſerit leuẽ percuſſionẽ inter regulares nõ eſſe illorum Superioribus reſeruatã, nec reſeruari poſſe. Et vt ab inferiorum ſacræ pœnitentię miniſtrorum iuriſdictione ſubtrahatur, in capitulo generali, vel Prouinciali, ſi pro bono communi id expedire iudicaretur fieri debere. Et ideo dum leuis percuſſio reſeruata nõ eſt, vtiq. cõfeſſarios à Superiorib. deſignatos ab ea abſoluere poſſe, pſertim dũ eſt occulta, & ita eſſe in praxi.

Continuatio reſolutionis.

Licet inquam incidentes in excommunicationẽ pro violenta manuũ iniectione in clericũ à ſolo Papa, vel Legato de latere abſolutionem conſequi poſſint, dantur tñ aliqui caſus, in quibus ab his Epiſcopus, vel ab eo deputatus abſoluere, & liberare poteſt, etiam ſi percuſſio mediocris, vel enormis ſit. Mediocris. n. eſt illa quę inter leuem, & enormem manet, qualis eſt illa qua dens extrahitur, vel capellorum copia euellitur, aut carnis ſugillatio relinquitur Epiſcopi arbitratu. Quãdo vero dubitat, an pcuſſio ſit leuis, grauis, ſeu mediocris. ſiue enormis ab eodẽ. vel ab Abbate quò ad regulares iudicãda eſt. *vt* paret *ex d. Extrauag. Io. 22.* Incip. *Perlectis.* Enormis, porro illa ẽ. q̃ cũ graui læſione, & iniuria coniuncta eſt, vt cum occiſione, vel membri mutilatione. &c. quæ ex circunſtãtiis expendenda eſt. Nam præter delicta occulta etiam Papæ reſeruata, quorum abſolutio Epiſcopis, ac Superioribus quoq. religionum competit. *ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 6. Sanchez l. 8. de mat. d. 2. num. 13. & l. v. de pracep c. 11. Molina de iuſt. tr. 3. d. 61. Say. v. de cenſ. l. 2. c. 7. Graff tom. 2. caſ. 2. de homicidio. Beia. par. 4. caſu. 37. Rodriq. qq. reg. tom. 1. q. 61. art. 9. Et alij communiter.* In caſibus etiam manifeſtis ei abſoluere licet.

Caſus in quibus etiam manifeſtis Epiſcopo, & Superioribus religioſis abſoluere fas eſt.

Qvorũ Primus caſus eſt de eo, q arbitrio prudẽtis viri legitimo impedimẽto detinetᷣ, pp qđ excõicatus ẽt notorius ſine graui dãno Summũ Põtificem adire nequit. *c. ea noſcitur. de ſent excõ. c. eos eodem in tit. 6. Nau. c. 27 n. 89. Vgol. de cenſ. eccleſ. tab. 1. c. 4. §. 5. idem Sanchez de mat. l. 2. d. 40. Pereg. de Duello q. 37 vt diximus p. 1. tr. 5. c. 5. q. 32. Bonac. de conſ. d. 2. q. 4. punt.* 5. Vbi etiam aduertunt illum impeditum cenſeri, qui perſonaliter adire nequit, licet ſcribere, vel per alium mittere poſſit, ius. n. ad id eum non cogere.

Secundus caſus eſt de ſatellite Principis qui officii ſua cauſa, vt arcendæ turbæ, leui aut mediocri percuſſione clericum percuſſit. *c. ſi vero. de ſent. excommun.*

Tertius eſt de impuberibus filiis, quò ad percuſſionem non ſolum leuem, ſed etiam mediocrem, & enormem, tempore impuberis ætatis factam. *c. vlt. de ſent. excom.* Siquidẽ ob teneræ ætatis fragilitatẽ mitius puniũtur. *l. auxilium §. in delictis ff. de min. Tiraq. de tem. p pœnis cauſa 7. Farinac eodẽ tract. q. 92. Ricc. in Collect. Deciſ. p. 5. collect.* 1845.

Quartus eſt de mulieribus cuiuſcumq. ætatis, & conditionis ſint, poſſunt namq. à locorum Ordinariis abſolui, cum illis periculoſum ſit ſe virorũ cætibus immiſcere. *c. mulieres. de ſent. excom ex Deciſ. Rot. Rom. de ſent. excom. in antiq. Nal. in. v. monial. num* 9. In pœnis enim cum mulieribus propter ſexum leuius eſt agendum. *c. indignẽtur. 32. q. 6. idem Tiraq. l. c. q. 9. Farin. q.* 98.

Quintus caſus ponitur circa aſcriptos idest alienę poteſtati ſubiectos, vt ſunt famuli, filiifamilias, & huiuſmodi, qui ſub primo caſu de impeditis continentur.

Sextus caſus circa eos clericos verſatur, qui ſimul in eodem collegio viuunt, modo tamen percuſſio enormis non ſit, ſed vel leuis, vel mediocris: communio enim diſcordiam parere ſolet, & ob ſimultates, & rixas, ij exceſſus facile oriri ſolent.

Et teſte Cicerone, & D. Ambroſio ſcimus, vitinā cile lapſibus adoleſcentiam, ac concupiſcentiæ facibus accenſam, in contentiones, contumelias, ac obſcœnitates præcipitē ruere ſolere. *vt dixi in comment. de ſtat par. 1. c. 3. Tuſch. v. communio. concl. 536. Sayrus l. 3 de cenſ. c. 28. Nau. c. 27. num. 88. Bonac. l. c. Barboſ. d. par. 2. de Epiſcop Alleg. 41* vbi etiam obſeruant eum qui Romam, ob aliquod legitimū impedimentum proficiſci nequit, ab Epō abſolui non poſſe, quando Legatum à latere, vel alium facultatem habentem abſoluendi ab huiuſmodi excommunicatione adire poteſt.

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. q. ſic reſpondendum vr̄, ꝙ ſcilicet & ſi Archiepiſcopus in ſignum plenitudinis eccleſiaſticæ poteſtatis pallio vtatur, & Archiepiſcopis præcipuæ Prouinciarum vrbes attributæ ſint, ut in illis reſideant quò Parochiani ſuffraganeorum ad illos recurrere poſſint, nequeunt tn̄ in votis ſubditorum ipſorum Coepiſcorporum diſpenſare etiam viſitationis tempore, niſi quando Suffraganei ſine iuſta cauſa in huiuſmodi votis id muneris præſtare renuerent: tunc enim per viam recurſus, & appellationis, ipſorum Suffraganeorū ſubditi ad eos confugere poſſunt, vt diſpenſationes tùm à votis, tùm à iuramētis obtineant; cum aliàs nec ex vi officii ex ſpeciali iure, nec ex vſu, in eos poteſtatem habeant *c. paſtoralis. de off. ordin. c. 1. de foro comp. l. 6. Et ita tenent Syl. v votum 4. q. 3. Sot. l. 7. de iuſt. & iure q. 4. art. 3. Suarez. de voto. l. 6. c. 10. num. 8. Barb. p. 2. Alleg. 36. nu 20. Sayrus in claui regia l. 6. c. 11. n. 79. Sanch alios referēs l. 4 de pracep c. 38. num. 11. Fillinc. tr. 26. c. 9. nu. 249. Reginald. l. 18. n. 333.* Qui cū communi tenent, vt in actu viſitationis ſolum poſſint abſoluere ſubditos Epiſcoporum Suffraganeorum à peccatis, & tranſgreſſione votorum, non autem vt eis liceat in votis diſpenſare, quia diſpenſatio ſpiritualem iuriſdictionem ordinariam, vel delegatā reſpicit (Et ſi nōnulli ſatis ꝓbabiliter oppoſitū ſentiant, cum tunc iuriſdictionem dum actu viſitant, exerceant) Archiepiſcopo nihilominus integrum eſt ipſoſmet ſuffraganeos cum eis diſpēſando votis liberare, etiam ſi hoc extra viſitationis tempus fiat, eo quod tunc ij ei immediatè ſubiecti ſint, ſaltem quando ipſi Metropolitano voluntarie ſe ſubiiciūt. Sicut ēt de religioſis ꝓfeſſis, ab Epiſcopi iuriſdictione exemptis communiter DD aſtruūt. *Molfeſ. tract. 11. c. 15. num. 111 & 131. Bonac. de legib. diſp. 4. q. 2 pun. 7. §. 4. num. 7.*

Pari ratione dicēdum eſt Archiepiſcopum non poſſe abſoluere Suffraganeorum ſubditos à cenſuris ab ipſis Coepiſcopis vel Apoſtolica Sede latis, ſiquidem in ipſos iuriſdictionem non habet, niſi quando Primo ad Archiepiſcopum appellatum, & de appellatione vocatis partib. cognitum fuit. Secundo quādo Epiſcopus Suffraganeus malitioſe, vel negligēter abſolutionē differt. Sicut etiam ob Epiſcopi Suffraganei negligentiam, poteſt illius ſubditos ordinibus initiare; & etiam matrimonio coniūgere, & alia ad ipſum ſpectantia exercere. *Quar. v. Archiep. authoritas. num. 21. Barb. par. 1. Alleg. 32. num. 25.* Tertio quando actu diœceſim viſitat; tunc enim ratione officii ordinaria facultate ad abſoluendum, & ſuper occultis irregularitatibus diſpenſandum fungitur, vt excommuni tradit. *idem Bonac. de cenſ. d. 1. q. 3. pun. 2. n. 7. Barboſà par. 2. Alleg. 39. nu. 19.*

Proinde reſolutū eſt Reginaldum Archiepūm ſuper votis à ſubditis Suffraganeorū emiſſis diſpēſare non potuiſſe, nec à cenſuris ab eiſdē latis abſoluere, niſi in actu viſitationis hoc egerit. &c.

VI. Q. RESOLVTIO.

AD 6. q. affertur reſolutio. *ex c. 1. de ſent. & re iud. in 6.* vbi hęc verba habentur. Caueāt eccleſiaſtici Iudices, & prudenter attēdant, vt in cauſarum proceſſib. nil vēdicet odium, vel fauor vſurpet; timor exulet, præmium, aut expectatio præmii iuſtitiam non euertat, ſed ſtateram geſtent in manibus, lances appendant æquo libramine, &c. Alioquin ſi ob hæc contra iuſtitiam quidquam in damnum partis fecerint, inferiores Iudices eccleſiaſtici ab executione officii per annum ſuſpenſi ſunt, qua ſuſpenſione durante ſi ſe in diuinis ingeſſerint, irregulares fiūt, à qua irregularitate liberari nequeūt, niſi per ſummum Pontificē, hęc ibi. Et quāuis hic Archiepſ in ſuſpenſionē non inciderit, ex quo ipſorum Epiſcoporū ſpeciatim mentio nō fit. *ob c. quia periculoſum. de ſen. excom. l. 6.* mortiſere tamen peccauit, & ad reſarciendum damnum partis tenetur, vt ibi decernitur, & tradit. *Vgolin. de off. Epiſcopi par. 1. c. 4* §. 4. Sanè à iuſtitiæ tramiti, & prudentiæ limite deflexit *R*eginaldus, cū facile vni delatori credidit, & indiſcuſſa cauſa delatum in carcerem truſit, ac eum mulctauit. *contra l. obſeruandum ff. de off. Præſid & c. iudicantem. 30. q. 5.* Vnde cum delictum de aliquo defertur, non ſtatim id verum arbitrari debet & animum infenſum contra accuſatum gerere, ſed prius de cā cognoſcere, cū qui facile credit, leuis ſit corde. *c. ſi quid vero, vbi gloſ. diſt. 86. Bertach. de Epiſcopo p. 3 l 4 nu. 33. Marc. Ant. Gennenſ. in Man. Paſt. c. 5.*

O quam notandum eſt Senecæ præceptum. *l. 2. de ira. c. 22.* Ne ſint aures criminantibus faciles, hoc humanæ naturę vitium ſuſpectum, notumque

nobis

nobis fit, quod quæ inuiti audimus, libenter credimus, & antequam iudicemus iraſcimur. De qua re etiam alibi dictum eſt. *ſup.c.7.q.18.reſol.2.*

Reſolutionis Corolarium.

AD illud vero quod de Daniele Heremita quærebatur, an Reginaldus eũ ab vrbe expellere potuerit, dico illum ex vrbe exturbare potuiſſe ſi delinquens repertus fuit, vel de aliquo delicto valde ſuſpectus extitit, vt colligitur ex doctrina. *Bellet. in Diſp. cler. de Diſcip. cler.* §.2.*num.*20. *& Marc. Ant. Genueſ. in Praxi cur. Neap c.*55. cũ ſic loquitur, Nõ permittiretiam curia Archiepiſc. Neap. in ciuitate, & diœceſi morari Heremitas, qui vt dicit. *gl. in c. qui vere.* 16.*q.*1. ſunt ſicut locuſtæ, ſine lege, & ſine regula, & à propria voluntate reguntur & vt plurimum ſunt nequiſſimi forti legi. Et cum in vrbe reperiuntur, in carcerem detruduntur, & ſub pœna triremium fit eis præceptum, ne in futurum ad eam accedant, &c. Quæ tamen doctrina intelligitur de ignotis, & erronibus, ac malè viuentibus, ſi enim eſſent probatæ vitæ, poſſent ab Epiſcopis tolerari ac foueri, cum multos Heremitas ſãctos fuiſſe legamus. Nec ſi iuſti ſint ſine Rege vel Acephali dici poſſunt, cũ Epiſcopo ſubſint. *vt ait gloſſ. in d.c. qui vere. Zerula in Praxi Epiſc.v. Heremita*, & alia communiter.

Documentum.

ATq. hinc elareſcit quàm merito Apoſtolus 1.*ad Timoth.*3. inter alia, prudentiam, & doctrinam in Epiſcopo, & multo magis in Archiepiſcopo requiſierit. Recte enim ſapientia vitæ oculus dicitur, quia eſt rerum diuinarum, & humanarum notitia, qua ſublata cæca eſt vita noſtra, & & in denſiſſimis tenebris inuoluta. Quæ adeo publicam curam gerentibus neceſſaria eſt, vt hanc vnam Salomon (optione ſibi à Deo data petendi, quod vellet) popoſcerit, qua populũ ſibi creditum regere, ac in officio contineri poſſet. 3.*Reg.*3.*Roſignol. de diſcip. Chriſt. perfect. l.*3.*c.*23.

QVÆSTIO. XXV.

An Epiſcopus m p.ſi ante ætatem Epiſcopatum aſſumat. An collatio ſibi idonea ſcientia carenti facta valida ſit. Num fructus bona fide perceptos reſtituere teneatur. Nunquid omiſſa ſua eccleſia reparatione conſanguineas ſuas matrimonio ex ſuis redditibus collocare poſſit. Vtrum eum qui cum aliqua ſponſalia contraxit, & poſtmodum cum alia eadem ſubſecuta copula iniuit, ad prima ſponſalia præſtanda cogere valeat, & in iuramento diſpenſare, quod mulier emiſit ſuper renũtiatione paterna hæreditatis?

ANdreas triginta nouẽ ãnos ætatis ſuæ agẽs & extra Italiam exiſtens, cum ad Ep ſcopatum eſſet examinandus, à quodam Theologo, & Iuriſperito de articulis à promouendo ſciendis edoctus, Doctoratus gradum in Theologica facultate ab illis ad quos pertinebat adm ſſus eſt, cum tamen reuera huiuſmodi ſcientia parum vel nihil munitus eſſet. Cui poſt examẽ ad Epiſcopale faſtigium aſſumẽdis fieri ſolitum, cathedralis eccleſia in partibus collata fuit, in qua quidem promotione cum profeſſio fidei ex obliuione ab eo fit omiſſa, & cum ex Epiſcopatus ſuperfluis redditib. Eccleſiæ Cathedralis reparatione omiſſa, conſanguineas ſuas matrimonio collocauerit, de quatuor eſt ſibi in mentem iniectus ſcrupulus, vnde quærit. Primo an ante ætatem Epiſcopatum ſuſcipiens lethalem culpam, & canonicum aliquod impedimentum contraxerit. Secũdo an collatio ſibi idonea literarura carenti, & omiſſa fidei profeſſione facta valida ſit. Tertio an fructus p decẽniũ bona fide perceptos in foro conſcientiæ reſtituere teneatur. Quarto an cũ ex ſuis redditib. qui ſibi ſuperfluerant puellas ſibi ſanguine iunctas dotauit, & eccleſiam ſuam reparare prætermiſit, propriã animam læſerit. Quinto quærit an cum Ioannes cum Martha ſponſalia de futuro contraxerit, & poſtea eadem cum Flaminia inierit, & cum ea copulam habuerit, eum ad priora ſponſalia adimplenda ſub cenſuris compellere valuerit. Sexto vtrum diſpenſare potuerit ſuper iuramento præſtito à Lucretia nupta ſuper pacto renuntiandi paternę hæreditati. Quæritur quomodo cũ hoc Epiſcopo nunc ſit agendum.

I. SVPPOSITVM.

REſp. præter adducta. *tract.* 1. in promouẽdis ad Epiſcopatum, tres potiſſimum conditiones exigi, nempe bonitatem cũ pietate, & religione coniunctam. Secundo debitam ætatem. 30. ſcilicet annorum. Tertio ſcientiam, quam prudẽtia, & experientia comitari debet, ad quem locũ pro ſuppoſitis, & præuiis inſpectionibus nũc remiſiſſe ſufficit. Suppono & nũc Primo quod cum ad Epatus apicem aſſumendus ætatis 30. annorum expletorum eſſe debeat, cum tamen in ceteris ordinib. ſufficiat annum eſſe ad vltimum diem perductũ, ſiquidem in fauorabilibus dies cæpta pro completa habetur. *c. cũ in cunctis. extr. de elect.* Greg. 14. In Conſtit. Incip. *Onus Apoſtolica. ſeruitutis*, & annotauimus. *ſupra. d. tr.* 1. *c.* 10. *q.* 62. Illa enim ætas perfectior iudicatur, qua ſcilicet homo mentis

tis, & corporis viribus maxime valeat, ſanuſque ſit & robuſtus, ad ea munia præſtanda, quæ huiuſmodi officium potiſſimum reſpicit. In quo Eccleſia Chriſtiana, & Euangelica aliqua ex parte veterẽ Iudęorum eccleſiam imitata videtur; quandoquidem apud Hebræos in more poſitum erat, vt nullus ante trigeſimum ætatis annũ ad populũ conciones habere, Doctoris, Prophetæ, uel munere functus. *Reginal l.30.tr.3.nu.163. Azor.p.2.l.6.c.5.q.1. Campan. in diverſ. Iur. Can. Rub.7.c.6.nu.45. & ſeq.* vbi addit ſummum Põtificem de ſuprema ſua facultate aliquos ex cauſa hac lege ſoluere, ſimulque diſpenſare, vt iuriſdictionalia, ac cetera ad ordinem ſpectantia exerceat. Licet inquam Epiſcopus futurus, 30. annorũ expletorum eſſe debeat, ſi tamen ante illam ætatem conſecretur, nulla ſuſpenſione, vel irregularitate afficitur. Nã & ſi in ſacris Canonibus, hoc tẽpus ad Epiſcopatum præſcribatur, & Epiſcopi conſecratio iuxta ſatis probabilem ſententiam, ordo quidam ſit, & conſequenter inter ſacros ordines numerandus, vt propterea ſuſpenſio à Pio 2. lata, contra eos qui abſq. legitima ætate, ſacris initiantur, eum comprehendere videatur, qui ante. 30. annos Eps ſit conſecratus: nihilominus dicendum eſt, illam pœnam, & Conſtitutionem Incip. *cum ex ſacrum.* confirmatã à Clem.8. in Bulla Incip. *Romanum Pontificem* ad Epos non extendi. Primo quidẽ ob illud generale principium, quod ſuſpenſio generatim lata Epiſcopos non includit, niſi eorum fiat ſpecialis mentio. *c. quia periculoſũ. de ſent. excom. in 6.* Secundo quia ex multis circunſtantijs conſtat illam Extrauagantem de Epiſcopo non loqui, tùm quia licet demus Epiſcopatum ordinem eſſe, attamen eius collatio propter excellentiã conſecratio potius, quàm ordinatio dicitur. Tùm quia illæ particulæ, literæ dimiſſoriæ, extra tempora, & huiuſmodi, Epiſcopatui non accommodantur; ideo enim nec in illam ſuſpenſionem incurreret, etiam ſi die Sabbati, & Dominico, continuato ieiunio ſacerdos ordinaretur, & Epiſcopus conſecrarẽt, nec ſua munera obeundo irregularis fieret. *Suarez. tom.5. diſp.31. ſectio.1.nu.19. & 40. Campan.l.1.c.4.num.17. Barboſ.p.2.de off. Epiſcopi. Alleg.1.num.29.* Et ſicut clericus bonafide ſacris ordinibus ante legitimã ætatem initiatus, quia ſcilicet illam ſe habere exiſtimat, quod eſt ignorantia facti, quæ etiam prudentiſſimos viros aliquando fallit, ſuſpẽſionis pœnam effugit, quia ex Bullæ verbis conſtat intentionem Pontificis fuiſſe exceſſus punire, qui in hac parte committũtur, & ſcandala ſubmouere, quę ex temeritate, & præſumptione generantur, quæ omnia interueniente prædicta ignorantia ceſſant; Ita etiam Andreas qui bonafide putans ſe debitã ętatẽ compleuiſſe, Epiſcopus cõſecratus eſt, à lethali culpa, & ab omni iuris pœna excuſandus eſt. Hic tamen ante legitimam ætatem initiatus ſtatim ac id animaduerterit, ſuo munere vti non poterit, donec ætatem iure petitam nactus fuerit, cum ſit ab illius executione interim ſuſpenſus. At vbi illam adeptus fuerit, ſi abſque dolo eo culmine inſignitus fuerit, ita vt culpæ ſit expers, abſque alia diſpenſatione ſua munia obire ei integrũ fuerit, quod iam impedimentum ceſſarit, &c. *Sanch. l.7.de mat. diſp.30.num.14. Suar.l.c.num.26. Tol. l.1.c.49.num.4 Sayrus de cenſ.l.4.c.14.num.14. Filluc.tr.17.c.7.num.83. Squill.de oblig.cler.p.4.num.64.*

II. SVPPOSITVM.

Secundo ſuppono, cũctos ad Epale munus euehendos, ſingulari tũ diuinarum, tùm humanarum rerũ peritia cõmendari debere. Vnde is q Epiſcopatus dignitate præfulgere cupit, alicuius Academiæ publico ſuffragio, & authoritate magiſter, aut Doctor, vel licentiatus in Sacra Theologia, aut iure Canonico creari debet. Quod ſi nullum literarũ gradum promotus ſit, ſufficit ut in alicuius publici Gymnaſii teſtimonio idoneus ad alios docendos probetur. ut ſanxit. *Conc.Trid.ſeſſ.22.de reform.c.2.* vt ſcriptum etiam reliquimus. *tr.1.c.9.q.52.* At hodie cum Doctoratus priuilegium Doctorem non efficiat. *Felynus in c. ſeſcitatus.n.10.ext.de reſcriptis* & vt Alexandrum Imolenſem dicere ſolitum accepimus, Doctorũ illorum infinitus eſt numerus. *Corae. de Comm.opin.l.2.tit.8.caſu.9. Gratian.in Diſcep.For.tom.1.c.86.* Et cum monſtruoſa ſit res Prælatus ſine literis, nauis ſine clauo, horologium ſine æquilibrijs, auis ſine alis, Clemens VIII. ſtatuit, vt non ſolum Doctoratus prærogatiua gaudentes, ſed re vera docti viri ad Cathedrales Eccleſias aſſumantur, ac proinde per rigoroſum examen de illis experimentum fiat. *vt dixi ſupra d.q.52. & tradit etiam Barboſ.p.2. de off. Epiſcopi. Alleg.1.num.25.* Aliquando tamen ſolet ſummus Pontifex diſpenſare vt licet in Epiſcopum creandus non ſit Theologus, nec Doctor, nec Licentiatus, ad illam tamen dignitatem promoueri poſſit, dummodo ſufficienti ſcientia ad munus ſuum exequendum ſit inſtructus. Nã hæc maior peritia à iure humano nempe à Concilio Tridentino introducta eſt, & ſic poteſt etiam hac lege ſoluere, quia poſtmodum Epiſcopus ad docendos populos ſibi commiſſos, ad prædicandum, & ius aliis reddendum, per alios idoneos quos ſibi aſſumit, adimplere põt. ut ait *Molfeſ.tr.2.c.13.n.9.* Si vero quis debita carens ſcientia, q ad ſuũ munus exercendũ prorſus neceſſaria eſt, iam eſt factus Eps, cum ſit irregularis, & defectu contra natura-

naturale, & diuinum ius laboret amouẽdus eſſet. *c. ſi. de ætat. & qual.* nihilominus, vt aliq. volũt, Primo ex longe rerũ vſu, & experientia oia ad ſuum officiũ ſpectantia expedire ſiat. Secundo ſi charitatis pſe ctio ſcientiæ defectum ſuppleret, & alios adiutores haberet. Tertio ſi eſſet alicuius paruæ ciuitatis alpeſtris Epiſcopus, per ea quæ diximus *ſupra tr. 1. c. 2. q. 8.* Quamuis. *Camp. in Diverſ. iur. Rub. 5. c. 4.* hanc limitationem non admittat.

I. & II. Q. RESOLVTIO.

His, præhabitis dico & reſoluo, Primo Andream qui bonafide ante legit mam ætatem in Epiſcopum creari, & conſecrari paſſus eſt, ex ante dictis tãm à lethali culpa, quã ab eccleſiaſticis cenſuris excuſari. Sed o dico ex *Azorio p. 2. l. 6. c. 6. q. 1.* collationem Epiſcopatus Andreæ factã validã eſſe, ſiquidẽ ad beneficia, ſeu dignitates Doctoratus gradũ requirentia, ſufficit eũ ẽt ſine competenti ſcientia habere ita vt adeptio vel impetratio talis bñficii, ſeu dignitatis in foro eccleſiæ iudiciali rata, & firma ſit, iure tñ naturali, & diuino, is qui impetrauit, eam ſibi ſciam comparare debet, qua munus ſuum, & officium obire poſſit, aut ſaltem aliquem adiutorem adſciſcere, cuius opera, & conſilio in adminiſtranda eccleſia vtatur alioquin lethali peccato ſe obſtingeret. Nec enim dignitatem deponere vllo iure compellitur, Imo addit, cum quis ad Doctoris, vel Licentiati gradũ contra Academiæ ſtatuta, vel conſuetudines fuerit promotus, alioqui tamen ſatis literatus, & doctus, valere in eo Epiſcopalis dignitatis adeptionem, vt quia v.g. falſis, & cor uptis teſtibus probauit ſe curriculũ literarum abſoluiſſe, vel certos annos in Academia audiuiſſe, & huiuſmod. (niſi illa ad Doctoris, vel Licentiatl gradum promotio etiã in foro conſcientiæ ipſo iure per Academiæ conſtitutiones irrita, & inanis reddita ſit) Quãuis in foro externo per Iudicis ſententiam reſcindi potuerit, conſentit. &c. *Garzias par. 7. c. 7. n. 50.. Arg. Sanchez. l. 8. de matrim. diſp. 34. num. 10.* vbi reſoluit diſpenſationes expediendas per Doctorem in Theologia, vel Iure Canonico ſuo effectu fruſtrari, ſi expediens nõ ſit vere dicto gradu inſignitus, quamuis communi errore Doctor exiſtimetur. Secus tamen ſi reuera eſſet eõ gradu præditus, quamuis indoctiſſimus, ac gradus ob occultum defectum eſſet irritus, ratio eſt quia in priori euentu non prodeſt cõmunis error, nec locum habet diſpoſitum. *in l. Barbarius ff. de officio Prat.* eo quod deficiat titulus à potente conferre, qui neceſſarius eſt vt geſta ratione cõis erroris valeãt. At in poſteriori ad fuit titulus, quamuis ob vitiũ cõiter ignoratũ irritus. De qua re alias, *ex Zerula in Praxi Epiſc. p. 1. v. Pœnitentiarius, & alÿ.*

Quod vero ſpectant ad fidei profeſſionem, nempe an per eius omiſſionem mortaliter peccetur, & collatio facta inualida ſit, dico quod licet ad Epiſcopatum promouendi eam ſub lethalis culpæ reatu facere teneantur, ut iubetur à Gregor. 14. in d. Bulla Incip. *Onus Apoſtolicæ ſeruitutis*, & refert. *Vgolin. de off. Epiſcopi. par. 1. cap. 1. §. 3. Leon. in Theſaur. For. Eccleſ. par. 1. cap. 3. num. 19. Quar. in ſumma Bul. in v. fidei profeſſio. Molfeſ. tr. 1. c. 2. nu. 19. Piaſc. in Praxi Epiſcopali in proœmio. de elect. num. 2. Barboſ. p. 3. alleg. 61. num. 4.* Ita vt nec etiam per procuratorem, ſed vt DD. loquunt; perſonaliter ſit facienda: vt S. Congr. Card. declaraſſe refert *Garz. p. 3. c. 3. num. 75. & Additio ad Nauar. conſil. tit. de Iureiu. & Zerula in Praxi Epiſ. p. 1. v. fidei profeſſio Gratianus in Forenſ. Diſcep. c. 166. nu. 22. & in ſpecie de Epiſcopo. tenet Sanch. l. 2. de præcept. c. 5. n. 7.* Nec emiſſa credatur quando beneficii collatio non eſt ſaltem decennalis, & cõcurrat Prælati vel beneficiati, incorrupta fides, præſertim cum de hac profeſſione ab Epiſcopis facienda Notarius adhibitis teſtibus publicis tabulis teſtimonium vel documentum de ea relinquere debeat. *Campen. Rub. 8. c. 3. nu. 24. Barboſ. l. c. num. 20.* Et ſi inquam illam profeſſionem Epiſcopus emittere à iure præcipiatur, cum tamen Andreas per incogitantiam, ex obliuione, & bonafide, vt ſupponit, omiſerit, à peccato mortali, ab amiſſione fructuum, & tituli Epiſcopatus excuſabitur, iuxta doctrinam. *Caiet. in v. præcepti tranſgreſſio & Suarez. vi. tom. diſp. 3. ſect. 8. num. 18. & aliorũ.* Vnde quãuis prouiſi de Canonicatib. vel parochialibus eccleſiis, infra duos mẽſes à die adeptæ poſſeſſionis profeſſionẽ ipsã facere teneãtur, alioqui non faciant fructus ſuos, nec poſſeſſio illis ſuffragetur, vt ſancuit. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 12.* communiter nihilominus Scribentes volunt, vt per illa Cõcilii verba, nec illis poſſeſſio ſuffragetur, non excludatur prouiſus quoad titulum, & proprietatem beneficii, vt per. *Riccium in Praxi capt. poſſeſſ. reſol. 82. Garzias. p. 3. c. 3. num. 33. & Barboſ. alleg. 65. num. 26.* & alios.

III. Q. RESOLVTIO.

Vnde etiam ex his 3. difficultatis propoſitæ nodus diſſoluitur dicendo Cõcilii determinatione quod de Parochialium Rectoribus loquitur etiam Epiſcopis accõmodando, ſicut dicti Rectores regula de triennali ad fructus retinẽdos ſe tueri nequeunt, nec quoad dictos fructus percipiendos longiſſima poſſeſſio quandiu profeſſionẽ non emiſerint, eis prodeſt; ita etiam de Epiſcopo, cum eadem militet ratio, idem ius ſtatuendum

dum eſt;niſi tamen,vt dixi,obliuio,incogitantia, & facti ignotantia;tàm à culpa,quàm à reſtituendi obligatione eum immunem reddat,per ea quæ docet. *Caiet. 1.2.q.6.art.8.& Vaſq.diſp.107.c.3.* At ſi de ignorantia iuris loquamur,in neutro foro admitti poſſe non videtur,cum hoc ius ſit commune,& vulgare,ita vt vix inculpabiliter etiã ab inferioris claſſis clericis ignorari poſſit;cum vt ſæpius repetiuimus,ſinguli ea nota habere debeant, quæ ad eorum ſtatum,vel officium pertinent,iuxta illam Apoſtolicam admonitionẽ,Videte vocationem veſtram. *1.ad Cor.1.D.Thom.1.2.q.76. art.1.& 2.* Et ignorãtia facti quòd ignorans ratione officij, vel alio modo inueſtigare tenebatur,nõ excuſet *c.innotuit.vbi Abbas Imola,& Ant.de Butrio ext.de elect. Rolandus à valle. conſ.72.*

Et vt inquit D.Gregorius de laudibus D.Athanaſij abſurdum eſt ſalutis Doctorem, & Antiſtitem ſalutis principia ignorare, ad cuius fidei profeſſionem explicite faciendam catholici omnes prompti eſſe debent,ac re ipſa præſtare tenentur, quicunque ad beneficium,aut officium aliquod eccleſiaſticum promouentur. *Conc.Trid ſeſſ.24. de refor c.12.* Ipſa enim fides eſt ſalutis noſtræ ianua, totius noſtræ vitæ fundamentum, ſine ipſa Deus inueniri non poteſt,nec illi ſeruire,aut placere ſine ea aliquis in hac vita poteſt. *Borellus. in Deciſ. tit.1.de ſumma Trinit.& fide cath.Tholoſ in Synt. Iur.p.1.l.2.c.2.* Pietas ait. *Triſmeg.apud Lact.l.2. inſtit.c.15.* nihil aliud eſt,quam Dei notio,eaq; in duobus conſiſtit, nimirum vt recte de Deo ſentiamus,& rectum ei cultum exibeamus: ſenſus ad affectum,cultus ad religionem refertur; ſapientia præcedit,inquit ille,religio ſequitur,quia prius eſt Deum ſcire,poſtea eum colere. Vnde non debet qui aliis imperat eum ignorare,à quo ipſe regitur & à quo ſpeculator conſtituitur. Ideo ad examen fidei,quod vt diximus, tanquam fundamentum, & baſis totius ædificii eſt,in Epiſcopum creandus, & conſecrandus ſe confert,fitque inquiſitio an doctrinam veteris,& noui teſtamenti, cuius magiſter,& interpres eſſe debet,recte norit,& nũn prudentiam ſuam quantum illius natura capax eſt,diuinæ ſcripturæ ſenſibus acommodare velit, & ſciat. Hæc dum ſancte profeſſus fuerit,vniuerſæ fidei ſumma ei proponitur,eorum præſertim capitum, quibus vniuerſa chriſtiana religio continetur. *vt apud Io. Franc. Leonem. in Theſ. For. Eccl.p.2 c. 25.& Barboſ.de off. Epiſcopi p.1 tit.1.c.5* Vbi etiam aduertit *ex Conc. Trid ſeſſ.23.c.2.de reform.* Epiſcopum ſuſcipere teneri conſecrationis munus intra tres menſes à die cõfirmationis,ſub pœna amiſſionis fructuum, & negligẽtem per alios tres menſes,eccleſia ipſo iure priuatum eſſe. Trimeſtre vero prædictum intra quod ipſam conſecrationem accipere debet Epiſcopus,qui à Regibus,& Principibus priuilegio nominandi habentibus eligitur, à die quo Summo Pontifici proponitur, & ut idoneus electus eſt,confirmatur,currere incipit. Ad Epiſcopatus vero qui ad liberam S. Pontificis diſpoſitionem ſpectant, Epiſcopi eliguntur ,cum in Conſiſtorio,vt dicunt, præconizantur;confirmãtur autem cum alia die in eodem Cõſiſtorio fabricato prius proceſſu,ſuper vita,& moribus promouendi cedula conficitur,quam conſiſtorialem dicunt. Super qua Apoſtolicæ literæ ſub plumbo expediuntur,&c.

IV. Q. RESOLVT. CVM DOCVMENTIS

QVartæ difficultati, reſpondendo dico quod ad dignoſcendum,an Andreas Epiſcopus Eccleſiæ Cathedralis inſtaurationẽ omittẽdo,& ſui beneficii Epiſcopalis redditus in dotandis fœminis conſanguineis inſumendo animam ſuam vulnerauerit,egeſtatis momẽtum ex vtraque parte liberandum,ac perpendendum eſt, cum cauſa reparationis eccleſiarum,& dotium pariter ſit fauorabilis & à legibus commendata. vt di Primo, ait *Paulus Fuſchus.l.1.de viſit eccleſ.c. 10.nu.15.* vbi ſubdit ad Epiſcopum ſpectare Eccleſiæ Cathedralis reparationem,& ſi magna inſtauratione egeat,& fructus ſint tenues,vt vix ad parcũ uictum ſufficiant,ipſius Eccleſiæ Capitulum teneri ſupplere de fructibus ,qui detractis neceſſariis ſuperſũt. Si tamen Epiſcopi, & Cannonicorũ redditus ſufficere nequeant, poterit Epiſcopus accedentibus Canonicis beneficiorum vacantium fructus fabricæ dictæ Eccleſiæ Cathedralis applicare. *ex Abb. in c.1.de eccleſ.ædit.Felyn.in c.a cceſſiſſent de conſtit.Beron vol.1.conſ.9.Marc.Ant.Genuẽſ.in Pract.eccleſ q.248.Barboſ.de off. Epiſcop.p.3.Alleg. 64* Commendatur in primis Baſilii Imperatoris pietas. inqt *Baron.tom.10.* Anno 886.in exædificãdis,atq reſtituendis eccleſiis,& exornãdis,redditibus locupletandis,de quibus Curopalates,Baſilius autem Imp.ſacrorum templorum, quæ ſuperioribus terræ motibus conuulſa, & conquaſſata fuerant,quædam etiam funditus deiecta,curam dignam ſuſcepit,aliis recens conditis,aliis collabentibus refectis,aliis item ornamentum,& decorem adiunxit,&c. Et vt aliquid ẽt ſuũ in hoc munificentiæ theatro proprie poſſit agnoſcere Paulus V.dicit *Chorh.in Theſ.Polit l.5 c 16.* q̃ nã dicemus in eo fuiſſe pietatem,atque animi magnitudinem,qui mox primo ſui Pontificatus anno, animum adiecit,nedum inſtaurandis, verum etiam amplificãdis,exornandiſque variis baſilicis,quas iam Romæ ſumma cum admiratione cernimus. Hinc in *Conc.Trid ſeſſ.7.de refor.c.8.* præcipitur,

vt

vt locorum Ordinarium quaſcunque eccleſias & exemptas authoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare teneantur, & opportunis remediis prouidere, vt quæ reparatione indigent reparentur. *Genuen. in Man. Paſt. c. 36.*

At quò ad Secundũ, nempe dotem in ſe pietatem habere, ex hoc conſtat quod dos, & pia cauſa à iure æquiparantur, vt propterea etiam diebus feriatis dotis cauſa agi poſſit, & per Epiſcopũ, vel eius Vicarium, ſeu alium eccleſiaſticum iudicem de plano, & ſummarie iudicari. vt per *Euer. in top. leg. in loco à Dote ad piam cauſam.* Et quia dos multis ſpecialibus priuilegiis gaudet, eſt enim mulierib. cõſtituta, vt viros inueniant: & mundus liberis hoĩbus repleatur. *vt per DD. in l. 1. ff. ſoluto mat. ſpec in tit. de dote. poſt diuort. reſt. § formatis. Iodocus in v. dos. numero 6. Tuſch. v. Dos. concl. 743. Molfeſ. tr. 12. c. 16.* Quò fit vt ſemper in dubio in fauorẽ dotis fieri debeat interpretatio. *l. in ambigui. l. ff. de reg. Iur.* Hinc Alexãder Macedo cuidã ſuorũ amicorum dotem pro filia petenti quinquaginta dedit talenta, & eo dicente decẽ ſatis eſſe, Tibi, reſpondit, accipere quidẽ ſatis eſt, at mihi dare nequaquã. Vrſus Comes Nolanus ſingulis annis quib. Nolæ præfuit, ſatis bonã pecuniã, vt eximiũ opus, puellis in mr̃imonio collocandis decreuit, *Pont. de lib. c. 2. Tymp. in ſpec. boni Mag. p. 2. ſigno. 6.*

Cui ſanè pio operi ſtrictiorem obligationem Ius ſanguinis, & naturale fœdus adiicere videtur, nam *S. Ambroſius relatus in c. eſt probãda. diſt. 86.* Probanda eſt, ait illa & liberalitas, vt proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas. *Et D. Thomas 22. q. 185. art. 7. ad 2.* ſic loquitur, ſi de eo quod ſibi Epiſcopi eſt deputatũ, velit aliquid ſibi ſubtrahere. & conſanguineis dare, non peccat dummodo illud faciat moderate, ita vt non indigeant, non vt ditiores fiant. *Kalend. conſ. 98.* Vbi variis iuribus, & authoritatibus comprobat, fratrem fratri, cõſanguineum conſanguineis obligatum eſſe; & ſi eccleſiaſtici ſint, nec illi in tanta neceſſitate conſtituti, prout alii ſunt, & de fructib. beneficiorum illis alimenta, & dotem præſtare tenerẽ, cum ordo charitatis ſuggerat, vt prius noſtris, quàm extraneis ſubueniamus. *Tuſch. v. charitas. concl. 220. Euerard. l. c. in loco ab alimentis ad dotem. Menoch. conſ. 321. & l. 4. de Præſũp. q. 125. Suidas de aliment. tr. 1. q. 93. num. 1. Barboſ. de Epiſcopo. Alleg. 83. num. 21. Iuſtinian. in Tabul. c. 2. verſ. 2.* Vnde Tridentini Patres, *c. 1. ſeſſ. 25. de reform.* Epiſcopis, & aliis eccleſiaſticis interdicit ne ex redditibus eccleſiæ conſanguineos, familiareſque ſuos augere ſtudeant; cum & Apoſtolorũ Canones prohibeant; ne res eccleſiaſticas quæ Dei ſunt conſanguineis donent: ſed ſi pauperes ſint iis vt pauperibus diſtribuant, eas autem nõ diſtrahant, nec diſſipent illorum cauſa. Imo quàm maxime fieri pot, eos monent vt omnem humanũ hunc affectum, vnde multorum malorum in eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant.

Hinc cum Saluator noſter Matri ſuæ dixiſſet. *Marc. 3.* Quid mihi, & tibi eſt mulier? SS. Patres annotarunt, grauiſſimam eſſe hanc eorum inſtructionem, qui eccleſiaſticam diſciplinam amplexi ſunt, vt in ſpiritualibus negotiis, & quæ illorum gradus ſunt, propinquorum affectu, ac carnis cognatione nõ ducant. Nã per primi parentis pec̃m vſque adeo hic naturalis erga conſanguineos affectus deprauatus eſt, vt niſi cohibeatur, in grauia crimina præcipitet. *D. Ant p. 1. tit. 6. c. 2. § 2.*

Reſolutionis Continuatio.

QVapp hãc dubitationẽ reſoluendo dico, Andreã à culpa excuſari poſſe, ſi conſanguineas feminas ex ſuperfluis Epiſcopatus redditib. tanquam pauperes dotauit, etiam ſi per hoc Eccleſiã Cathedralem reparare non potuerit, tum quia nõ eſt ita certum an huiuſmodi inſtauratio ad eum ſpectet, & conſuetudine multis in locis inductũ eſt vt non Epiſcopus, ſed Canonici, vel beneficio donati, & laici ſiue nobiles, ſiue ignobiles id præſtent. *Ricc. in Praxi Paroc. 1. Dec. 641.* Vt ait *Gen. l. c. Comitulus l. 1. reſponſ. q. 82.* tum quia quando duo vincula ſimul concurrunt, illud attendi debet quod magis ſtringit, *c. duo mala. diſt. 13. cum aliis cumulatis per Sanchez. l. 1. de matr. diſ. 41. n. 45. & l. 1. de præcep. c. 10. num. 16. & Molfeſ. tr. 10. c. 1. num. 3. & 31.* At nemini dubium eſt, iura ſanguinis nullo humano iure deleri poſſe, & alimenta, ac dotem, in caſu neceſſitatis magis ac potius templis viuis, quàm mortuis exhibẽda eſſe. Sicuti in ſimili dicimus quod licet opera miſericordiæ ſpiritualia corporalibus præſtent, ipſa tamen neceſſitate vrgente, paſcendus eſt magis, & prius fame moriturus, quàm in ſpiritu informandus. Prout etiam in digenti ſecũdum philoſophũ. *l. 3. Top. c. 2.* melius eſt ditari, quàm philoſophari, quamuis hoc ſimpliciter præſtantius ſit. *D. Thomas. 22. q. 32. art. 3. Arrag. ibi q. 86. art. 3. D. Anton p. 4. tit. 5. c. 18. § 6.*

Et ſi dotandis puellis ſanguine ſibi coniunctis ex probabili multorum ſententia, illarum indigentia non ſolum pro vita conſeruanda, ſed pro ſuſtẽtatione, ex ſtatus conditione poſt ipſius Epiſcopi conſanguinei promotionem, perpendenda eſt. Siquidem eius dignitas efficit vt ſibi attinentium ſtatus augeatur, vt proinde grauiori neceſſitate vrgeantur. Et nomine etiam pauperis intelligitur quicunque congrue, & decenter iuxta conditionem ſuam viuere non poteſt, etiam ſi poſſeſſiones aliquas, vel redditus annuos habeat, *Menoch. l. 2. de arbit. Iud. cent. 1. caſu. 65. Vgol. de off. Epiſc. p. 1. c. 14. § 10. Graffius l. 1. Deciſ. aur. c. 26. nu. 21. Marc.*

Ant.

Digitized by Google

Anton. Genuenſ in Man. Paſt. c. 46. Bellet. in diſq. cler. p. 2. tit. de bonis cler. §. 11. At Andreæ cauendũ vt dixi, ne ob inordinatum erga fratres, nepotes, vel neptes, affectum, qui multorum malorum in eccleſia ſeminarium extat, à recto abducatur. *Cõc. Trid. ſeſſ. 25. de reſor. c. 1. Staplet. in Dom. 2. poſt Epiph. Lud. à Põt. de perfect. hom. tr. 1. c. 9. §. 2.* Vbi expendit quod in eccleſiaſticis viris ſplendere debent, paupertas ſpiritus, mortificatio cupiditatis, & inordinati ad cognatos amoris, ac in pauperes liberalitas.

V. Q. RESOLVTIO.

QVintę q. ſic reſpondendũ videtur, Andream Epiſcopum ex veriori & communiori ſententia, excommunicationis cenſura non potuiſſe Ioannem cogere vt ſponſalia cum Martha prius inita adimpleret, & Flaminiam, quam cum ſpe, & ſpecie futuri coniugij corrupit dimitteret. Quandoquidem ſicut ſe habent ſponſalia ad matrimoniũ ita ſe habet votum religionis ad profeſſionẽ, at qui poſt tale votum ab aliqua honeſta fœmina ſub ſpe matrimonij copulã obtinuit, eã ducere tenetur, ergo in nřo caſu idẽ dicendum eſt. Secũdo quia, & ſi ſecunda ſponſa per ipſa ſponſalia præciſe nullum ius ad matrimonium acquiſierit, id tamen ratione damni cum iniuria illati ſibi cõparauit, quod aliter quàm eam in vxorem ducendo reſtaurari nequit. Tertio quia naturalis æquitas nõ patitur vt Ioannes cum tanto alieno damno contractũ impleat, ex cuius diſſolutione pars nullum aliud detrimentum ſentit, quàm quod rem in cõtractu promiſſam non acquirat. Et confirmatur, quia multi ex iis qui contrariæ ſententiæ adhærere videntur, docent in hoc cauſa Iudicem ob dictã cauſam interpellatum decernere debere, vt ſecundã ducat, q ſine dubio fieri non poſſet, ſi ſponſus cũ priore ſpõſa matrimoniũ contrahere teneretur. Iudex enim hanc ſuo iure priuare nequit. Et vt eſt in regula. *In omnibus ff. de reg. iu.* In omnibus actionibus mundi æquitas à Iudice attendenda eſt, præcipue tamen in his, quæ in iure tractantur, quod ſemper bonum, & æquum eſt *l. 1. ff. de iuſt. & iu.* Atque ſic reſoluit. *Sanchez l. 1. de mat. diſp. 49. Coninch. d. 23. dub. 4. nu. 34. Filliuc. tr. 10. c. 8. q. 3. n. 273. Bonac. de mat. q. 1. p. v. n. de mat. c. 27.* 8 & alij contra nonnullos præſertim *Gutierez.*

Secus eſſet dicendum quando copula cum Flaminia non interueniſſet, etiam ſi ſponſalia cum iuramento fuiſſent, priora namque ſponſalia ex communi obſeruari deberent, cum ſecunda ſint de re quæ ſine peccato adimpleri nequeunt, & in alterius præiudicium vergunt. *Arg.* quod de re aliqua duobus inſolidum vendita tradũt, *DD.* vt *Mol. de cont. diſp. 264. & diſp. 369. Bebell. de obligation. iuſt. q. 17. ſect. 3. Azor. p. 3. l. 11. c. 47. q. 17. Leſſ. l. 2. c. 21. dub. 19. & alij.*

VI. Q. RESOLVTIO.

AD 6. q. dico Andream Epiſcopũ non potuiſſe relaxare iuramentum, quod Lucretia nupta fœmina emiſit de renunciando paternis bonis iuxta *c. 2. de pactis l. 6.* Siquidẽ facultatem habẽs diſpenſandi in iuramentis, diſpenſare nequit in iuramento in fauorem tertii facto, & ab eo acceptato, niſi aliqua iniuria, vel dolus præceſſerit, vel niſi ita cõe bonum poſtulet, cum Superior ius alterius tollere non poſſit. *Sanch. l. 3. de precept. l. c. 21. num. 3. Bonac. de legib. d. 4. q. 1. p. 17. nu. 8. Tuſch. v. renuntiatio. concl. 181. Decius, & Cagnol in l. id quod noſtrum. ff. de reg. iu. Ann. Rober. l. 2. rerum iud. c. 4. Broderod. in caut. contr. caut. 171.* vbi etiã ex Bartolo, & Caſtrenſi notat ad reuocandam etiam iuratam dotis alienationem à muliere probandum, ſe per metum, vel maritalem reuerentiam conſenſiſſe, renuntiatio enim metu facta inualida eſt etiam ſi metus ſit tantum reuerentialis. *Menoch. l. 11. conſ. 1074. Surd. conſ. 313. Merlin. de legitima. l. 3. tit. 2. q. 28.*

Conſectaria notanda.

ATque hic duo annotãda videntur, Primum eſt generale in renuntiationem fratribus moniali cum iuramẽto factam, ad legitimam, ſeu eius ſupplementum non extendi, ita vt non obſtante iuramento, illam petere poſſit. *d. c. quamuis de pactis in 6. q. Azor. tom. 2. l. 2. c. 28. q. 7. v. Molin. tom. 3. de iuſt. diſp. 270. num. 13. Menoch. volum. 1. conſ. 71. & alios plures allegans. Sanch. l. 7. de precept. c. 7. num. 4. & idem Merlinus de legitima l. 3. tit. 2. q. 25. & ſeq. contra multos.* Requiritur enim vt ſpecialis de ea mentio nat. Sed inter alia excipitur, quando verba eſſent valde generalia, vt quia totius, vel cunctæ hæreditatis facta eſſet renuntiatio, quandoquidẽ huiuſmodi verba etiã legitimam includunt. Vel quando omni beneficio, & legum auxilio eſſet renuntiatum, &c. *ex Rolando lib. 4 conſ. 99. & Merl. l. c. q. 26.*

Secundum annotandum eſt, bonorum renũtiationem fratribus ſuis à moniali factam, reuocari ei poſſe, ſi promiſſa non ſeruent, nẽpe ſi alimenta denegent, vel non ſoluãt pecuniam v. g. 10. aureos ſingulis annis promiſſos pro veſtibus conficiendis, &c. Siquidem tuta conſcientia fit quod alicubi more ſeruatur, nimirum monaſterium ſolummodo victum monialibus præbet, ea lege, & conditione, vt pro veſtitu ſibi ſumant, quæ proprio labore, & induſtria ſibi cõparãt, vel aliorũ ſiue propinquorum, ſiue extraneorum donationibus nanciſ-

diſcuntur. *Azor.par.1 lib.12.c.9.q 7.* Hinc fit vt licet monaſterium dotem habuerit, ex qua moniali victum præſtat, non tamen veſtimenta ſuppeditat, pro quibus illi aurei aſſignati fuerũt. Et explorati iuris eſt alimentorum appellatione & veſtitũ venire. *l.legatis.ff.de alim.& cib.leg.l.ver. victus vbi Alciatus ff.de ver ſignif. Iaſon.in l.cum y §.qui tranſigit.ff.de tranſact. Tuſchus.in v.alimentorum litte.concl* 282. Cum ergo in cauſa alimentorum ſimus, concluſio eſt manifeſta, vt per non adimpleta promiſſa renuntiationis reuocatio fiat. *l.1.C.de donat.quæ ſub.modo.* Ad hæc cum ipſa renũtiatio ex mera liberalitate fiat, donatio dicitur, quæ proculdubio ob ingratitudinem (in quam omnia inſurgunt iura) retractatur. *l.1.C.de reuocã.donat.* Et inter ingratitudinis cauſas eſt illa, quando donatarius ea quæ ſpopondit, opere non compleuit. *l.fin.vbi Tiraq.C.eodẽ.tit.de reuoc.donat.* Atque ita hoc, quod ſæpe in praxi contingit, in terminis determinat. *Marcell de Mauro Alleg.58.& Genuenſ.in prac.eccleſ.q.256.*

QVÆSTIO. XXV.

Epiſcopus an edictum pro faciendo concurſu propoſitum prorogare poſſit. An digniorem tam ex charitatis, quã ex iuſtitia legibus præferre debeat. Vtrum ſi tpe quo prouiſio per concurſum facienda eſt, ſynodales Examinatores non adfuerint, nouos deputare valeat. An diſpẽſare vt Parochus à ſua eccleſia abſit, & in publico gymnaſio Iuri Canonico, vel Sacra Theologia incumbat. An concedere poſſit vt miſſa in priuatis oratorijs celebretur, & ibi eccleſiæ præcepto ſatisfiat. An etiam licentiam impertiri vt religioſas ſuas conſanguineas moniales viſitare poſſit.

PHilibertus Epiſcopus cum quoddã curatum beneficiũ vacaret, iuxta canonicas ſanctiones edictum propoſuit; cum autem vnus tantum, ſcilicet Robertus Sacerdos ſe in eo deſcribi feceſit, ipſum edictum vltra alios decem dies ab eodẽmet Epiſcopo prorogatum fuit; quo durante, alter nempe Stephanus, ſe examini ſubiecturus deſcriptus eſt, quo pariter tempore elapſo, alius videlicet Gaſpar, qui ab vrbe aberat, & cui Epiſcopus multorum magnarum precibus fauere, quatenus liceret, cupiebat, illum ad prædictum concurſum admiſit. Qui ſane à tribus Examinatoribus recẽs deputatis, cum ſynodales nõ adfuerint, dignioribus prætermiſſis, tanquam dignus approbatus, & renũciatus eſt. In quẽ ab ipſo Philiberto Ordinario parochialis eccleſia collata fuit; & cui poſtmodũ facultatẽ impertiuit, vt procul a grege ſibi cõmiſſo, in publico quodam Gymnaſio ſacræ Theologiæ, & iuri Canonico operam daret. Inſuper Maffeo viro nobili, & ruri degẽti, & mala valetudine affecto conceſſit, vt in quodã priuato ſuo oratorio cum ſua familia miſſam audire poſſet, & vt pluuio tempore alij ruſtici, & ſi de familia nõ ſint, ſed tamen eius coloni, ab obligatione audiendi ſacrum in parochiali eccleſia eximerentur. Tandem Vincentio regulari conceſſit vt in monaſterio ſibi ſubiecto Febroniam conſobrinam viſitare poſſet.

Ex quo facto nonnullæ excitatæ ſunt difficultates. Primo an edictum illud ei protrahere licuerit, & ipſo termino elapſo iterum prorogare. Secũdo an dignioribus concurrentibus dignum præferendo charitatis, & iuſtitiæ leges violauerit, & ab huiuſmodi iudicio, & grauamine appellari poſſit. Tertio an ſi tpe quo prouiſio per cõcurſum fieri debuit ſynodales Examinatores non affuerint, Epiſcopus nouos Examinatores deputare potuerit. Quarto an diſpenſare valuerit vt à ſua eccleſia abeſſet, & in publica Academia Theologiæ, & Iuri Canonico ſtuderet. Quinto an eidẽ Epiſcopo concedere integrum fuerit, vt miſſa in illo Oratorio celebraretur, & colonis ruſticis tempore pluuioſo illi intereſſe liceret. Sexto an illam licentiã Vincentio dare, vt ſcilicet ſuam conſobrinam ſanctimonialem viſitaret.

I. SVPPOSITVM.

REſp. Pro clara huius caſus, & quæſtionum illi inhærentium reſolutione, ſuppono, præter adducta à nobis ſupra *tr.2.c.3.q.29.& ſeqq.* Occurrente parochialis eccleſiæ vacatione, vel intra quadrimeſtre nemine præſentante, aut inter præſentatos à compatronis lite durante, teneri Epiſcopum in ea vicarium conſtituere, qui res eccleſiæ cuſtodire, & Sacramẽta miniſtrare debeat, eiuſque onera ſuſtinere taxata ſibi cõpetenti mercede, donec de Rectore prouideatur *c.cũ vos ext. de off.ord. & Cõc.Trid.ſeſſ.24.de ref.ſt.c.18. Frãc. Leo in Theſ.for.eccleſ.p.2.c.18.num.* 52. Siquidẽ omnes eccleſiæ in Epiſcopi territorio, & diœceſi conſtitutæ ipſius curæ, & ſolicitudini relinquuntur, de hiſque diſpenſandi authoritatem habet tanquam à ſummo Pontifice in partem ſolicitudinis vocatus. *c.ad honorem ext.de author.& vſu pallij. Reginal.l.30.tr.3.n.239. Molfeſ.tr.6 c 6.* Poſt deputatum vero in vacanti eccleſia Vicerectorem intra decẽ dies Epiſcopus aliquos propoſito concurſu inuitare debet, qui Examinatorum electorũ cenſuræ ſe ſubiicere velint, & vnum ex approbatis quem digniorẽ, & aptiorem iudicauerit, eligere, qui huiuſmodi eccleſiæ præficiatur. Et quidẽ neminide Parochiali Epiſcopus prouidere debet ſine præuio huiuſmodi examine, vel concurſu, aliàs

Digitized by Google

qui prouiſio inualida foret, & Apoſtolicæ Sedi poſtea reſeruaretur; forma enim non ſeruata actus corruit, iſta vt per Ordinarium omitti non poſſit, etiam ſi viro notorie docto, idoneo, benemerito, vel eius Vicario, parochiale beneficium conferre, vel &c. & non ſeruata prædicta forma prouiſus in foro conſcientiæ tutus non ſit. *Gonzales gloſſ. 4. n. 90. Leſſius l. 2. c. 34. dub. 16. Molin. tr. 2. de iuſt. Diſp. 8. Ricciu in Praxi concurſus Deciſ. 414. Barboſ. de off. Epiſcopi p. 3. Alleg.* 60. Vbi multa circa hãc materiam nouiſſime congerit. Imo grauiter Epiſcopus peccat, ſi volentes cõcurrere ad examẽ admittere nolit, quia de graui eccleſiæ præiudicio agitur; quod verum eſt niſi aliqui ſint notorie inhabiles, nã tales neque in concurſu deſcribẽdi ſunt. *Genuenſ. in Man. Paſt. c. 39.*

II. SVPPOSITVM.

Secũdo ſuppono, acceptionem perſonarum eſſe iniuſtitiam, qua vna perſona propter indebitam cauſam alteri præfertur. Duo vero ad illam conſtituendam requiruntur, alterum eſt vt illud quod alicui tribuitur illi indebitum ſit, & alteri cui non confertur, debeatur. Alterum eſt vt conferens ad conditionem rei quam impertit congruentem non attendat, vt ſi tantum perſpiciatur nobilitas, diuitiæ, amicitiæ, & cætera, ad ſpirituale eccleſiæ regimen impertinentia. Vnde qui confert beneficium conſanguineo ratione ſanguinis, vel diuiti, & amico, ob diuitias, & amicitiam, & humanum reſpectum, acceptionem perſonarũ committit, & in ſanguinibus Syon ædificare dicitur.

Quando autem propinqui æque idonei atque reliqui ſunt, ſine acceptione perſonarum niſi ſcandali periculum ſubſit eos præferre poteſt, vnam rationem amoris, amicitiæ, & ſanguinis gratificandi locus eſt. *Genuenſ. l. c. cap.* 38. Et cum vberiorem pietatem in ſuos quis quàm in extraneos exercere debeat. *c. non ſatis. diſt.* 86. omni ceſſante fraude, & præſumptione, quæ pro conſanguineorum affectione ſtat, poterit modicas inter viuos eis donationes facere, ut ipſis tanquam egenis ſubueniat; & bona eccleſiæ in emphyteuſim dari ſolita, potius in ſanguine coniunctos, quam in extraneos alienare. *Burſat. l. 2. conſ. 27. Menoch. cõſ. 48. Surd. de alim. tit. 8. Priuileg. 92. Pariſius de reſ. benef. l. 9. q. 7. nu. 124 Barboſ. de off. Epiſc. p. 1. tit. 2. gloſſ. 9. num. 3.* Illud tantum hoc loco pro certo habendum, quod etiam in ſuperiori quæſtione, & alibi aduertimus, non poſſe Epiſcopum, ſicut nec Cardinalẽ, ſine magna culpa propinquos ſuos locupletare *Conc. Trid. ſeſ. 25. de refor. c. 1.* Et *D. Ant. par. 3. tit. 21. c. 2.* vbi ait. Non theſaurizẽt, nec tribuant conſanguineis pluſquam indigent, & plusquam eis congruit. Quam doctrinam nonnulli DD. ad ſummum etiam Pontificem referunt, vt in ſacris rebus ſanguinis, & naturæ neceſſitudines haud præcipue ſpectare debeat. Hinc eſt illa Clementis 4. vox, Non eſt dignus Petri ſucceſſor, qui plus cognationi, quàm pietati largitur. De qua re aliqua ſcripſimus in Comment. *de Hum. vita Stat. part. 1. c. 4.*

Hinc ſequitur, hanc perſonarum acceptionem præſertim q̃ in beneficijs conferendis contingit, peccatũ eſſe ex ſuo gñe mortale, niſi materiæ leuitate, vel alia circũſtantia excuſetur, conſtat enim iuſtitiæ diſtributiuæ opponi, ſecundum quam bona communia, ex meritorum, & perſonarum qualitate diſtribuenda ſunt; atq. hoc vitiũ omni iuri, tàm naturali quàm diuino & humano aduerſari, vt per *Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 7. punct. 4. & c. Ropert. Holchot. ſuper Sapientiam. c. 6. lect. 79. Stapl. in Promp. mor. 22. Dom. poſt. Pet.* Talis debet eſſe omnium Sacerdotum Dei Paſtorum, atque Epiſcoporum virtus, conſtantia, & fortitudo, vt abſque perſonarum acceptione veritatem doceãt, peccantes arguant, diſciplinam conſeruent, & ex iuſtitiæ tramite iudicent; & ſi innumera ſacra exẽpla eos non moueant (quæ tamen in primis, & maxime mouere deberent) eos ſaltem politica gentilium exẽpla in officio cõtineant, qui hãc adminiſtrãdæ iuſtitiæ integritatẽ, & conſtantiã, ad rectum reipublicæ regimen pertinere iudicabãt. Celebre ſane eſt illud Themiſtoclis à quo cũ Symonides poeta prẽt æquũ quid poſtulaſſet, neq. tu, inquit, Themiſtocles bonus poeta eſſes, ſi modos, & numeros in canẽdo contẽneres, neq. ego bonus Prætor eſſem, ſi alicuius gratiã legib. præferrem. Frequens erat Caroli Quinti pronuntiatum, Quemadmodũ ſol tàm egenis quàm diuitibus æquali modo, ac menſura lumen diſpenſat: Sic Principum, ac Iudicum eſt ſine vllo perſonarum reſpectu, ſubditorum cauſas examinare, & æquali iuſtitiæ temperatione iudicare.

III. SVPPOSITVM.

Tertio ad memoriam reuocandum eſt, quod *tract. 1. q. 3. q. 33.* ex cõ. ſententia reſoluimus, in huiuſmodi concurſu, & electione facienda, teneri Epiſcopum ſecundũ iuris diſpoſitionem iudicium dirigere, & moderari, nã quidquid ſit in ſimplicibus beneficiis, in quibus magis idoneũ eligere non cogitur, ſed cui vult modo dignus ſit gratificari poteſt, in concurſu ad beneficia curata in quibus Concilij Tridentini ſanctio procedit, ex pluribus aptis ab Examinatoribus iudicatis digniorem eligere debet. Vnde à dicto iudicio præſertim doloſe, & irrationabiliter lato, ex Conſtitutione Pij v. Incip. *In conferendis* appellanti integrum eſt præſectũ ad nouũ examen prouocare,

& ſi

& ſi in eo magis idoneus repertus fuerit, reuocata prima electione, Parochialem obtinere. *Garz. de benef. p. 9. c. 2. Azor. par. 2. l. 6. c. 25. q. 1. nu. 109. Leo l. c. num. 32. Mariſcottus l. 1. var. reſol. c. 52. n. 22. Genuenſ. in Praxi Neap. c. 66. num. 9. in Man. Paſt. c. 30. Barboſa. Alleg. 60. num. 104. Molfeſ. tr. 6. num. 61. & ſeq. Randeſ. in Deciſ. Piſan. Deciſ. 40.*

Eſt etiam communior reſolutio Examinatores teneri examen facere de ætate moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus, ad vacantem eccleſiam gubernandam opportuniſsima vt non ſufficiat ſi de literatura ſolum relationem fecerint, ſcrutinium vero circa mores, & alia, Epiſcopo relinquatur. *vt per Barb. l. c. n. 95. Nald. v. Examinatori. num. 2.* Eoſdem autem, quidquid ſit de Epiſcopo, ſi idoneum renuntiauerint, magis idoneo, & digniori omiſſo, à reſtituendi obligatione immunes eſſe vere dicendum eſt.

I. Q. RESOLVTIO.

HIs ſic præhabitis, ad primam q. dico quod licet Edictum de forma, & ſubſtantia in cócurſu Parochialium requiratur, & ab Ordinario loci apponi debeat, vbi beneficium exiſtit, ibique examen peragendum, etiſi ab Epiſcopo alterius beneficii ſit conferendum, & etiam ad valuas eccleſiæ per decem dierum ſpatium ex diſpoſitione Concilii Tridentini affixum remanere debeat, vltra tamen illos decem dies iuſta exiſtenti cauſa impedimenti ex Bulla Pii v. Incip. *Conferendis* ab Epiſcopo protogari potuit, & Gaſparem cū aliis ad concurſum admittere, non obſtante quod terminus ab eo præfixus ſit elapſus, modo edictū illud iterum non proponatur, nec ad eccleſiæ vacuas affigatur, quandoquidem eccleſiæ intereſt plures oppoſitores cócurrere, vt dignior, & magis idoneus eligatur. &c. *Ric. in Praxi concurſ. Deciſ. 421. & 427. Leo d. c. 18. nu. 55. Gonzales ad 8. reg. Cancell. gloſ. 9. num. 115. Garzias par. 9. c. 2. n. 206. Barboſ. l. c. num. 46. Mariſcot. l. 1. var. reſol. c. 52.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. reſpódeo ſuppoſito illo notiſſimo fundamento, illum digniorem, vel magis idoneum curato beneficio dici, non qui ſanctior eſt, aut doctior, ſed qui ad miniſterium illud exercendum, induſtria, & aliis alium antecellit: fieri enim poteſt vt doctus ſanctiori idiotæ præferendus ſit, expertus meliori inexperto, prudens doctori imprudēti, nobilis peritiori ignobili, Iuriſta Theologo; quod præſentibus eccleſiæ negotiis, in qua nō hæreſes, ſed controuerſiæ, & lites vigeāt, plenius conſulatur. Si tamé cætera paria ſint, &

aliis circumſtantiis, ac conditionibus circumſcriptis de ſola ſcientia experimentum ſit faciendum.

Hac poſita baſi, dico q licet quorundā Iuriſtarū non ita vera, quam electoribus propitia fuerit ſententia, ſufficere in electionibus dignioris, & doctioris ſeligere, doctiore, & meliori præterito, dū enim Epiſcopus talem eligit, ſufficientes prouidendi præfato iſoblegationi ſatisfacit, & ſi acceptione perſonarum non peccabit: at nihilominus contraria opinio communeeſt tam Theologorum, quàm recentiorū Canoniſtarum placitum, Epiſcopum grauiter animam ſuam ſauciāſſe, ſi Gaſparem minus petitum, & minus probatum, ei quia alii omnes quinq; fabas albas, & hic ſolū tres retulit, contra Examinatorum iudicium, aliis qui peritiores iudicati ſunt, prætulit, ita vt ſi illi in iuſte ſint reiecti, ex Bulla Pii v. appellare poſſint, & tam dignioribus omiſſis, quam eccleſiæ ipſæ boni viri arbitrio facienda aliqua ſit reſtitutio vt ait *Genuenſis in in Man. Paſt. c. 36. & Vaſquez. de benef. c. 2. §. 3. dub. 1. num. 49. Maſſobrius in Praxi concurſ. dub. 1. Req. v. Molfes d. tr. 6. c. 6. vt tetigi ſup. p. 1. tr. 2. c. 3. q. 33. Garzias p. 7. c. 16. nu. 3. Reginal. l. 30 tr. 3. num. 197.* Additur illa communis ratio, quod beneficia preſertim curata ex eorum natura inſtituta ſunt, vt Chriſti militum præmia, & merces exiſtant, ac proinde ex iure quod ad id ſe vel ut aliis placet, in re competitores habent. ſic diſtribui debent, vt acceptio perſonarum vitetur. Et Epiſcopus ipſam eccleſiam lædere videtur, ſi probatiori & digniori omiſſo, beneficiū alicui confertur; nā ſi habilitas, ſeu dignitas melioris, vel doctoris parum minus digni conditionem excederet, cū enim parū diſtributiua iuſtitia violetur, dā: i exiguitas tā a mortali culpa, q ſeſt ſidend. obligatione excuſari potaſt atq. cū admodum difficile ſit pláne id dignoſci queat, communi vſu hæret exprouiſū diſſe propterea ſup grauamine ex Bulla Pii V. ſilentium imponitur. Nec facile iudicandum eſt Epiſcopus examine non rite ſeruato, ſanguinis, aut alterius humanæ paſſionis affectum, nō rationis iudicium ſequentis, beneficia conferre, & de illis prouidere cum integræ conſcientiæ, ac probatæ vitæ præſumantur, vt pote qui nihil ob aliud quàm ob probitatem, & virtutem, ad huiuſmodi dignitatum gradus præ cæteris aſſumantur, ac deligantur. *c. miraris diſt. 61. DD. in c. cum in iudicibus ext. de preb.* Hinc poſt gloſſam dicit *Bald. in l. 1. §. his. ff. de off. Præf. Præt.* ſemper eſſe præſumendum pro Epiſcopis, & allegat notata in *c. Domino ſancto diſt. 50.* Et ſane ſummus Pōtifex ex officio agere dicitur, dum creatis ex delecto, & maturo iudicio Epiſcopis, ſeu admodum eccleſias excolendas vtiliter ſas committedat, dum inſtruit, & hortatur, vt recte, & ſedulo munus ſuum obeant, dum ad ſubleuatim

eccleſiaſticamque immunitatẽ pro virili tuendã animos addit, vt caueant, ne immeritos, ſed optimos quoq; ac probatiſſimos, eccleſiis præficiant, & ad ſacros ordines, ſacramentorumque miniſterium, quos ueris virtutibus prædiros nouerint, admittant, reliquoſque reiiciant. *Io. Carm. in Inſtit. Princip l. 1. c. 3. & l. 2. c. 3.* Ex quo & illud manauit, non eſſe facile recipiendam Epiſcoporum accuſationẽ. *c. accuſatio. el 2 q. 7. Et Abba. in c. cũ in cunctis. §. 1. num. 6. ext. de elect.* dum quęrit cur in Epiſcopo, qui eſt Inquiſitor ordinarius, ſolum annus trigeſſimus à iure poſtuletũ, in Inquiſitore uero hæreticæ prauitatis annus quadrageſimus exigitur, hanc cauſam afferre non dubitauit, quod ſcilicet promouendi in Epiſcopos cum magna inquiſitione tranſeunt, nam recipiuntur teſtes, & diſcutitũ prius promotio in Conſiſtorio Papæ, & in collegio Cardinalium. Ideõ quia ad tantam dignitatẽ promotus ex omni parte idoneus pręſumitũ. &c.

Quippe Epiſcopatu ipſo nulla maior eſt in eccleſia dignitas, & ideo ſummus Pontifex hoc nomen non dedignatur, cum aliquando vel vrbis Romæ, vel Catholicæ eccleſiæ Epiſcopum ſeipſum appellat. Quò ſpectãt illa Brunonis verba in *Exodo. c. 28.* Super illa verba, Superhumerale, &c. Reſpice Epiſcope ad onus qđ portas, reſpice ad ſuperhumerale. Vides ibi aurum, da operam, & ſtude ſapientiæ. Vides ibi hyacinthum, intuere Cœlum, & contemplare Deum. Vides ibi purpuram ſerua iuſtitiam, &c. *Barboſ. de off. Epiſcopi. p. 1. tit. 1. c. 2. & tit. 2. gloſſ* 3. Addo. *ex Bisfeldio in Theologia Paſtor. de iuſt. cler. c* 2. Quando Epiſcopus in collatione aut electione bonafide ac ſyncero animo, & adhibita diligentia morali procedit, etiam ſi meliorem, vel digniorem non eligendo erret, lethaliter haud peccare, quandoquidem humana iudicia humanis etiam argumentis diriguntur, quæ quandoque, & ſæpe fallunt. Et cogitationes mortalium timidæ, & incertæ ſunt prouidentiæ noſtræ. *Sap. c. 9.* Vt proinde ſæpe contingere ſoleat, vt ẽt Superiorũ Electores errent. &c. *Abb. in c. à nobis. el 3. ext. de ſent. excom. c. 5. diſtin. 61. Aluarez. de vita relig ſect. 5. c. 12.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. quæſtionem breuiter dico Epũm ſi eo tpe quo per concurſum prouiſio fieri debebat, ſynodales Examinatores non aderãt, nõ obſtante Concilij forma, abſque ſynodi celebratione, nouos Examinatores deputare potuiſſe: nã vbi forma à lege inducta præciſe adimpleri non poteſt, tunc illa remittitur. Et quando conſtitutio, nouam formam inducit, & illa de facto obſeruari nequit, velut quia perſonæ, vel requiſitæ qualitates non adſunt, ſufficit vt actus eo modo quo prius poterat fiat, ac proinde Epiſcopus Examinatores ſicut ante Conciliũ ei permiſſum erat, conſtituat. *Mareſcottus l. 1. var. reſol. c. 52. Riccius in Praxi concurſ. Deciſ. 418. Garzius. p. 9. c. 2. nu. 72.* Cum autem ex determinatione. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1.* ſtatim ac in ſynodo ſunt creati, iurare debeant per ſancta Dei Euangelia ſe quacunque humana affectione poſtpoſita, fideliter munus ſuum executuros, Epiſcopi partes erunt, cum eos etiam extra ſynodum deputar, illis iuramentum deferre, niſi aliàs examinandi munere functi fuerint, & à muneris ſui initio hoc iuramentum præſtiterint; ſiquidẽ ob primam illius uim, & religionem, ſalutis æternæ immemores eſſe nõ pręſumuntur. *l. vlt. Cad. l. Iul. repet.* Præſertim ſi eorum probitas, ac pietas Epiſcopo ſit uota; Clericis enim ac religionis viris regulariter non ita facile iuſiurandum defertur, vtpore quibus magis quã aliis fides adhiberi ſolet. *l. cum clericis. C. de Epiſcop. & cler. arg. Scala de conſ ſap. l. 1. cap. 14.*

IV. Q. RESOLVTIO.

QVartam dubitationem ſic reſpondendo reſoluo, quamuis Parochus poſſet ante Concilij Triden. ſanctionem, ſtudiorum cauſa per ſeptennium de Ordinarij licentia abeſſe. vt probatur *in cap cum ex eo. de elect. l. 6. & late per Diaz. & ibi Ignat. Lopez. in ſcholijs in Praxi crim. can. cap. 52. Nauar. cap. 25. num. 120. & alios.* Hodie tamen Ordinarijs talem facultatem concedere integrum non eſt, vt ſacra. Conc. Trid. Congreg. declarauit his verbis, Obtinẽtibus parochiales eccleſias poſt Concilium Trid. ſtudendi licentia, ac in abſentia ſtudiorum cauſa fructus percipiendi non datur.

Et ea põr eſſe euidens, & concludens ratio, nã cum hodiernis tẽporibus, vt ſupra vidimus, parochiales eccleſiæ per concurſum conferantur, præſupponitur q̃ ille qui tanquam magis dignus, & aptior curarum beneficium pugna, & curſu cæteros ſuperando; aſſecutus eſt; iam prius ita ſtuduerit, & illa ſcientiæ præſidia ſibi comparauerit, ut ſtudiorum cauſa abeſſe neceſſe non ſit, atque ideo abſentiæ occaſio ceſſet, ne ſub hoc prætextu, ſeruitium quod reſidendo pręſtari deber defraudetur. *Gonzales gloſſ. 6. n. 249. Sàm v. reſidentia. Bonac. de oner. benef diſp. v. pun. v. num* 15. A vero nãq. non aberrãt qui Epiſcopos, & Parochos iure diuino ad reſidentiam compelli aſtruunt. Cum diuino præcepto, ait *Conc. Trid. ſeſſ. 23. de refor. c.* 1. mandatum ſit omnibus quibus animarum cura commiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere, pro his ſacrificium offerre, verbiq; diuini prędicatione, ſacramento-

rum

Digitized by Google

rum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere: pauperum, aliarumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & in cætera munia paſtoralia incumbere; quæ omnia nequaquam ab his præſtari, & impleri poſſunt, qui gregi ſuo non inuigilant, neque aſſiſtunt, ſed mercenariorũ more deſerunt Sacroſancta Synodus, eos admonet, & hortatur, vt diuinorum præceptorum memores, factique forma gregis, in iudicio, & veritate paſcant, ac regant, &c. Vt ex communi tradit *Borellus in Deciſ. tit. 10 num. 2. Ferrettus conſ. 32. Barboſ. alleg. 53.* Et enim experientia teſtitur. ait *Caiet. in v. beneficiũ eccleſiaſticum*, quam male ſe habeant in ſpiritualibus, & temporalibus eccleſiæ chriſtianæ propter abſentiam Paſtorum. Antiquum prouerbium eſt, tàm quod oculus Domini impinguat equum, quàm agrum veſtigia Domini. teſte *Ariſt. in 1. Oecon. c. 6.* Vnde quidam craſſus ac corpulentus cum equum macilentum haberet, rogatus, quid eſſet in cauſa? reſpõdit mirũ videri nõ debere, ſi equo ſuo eſſet habitior, quandoquidẽ ipſe ſe paſceret, equũ autem ſeruus curaret. teſte *Manutio in Adagÿs*.

Epiſcopus dicitur Nymphagogus, & pronubus, quia ſuam ſponſam amare debet, nec eam relinquere par eſt, quò etiam fit vt ſi hærede careat, ſuã eccleſiã vel in patrimonialib. hæredem inſtituere teneatur, & ab inteſtato ei decedenti ipſo iure illi ſuccedat; ſicut dicimus deficientibus omnibus agnatis, & cognatis, vxorem viro ſuccedere, & e cõtra. *Bellet. in Diſq. cler. p. 1. tit. de bonis cler. §. 14.* Quis dubitat, vt inquit ille, quod ianitor ad ianuam, villicus ad villam, gubernator nauis ad gubernaculum, præceptor ad ſcholam, & alii ad ſua munera ſedere debeant, alioqui qui non reſidet. (cum aliò eum non abducant præſcriptæ à ſacro Concilio cauſæ) oſtendit ſe ſponſum non eſſe, ſed peregrinum, non patrem, ſed extraneum, non paſcentem oues, ſed ſe ipſum, non ædificantem, ſed fere deſtruẽtem. *Card. Paleot. in Arch. Bonon. p. 1. c. 16. Azor. p. 2. l. 7. c. 4.*

Obſeruat etiam. Idem *Biſfeldius l. c. c. 7.* Sicut Canonicus, qui in cantu, & laude Dei cum aliis in choro deuote, & attente recitãdo, non communicat, nec etiam in emolumento ad illum finem dato participat. *per Concil. Triden. ſeſſ. 24. de refor. c. 12.* ita etiam Parochus nõ cenſetur proprie reſidere, ſi in eccleſia, vel beneficio proprio ſegniter, & oſcitãter reſidet. Quippe Epiſcoporum, & Parochorum reſidentia pro animarum ſalute, & populi cura, de iure diuino indicta eſt, vt patet ex officiis, & Angelicis muneribus, quæ ſi non præſtant, ad quid põdus inutile terræ, illam occupãt, & de lacte ouium degunt? Siquidem ex iuridica regula; illegitime facta pro infectis habentur, & nullius momenti ſunt.

Et paria ſunt nõ facere, & minus illegitime facere: nec refert an aliquid nõ fiat, vel minus bene fiat. *l. quoties ff. qui ſatid. cog.* Sicut dicimus paria eſſe nõ habere maritũ, & hr̃e, ſed inutilẽ, hr̃e Rectorem & hr̃e inutilẽ, non hr̃e ſponſum, & habere prorſus inutilem, qui nulli ſit vſui. *c. 2. ext. de translat. Epiſ. Rolandus à vale conſ. 9. n. 33.* Adeo vero ſtricta eſt hæc Parochorum reſidendi obligatio, vt ſi non reſideant, & ſine cauſa abſint, præter lethalem culpam, quam contrahunt, pro rata temporis abſentiæ ad omnium fructuum perceptorum reſtitutionem nulla alia ſecuta declaratione, vel citatione teneantur, nec tuta conſcientia illos retinere poſſint, ſed in fabricam eccleſiæ, vel in Chriſti pauperes impendere debeant, & in alias pœnas in *Conc. Trid.* contra non reſidentes ſtatutas incidant. Imo curatum beneficium poſſidens nõ poteſt ex cauſa quæ ſibi iuſta videatur, ſine licentia Ordinarii, per duos mẽſes abeſſe; vt ſacra Cõgreg. Conc. ſupra *d. c. 1. de refor. ſeſſ. 23.* his verbis teſtatur, vltra bimeſtre tempus, nec per bimeſtre, nec etiam per hebdomadam poſſint Parochi abeſſe ſine licentia Epiſcopi, etiam ſi petatur, ſed non obtineatur, etiã relicto vicario idoneo ac probato per Ordinarium. Et vt aliàs diximus, valet conſtitutio Epiſcopi, ne Parochi abeſſe queant vltra duos dies ſine licentia. *vt per Garzias. tract. de benef. tom. 1. 3. part. c. 2. num. 23. Wolfeſſius tra. 6. c. 11. num. 26. & 43 Barboſ. Alleg. 53. Beia in reſponſ. caſ. conſ. p. 4. caſu. 21. Poſſ. de off. Cur. c. 1.* Vbi etiam cauſas, ob quas Parochus abeſſe poteſt recenſent, & reſoluunt etiam non poſſe diſcedere non petita licentia ab Ordinario, ob loci diſtantiã propter iuſtam cauſam, niſi aliqua neceſſitas repẽte ſe offerat, quæ minime dilationem patiatur, & periculum ſit in mora licentiã petendi; & tunc de diſceſſu, & occurrẽte neceſſitate, quã primũ Ordinarium certiorem facere debet, vt de cauſa cognoſcat, & facultatem impertiat.

Porro meminerit Parochus frequentem, & longam abſentiam eſſe petram ſcandali, & lapidem offenſionis cum ſibi cõmiſſus grex in re tàm ſeria eum officio ſuo deeſſe videt, ideo ab eo cauẽdũ Hinc D. Bernardus dicere ſolebat, Viuere erubeſco, quia parum proficio, mori timeo, quia non ſum paratus, malo tamen mori, & Dei miſericordiæ me cõmendare, quę magna eſt, quam mea conuerſatione ſcandalum præbere. *D D. in c. nihil Ext. de præſcrip. Iuſtin. in Tob. c. 8. verſ. 12.*

V. Q. RESOLVTO.

AD 5. q. reſpondendo dico quod licet nouiſſime emanarit Decretũ S. Cong. Cõc. Trid. Interpretis, quo de Sãctiſſimi oraculo declaratu

conceſſionem licentiæ celebrandi, vel audiẽdæ miſſæ in priuatis domibus, vel Oratoriis, non ad Epiſcopos, ſed ad ſolum ſummum Pontificem ſpectare. *vt per Ricciumin Praxi fori eccleſ. Deciſ.* 538. *Quarantam in ſumma Bullar. in v. miſſa. Nald. v. miſſa num.* 30. *& alios.* Nonnulli tamen inter quos eſt. *Barboſa p.* 2. *Alleg.* 23. *p.* 2. *n.* 8. *& Fagund. p.* 1. *l.* 3. *cap* 13. ſentiunt per illud Decretum poteſtati tales licentias concedendi iure communi Epiſcopis competenti derogatum non eſſe, quando grauis cauſa, & vrgens neceſſitas hoc poſtularet. Ordinarii enim arbitrio permiſſum eſſe, vt perſonæ, & infirmitatis qualitate penſata, in priuato Oratorio facultatem celebrandi impertiri poſſit. Præcipue autem in huiuſmodi conceſſionibus, quæ etiã ab Epiſcopis emanãt, apponi deberet, vt Oratorium decenter inſtructum, & ornatum ac ab oĩbus actib. domeſticis liberum exiſtat. Tum vt conceſſio ſine parochialis eccleſiæ præiudicio intelligatur, & exceptis dieb̃ Natalis Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtes, quibus ibidem celebrari non liceat, ſed parochialis frequentetur. Quodq. alii præterquam eos qui ſeruitio perſonæ cuius intuitu Oratoriũ indulgetur, neceſſarii ſunt, ibidem miſſam audientes ab obligatione eam in eccleſia audiendi non liberentur. Illud inſuper declaratum fuit, quod dum Ordinario in priuatis Oratoriis huiuſmodi licentias concedere permittitur, illuſtrium perſonarum ratio haberi debet, ſic etiam infirmitatis, aut ætatis qualitas conſideranda eſt; & ſic de aliis cauſis cenſendum, ob quas ad audiẽdum ſacrum, & ſacroſanctam euchariſtiam ſumẽdam accedere nequirent, & ſic in priuato oratorio hæc omnia adimplere poſſunt. Aduertendum tamen eſt quod cum huiuſmodi priuilegiũ ad Ordinarii beneplacitum dari ſoleat, morte concedentis finitur, vt ſi dicatur. Ad beneplacitum noſtrum hanc in priuato Oratorio celebrandi facultatem concedimus, &c. Vt proinde noua ſucceſſoris conceſſione opus ſit. *Nald. in. v. concedere, & Bonac. de legibus d.* 1. *q.* 3. *pun* 8. §. 1. Quibus rebus ſic ſtantibus, dicendum videretur Philibertũ Epiſcopum qui Maffeo infirmo huiuſmodi facultatem dedit, ſimulque conceſſit, vt eius coloni ruſtici, cum pluuiæ inundant, ibi miſſæ intereſſe valerent, & eccleſiæ præcepto ſatisfaceret. *arg. eius quod notatur. in c. ad audientiam. ext. de eccleſ. ædific.* à culpa immunem eſſe, & pariter Maffeum eiuſque familiam, colonos à noxia ob bonamfidem excuſari poſſe, & *arg. Molfeſ. tr.* 3. *c.* 17. *num.* 70. ibi niſi ſit de perſonis quæ conceduntur per Apoſtolicam ſedem, vel per locorum Ordinarios. Nihilominus cum certum ſit, ſacræ Congreg. Card. declarationes ſuper Conc. Trid. eſſe, ut dicunt DD. diffinitiuas, ſeu deciſiuas, & vt leges recipiendas, quæ in vtroque foro obligent, vtpote ex Papæ commiſſione latas, teſte *Roder. in qq. regul. tom.* 1. *q.* 11. *art.* 2. *Garzias. de benef. in præfat. p.* 1. *Lazar. in cap. quæſt. p.* 2. *q.* 13. *Bonac. de legib. d.* 1. *q.* 1. *punct.* 8. dico ab eatñ ſcitis, ac ſanctionibus diſcedendum non eſſe, niſi aliud de earũ mente conſtet: & in poſterũ ab eadem Congreg. ſic celebrandi, & miſſam audiendi licentiam obtinẽdam eſſe. In qua & ſi aliquæ perſonæ excipi ſolent, quæ ei cui conceditur familiares nõ ſunt, ſi tamen ob parochialis eccleſiæ diſtãtiam, vel pluuium tempus ibi ſacro interſint, credimus ob bonãfidem, non peccare & eccleſiæ præcepto ſatisfacere, talemque præſumendã eſſe ſummi Pontificis, & ſacræ Congregationis mentem, cum Eccleſia ſit æquitatis, & iuſtitiæ cultrix, quæ in omni negotio conſiderat quid liceat, quid deceat, & qd expediat. *c. magnæ. ext. de voto. Genueſ. in Pract. eccleſ. q.* 107. Atque ita intelligenda ſunt quæ à nobis dicta ſunt. *in Comment. de ſtat. hum. vita. p.* 1. *c.* 15. *& ſupra tr.* 8. *c.* 5. *q.* 14. vbi innuimus ſimpliciter præcepto ſatisfieri, cum ſupponamus ex communi placito, ſubſtantiam præcepti adimpleri poſſe per actum ex aliqua circunſtãtia malum, vt per eund. *Bonac. l. c. pun.* 9. & alios.

VI. Q. RESOLVTIO.

Ad 6. propoſitam q. qua petebatur an Philibertus Epiſcopus Vincentio viro regulari concedere potuerit, vt Febroniam monialem ſuam conſobrinam viſitare poſſet, dico id ei licuiſſe dũmodo formam Decreti nuper à ſacra Card. Congreg. emanati obſeruauerit. Regulares enim poſſunt nunc quater in anno alloqui moniales in gradu primo, & ſecundo conſanguinitatis tantum ſibi coniunctas cum licentia Ordinariorum, & eorum ad quos ſpectat, ad vnguem tamẽ ſeruata hac forma, videlicet, Non in diebus feſtis, Aduentus, Quadrageſimæ, feria 6. Sabbato, & vigiliis, Quæ licentia conſignetur confeſſario monaſterii ordinario, qui penes ſe retineat, iſque aſſociet, & præſens ſit, & Auſcultatrices de more non autem aliæ aſſiſtant. Quæ licentia pro die, & hora certa, & in ſcriptis concedatur, in librisque Cancellariæ eiuſdem notarii annotetur. Quod ſi prædicti Ordinarii per plures vices vel in vlteriori gradu coniunctis aut aliter, quam prædicta obſeruata forma, licentias conceſſerint, vel permiſerint, ſciant ſe intentionis Sanctiſs. D. N. & ſacræ Congreg. tranſgreſſores eſſe, iudiciumq. reformident. Regulares autem pœnis in præfato Decreto contentis, ac ſi nullam licentiam obtinuiſſent, eo ipſo incurriſſe eſſe addictos, etiam arbitrio S. Congreg. ſeuerius puniendos. Datum Romæ 12. Cal. Decemb. 1623. *Nald. in Append. ad v. monialis Belloch. de caſtreſ. part.* 2. *q.* 7. *num.* 215.

Porro

Porro hic animaduertendum videtur, quod licet ſatis probabiliter teneri poſſit licentiam moniales alloquendi ſufficere debere, vt verbo tenus in foro conſcientiæ conceſſa ſit, quod item dicendum eſt de facultate ad monaſterii ſepta ingrediendum, iuxta *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reg. & à nobis tradita in comment. de caſ. reſ. par. 2. c. 5.* Sicuti etiam vt beneficiarii non reſidentes à culpa, & à pœna excuſentur ex diſpoſitione, *Conc. Trid. ſeſſ. 23. de ref. c. 1.* quò ad forum conſcientiæ, non eſt neceſſe vt licentia in ſcriptis concedatur, cum ſcriptura non ſit de eſſentia gratiæ. *Leſſius l. 2. c. 34. num 158. Reginal l. 30. tr. 3. num. 54. Filliuc. 3. par. tr. 41. c. 6 q. 6. num 30. Bonac. de oner. benef. Diſp. 5. pun. 3. num. 5.* Et vt quis de vna religione ad aliam laxiorem de ſuperioris licentia tranſeat, quò ad internum iudicium, & conſcientiale tribunal in ſcriptis conceſſione opus non eſt. *Suar. de legib. l. 6. c. 19. num. 2. Salas. 1. 2. Diſp. 20. ſect. 9. nu. 79. Miranda in Man. Pral. tom. 1. q. 3. art. 13. Sanchez. de pracep. l. 6 c. 7. nu. 69. Vecchius de tranſ. ad aliam relig. Diſq. 15. Dub. 8.* In hoc tamen decreto cum certa adſit forma aliter facta irritans, licentia in ſcriptis neceſſario requiritur.

QVÆSTIO. XXV.

An Epiſcopus inhibere poſſit ne quis confeſſarius vel Parochus tempore Iubilei cõfeſſiones audiat. An ob peſtilentiales morbos graſſantes, ipſis Parochis præcipere ne ex vrbe, & diæceſi diſcedenrent. Nũ incertorum reſtitutionem ſibi reſeruare. Verum m. p. ſi ſingulis trienniis limina Apoſtolorum non viſitet, & in cenſuram incidat, &c. Geſta à vicario Epiſcopi ſuſpenſi an valida ſint, & num in teſtantium diſpoſitionibus diſpenſare valeat.

Hilarius Epiſcopus cum in vrbe eſſet quidam Confeſſarius regularis iam diù ad confeſſiones audiendas approbatus, & in diœceſi pariter in quodam caſtro alius degeret animarum curator, qui à ſuo Prædeceſſore Epiſcopo per ordinarium examen parochialem eccleſiam obtinuit, & videret eos ignaros, & parua ſcientia, & conſcientia præditos, abſoluentes omni tempore omnes ad ſe venientes, quantumuis ſeditioſos, turbulentos, grauibus dilictis obſtrictos, ad pia legata obligatos, qualibet cenſura innodatos, nulla pro modo culpæ ſatisfactione iniuncta, idque ei eſſet renuntiatum. Inſuper amplum Iubileum emanaſſet in quo cuilibet confeſſario ab Ordinario approbato dabatur facultas à quibuſcunque caſibus, & cenſuris abſoluendi, in quolibet voto præter caſtitatis, & religionis votum diſpenſandi, eiſdem regulari confeſſario, & Parocho, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ præcepit, ne etiam vi Iubilei nuper publicati, vllo modo confeſſiones audirent. Secundo cum peſtilentiales morbi in vrbe, & diæceſi graſſarentur, ſub eadem cenſura, & pœna, omnibus Parochis tam ſecularibus, quam regularibus iuſſit ne ex loco diſcederent, vt neceſſaria ſacramenta ex hac vita migrantibus præberent. Tertio inter caſus quos ſibi reſeruauit, incertorum etiam reſtitutiones poſuit, ſimulque etiam prohibens ne pœnitentes per ſeipſos illa reſtituant, & ne confeſſarij in illis ſe immiſceant, ſed ipſa in certa iuxta ipſius Diæceſani diſpoſitionem reſtituantur. Vnde dubitat an hæc agere licuerit.

Quarto limina Apoſtolorum cum per ſex annorum ſpatium nõ viſitauerit, an lethaliter peccauerit, in cenſuram aliquam inciderit, & Epiſcopales functiones obeũdo aliquod canonicum impedimentum contraxerit, &c. Quinto cum quadam ſuſpenſione ſit affectus, an eius Vicarius iuriſdictionis vſum amittat, &c. Sexto cum quidam teſtator ſine liberis decedens diſpoſuiſſet, vt ſi ſua vxor caſte, & vidua vixiſſet, medietatem hæreditatis lucraretur, ſed ſi ad ſecundas nuptias tranſiret, illa ad ipſius teſtatoris ſororem deuolueretur, diſpenſauit vt non obſtante teſtatoris mente, & diſpoſitione, eius vxor ſecundo nubendo eiuſdem mediæ hæreditatis dominium acquireret. dubitatur an in præiudicium ſororis teſtatoris ſui mariti hoc agere potuerit, præſertim cum ex falſa cauſa diſpenſauerit, ſupponendo vt ſibi relatum fuerat, quod eſset iuuenis viginti quinque annorũ, & incontinentiæ periculum ſubeſſet, nec aliàs commode nubere poterat, quod tamen falſum erat. quæritur quid iuris in his ſex caſibus ab Epiſcopo nunc ſtatuendum ſit.

I. Q. RESOLVTIO.

Ad primam quæſtionem reſolutoriè more noſtro reſpondendo dico, Hilarium Epiſcopum prohibendo confeſſariis etiam regularibus (quibus vt ſæpius ſuppoſuimus, in his, quæ ad animarum curam ſpectant, ſtatuta quibus ligentur condere põt) ne ẽt vi Iubilei publicati aĩarum ſibi ſubditorum confeſſiones exciperent, nec peccaſſe, nec in excommunicationem incidiſſe: quandoquidem nulla excommunicatio maior generaliter à iure, vel ab homine lata ſine mortifera culpa incurritur. At Epiſcopus faciendo quod fecit non lethaliter, imo nec venialiter peccauit, per illã topicam regulam. Cuius finis bonus eſt, ipſum quoque bonũ eſt. Nec ſolum licuit, ſed etiam debuit animarum ſibi creditarum periculis occurrere, cũ vt in facto ſupponitur, ille Parochus, & alter ille regularis confeſſarius ignari (ne dicamus & improbi) & ad ſacras confeſſiones audiendas inepti eſſent,

ſent, quandoquidem certum eſt Epiſcopum eſſe egregis principalem Parochum, & ei primario animarum curam plebis ſuæ diœceſis commiſſam eſſe, vt per *Caiet. 2.2.q. 100. ar. 5. & Marth. Anton. Genuenſ. in Man. Paſt. c. 61. & ſeq.* Et certum eſt Ordinarios locorum procedere poſſe contra eorum iuriſdictionem turbantes, vel impedientes etiam ſi ſint exempti. *Innocen. In c. 1. de off. de leg. Io. Rat inſt. ... p. ... num. 355. Gambarup. de caſ. ...*

Itidem ſatis conſtat audiendi confeſſiones facultatē à prædeceſſore, imò ab eodē met Epō conceſſam, ex iuſta cauſa reuocari poſſe; fundamentū nāq. approbationis non eſt immurabile, cū fundet in ſcientia, in moribus, & aliis neceſſariis conditionibus, ad quæ omnia, vt experientia docet, contingit ſacerdotem murari, & indignum reddi, & approbationem ac examen interdum ex notabili errore fieri, vt merito dicta approbatio ſuſpendi, vel reuocari poſſit. iuxta tradita per *Suar. tom. 4. diſp. 28. ſect. 8.* & alios.

Scimus itaque hominem eſſe animal fragile atque mutabile, & numquā in eodem ſtatu permanere, teſte. *Iob. c. 14.* Vnde appellatur à D. Iacobo inconſtans in omnibus vijs ſuis, vt proinde qui hodie bonus eſt, cras improbus euadat, & nunc Deo cras Baal genuaſſectat, vt mirum nō ſit ſi Plato cum Helliconi ad Dionyſium literas daret, illum vt probum, & modeſtum commendaret in Epiſtola calce ſubiunxerit, Hæc autem ſcribo de homine animante natura mutabili, &c.

Et ſicut omnibus notum eſt, à confeſſariis doctrina, & animarum zelo pollentibus omnium Chriſti fidelium plenam reformationem prouenire, ita etiam ab ignaris, & improbis pœnitentiæ ſacramenti miniſtris quæuis mala procedere, & in chriſtianā rēpub. inuehi, quotidiana praxi docemur.

Atque hinc quæſtionem ſic reſoluere videtur. *Nau. conſ. 39 de ſent. excom. & Riccius in Praxi fori eccleſ. deciſ. 574.* Quæ reſolutio adeo ab aliquibus extenditur, vt locum habere velint etiam ſi ſic ſuſpenſi tantum venialia peccata audire velint, & ſi enim illa confiteri non teneamur, ea tamen clauibus eccleſiæ ſubijcienda apta ſunt materia ad pœnitentię ſacramentum conficiendum, quod illis adminiſtrare veritum eſt. *Gambarup. de caſ. reſeruat. ... 32.* Et ſi contrarium ſentire videatur *Graf. conſ. ... de pænit. & remiſſ.* Sed prima opinio tūc potiſſimū procedere poterit, cū dubiū eſſe pōt, an illæ culpæ veniales, vel lethales ſint, ꝑ ea quæ tradit. *Fagundez p. 2. l. 2. c. 1. num. 9.*

II. Q. RESOLVT. CVM DOCVMENTIS.

AD 2. quæſtionem dico, Epiſcopum graſſante in plebem peſte, poſſe Curatis cū mortis periculo præcipere ne ex vrbe, vel diœceſi diſcedant, vt populo ſacramenta adminiſtrare, & in tam graui neceſſitate conſtituto ſalutis remedia præbere queant, cum & lex humana eccleſiaſtica ob commune, bonum, & animarum ſalutem, poſſit cum vitæ diſcrimine ad aliquid agendum obligare, ut per *Duard. l. 1. in Cœna Domini c. 2. q. 2.* Et iuxta medicorum ſententiam, & experientiam ſatis liquet, peſtem natura ſua morbum eſſe lethalem, contagioſum, & malignitate ſua omnes alios ſuperantem, breui admodum tēpore quos corripit enecantem. Hinc nomine latino peſtis appellatur à paſcendo quia, inquiunt, ueluti efferatus rabie draco, aut fera ueneno infecta, ciuitates, populoſque depaſcit, & inopinanter, & ex improuiſo homines ex hac uita eripit; ità ut omnes Scribentes uerißime aſſerant, cunctos peſte infectos, uel in peſtifero loco exiſtentes in mortis articulo uerſari in quo frequenter, & ut plurimum, mors accidere ſolet. & uno conſenſu affirment, paſtores tam ſuperiores quàm inferiores, lethali ſcelere ſe obſtringere, ſi per ſe, uel per ſubſtitutos idoneos, illo tempore calamitoſo ſacramenta non adminiſtrent: cum ad id non ſolum charitatis, ſed etiam iuſtitiæ legibus teneātur. Hocque peccatū tanto grauius homicidio eſt, quanto animus corpore præſtatior eſt, qui enim tunc populum deſerit, quantum in ſe eſt animarum fit reus, quę ſacramentorum defectu uel in æternum cruciabuntur, uel diuturniores in Purgatorio pœnas ſuſtinebunt. Sicut etiam poteſt Princeps, uel reſpublica cum mortis periculo ciuibus præcipere, ut contra irruentes hoſtes arma ſumant, & medicis ne graſſante peſte ab urbe, & loco diſcedant. *Bonacin. de legibus. Diſp. 1. quæſt. 8. pun. 2.* Vbi tamen ſentit parochos ab Epiſcopo obligari non poſſe ut non obſtante mortis periculo, ij ad eū deferātur, qui præſcripto tempore eccleſiæ pręcepta non impleuerunt, uel ſi concubinarios non denuntiant. ut dixi in *1. p. tr. v. c. 8. q. 51. contra Riccium in Praxi var. reſol. reſol. 23.* Sicq. reſoluit *Benzon. in tract. de fuga tēp. peſtis. l. 1. diſp. 1. q. 1. Iodnes Chap. de adminiſtrat. Sacram. tempore peſtis q. 2. & 3. Suarez. tom. 4. diſp. 44. ſect. 3. Molfeſ. tr. 6. c. 11. num. 31. Azor. p. 1. l. 1. c. 11. q. 1. Duard. in Bulla Cœna Domini l. 1. c. 2. q. 2 nu. 35.*

At nimis acre, & uiolentum eſt remediū; quod Hilarius Epiſcopus ad continendos in hoc officij genere, & in reſidentia curatores animarum adhibuit, nam ut ait. *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 3. & Felyn in c. Apoſtolica. ext. de excep. arg. D. Chryſoſt. hom. q. 2. ad Timoth. c. 4. & Ioan. Alten. in lexicon. Theolog. in. v. obiurgatio, & in v. obiurgere.* Quamuis excommunicationis gladius neruus ſit eccleſiaſticę diſciplinę, ſobrie tamen, & magna cū circumſpectione exercendus eſt, ne perniciem potius

tius,quàm ſalutem pariat. Inſitum vnicuiq; propriæ tuendæ vitæ deſiderium facile efficere poteſt vt parochi mortis metu compulſi fugam arripiât, & hoc morbo per contagium correpti, hacq; cenſura conſtricti,ex hac vita in malo ſtatu decedât. Hinc teſte. *Genuenſi in Man.Paſt.c.54.* nonnulli Canoniſtæ quendam Legatum reprehendunt,qui exercitibus iam armatis,& ſe ad pugnam parantibus,ſub pœna excommunicationis præcepit ne congrederentur, nam ſpreto eius mãdato,multorum animæ ſimul cum corporibus in æternũ cruciandæ interierunt. Satius fuiſſet parochis à loco contra proprium munus diſcedẽtib. pecuniarias pœnas infligere. Nam regulariter in omni cauſa, Eps excommunicationis gladio in ſubſidiũ vti debet quãdo realis, & perſonalis executio fieri non poteſt,nec ille diſtringendus eſt,quando obfuturus potius,quàm profuturus probabiliter creditur. Ac pro hac re videnda ſunt quæ tradidimus.*tract. 11.c.8.q 9.*

Sane vt in fidibus muſici inſtrumenti tendendis, ita & in malis,& exceſſib.tollendis ſenſim ac pedetentim agere oportet;illæ ſtrident ac franguntur ſi ſubito intẽdas:hæc ſi repentinò tollas,tumultuãtur,ac tragœdias excitant. Ferox immanis, ac truculenta eſt humana natura,conſilio ſemper nõ regitur,iudicio ac ratione non coercetur. Hinc interdum Magiſtratus, ac etiã Præſules clauſis quaſi oculis quædam mala vident, ne nimis perſpices non ſine ſepulchro,& naufragio,monſtra cernant. Quędam inquam incomoda permittenda cenſent,ne grauiora ſequantur:ita tamen permittunt vt peccantes impune ſuum ſcelus non ferant. Tanta eſt enim humana infirmitas tàm facilis deſcenſus Auerni, vt ſæpe prohibito lapſu in ſceleris immanitatẽ præcipitãtius cadat Rectè. *Seneca l. 2. de Irae,c.23.* Poteſt pœna dilata exigi, non poteſt exacta reuocari. Et quod ratio nequit, ſæpe ſanauit mora. Nec poteſt eſſe temperata iuſtitia vbi eſt celer, ac feruida vindicta. *Tymp.in ſpec. Boni Mag.p.2.ſigno 54.& ſeq.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3.q.dico quod cum Hilarius incertorum bonorum reſtitutionem reſeruauit, actus ipſe quo quis illa apud ſe detinet reſeruatus non cenſetur,cum plerumque apud aliquem ſine peccato maneant,vt inuenta. Vnde incerta detinens nõ prohibetur quin abſque Epiſcopi, vel Cõfeſſarij conſilio per ſe ipſum reſtituere poſſit, cum reſtitutio ſit iuſtitiæ commutatiuæ actus, quæ ius ſuum vnicuique tribuendum, & in priſtinum ſtatum reponendum ſtatuit; proinde dicendum videtur fas quidem eſſe Epiſcopo ſynodalibus conſtitutionibus, & caſuum reſeruatione interdicere ne Confeſſarius abſque ſuo conſilio illum abſoluat, qui huiuſmodi bona nondum reſtituit, ſiquidem ad quoddam ſpirituale animarum regimen pertinet,quod Epiſcopo pauperum, & egentiũ patri conuenit. (Qua ẽt ratione annonæ ſollicitudo,& cura ei cõmiſſa eſt, ne quæ ad victum neceſſaria ſunt,pauperibus deſint, ac ideo laicos ad uendẽdum frumentum, & alias res tempore penuriæ,cenſuris cogere poteſt.*l.1. C.de Epiſc. aud. c.1. ext de empt. & vendit.* vbi *Abbas. Germon.de ſacr. Immunit. l. 2.c.6.num 46.Surd.vol.3.conſ. 301.num.47*)Non tamen ei prohibere licet ,vt ſi per ſe velit non reſtituat, nec conſcientiam ſuam prout debet exoneret, & reſeruatio illa potius confeſſarios, quàm pœnitentes reſpicere videtur,cum per illam ipſis ſacramenti pœnitentiæ miniſtris præcipiatur,ne illa incerta ſine Epiſcopi, vel Diœceſani iudicio diſtribuant. Non.n. quilibet Sacerdos aptus eſt ad diſcernendum quæ bona incerta dicantur,& quando, ac cui reſtituenda ſint, & plerumque fit,vt in proprios vſus à pœnitentibus recipiant,quæ incertis perſonis reſtituenda eſſent, præſertim,quod in *Clem. 1.de priuilegiis.* in virtute S.obedientiæ,& ſub interminatione maledictionis æternæ diſtrictius inhibetur,ne Confeſſarij regulares legata,vel debita,aut male ablata ſibi aut alijs ſingularibus ſui ordinis fratribus,vel conuentibus in aliorum præiudicium fieri ſeu erogari procurent. *Azor p.1.l.12.c.13.q 5 Barth. a Fauſto de teſtit.diſp.28.q 3* Et *gloſ.in d.Clem. ſuper verbũ in aliorum.* ait, ſcilicet quibus debebatur, vel quib. legare volebant: & ſubdit; Poſſet etiam intelligi de Epiſcopis, quibus competit diſpoſitio male ablatorum incertorum. Nihilominus vi obſeruat. *Graff. de caſib.reſer.l.2.c.*13.ſi aliquis etiam regularis Confeſſarius per teſtatorem iuſſet executor deputatus poſſet incerta ſibi vel conuentui ſuo tãquam pauperi applicare, nec credit vel ſecularem ſacerdotem incurrere in caſum, qui aliquibus Ordinarijs reſeruatur, cum quod incertis perſonis reſtituendum erat, præmiſſa diligenti inquiſitione vt pauper in proprios vſus conuertit, modo abſit ſcandalum, & de contraria diſponentis intentione non conſtet,vt etiam ſentit. *Fillinc.tr.38 c.5.q. 9. Mantica de Coniec.vlt.volunt l.8.tit.4. Valenz. conſ 98.* Idem *Graff.l.1.deciſ aur.c.26.nu.23. Zerula in praxi pœnit. c.25.q.37 Nau.conſ 5.de ſolut & conſ.18.tit.de celeb miſſarum. Bitrach.de Epiſc.l 4.c.4.q.31.Genuen.in Praxi Neap.c.69 & c. 96.Sayr.in claui reg l.10.tr. 5. Bonac de contract. diſp.3.p 4.Reginaldus l. 10.c 14.nu.199 Menoch. l.4.de præſum.præſumpt.25. num.18. Sanchez.l.6. de præcept.c.11.num.94.& ſeq.* Vbi *num.62.* & ipſe reſoluit,religioſum, vel quemcũq; aliũ,cui tra-

ditur

Digitized by Google

ditur pecunia aliqua diſtribuenda, non vt eleemoſyna pauperibus eroganda, ſed gratia exonerandi conſcientiam debitis incerti domini grauatum, poſſe ſibi, vel monaſterio applicare, ſeu etiam ſuis pauperibus propinquis erogare, ſi vere pauperes ſunt, nec in hoc diſtinguendum an pecuniam tradens, huius paupertatem nouerit, vel ignorauerit, quia diſponentis finis ſatis obtinetur, cuicũq pauperi etiam ſi ſit ipſemet diſtributurus, applicetur, vide quæ diximus ſupra hoc eodem *tr. e. 6. q. 12. Aſſert. 2. Arg.* Idem *Sanch. l. 7. c. 2. num. 55.* Vbi de regularibus loquendo, reſoluit quod & ſi nullus teſtis in propria cauſa teſtificari poſſit, valet tamen teſtimonium religioſi in rebus ad ſuum monaſterium pertinentibus, ea ratione, quod res cõmunitatis ſingulorum propria non cenſeatur, nam quod cõmunitati datur, nemini quo ad proprios vſus dari dicitur.

IV. Q. RESOLVTIO.
Et prima eius Aſſertio.

AD 4. quæſtionem reſpondendo dico Hilarium Epiſcopum, qui per ſexennium limina Apoſtolorum viſitare omiſit, à lethali culpa non excuſari, & à ſuſpenſione Papæ reſeruata immunem non eſſe, nam, vt alibi annorauimus, iuxta Sixti V. Conſtitutionem. Incip. *Hac perpetua,* tertio quoque anno Italus Epiſcopus limina ipſa Apoſtolorum viſitare tenetur, & ſummo Pontifici de ſuo paſtorali officio bonorumque adminiſtratione rationem reddere: & ſi per ſe id nequeat per nuntium certum ſpeciale ad id mãdatum habentem, in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutum, vel perſonatum habentem, vel diæceſanum ſacerdotem id facere debet. Et ſi eſt Canonicus ab eo miſſus, reſoluti iuris eſt, quotidianas diſtributiones lucrari. vt per *Barb. p. 3. de Epiſcopo. Alleg 53. n. 156.*

Quod officij genus ſe obiturum, adhibita iuſiurandi religione antequam conſecrationis munus accipiat, ſpondere ſolet, vt habetur apud *Vgol. de officio Epiſcopo. p. 1. c. 3. num. 8. Piaſecium in Praxi Epiſcopali. tit. de elect. num. 24. Quarant. in ſumma Bullarij in v. Apoſtolorũ limina, & attigimus in comment. de human. vita ſtat. p. 1. c. 6. & ſup. tract. 11. c. 9. q. 21. reſol. 1.* Nec ab hac culpa ignorãtia, vel obliuio eũ excuſare debet, cũ vt ſæpius alibi repetiuimus, ſinguli ea nota hẽre debeant, quæ ad eorũ ſtatum, vel officium pertinent, hac enim de cauſa *Apoſt. 1. ad Cor. 1.* Corinthios admonebat, Videte vocationem veſtram, alioquin peccant peccato, quod ex ignorantia oritur, quam Theologi vincibilem, & craſſam appellant. Quippe ab Epiſcoporum præcipue mentibus propriarum obligationũ exulare debet obliuio, quam SS. Patres grauiſſimis incommodis obiectis deteſtantur, *D. Auguſtinus l. 11. de Gen. ad lit. c. 30.* agens de præcepto impoſito primis parentibus ait, obliuio præcipue maxime vnius, & tam neceſſarij ad maximam culpã damnabilis negligentiæ pertinet. *Et B. Eſaias orat. 7.* Tria ſunt, inquit, quæ animç dominãtur, antequam ad magnam menſuram perueniat, & hæc in mente non ſinunt habitare uirtutes, ignorantia, pigritia, & obliuio. Timuit hanc peſtẽ D. Bernard. qui *vt ſerm. de trip. ind.* refert, ante fores memoriæ iuſſit oſtiariæ vices tenere propriæ profeſſionis recordationem, ne turba cogitationum improbarũ irruẽs tanquam vilis plebecula in atriũ irrũpens, à memoria Deum, & quæ proprij muneris ſunt, expelleret.

Quid autem ſi Papa ab vrbe abeſſet, an ad ipſam vrbem vbi ſacra Apoſtolorum corpora ſepulta ſunt, vel ad locum vbi ipſe Pontifex commoratur, Epiſcopi accedere debẽt? verius dicendum videtur, ſufficere Romam contendere, ſi Congregatio Concilii Trid. ibi remaneret, quoniam eidem Cõgregationi rationem de eorum paſtorali officio hodie reddere tenentur, vt per *Cherub. in Scholijs Bullam Clem 8. 54.*

Secunda aſſertio.

SEcundo dico Hilarium Epiſcopum, qui ſic ſuſpenſus ſacramenta vt ordinem, & confirmationem adminiſtrauit, vel ſacramentalia munia obiuit, vt cõſecrare eccleſias, calices, virgines, conficere chriſma, benedicere veſtes, & hĩ õi (ſi per eum geſta valeant) irregularitatis labem contraxiſſe, cum regula generalis ſit omnem excommunicatum excommunicatione maiori, vel ſuſpenſum, vel interdictũ, ſi diuina celebrat officia, ſolẽniter exercẽdo actum ordinis ſacri, quo inſignitus eſt, regularem effici, ſi ſciens eſſet vel ſcire debens id præſtet. Secus eſt quando actum iuriſdictionis obiret, vt ſi Epiſcopus excõmunicatus ſuſpenſus, vel interdictus præſentatũ ad beneficium inſtituiſſet, electum cõfirmaſſet, iudicaſſet, excommunicatus excommunicationis ſententiam tulliſſet, &c. c. 1. *de ſent. excom. l. 6. c. 1. de ſent. & re iud. l. 6. & tradit ex communi Sayr. l. 7. c. 9 de cenſ. & irreg. & Riccius in Praxi fori eccleſ. Deciſ. 418.*

Et ſi quis exiſtimare poſſet hãc irregularitatẽ nõ hẽre locũ in Epiſcopo præciſe operante, vt Epũs eſt eo quod iuxta multorum Theologorum ſententiam Epiſcopatus non ſit ordo, aut ſacramentum, ſed ſacramentale quoddam, & ideo actus etiam ſolemnis, & ex officio illius conſecrationis ad ordinis actum non ſpectet, ac proinde nec materia huius irregularitatis ſit, nihilominus ſine vl-

la hæſitatione ſtatuendum eſt propter huiuſmodi actus irregularitatē incurri, tùm quia valde etiam probabile eſt, Epiſcopatum eſſe ordinem ſacrū, & ſacramentum, tùm quia quidquid de hoc ſit, iura expreſſe de Epis, & Prelatis eccleſiæ in ſuo officio miniſtrantibus loquuntur. *c. ſi Epiſcopus. el. 4. 11. q. 3 & d. c. 1. §. caueant. de ſent. e xcom. l. 6. & c. 1. de reindicata l. 6 vt per Suarez. tom. 5. diſp. 12. ſect. 3. num. 10. Vgol. de off. Epiſcopi p. 1. c. 4. §. 2.* Sicut etiam diximus ſuſpenſum à Pontificalibus, & quæ ſibi aliàs ſunt vt Pontifici permiſsā in illis ſolenniter celebrando, vel ea exercendo irregularē fieri. *Barboſ. l. c. num. 19 Sayrus de cenſ. l. 4. c. 16. num. 26.* Si tamen per ignorantiam facti probabilem neſciens ſe eſſe ſuſpenſum celebraſſet, & alia munera Epiſcopalia exercuiſſet, ab eadē irregularitate excuſatus fuiſſet. Prout etiam in illo caſu ab ea eſſet immunis, ſi credidiſſet ad illius cenſuræ obſeruationem non teneri, quando peccatum ſuū occultum ſic panderetur cum honoris, & famæ periculo, cum hæc irregularitas ſcientiam, & contemptū, ac malam fidem ſupponat, *Sayrus eod. com. muni l. 7. c. 9. num. 26.*

Diſpenſatio vero ab irregularitate ex violatione cenſuræ cōtracta ſummo Pontifici reſeruatur. Sed ſi ex delicto occulto procederet, Epiſcopus in ea diſpenſare poterit *ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. de re. for. c. 6.* Et ſicut vt ſæpius annotauimus quò ad cēſuras occultas Papæ reſeruatas, Epiſcopo integrū eſt erga ſe ipſum, ac poteſtate vti ea delegando alteri facultatē ipſum abſoluendi, ita etiam quò ad irregularitatem idem facere ei licebit. *Sayr. l. c. n. 30. Gennenſ. in Praxi Neap. c 67. n. 20. Sanct. de hæreſi. c. 5 dub. 3.*

Conſectaria.

ATque hic obſeruet Epiſcopus, quod licet inter Doctores dubium verſetur an non quidem conferens ſacramēta (certum eſt. n. in lethali peccato exiſtentem noui flagitij adminiſtrando reum fieri) ſed conſecrans eccleſias, calices, virgines ſacras, veſtes benedicens, dans primam tonſuram, & huiuſmodi ſacramentalia exercens, mortaliter peccet; aliqui enim affirmatiuā partem tuentur contrariam tamē ſententiam ut æquiorem tenet. *Suar. 3. p. q. 64. art. 10. d. 16. ſect. 3. & Gennenſ. in Man. Paſt. c. 63.* Modo ſcandalum, & contemptus abſit; nam cū aliæ actiones præter ſacramenta non ſint ad ſanctificationem per gratiam proxime ordinatæ, neque in eis exhibeat ſe ſacerdos vt miniſter Dei animam, vt ait, ſanctificantis, nō eſt tàm grauis cauſa, & ratio exigendi internam animæ ſanctitatem ad eas exercendas, ac propterea illas in mortali peccato efficere ex parte materiæ non videtur graue eſſe ſacrilegiū. Nihilominus ea eſt Epiſcopalis officij præſtantia, & tale eſt huiuſmodi dignitatis culmē, ut ſemper, & omni tempore, abſolutam ſanctitatem, & vitæ integritatem exigat, nam vt admonet Sapiens *Eccleſ. c. 14* Qui ſibi nequam eſt, cui vnquam bonus erit? & quidem qui alios ſanctos efficere debet; ante omnia opus eſt, ut omnia ſanctitate præfulgeat. *c. qui perfectionem. 1. q. 1.* Nō ſolum à mortiferis noxis, ſed & à venialibus culpis Epiſcopus vacare debet, vt eſt facile iraſci, laudem humanam appetere, orioſas nugas loqui, inutilia ſpectare, gulæ indulgere, & alia huius generis pene innumera; Non mediocris eſt virtus ſacerdotalis, cui cauendum non ſolum, ne grauioribus flagitijs ſit affinis, ſed ne minimis quidem, quæ multo magis nocent, ſi ex habitu quodam fiant. *ait D. Ambroſ. Epiſt. 25. & Gennen. l. c. c. 2.* Ex qua doctrina illa poſitio commode infertur, quod licet peccatorum venialium manifeſtatio per ſe loquēdo ad crimen lethale detractionis conſtandum non ſufficiat, ſiquidem hoc non multum proximi famam lædere ſolet aliquādo tamen mortiferæ culpæ reū facit, quando quis Epiſcopum vel alium graue, & religioſum virum aliquibus venialibus noxis deditum eſſe aſſerit, quæ bonā, & integram eius exiſtimationem apud homines valde minuūt, ut quod ſit, ut dixi, inanis gloriæ cupidus, nugis ac ſimilibus addictus, ut ex cōmuni tradit. *Bonac. de contr. Diſp. 2. q. 4. pun. 2.*

O N Q R E S O L V T I O.

AD quintam dubitationem dum quæritur an Vicarius generalis Hilarij Epiſcopi iuriſdictionem habeat, dum ipſe cenſura ſuſpenſionis irretitus eſt, & irregularis, reſpondendo, ſuppono poteſtatem Vicarij qui Ordinarius dicitur, & unū tribunal cū Epo conſtituit, trib. modis ceſſare, & expirare. Primo morte ipſius Epi, atque ita omnia poſtea per ipſum geſta nullius eſſe momēti tanquam geſta à priuato quodā iuriſdictioneq; carente; at ex communi ualere per eum geſta, quādo id communiter ignoratur, quamuis ipſe mortis conſcius ſit. Secundo per reuocationē quando ſcilicet ipſe Vicarius eſt ab Epiſcopo reuocatus, & tunc ſi reuocatio ei innoteſcat, nec communis error adſit, manifeſtum eſt omnia ab eo acta irrita eſſe, ut ſi matrimonio interſit, uel alteri committat, à caſibus reſeruatis abſoluat, vel abſoluendi alijs facultatem concedat, ad concurſum examinet, &c. Et uerior eſt ſententia neceſſario exigi, ut per ipſum Epiſcopum aut eius Epiſtolam, aut alium nomine eius, ut eius procuratorem, uel nuntium ab ipſo ad id deſtinatum, de reuocatione certior fiat, nam per eaſdem cauſas res naſcitur, & diſſoluitur, &c. *c. 1. ex. de reg. Iu.* Tertio Iuriſdictio uicarij

Digitized by Google

uicarii excommunicatione, ſuſpenſione, uel interdicto Epiſcopi ſuſpenditur, quod intelligendum eſt quando de cenſura eſt nominatim denuntiatus, iuxta Concilij Conſtantienſis diſpoſitionem, atque ita ſicut geſta tunc ab Epiſcopo ad iuriſdictionem ſpectantia, irrita, & inualida ſunt: ſimiliter & eadem ratione de actis ab eius Vicario generali dicendum eſt. Hoc ſuppoſito dico quod ſi Hilarius Epiſcopus vſum iuriſdictionis amiſit, vt qa ſit ſuſpenſus, denuntiatus eius Vicarius iuriſdictionem ſuam pariter exercere non poterit, eius enim officium ſuſpenditur, idque merito nam idem forũ eſt Epiſcopi, & Vicarii, vnde nec ab ipſo ad Epiſcopum appellatur. *c.1. de off. vicarij in 6.* Excipitur tamen Primo, vbi ab alio Vicarius conſtitutus eſſet, vt pote à Romano Pontifice Coadiutor datus non enim tunc eius iuriſdictio ſuſpenditur, cum ab Epiſcopo non dimaner. Secundo limitatur aſſertio quando, vt dixi, Epiſcopus & ſi cenſura irretitus eſſet, non tamẽ denuntiatus, aut notorius, nam ſicut tunc nec ipſius Epiſcopi iuriſdictio habita rõne ad alios nõ euaneſcit, ita nec Vicarij facultas extinguitur nec ſuſpendiť, & hoc ob *Extrauag. ad euitãda, vt per Vgol. de off. Epiſ. p. 2. c. 4. §. 6. & Sãchez. l. 3. de mat. d. 30. & Sbroz. de officio Vicarij l. 3. c. 17. Facundez de præcep. eccl. l. 8. c. 8. pr. 2. Suar. tom. 5. Diſp. 15. ſect. 2. nu. 4. Bonac. de cenſ. Diſp. 2. q. 2. pun. 5. num. 12.*

VII. Q. RESOLVTIO.

Sextæ dubitationi ſatisfaciendo dico, qđ licet, vt ſuperius ſcripſimus, *c. 5. q. 11. ſup. 3.* (nã ex ſubiecta materia eundem lapidem ſæpius reuoluere cogimur) Epiſcopus iuſta, & rationabili cauſa ſubſiſtente poſſit teſtatoris voluntatem mutare, & in legato pio diſpenſare, vt ſi. v. g. legatũ in aliquem vſum adimpleri, vel ſaltem commode nequeat integrum ſit Ordinario illud in alium prudenter commutare, ei tamen nefas eſt teſtatoris voluntatem violare, & ius alteri quæſitum auferre; nã Papa vel Princeps etiam ſi exprimat, cum hoc naturali iuri repugnet, ius tertij tollere nõ præſumitur. *Nau. conſ. 15. tit. de rebus eccleſ. non alien. Riccius in Praxi alienat. rerũ eccleſ. reſol. 88. Leon. de off. & poteſt. confeſſ. temp. Iub. par. 2. q. 14. ſect. 6. n. 179.* Quinimo licet Papa, & Princeps ex cauſa publicę vtilitatis, & neceſſitatis, rem alterius adimere poſſit hoc tamen ut DD. dicunt, intelligitur data recompenſione, vel ſoluto pretio. Cum tria potiſſimum in omni negotio, & facto ſpectare debeat, quid deceat, quid liceat, & qđ expediat. *Cagnol. in proœmio ff. nu. 32. Fuſchus in ſingul. v. Princeps. num. 76. Rolan. vol. 2. conſ. 69. Tuſch. in. v. Princeps concl. 680. & 686. & v. Priuilegiũ. concl. 739.*

Quæ aſſertio multo magis pcedit, qñ ex falſa cauſa ei expreſſa diſpenſauit, vt relicta teſtatoris vxor etiam ſi ad ſecunda vota cõuolaret, hęreditatem conſequeretur, quæ aliàs ex diſponentis voluntate ad eius ſororem deuolueretur, falſo ſupponendo, illam iuuenem eſſe, & periculo incontinẽtiæ ſubiacere, nec aliter cõmode nubere poſſe, qñ quidem vt valida ſit diſpenſatio etiã illa quæ ex iuſta cauſa petitur, & datur, curandum eſt, ne obreptitia, vel ſubreptitia ſit. Nã quando in libello ſupplici aliquid tacetur, quod ſi apponeret, efficeret vt Princeps non diſpenſaret, vel vt non facile, ſed cum magna difficultate aliquem lege ſolueret, nulla eſt diſpenſatio, & obreptitia dicitur. Similiter quando aliquid falſi exprimitur, vt diſpenſatio impetretur, ea inualida eſt, & ſubreptitia vocatur. Cum omnis diſpenſatio clauſulam illam, & conditionem includat, Si preces veritate nitantur, &c. *c. ſuper literis, extr. de reſcript.* vt per *Sanchez l. 8. de mat. diſp. 21. Reginal. l. 31. nu. 198. Salas de legibus diſp. 20. ſect. 16. Bonac. eodem tit. diſp. 1. q. 2. p. 3. Molfeſ. tr. 4. c. 12. num. 67.*

Documentum.

PRopterea vt ait D. Chryſoſt. *de Sacerd. l. 2.* Multa opus eſt Paſtori prudentia, & ſexcentis vt ſic dicam oculis, vt recte vndique verum circũſpicere poſſit, ne in humanis, & diuinis actionibus decipiatur, Et in his præſertim quatuor debet Epiſcopus cui homines multi, & negotia multa tractanda ſunt, cautionem adhibere, in loquendo, in credendo, in promittẽdo, in cõcedendo. Sic enim ſcriptum eſt. *eccleſ. c. 7.* Qui cito credit leuis eſt corde. *& Prou. 19.* Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus, ſapiens differt ac reſeruat in poſterum. Quo ſignificatur non eſſe prudentis, vel iudicium ſuũ de quibuſuis rebus ſtatim proferre (quod qui facit, ſępiſſime eũ errare neceſſe eſt) vel in calore ſermonis omnia expromere; facile enĩ excidũt, quæ magno emeretur non eſſe dicta. *Girald. de oper. Chriſti. imit. c. 1. Platus de Card. c. 8.*

QVÆSTIO XXVI.

Ingratitudinis vitium an per religionis ingreſſum tollatur ita vt filius exhæredari nequeat. Calix legat. an de meliori intelligitur. Legatũ mobiliũ factum eccleſiæ an intelligatur de acquiſitis poſt teſtamentum. An Epiſcopus diſpenſare poſſit vt de relictis ad maritandas puellas dos alicui monaſterium ingreſſuræ conſtituatur. Et nunquid de legatis pijs quartam ſibi debitam detrahere poſſit. Edictum Epiſcopi an forenſes comprehendat. & an pœna pecuniaria illos deliquentes punire poſſit. An Canonicum in religionem abſque eius licentia ingreſſum tuta conſcientia reuocare.

Virgi-

VIrginia cum ſine parentum ſuorum conſenſu, matrimonium contraxiſſet, Sylvius eiuſdem pater iuxta municipalium legum diſpoſitionem eam hæreditate, & ſua portione priuauit, quæ poſtmodum ante conſummatum cum Henrico eius ſponſo matrimonium, ſanctimonialium monaſterium Dei ſpiritu acta, vt ibi religioſam vitam amplecteretur ingreſſa eſt; quod quidem monaſterium nūc præter dotem quam à ſua auia ſibi conſtitutam habet, legitimam portionem ſibi iure naturæ debitam ab eodem ſuo genitore, Epiſcopi officio ſibi decerni poſtulat. Necnon cum Iacobus ſuus conſanguineus omnia ſua mobilia ei legauerit, & duos calices pro eccleſiæ ſuæ vſu hæc ſibi ab herede ſuo præſtari petit. Secundo cum Blaſius teſtator mille aureos pro maritandis duabus pauperibus mulieribus in ciuitate Epiſcopi arbitrio eligendis, reliquerit, & alios mille aureos pro cathedralis eccleſiæ fabrica legauerit, nunc hæc quæruntur. Primo an ingratitudini vitium per religionis ingreſſum tollatur, ita vt à patre filia exhæredari nequeat, & præter dotem ab auia ſibi aſſignatam, legitimam etiam à patre conſequi poſſit; & an mobilia poſt Iacobi teſtamentum acquiſita debeantur. Et an duo illi calices legati debeant eſſe aurei, vel argentei. Secundo an Epiſcopus concedere poſſit, ut de illis mille aureis à Blaſio ex pia cauſa relictis vna puella 500. aureos ſi monaſterium ingrediatur pro ſua dote habere poſſit; & ante puellæ profeſſionē, dotem illam monaſterio mutuo dare, & vt alia pauper vidua in ſeculo nubat reliquos 500. aureos cōſtituere valeat. Tertio an de illis duobus legatis, ſ. tam pro mulieribus in matrimonio collocandis, quàm pro Eccleſia Cathedrali reficiēda quartum ſibi de iure debitū detrahere ſibi liceat, &c. Quarto etiam quæritur an cum Lucas Epiſcopus Edicto ſuo cauerit, ne ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrendæ, quis ſiue mas ſiue fœmina ad monialium monaſteria ſine licentia accedere audeat, & ipſa Virginia ad quoddam monaſterium eidem Epiſcopo ſubditum neptis ſuæ viſitādæ, & alloquendæ cauſa, ſine obtenta facultate acceſſerit, quæritur, inquam, an cum Virginia forenſis, & aduena ſit, nec ipſi Lucæ Epiſcopo ſubdita, in excommunicationem inciderit, & mulcta pauperi illi Cœnobio applicāda punire potuerit. Quinto cū Cornelius ſuę eccleſię Archidiaconus abſq. eius licentia obtēta Cappucinorum religionem ſit ingreſſus, eum ab ipſo religioſo ordine reuocare contendit, qui ſi non pareat, ſuſpenſionem à diuinis (ſacerdos enim eſt) ei comminatur. An etiam hoc ei liceat, &c.

Suppoſitum, & prænotiones.

I. SVPPOSITVM.

REſp. Quia ex *Ariſt. in 1. phiſicorū, & I C. in l. 1. ff. de iuſt. & iure.* ſermones noſtri clariores veriores que redduntur, cum vniuerſalibus & fundamentalibus prius cognitis, ad particularia deſcendimus, ideo ante quam propoſitis quæſtionibus reſpondeam, præſuppono Primo, parentes teneri filios hæredes inſtituere, ita vt illos ſine cauſa exhæredantes, à mortali peccato non excuſentur, & grauiter pietatem, & iuſtitiam lædant. Eſt autem exhæredatio liberorum, vel parētum inuicem excluſio à tota hæreditate ſibi debita, in teſtamento legitime facta, ut tradit. *Bald in l. in ſuis. ff de lib. & poſth. & poſt alios Mant. de coniect. vlt. vol. l. 4 tit. 12. Oinot. in §. 1. Inſt. de exhaerdat. liber. Tholoſan. in Synt. Iu. l. 44. c. 3. Molfeſ. tr. 13. c. 1. num. 176.* Iuſtæ vero exhæredationis cauſæ referuntur. *in §. cauſas in Authen. vt cum de appellat. cognoſ. à gloſſ in c. Quintaualles ext de Iureiur. à Con. inc. Raynutius. extr. de teſt. à Summulariis in v. exhæredatio, & à Iulio Claro in §. teſtamentum q. 41. & ab aliis DD. ſupra citatis, & à nobis breuiter ſunt enumeratæ in tract. 5 c. 11 q. 34.*

Et ſicut ob has recenſitas cauſas, vel alias eiuſdem ſimiles, & grauiores integrum eſt parentibus filios exhæredare, ita etiam è contra licet filiis parentes ex eiſdem cauſis, vel maioribus expreſſis hæreditate priuare, ut per *Tuſc. v. exhæredatio concl 577. Azor. p. 2. l. 2 c. 3. q. 6.* Circa quas cauſas quatuor annotanda ſunt. Primo parentes non poſſe ſuos filios, uel filias hęreditate ſpoliare, niſi aliqua ex his, ut dixi, uel grauior occurrat, etiam ſi eccleſiā, uel piam cauſam inſtituere uelint. *Rom. cōſ. 364.* Recte n. *D. Aug. relatus in c. quicunque 17. q. 4.* Quicunque ait, uult exhæredato filio hæredem facere eccleſiam, querat alterum qui ſuſcipiat, non Auguſtinum; immo Deo propitio nullū inueniet. Cur ſic? quia pietatis iura ſanguinis uis, ipſaq. natura, quaſi amoris manu parentes impellunt ut liberos hęredes habeant. Neque chriſtiana religio naturalem hanc neceſſitudinem deſtruit, ſed perficit. De Domitiano Suetonius ſcribit, ꝙ relictas ſibi hæreditates, ab his quibus liberi erāt non recepit. Et Capitolinus iiſdē fere uerbis de Antonino Pio refert ꝙ hæreditates eorum, qui filios habebāt repudiauit, Vterque fuit in Romani Imperii faſtigio chriſtiani nominis perſecutor, & tamen eos natura docebat, turpe eſſe tales hæreditates, & ſi intuitu reipub. oblatas, ac donatas recipere. Si tamē quis eleemoſynā erogare uult, ſit faciat ut ſecundum filiorum numerum Chriſtus & Eccleſia pro uno

Digitized by Google

uno filio inter alios computet. *c. ſi quis iraſcitur. 13. q. 2. Rom. & Tuſch. l. c. Merlinus. de legitima. l. 5. tit. 1. q. 2.* vbi poſt *Ioſeph. Lud. Deciſ. Rota Lucẽſ.* 28. ait dictum S. Auguſtini reſtringẽdum eſſe ad ſolam liberorum legitimã, & in reliquo patrem fauore eccleſiæ diſponere poſſe, &c. *per text. in Auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Secundum eſt tales cauſas ſupra narratas non ſufficere ad neganda alimenta filio illis ſimpliciter indigenti, nam illæ ius naturale non tollunt, quod ad alendum fœtum ſuum in inſtinctu homini cũ beſtiis communi poſitum eſt, *l. iura ſanguinis ff. reg. Iu. §. 1. Inſt. de iure nat gent. & ciuil. Azor. l. c. Reginald. l. 20. num.* 38. Tertium eſt per religionis ingreſſum tàm filii, quàm patris, omnem ingratitudinis, ut aiunt, cauſam aboleri. *c. fin. 19. q. 3.* Non liceat ibi dicitur parentibus liberos, uel liberis parentes, ab hæreditate ſua repellere monachos factos, quamuis dum laici fuerant, in cauſam ingratitudinis inciderunt, *Cou. in c. Raynutius, num. 20. ext. de teſtam.* Quatrum ſi filium poſt ingratitudinem admiſſam pœnituerit, & paternam gratiam conciliauerit, ſi nondum exhæredatus eſt, ab hæreditatiis bonis repelli non debet: quod ſi iam his priuatus eſt, exhæredatio etiam in foro externo, niſi expreſſe reuocetur, locũ habebit, ut citati DD. aſſerunt.

Porro Coruum apud Ægyptios hieroglyphicũ fuiſſe hoĩs, qui liberos ſuos exhæredaret, aut à ſe abdicaret. ex *Pieriol.* 23. alibi annotauimus, nam cõtra ingratos oĩa iura clamant. Vnde & Pythagoras ſub eo ſymbolo, hirundinem ſub eodem tecto ne habeto, ingratum, improbumque conuictorem ablegandum monuit. Emblema quoq. de capra lupi catulum lactante, de ingratis intelligitur, iiſque maxime, qui pernicieẽ aut detrimentum de ſe benemeritis afferunt. Quo ſceleris genere nullum aliud execrabilius, aut ſupplicio dignius, quid enim deterius, quàm eos incommodis afficere, qui nobis uitæ cauſa fuerunt? *Alciat. emb.* 64.

II. SVPPOSITVM.

SEcũdo ſuppono, ut etiam ſuperius attigimus, cum Epiſcopale munus ſit in generali à Chriſto inſtitutum, ſummum Pontificem Ẽpo eam iuriſdictionem in utroq. foro relinquere ſolere, quæ neceſſaria ſit ut tanquam Paſtor ordinarius recte ſuæ diæceſis oues gubernet. Quã iuriſdictionem graues authores iure diuino ei conferri exiſtimant ad modum proprietatis quę Epiſcopalem ordinem conſequitur: atque ita Epiſcopus in ſibi ſubditos, & in ſua diæceſi ea quæ iuriſdictionis ſunt poteſt, ſicut Papa in tota, & uniuerſali Chriſti eccleſia, niſi in his quæ Põtifex ſibi ſpecialiter expreſſo iure aut conſuetudine reſeruat circa abſolutionem in uterque foro, indulgentias, impedimenta, diſpenſationes, beneficiorum collationem &c. Vnde & in iure canonico. *tit. de poteſtate ordinarii* per Ordinarium intelligimus Epiſcopum, cuius officium latiſſime patet, nam præter ea, quæ ordinis Epiſcopalis ſunt, puta clericos initiare, eccleſias, & altaria conſecrare, & ad genus alia etiã iuriſdictionem, ut dixi, in omnes diæceſis ſuæ ſubditos exercet, proinde iure ſuo de cauſis eccleſiaſticis, vt de dotibus, alimentis, legatis pijs, & huiuſmodi iudicat, eccleſias, & monaſteria ſibi ſubiecta viſitat, corrigit, reformat, bñficia confert, vnit aliquando, & diuidit, vbi euidens neceſſitas, vel eccleſiæ vtilitas, poſtulat ſtatuta condit, caſus ſibi reſeruat, defunctorum voluntates ex cauſa commutat, &c. Vt propterea merum ac mixtum imperium in ciuitate ſua, ac diæceſi habere Epiſcopum ſatis in confeſſo ſit, vt per *Abb. & alios in c. omnes de maior. & obed. Henriq. de ordine. l. 10. c. 35. Cucchium in Inſtit maior. l. 2. tit. 6. Moſconiũ de Maieſt. milit. eccleſ. l. 1. c. 8. & alios.* Et clarum eſt Epiſcopum electum tantum, & non conſecratũ, ea quæ iuriſdictionis ſunt exercere poſſe. *Abb. & alii in c. tranſmiſſam. ext. de elect. Duard. l. 2. Can. 11. q. 8.*

III. SVPPOSITVM.

TErtio ſuppono multas quartas in iure reperiri, frequentiores tamen ſunt, Primo illa quę liberis in bonis parentum, & parentibus in bonis liberorum datur, & vtraque legitima nominatur & dicitur legitima, ex eo quod ſecundum naturales leges alimentorum vice ſubrogatur. Vocatur etiam quarta iure naturæ huiuſmodi perſonis debita; quæ ex legum præſcripto titulo inſtitutiones relinqui debet. Secunda eſt quæ vxori indotatæ, vel pauperi in bonis mariti diuitis, & e contra debetur. *Authen præterea. vbi DD. C. vnde vir, & vxor.* Et hanc portionem promiſſam videri, eo ipſo quod maritus vxorem ſine dote ducit ibi DD. notant, & duplicem etiam rationem afferunt, prima eſt ob matrimonii præteriti honorem, & prærogatiuam. Secunda ne infelix vxor mendicare cogatur, & ne afflictæ afflictio addatur. *Tuſch. v. vxori quarta. Concl. 401. Surd. de alimen. tit. 9. q. 35. Molfeſ. tr. 13. c. 9. num. 13.* vbi, vt dixi, quod de vxore dicitur, ad pauperem etiam maritum extendunt, cum correlatiua ſint, & in vtroq. eadem militet ratio. *Surdus Deciſ. 61. Gratian. in Diſcep. Forenſ. tom. 1. c. 120. Mench. lib. 5. cõſ. 433.* vbi etiã reſoluunt, vxorem parua dote nuptam quartam bonorum mariti diuitis prædefuncti petere poſſe, & paruã, vel exiguam dotem dici, quæ ad alimẽta ſecundum conditionem mariti, & vxoris non

ſuffi-

ſufficit. A qua tamen portione excluditur, ſi habeat aliunde bona, vnde viuat, & patrem aut fratrem diuitem, vel ſi ex perſonæ conditione eſt ad laborandum apta; & eam etiam amittit, ſi poſt mortem mariti impudice vixit, eiuſque torum non caſte ſeruauit, ſi mariti hæredes hoc ei opponerent, ac probarent. Et ſi ex eodem matrimonio communes filii adeſſent, quartam illam quò ad vſumfructum tantum haberet, at proprietas ad ipſos filios ſpectaret. Quod ſi liberi non extarent, tunc etiam quò ad proprietatem portio illa coniugi ſuperſtiti daretur. Tertium quartæ genus eſt quæ defertur hæredi ex legaris, & fideicōmiſſis, & vocatur Trebellianica, vel falcidia, de quâ aliàs diximus. Quinta eſt quæ datur eccleſiæ parochiali de omnibus relictis pro funere, & ſepultura, ab illis qui extra parochiam ſepeliuntur. Quod variis rationibus introductum fuit, nempe ad exemplum legitimæ, quę filijs in bonis parentum, & e contra debetur, & vxoris indotatę, cui vt dictū eſt quarta à marito impenditur. Item ratione oneris quæ eccleſia in ſcilicet administratione ſuſtinet. &c. vt apud *Federicum de Senis. conſ. 3. & Tuſch. w. Quart a conc. 22.* Quæ tamē quarta non deberetur, quoties ex priuilegio aliquæ eccleſiæ eſſent exemptæ, vel quando legatum fieret pro fabrica eccleſiæ, vel pro miſſis celebrandis, ſeu pro aliis rebus diuini cultum reſpiciētibus, & in aliis caſibus relatis per *Meg. l. 2. inſtit. confeſſ. c. 13. Azor. p. 2 l. 9. c. 12. Molfeſ. tr. 13. c 9. Tuſc. l. c. concl. 27. Quar. in ſumma Bullar. an v. Quarta Capycius deciſ. 22. Caracia de quarta funer c. 1. Roder. in qq. tom. 1. q. 41. art. 2. & ſeq.* Huic quintæ cononicæ portioni, additur ſexta, quæ de legatis factis eccleſiis ſibi ſubiectis, uel occaſione funeralium ſoluitur Epiſcopo tanquam Patri ſpirituali, & propter Epiſcopale omnes quod ſibi incumbit, etiā ſi hoc in teſtamento non exprimatur, quia ex iuris diſpoſitione hanc conſequitur, nec teſtator prohibere poteſt, quin illam habeat; nam priuata teſtatoris diſpoſitio generalem Canonis conſtitutionem immutare nequit, & nemo facere poteſt qn leges in ſuo teſtamento locum habeant. *c. requiſiſti ext de teſtam.* vbi *Abb* & alii ſimile tradunt de monacho, cui aliquid expreſſa lege, ac pactione relinquitur, ne ad monaſterium aliquid perueniat, ut nihilominus omne ius in illud transferatur: quamquam conniuentibus oculis monaſterii Præfectus, rem apud legatariū permanere, eaq. uti patiatur. Duo vero requiruntur, vt huiuſmodi quarta Epiſcopo deferatur. Primo vt relictum ſit locis eccleſiaſticis, aut piis. Secundo vt hæc pia loca ipſi Epiſcopo ſubiecta ſint. Tertio vt non adſit exceptio, ſeu priuilegium non ſoluendi, quo quidem gaudent omnia relicta pro fabrica eccleſiæ, vel eius reparatione, & alia quæ diuinum cultum concernunt, vt de quarta parochiali dictū eſt. *Daniel. Benac. in Analiſi iuris Pont. c. 3. Perez. de anniuerſ. & Capell. l. 1. c. 25.* Imo addo in caſibus in quibus hęc portio parochialis vel Epiſcopalis debetur, ſoluendam non eſſe, niſi petatur, vt etiā in Falcidia, & Trebellianica locum habet: quod per ſe notum eſt, quia Epiſcopus, & Parochus talem quartam remittere poſſent, & eo ipſo tacite remittunt, cum expreſſe non petunt, & ſatis eſt, vt illam ſoluere debentes nulla fraude vtantur, quin illam petenti ſoluant. Et quia etiam præſcripta conſuetudine introduci poteſt vt huiuſmodi canonicæ portiones non pendantur; vt in multis locis vſu receptum eſt vnde ſi conſuetudo vigeret vt quarta nullo modo ſoluatur, tunc cum contra ius militet 40. annorum præſcriptio requiritur, ſi uero vt quædam minor pars cōferatur, cū præter ius ſit, decem annorū ſpatium ſufficit. *vt per Molfes. d. tr. 13. c. 9. poſt alios ſupra allegatos.*

IV. SVPPOSITVM.

QVarto illud quoque breuiter ſupponendum videtur, cauſam dotis ratione matrimonii emergentem, ad Epiſcopi iudicium, & eccleſiaſticum tribunal pertinere; itque idem de cauſa alimentorum dicendum eſt, abſoluti enim iuris eſt dotem, & alimenta æquiparari. Vnde quia multa ſunt alimentorum priuilegia ad multas deciſiones ab eo argumento ad dotis fauorem inferri poteſt. *vt per Euerard in topica leg. in loco ab alim. ad dotem & Surdum in tract. de alimentis tit. 9. q. 1. Traq. de legatis piis in præfat.* Et pręcipue illud conficitur, quod ſicut in dubio fauore alimentorum donatio pręſumitur, ſi à coniuncta perſona pręſtita ſint, niſi proteſtatio interuenerit, ita etiā fauore dotis eadem in iure capitur pręſumptio, cum ęque cauſa dotis ſicut alimentorū ſit fauorabilis. Imo vero dos eſt ipſis alimentis fauorabilior cū dos alimentorum cauſam contineat, & publicam utilitatem concernat, nam, & reipub. intereſt dotes mulieribus conſeruari, cum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam; replendam què liberis ciuitatem maxime ſit neceſſarium, ut ait *Pomp. I. C in l. 1. ff. ſol. mat. Alex. l. 4. conſ. 56.*

Quò ſit ut multis gaudeat priuilegiis, ut aliàs bi dixi, interque illud eſt præcipuum, quod dos eſt cauſa pia, & eccleſia eius defenſionem ſuſcipit maxime in fauorem coniugum pauperū. *c nuper c per. veſtras. vbi Ioannes Lupus. ext de donat. inter virum, & vxor. Afflict. Deciſ. 371. Grā Deciſ. 193. Bellocb. de caſ. reſ par. 2. q. 1 num. 302.* Vnde in dubio maritus doti renuntiare non pręſumitur etiam ſi uxorem ſine dote ducat, quia Iudicis pręſertim Epiſcopi officio patrem uxoris, ſiue fratres

Digitized by Google

ſeu ipſammet vxorem cogere poſſet, vt ſibi congruam dotem conſtituat. *vt per Sanchez. lib. 9. de mat.d.5. & Molfeſ.tr 4 c.12.n.23.* Maritus inquiunt I.C. ſuum negotium gerit, cũ de dote ſibi cauet, & decipiendus non eſt, ꝗ ſit ſi cogatur indotatã ducere. *Fel.in c.iurauit.ext.de probat.* De qua plura dicenda eſſent, cũ hodie in coniugiis potius de locuplete dote, quàm de moribus agatur, veriſſimumque ſit quod ille filiæ ſuæ apud Plautum ait,

Tace ſtulta, nũ tu nunc hominũ mores vides?
Quotuſmodi? Hic cum mala fama facile nubitur,
Dum dos ſit, nullum vitium vitio vertitur.

Et ſi alius ille apud eundem dolenter dicebat Vxorem accepi, dote imperium vendidi. Inquam ſententiam illud ex Menandro referendum,

Vxorem quare locupletem ducere nolim?
Quæritis? vxori nubere nolo meæ.

Tiraq.l.5.connub.

Ideo dos dicitur à dando, eo quod ab vxore viro datur, vt matrimonij onera ſuſtineãtur, & proprium mulieris patrimonium nũcupatur. Et ſecundum qualitatem perſonarum, quantitatem patrimonij, filiorum multitudinem, & patriæ vſum mulieri decerni ſolet. *Menoch.l.1.conſ.8. Merlinus.de legitima l.3.tit.1.q.12.*

Quæ tamen ſi ab vxore non ſoluatur, maritus eã expellere nequit, ſed cum ea cohabitare tenetur, præſertim ſi eius culpa hoc nõ proueniat. Et quia id multorum diſſidiorum ſegetem gignit, Epiſcopi partes erunt, diſſidẽtes ad pacem magis quàm ad iudicium coercere, iuxta illud. *Pſal.71.* Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam. Neque debent in hac re negligentes eſſe, cum ex diſcordijs, & rixis, magna animæ fidelium detrimenta capiant. *Carb.de pacificat.c.38.*

Secundo dos illo etiã priuilegio gaudet, quod maritus nullum ei præiudiciũ facere poteſt, etiam ſi ipſa vxore conſentiente alienet, nam aduerſus alienationem ſemper reſtitutionem in integrum habet, & potius coacte, quàm ſponte conſenſiſſe cenſetur, maritus enim eſt dotis cuſtos, & conſeruator, non diſſipator, & ſolum illius eſt dominus cum æſtimatam recipit, in quo etiam caſu in bonis mariti ipſi mulieri cautum eſt. *Seraph. Deciſ. 1430. Ludou. Deciſ. 21. Bald.l.2.conſ.126.* Et ſoluto matrimonio ſi dos in bonis immobilibus conſiſtat, ſtatim fit reſtitutio: ſi in bonis mobilibus, & in pecunia, elapſo anno reſtituit, & interim vxor vidua alimenta, ſi illa peteret, conſequeretur, &c. Imo in iure conſtitutum eſt, vxorum dotes ob maritorum hæreſim non confiſcari, niſi quando cum hæreticis ſcienter cõtraxerint, & ſi mariti bona à Fiſco ſint occupata, vxor ſuam dotem ab eo repetere poterit. DD. in *c. decreuit. de hæret. in 6. Bap. S. Blaſio de priuileg. dot. priuileg. 146. Campeg. de dote p.3 q.23. Gigaſ. de crim. læſæ maieſt. l.3.q.18. Pegna in 3.p ad Direct. Inq.q.111. comment.160. Simancas tit.9.num.66 Molfeſ.tr.12.c.12.*

Hinc ſequitur Tertiũ priuilegium, & eius prærogatiua, quod vt communi ſcribentium voto receptum eſt dos omnia bona viri hypothecata habet, & aliis creditoribus etiam in tempore prioribus perſonali actioni nitentibus præfertur. Et in dubio de prioritate, vt aiunt, inſtrumentorum eodem die conſcriptorum, ad fauorem dotis non ſolum contra priuatum, ſed & contra Fiſcum præſumitur, vt ex cõi tradit. *Cou.l.1.var.reſol.c.16.n.9. Goz ad.conſ.97. Alciat.de præſump.l.1.præſum.23.* Et in dubio ſẽper ea debet fieri interpretatio, quæ ad fauorem dotis cedit. *l. in ambiguis. vbi Dec. & Cagnol ff. de reg. Iu. Tuſch. v. dos. conc. 742. & ſeq. Burſatus l. 1. conſ. 56. & 110. Valenz. conſ. 64. Sylueſt. Tab. Iod & alij in v. dos. Molfeſ. l. c. & alii communiter.*

V. SVPPOSITVM.

Qvinta ſuppono quadruplicem eſſe iuriſdictionem. Prima eſt ordinatia, quæ eſt illa, quæ alicui ex officio, vel dignitate competit, qualem habet Summus Pontifex ſuper omnes fideles in rebus ad animarum ſalutem ſpectantibus, quale etiam potitur Epiſcopus reſpectu ſibi ſubditorum, imo etiam eius Vicarius generalis, quamuis ipſius iuriſdictio Epiſcopi morte expiret. Secunda eſt delegata quæ alicui non ex officio, & dignitate acquiritur, ſed ex illius conceſſione, qui ordinaria poteſtate gaudet; quomodo ciues alicuius loci Prætori à Rege miſſo ex delegata iuriſdictione ſubduntur. Tertia eſt arbitraria, quæ cõmuni partium litigantium conſenſu obtinetur, quomodo ſe habẽt Iudices arbitri, & compromiſſarij ab ipſis litigantibus voluntarie electi. Quarta eſt acceſſoria quæ alicui ratione delicti accedit, nam cum quis in aliena ditione delinquit, Superior in ipſũ iuriſdictionem acquirit, & rõne delicti fit ei ſubditus, vt proinde ab eo puniri poſſit, vt ex cõi ſententia tradit. *Clarus in Praxi crim. l. v. q. 38. Sãchez. l.3. de præcep. c.12. num.38. Farinac. in Praxi. tom. 1.q.7. Azor. p.3.l.13.c 13. Reginald. l.25. nu.641. Sayrus in cl. reg. l.12. c.7. Salon. 22. q. 67. art. 1. Bonac. tom. 2. diſp. 10. q. 2. pun. 1.*

Caſus, & quæſtionum reſolutiones.

HIs ſic pro fundamentis, & baſibus præmiſſis, ad propoſitas quæſtiones ſic mihi reſpondendum videtur.

I. Q. RESOLVTIO.

AD t.q.dico quod licet ex ſtatuti permiſſione Syluius Virginiam filiam quæ iniuſſu patris nupſit exhæredare poſſit (de cuius tamen legis iuſtitia multi rationabiliter dubitant,) & per conſequens dotem ei conſtituere non teneatur, cum vt diximus, valeat argumentum de alimentis ad dotem; ſi tamen filia poſtquam matrimoniũ contraxit, ante copulam religionẽ ingreſsa eſt, & ibi profiteatur, quod ei de iure licet. *c.7.& c.14.ext. de conuerſ. coniug.* quia tunc omnis iniuria, & ingratitudinis vitium tollitur, nec hæreditate, nec dote illam priuare poteſt. *c.non liceat.19.q.3.vt* ait *Spinus in ſpec.teſtam.tit de exhæredat nu.67.* & reſoluit *Bonac.de legibus d.6.q.1.p.6* §.3. *Molfeſ.tom.1.ad conſuetud.Neap.p.v.q.12 num 35.& ſeq.& Vaſquez.de teſtam.c.6 dub.5.num.69. Molan.de pijs teſtamentis c.16.Srudus de alimẽtis tit.7.q.9.Merlinus de legitima l.4.tit.1.q.5.* Et ſi *Theſaurus in qq.Forenſ.l.1.q.70* cõtrarium fuiſſe deciſum in Pedamontano Senatu referat. Merito illa portio, quæ ſanctimonialibus pro religionis ingreſſu datur dos dicitur. cũ enim ſacra virgo Domino nubat, Cœleſtis ſponſus terreno ſpõſo deterioris conditionis eſſe non debet, & conſequenter ſuam dotem habere oportet ad quam aſſignandã Epiſcopi officio cogi poteſt. Primo pater, cum paternum munus ſit filias dotare. Secundo in eius ſubſidium auus paternus. Tertio auus & auia materna. Quarto mater in defectum patris. Quinto frater non ſolum de bonis paternis, ſed etiam de proprijs quando ipſe diues eſſet, & ſoror pauper. Idemque cenſetur de fratre clerico, qui de fructibus beneficij inopem ſororem dotare tenetur. *vt per Molfeſ.tr.12 c 16. num. 32.Valenz conſ 98. Ripam in l.1.nu.83 ſol mat.Mant.de tac.& ãbig. l.12.tit 17.Sãchez.l.4.de mat d 26 Menoch.l.4.de præſumpt.præſumpt.189.num.68.Tuſch.v.dos concl 730.Bonac.l c.§.2. vt attigimus ſupra tr 7.c.32.q.118.D.* Hieronymus *epiſt* 8. Filios vel filias religioſas à parentibus exhæredari, aut præteriri, aut in portione diminui his verbis conqueritur. Solent miſeri parentes, & non plenæ fidei chriſtiani, deformes, uel aliquo mõ debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere, tanti, vt dicitur, vitrum, quanti margaritum? Certe qui religioſiores ſibi videntur, paruo ſumptu, & qui vix ad alimenta ſufficiat, virginibus dato, omnem cenſum in vtroq. ſexu ſecularibus liberis largiuntur. Et ibi memorabile exemplũ refert, quod duæ nobiliſſimæ matronæ Proba auia, & Iuliana mater, dotem quam Demetriadis nuptijs præparauerant, ei in virgitate permanere volenti tradiderint, ne ſponſo Chr̃o iniuria fieret. Et quidã *Saluianus l.3.ad eccleſiam*, deplorat impiiſſime nullis pignoribus minus à ſuis parẽtibus relinqui, quam quibus ob Dei reuerẽtiã plus deberur, nullos pietatem minus reſpicere, quàm quos præcipue religio commendat; Deo oblatos hæreditate indignos iudicari, qui conſecratione digni fuerunt, ac per hoc vna tantum re parentibus viles fieri, quia Deo pretioſi eſſe cæperunt. Et ſi dicat parens filium animum ſuum eo inconſulto impari, & abiecto matrimonio offendiſſe, ideo exhęredem illum ſcripturum, aut paruam portionem, vt cæteris ſit exemplum, traditurum, audiat neminem propriæ cauſę competentem eſſe eſſe iudicem, tanto magis quod ira bilem commouerit, & animum turbauerit. Et qua fronte diuino iudicio ſiſti, & à Cœleſti patre Paradiſi hæreditatem ſperare ſi propter minimam offenſam, terrenæ ſubſtantiæ portionem filię pertinaci, & obdurato animo negat? *Matth c. 6. & 18.* Audiat. *D. Ambroſium* qui *Epiſt.43.* Siſynnij pietatem commendat quod filio facile, & libenter ignouerit, qui eo inſcio vxorem acceperat. *Molan.de pijs teſtam c.16.*

Vnde dico Syluium dotem filiæ monaſterium ingreſſæ conſtituere debere, etiam ſi ſua auia illi eidem Virginiæ dotem tradiderit, ſiquidem pater ad duo tenetur, nempe ad coniungendam filiam in matrimonio, & dotem ei aſſignandã, nec ab hoc onere eximitur, vt alibi aduerti, etiam ſi alii dotent niſi extraneus, vel alius intendat dotẽ loco patris tradere, hæc enim cenſetur donatio facta patri, vt ipſe ab hoc onere ſubleuetur *Tuſc.v. dos concl.780. Bonac.l.c d.6.q.1.p.6 num.5. Molf. d.c.16.num* 23. Siquidem dotes aut profectitiæ, aut aduentitiæ ſunt Profectitiæ dicuntur, quæ de bonis patris, vel aſcendentium paternorum proficiſcuntur; vnde ſi pater pauper eſſet, & in eius vita auus paternus neptem dotaſſet, patris contemplatione eam dotare cenſetur, & ei in legitima imputatur; ſecus ſi pater diues erat, quia magis per affectionẽ dote illam ornare pręſumitur, Aduentitiæ vero ſunt, quæ mulieribus ex proſpera fortuna, nempe ab aliis perſonis, præter lineã aſcẽdentium paternam adueniunt. Hinc ſi ab auo paterno hæc dos detur, non tamẽ patris contemplatione, ſed gratuito exhibeatur, dos aduentitia dicitur, & paternum officium à dote ipſa iterum præſtanda non releuat.

Confectarii capitis Reſolutio.

QVò ad illud caput quo quęritur an mobilia poſt mortem Iacobi quæſita, Virginiæ moniali debeantur, & calices aurei vel argentei eſſe debeant, Dico quod licet in legato mobilium re-

Digitized by Google

gulariter tempus teſtamenti attendi oporteat, *l. ſi ſta ff. de auro, & arg. leg.* id tamen intelligendũ eſt niſi ex coniecturis aliud colligi poſſit. *Rolandus vol. 4. conſ. 39. num. 20. Mant. de coniect. vlt. vol. l. 3. tit. 11. num. 23.* Et inter cęteras coniecturas mens patrisfamilias legantis, legatarij, vel legatarię dignitas, charitas, & neceſſitudo ſunt ſpectanda. *l. ſi ſeruus ff. de legat. 1.* ac proinde fauore eccleſiæ legatariæ ſanctimonialis, & piæ cauſæ, mortis tempus attendendum eſt, cum ſumma ſit ratio quę pro religione facit. *l. ſunt perſona ff. de relig. & ſump. fun. Socy. ſen l. 1 ff. de reb. dub. Bero. l. 2. conſ. 44.* Pulchre *Riminald Iunior. conſ. 672. num. 56* reſoluens ſi pater filio qui clericali militię aſcribi voluerit, mobilia relinquat, mortis tempus conſiderandum, cum etiam clericatus ſit opus piũ, & tali cõiectura iſicta ſanguini præponderet *Gennen. in Pract. eccl. q. 177.* Noĩe porro mobiliũ quid veniat. tradit *Tuſch. v. Bona, concl. 103*

Eadem pariter ratione reſoluitur duos calices vel aureos, vel argenteos, non æreos, uel minoris ꝑtij Virginiæ virgini Deo dicatæ deberi, ſiquidẽ legatum eccleſię factũ latiſſimã interpretationẽ recipit. *l. Titia §. Sẽpronia. vbi Bart ff. de auro & arg. leg. Azor p. 1. l. 11. c. 20. q. 10.* Idẽ *Gennen. l. c. q. 135 Facundez. de praecep. p. 1 l. 3. c. 21. nu. 31. vt etiam reſoluimus ſupra c. 8. q. 23. reſol. 2.* Arq. hinc conſpicitur Epiſcopum ſapientem ſententiam tuliſſe.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. dico quidquid aliqui ſenſerint, integrum eſſe Epiſcopo de illis 500. aureis puellæ vel virgini monaſterium ingreſſutæ dotẽ conſtituere; nam vt ex præmiſſis conſtat, dos ita pro matrimonio ſpirituali ſicut pro carnali debetur; imo multo magis cum fauorabilior ſit monaſterii ingreſſus. *Marc. Ant. Gennen. in Pract. eccleſ. q. 261. contra Barboſ. & alios quos refert de Epiſcopo p. 3. alleg. 83. num. 26. Tuſch v. dos concl 730.* Nec inficiari auſim, poſſe Epiſcopum ante puellæ profeſſionem illos 500. aureos monaſterio tunc egenti mutuo dare, non obſtante. *Conc. Trid. ſanctione. ſeſſ. 25. de regul. c. 16.* quod ſub anathematis pœna tàm dantibus, quàm recipientibus prohibet, ne ante profeſſionem excepto victu, & veſtitu, nouitii, vel nouitię illius temporis, quo in probatione eſt, quocunque prætextu, à parentibus, vel propinquis, aut Curatoribus eius monaſterio aliquid ex bonis eiuſdem tribuatur, ne hac occaſione diſcedere nequeat, quod totam, vel maiorẽ partem ſubſtantiæ ſuæ monaſterium poſſideat, nec facile ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit. Nec enim illam pœnã Parentes, aut Curatores nouitii, aut nouitię incurrunt, ſi ante profeſſionem aliquid monaſterio mutuo dant, aut cõmodant, recipiẽdo ab eo dẽ monaſterio pignora, aut ſufficiẽtẽ fideiuſſionẽ, ita vt ſi nouitij ꝓfiteri nolẽt, datũ & receptũ redimere poſſint. Quãdoquidem mutuum, & commodatum actus charitatis eſt, quem à concilio tolli minime puto, ipſius concilij ratione ceſſante, cum ipſius mens ſit, ne à traditione rerum ſuarum ipſi monaſterio facta, coacte profitendi occaſionem ſumant, vt per. *Roder. in qq. Regul. tom. 2. q. 48. art. 5. & Mirandam. de ſac. monial. q. 8. ar. 9.*

Secundae quaeſt. Conſectarium.

SEd quò ad illam partem, qua quæritur, an Epiſcopus cõcedere poſſit vt de reliquis illis quingẽtis aureis à teſtatore relictis, de maritandis mulieribus, vna pauper vidua in ſeculo nubere poſſit cõior cenſet non poſſe, nam ex legiſlatoris, ac teſtatoris mente, mulierum appellatione ſolæ virgines, vel ſaltem corruptæ, ſed non nuptæ, com prehendi videntur, quia viduæ non dicuntur maritari ſed remaritari, id eſt ſecũdo nubere, vnde teſtantis voluntas de primo nubẽtibus intelligitur, cum ſermo ſimpliciter prolatus prima vice, vel actu ꝓficiatur *l. boues. §. hoc ſermone. vbi Tiraq. ff. de verb. ſignif. Marc. Ant. Gen. in Prac. eccleſ. c. 387. Mant. de coniect. l. 8. tit. 5.* Et teſtatoris mẽs eſt obſeruanda. *§. diſponat. in Auth. de nupt. Perez. l. 5. de anniuerſ. & capel. c. 26.* Vbi ait ꝙ teſtator voluit non ꝙ voluiſſe ſatius fuiſſet attendendũ eſſe. Hinc cõe eſt placitum, ſi ſtatuto, vel conſuetudine, ſubditi pro domini filia matrimonio collocanda contribuere tenentur, & ſemel nupſit, ac vidua remanſit pro ſecundo coniugio adiutricem manũ dare, vel conferre non tenebũtur. Atque ita in terminis tenuit. *Guliel. Bened in c. Raynutius. num 70. ext. de teſtam. Card Florent. conſ. 49. & Graſſinis. tom. 2. conſ .. de teſtam. diff. 1. Iaſon. in l. diuortio. §. quod in anno ff ſol mat. Tiraq. l. c. n. 111. Cotta in memor. v. executores teſtamenti. & alii.* Vbi id mirabile ac ſingulare, & valde in praxi notandum dicunt.

Sic in ſimili multi graues reſoluũt DD. quãdo teſtator in gñe bona ſua inter virgines maritandas diſtribui mandat, executores ea inter virgines monaſterium ingrediẽtes erogare non poſſe, licet ſecus ſi quando alicui determinatæ relinquitur, vt matrimonium ineat. *vt per Sanchez. l. 1. de mat. d. 33. num. 32. vt per Barb. multos allegantem par. 3. de Epiſcopo Alleg 83. nu. 26.* Sed vt ait *Surdus de alim. tit. 1. q. 93. num. 35.* Durum videtur cur executores dari ad maritandas in genere virgines diſtribuere non poſſint in puellas religionem ingredientes, ideo verior videtur contraria reſolutio, cui praxis fauet.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. dico, Quartam Epiſcopo non deberi pro dotandis virginibus, vel mulieribus

pau-

Digitized by Google

pauperibus, iam enim ſupra indicauimus, Epiſcopum in multis caſibus ius quartæ non habere, vt pro alimentis relictis pauperibus, aut pro dotandis puellis, vel mulieribus inopia laborantibus, & pro reſtauratione eccleſiæ cathedralis, vel matricis, & etiam de ædificatione aliarum eccleſiarum monaſteriorũ hoſpitaliũ, & aliorũ piorũ locorũ. Vt nãque hæc portio deduci poſſit, tria neceſſario requi ſupra annotauimus. Primo vt relictum non perſonis, ſed pijs locis fiat. Secundo vt loca pia Epiſcopo ſubiecta ſint. Tertio vt quod pijs locis ſibi ſubditis legatum eſt, ad priuilegiatos vt aiunt, vſus deſtinatum non ſit, & ad perpetuum diuini cultus obſequium ordinatum, &c. *vt per Quar. in ſumma Bullar. v. Quarta, & Molfeſ. tr. 13. c. 9. Duard. in Bulla Cœnæ Domini l. 2. can. 15. q. 7. Genuen. in Pract. eccleſ. q. 383. Barb. par. 3. Alleg. 86. num. 19.* Vbi *nu. 30. & ſeq.* reſoluit Epiſcopum cui legatum abſolute relictum eſt, poſſe ſimul legatum, & canonicã portionem vendicare. Secus ſi ea conditio ſit adiecta, vt illo contentus nil aliud petat, &c.

Monitum.

PRopterea vigilare debet Epiſcopus, ne exigendo à ſubditis q ratione paſtoralis officij ſibi non debetur auaritiæ notam ſubeat. Debet enim alijs bonorum operum exemplum dare, & tanquam aries gregibus prębere ducatum. *cap. ſciſci tantis 7. q. 1.* Eccleſiaſtici (præſertim Præſules) benigniores eſſe debent quàm laici, & in exactionibus improbi exactores non videri, neque temporalibus lucris inhiare. *cap. ex parte de cenſ. Tuſch. in v. eccleſia. concluſ. 4. Riccius in Praxi fori eccleſ. Deciſ. 60 Genuenſ. in Man. Paſt. c. 78 & in Praxi Neap c. 69.* vbi etiam animaduertit *ex Cōc. Trid. ſeſſ. 25 de refor. c. 3.* pęnas pecuniarias eſſe p Epiſcopum in pijs locis applicandas; & licet ſecundum aliquos, ſi euidenter indigeret, poſſet ſibi tãquam pauperi eas aſcribere, conſultius tamen eſſet, ad omnem ſordidæ auaritiæ ſuſpicionem euitãdam pauperibus erogare, & in dubio ſacram Congregationem conſulere, Epiſcopatus redditus, & onera ei notificando.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. q. reſpondetur dicendo Virginiam nobilem fœminam ab excommunicatione à Luca Epiſcopo lata contra accedentes ad monaſteria ſibi ſubdita, abſque licentia ſanctimoniales alloquentes, facilę excuſari poſſe ex probabili edicti ignorantia, qua tanquam forenſis, & alienigena laborare poterat; nam etiam ſi ſupponamus illam poſitionem eſſe veritati magis conſonam, extraneum ligari cēſuris per modum ſtatuti latis in eo loco in quo reperitur. *ex Sayro l. 1. de cenſ. c. 7. n. 23. Filliuc. l. 11. c. 5. q. 10. nu. 1540. & alijs cōtra Bonac. de cēſ. diſp. 1. q. 1. p. 11. 4. propoſit. arg. ibb. in c paſtoralis §. verum. ext. de appellat. & bel uchi de caſ. reſ. par. 2. q. 4.* vbi a. unt Epiſcopum poſſe ſubditum ſuſpendere ab omnibus beneficijs quæ vbique etiam in aliena diæceſi habet, ac huc tamen ignorantiam probabilem tam iuris communis, quàm particularis tàm facti, quam qualitatis facti ab incurrendis cenſuris excuſare communi placito ſæpius aſſeruimus. Si autem daremus Virginiam edictum Epiſcopi, excommunicationemque non ignoraſſe, & ſi dicendum eſſet illa ligari ex illo principio, quod ratione delicti quis ſit ſubditus, nam communiter Scribentes docent Epiſcopum in cuius diæceſi aliquis delictũ commiſit, effici ſuperiorem delinquẽtis, niſi ſit perſona ab ipſius iuriſdictione ſpeciali priuilegio exempta, quò ad tñ pecuniariam pœnam in ipſa à vinculo excommunicationis abſoluenda ab Epiſcopo exigendam caute agendum eſſet, ne ſcandali anſa præbeatur. Et vt auaritiæ notam euadat, non ſibi exactam pecuniam retinere debet, ſed in pauper monaſterium, ſiue in piam cauſam deſtribuendam curet, vt monet etiam *Vgol. de ſimonia tab. 1. c. 9. §. 9.* Memineritque mulieres regulariter non ſic grauiter puniendas, quàm mares, ac in pœnis infligendis ſexus rationem habendam vt probat textus & ibi *DD. in c. ſicut dignum. ę. 1. ext. de homicid. & docet Tiraquell. de temp. pœnit cauſa. 7.* vbi etiam refert Ericum magnæ prudentiæ virum contendere mulieribus erratis ſæpius ignoſcendum eſſe, nec pœnam irrogandam niſi correctio culpam emendare nequiuiſſet. Ideo *ex Plinio l. 8. ait nat. hiſt.* leonem vbi læuit in uiros pluſquam in fęminas fremere, veluti eũ natura docuerit cum fœminis clementius agendum. Eum ſequitur *Farinac. in eodem tract. q. 98. cauſa 10. Tuſch v. mulier. concl. 416. Sanct. de hæreſ. c. 46 dub. 1. nu. 3.*

V. Q. RESOLVTIO.

QVintam q. ſic preſſe reſoluimus Epiſcopum non poſſe Cornelium Canonicum, & Archidiaconum à religionis ingreſſu reuocare, nec à diuinis ſuſpendere; ſiquidem Archidiaconis, Archipresbyteris, Decanis, & aliis omnibus clericis Epiſcopo inferioribus, & eidem Epiſcopo ſubiectis, dimiſſa dignitate, prælatura, & animarum cura, etiam ipſo Ordinario contradicente, & obſiſtente, religionem ingredi licet; ac proinde votum religioſam vitam ſuſcipiẽdi emittere, ac id eo inuito exequi eis fas eſt. *vt habetur in c. duæ ſũt. 19. q. 2. & c. licet de regul. & tradit D. Thomas 22. q. 189. art. 7.* Et quamuis à maiori, & meliori ſtatu ad minorem nemini permiſſa eſſe debeat deſceſio lici-

licitus tamen, imo etiam laudabilis eſt ex cleri gradu in religionem tranſitus; idq. ſacri Canones ſanxerunt non ſolum quia ſecutior, ſed ob id etiam quia perfectior. *c. clerici. 19. q. 1. & ibi Turrecr. D. Greg. l. 10. Reg. Epiſt.* 40. Extat etiam D. Anſelmi ad Gofridum Pariſienſem Epiſcopum epiſtola, qua cum leniter ille quidem, ſed tamen grauiſſime accuſat quod clericum ad religioſum iugum aſpirantem impediret, idq. ab eo nec ratione, nec conſilio fieri pluribus rationibus docet. *Platus de bono ſtatus relig. c. 37. Azor. par. 1. l. 11. c. 16. q. 3. Sanchez. de precept. l. 4. c. 25. Molfeſ. tr. 11. nu. 13. num. 59. Vecchius de Ingreſ. relig. Dubit.* 4. Vbi addunt quod ſi eccleſia grauiter læderetur, beneficiarius ipſe eſſet reuocandus, &c. *arg. c. admonet. ext. de renunt. c. ſi qui vero.* 7. *q.* 1. In quo caſu optimum eſſet conſilium Apoſtolicam Sedem conſulere. Obſeruant etiam DD. probationis tempore beneficium non vacare. *c. beneficium. de regul. in 6. Paribus de reſignat. benef. l. 3. q. 13. Sanchez. de precept. l. 7. c. 4.* Fructuum autem beneficii ante emiſſam profeſſionem iuſtam, ac debitã portionem per Epũ taxandã in beneficiarii locum ſuffecto, & eccleſię inſeruienti tribuendam, & reliquũ, vt quorundam ſentẽtia docet, in eius vſum cedere debere, ne religioni ſit oneri, niſi conſuetudo aliud obtineat, ut etiam tradit *Roder. in qq. regom. l. q. 37. art. 1.*

QVÆSTIO XXVII.

Epiſcopus an eccleſias deſmẽbrare poſſit, & vnius redditus alteri applicare. An eccleſię polluta reconciliationem alteri demandare. Nunquid præcipere queat, vt Parochiani in propria eccleſia ſacrum, & concionem audire teneantur; & ne Confeſſarij regulares in pænitẽtiũ ęgrotãtium domibus confeſſiones audiant. Nũ aliquando beneficiũ Papæ reſeruatum alteri cõferre ei liceat. An qui ſemel hæreticorum conuenticulo interfuit, & concionem audiuit in excommunicationem in Bulla Cœnæ Domini contentam inciderit, & Epiſcopus in eam illum incidiſſe declarare potuerit.

APollonius Epiſcopus quadã poſtulãte Communitate, eccleſiam parochialem D. Antonini in diœceſi exiſtentem diuiſit, vel vt DD. loquuntur, diſmembrauit, & ex eius redditibus partẽ detraxit, & cuidam Oratorio applicauit, vt in curatam eccleſiã illud erigeret; ſiquidem ob locorum diſtantiam, & itineris difficultates, ſubditi ſine magno incommodo ad D. Antonini eccleſiam pro ſacramentis percipiendis, & diuinis officiis audiendis accedere non valebant. Secundo cũ Iuſtinus in dicto Oratorio iã conſecrato Pamphilium vulneraſſet, & ſãguis extra illud effluxiſſet, Blaſio Abbati ſeculari Epiſcopalibus iuribus potienti commiſit, vt ipſum oratorium reconciliaret. Tertio ſub pecuniariis pœnis locis pijs applicandis, ſynodalibus conſtitutionibus ſanxit vt Parochiani in propriis parochialibus eccleſiis ſactum audirent, & ibi prædicationi verbi Dei intereſſent. Quarto ſub pœna ſuſpenſionis cauit ne regulares confeſſarii ab ipſo etiam approbati, in pœnitentium ęgrotantium domibus confeſſiones excipere poſſint, nec alia ſacramẽta adminiſtrare audeant, ſed id muneris ſuis Parochis, & Paſtoribus relinquant. Quinto Andreæ ſacerdoti quoddam beneficium Papæ reſeruatum contulit. Sexto Lucium in Bullam Cœnæ Domini incidiſſe declarauit, eo quod in vrbe cuidam hæreticorum conuenticulo ſemel interfuerit, & concionem ibi audierit. Vnde quæritur Primo an ipſe Apollonius Epiſcopus dictam parochialem eccleſiam diſmembrare potuerit, & illi Oratorio mediã partem reddituũ aſſcribere, & applicare. Secundo dato quod ipſum Oratoriũ ſit pollutũ, an reconciliationẽ dicto Abbati demandare licuerit. Tertio an illud ſtatutũ pręcipiens ut Parochiani in propria eccleſia miſsã audire teneantur, & vt regulares pęnitentium decumbentium confeſſiones audire non poſſint valeat, &c. An illius beneficij Papæ reſeruati collatio valeat, & an in aliquam pœnam inciderit. Poſtremo an Lucam excommunicatum denuntiando iuſte egerit, &c.

RESOLVTIO.

REſp. cum nihil hic ſupponendum occurrat, quæſtionum reſolutioni ſic breuiter ſatiſfaciendum cenſeo; Primę quidem dicendo, quod cum diſmembratio vera ac propria alienatio dicatur, per diſmembrationem. n. licet beneficium, vel eccleſia non extinguatur, in bonis tamen ac fructibus diminuitur, & alteri redditus adiungun tur, in ea eędem ſolẽnitates requiruntur, quibus in rerum eccleſiaſticarum alienatione opus eſt, & ſic cõſenſus Capituli, & vocatio Rectoris, Apoſtolicuſq. aſſenſus cum iuſta cauſa exigitur.

Et licet Epiſcopi ex Decreto *Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 4.* in eccleſiis in quibus ab locorum diſtantiam, ſeu difficultatem, parochiani ſine magno, vt dixi, incommodo ad percipienda ſacramenta, & diuina officia audienda accedere non poſſunt, nouas Parochias etiam inuitis Rectoribus iuxta formã, *Alexand. 4. in. c. ad audientiam, & de eccleſ. ædificandis.* conſtituere poſſint, præcipua. n. & ſingularis omnium Prælatorum cura in eo verſari debet, vt omnem operam, & diligentiam pro animarũ ſibi creditarum ſalute ſedulo, & efficaciter interponant, diſmembratio nihilhominus vigore dicti Cõcilij ſuſtineri nequit, quandoquidem per Illuſtriſ-

ſtriſſimos Dominos Cardinales dicti Concilii interpretes reſolutum fuit, hoc Epiſcopis denegari, ſi propria authoritate, abſque debitis ſolẽnitatibus hoc agere velint. *vt per Garziam. de benef. par. 12. c. 3. Rota Rom. in nouiſſ. tit. de rebus eccleſiæ non alien. Deciſ. 12. alias 229. Marc. Ant. Genuen. Prax. ai Cur. Neap. c. 75. in Annot. Ricciũ in Praxi alien. rerum eccleſiæ. Deciſ. 47.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. reſpondendo dico, quod cũ ex communi Scribentiũ conſenſu, eccleſia polluta cẽſcatur, ſi percuſsio in ipſa ſit facta etiam ſi poſtea ſanguis extra eam emittatur. *vt per Sayrum l. 5. de cenſ. c. 16. num. 15. Graffium l. 2. Deciſ. aur. c. 48. num. 23. Riccium in Praxi pollut. eccleſia. reſol. 258. & per à nobis tradita ſupra tr. 4. c. 16. q. 138.* ſequitur ac conficitur, Apollonium dicto ſæculari Abbati etiam Epiſcopalia iura habenti eccleſiæ reconciliationem committere non potuiſſe, ſiquidem & ſi Epiſcopus ea quæ ordinis ſunt delegare poſſit, ut collationem confirmationis, & ordinis, conſecrationis eccleſiæ, altaris, calicis, patenæ cãpanæ, chriſmatis, olei ſancti, eccleſiæ conſecratæ pollutę reconciliationem, veſtiũ ad diuina facienda benedictionẽ, vt amictus, albæ, cinguli, manipuli, & aliorũ hæc tñ quidqd ſit de veſtib. &c. iis tantum qui Epi ſunt, mãdari poſſunt. *c. aqua, vbi Abb. & alij. ext. de conſ. eccl. vel alt. Con. l. 3. var. reſol. c. 20. Azor. p. 2. l. 3. c. 30. q. 7. Sbroz. de off. vicarij. l. 2. q. 10. Vgol. de off. Epiſc. p. 1. c. 4. §. 11.* Idq. merito, nam per delegationem iuriſdictio ſolum quodam modo tribuitur, vel potius apta materia ad has conſecrationes faciendas ſubminiſtratur, vnde requiritur ordo q̃ p demãdationẽ nõ cõfert. Vnde quamuis integrũ ſit Epiſopo & ſi non dum conſecrato, Vicario ſuo generali, vel alteri, quæ iuriſdictionis ſunt committere. v. g. vt cauſas cognoſcat, ſentẽtiam ferat, delicta puniat, caſus reſeruet indulgentias concedat, al quos excommunicationi, ſuſpenſioni, & interdicto ſubiiciat, & alia huiuſmodi agat, nõ tamen quæ ſunt ordinis ut dictũ eſt, demandare valet, etiamſi conſuetudo extaret vt Abbates vel Vicarii nõ ſacratas eccleſias cõſecrarent, nã hic vſua abuſus potius, & irrationabilis cõſuetudo diceretur. Proinde ex cõmuni DD. ſententia, quando eccleſia eſt conſecrata, ceſſante priuilegio ſolus Epiſcopus, vel alius Epiſcopali dignitate fulgens, cui ipſe vices ſuas commiſerit, reconciliare poteſt. Dixi ceſſante priuilegio, quia hoc ſimplici ſacerdoti à ſummo Pontifice commit ti valet, aqua. tamen vt multis placet, prius p proprium Epiſcopum benedicta. Et cum per Apoſtolicam Sedem quibuſdam religioſis ordinibus indultum ſit vt in ſuis locis eccleſias, altaria, vaſa, & huiuſmodi conſecrare eis liceat, credere dictũ priuilegium ad eccleſiæ reconciliationem extendendũ eſſe, tùm quia plus eſt conſecrare quàm reconciliare, & plus id quod minus eſt cõtinet. *c. cui licet de reg. Iur. in 6.* tùm quia priuilegia Principis lariſſime interpretãda ſunt. *c. abbate. de priuileg. c. ad ia. eodem tit. de reg. Iu. in 6.* Atque ita Mediolani in eccleſia Sancti Simpliciani reſolutum eſſe refert. *Riccius l. c. reſol. 259.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. reſpondendo ſic eam reſoluendam cenſeo, quod licet vtiliſſimum ſit vt quiſq. in propriam parochiam conueniat, vt ibi audiat Parochum dies feſtos, ieiunia quæ in hebdomada ſeruari debẽt, ac matrimonia, quæ celebranda ſunt indicentem; & vt cognoſcat qui nam excommunicati publice in templo denuntientur, quos eum euitare oporteat, & alia huiuſmodi; vt proinde multi Doctores moti authoritate. *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 4.* vbi Epiſcopis mandatur, vt populũ diligenter moneat, ſenſerint, teneri vnũ quẽq. parochiæ ſuæ intereſſe, vbi commode id fieri poteſt, ad audiendum verbum Dei: hæc tamen Concilij diſpoſitio ſine pœnis, ac mulctis intelligenda eſt; ſicut ſacra Congregatio eiuſdẽ Concilij in hæc verba declarauit, Ordinarius non poteſt per hoc cõcilium mulctis ac pœnis, etiam in caſu notabilis negligentiæ, aut contumacię, cogere populum ad audiendam miſſam, & ſacram concionem in eccleſia parochiali. *teſte Barboſa in remiſſ. in d. c. 4. Iugolo de officio Parochi l. 3. c. 9. Azor. p. 1. l. 7. c. 6. q. 6. Filliuc. tr. 5. c. 7. q. 4. Zerula in Praxi Epiſc. in v. prædicatio. § 4. & p. 2. v. Parochia.* Vñ præceptũ audiendi miſſam à quolibet adimpletur, quæcũq. in loco ſacrum audiatur, ſiue in parochia, ſiue in religioſorum templis, ſiue in priuatis Oratorijs, modo ſit de illis perſonis, quæ in ſolitis licentiis comprehenduntur, quæ per Apoſtolicam ſedem conceduntur: nam eadem Sacra Congregatio aperuit, huiuſmodi facultates non niſi cum illa clauſula impertiendas eſſe, ſaluo iure, & ſine præiudicio eccleſiæ parochialis. Quod præiudicium in his intelligitur, quæ ad ſacramentorum adminiſtrationem ſpectant, nempe vt in die Paſcharis Reſurrectionis in propria parochia, ſacroſanctam Euchariſtiam ſumant, & quod ad alia quę ipſi parochię de iure debentur. *Molfeſ. tr. 3. c. 17. num. 70. & 73.* Aliunde tamen fieri poteſt vt quis peccet non audiendo miſſam in propria parochia, vt ſi quis ex contemptu audire nolit, aut quando Parochus ea declarat, quæ Parochiani ſcire tenentur, vt ex communi ait *Bonac. de ſacr. diſp. 4. q. vlt. par. 12. num. 4.*

Porro abſque dubio ei licuit in ſynodo ſtatuere

re-

Digitized by Google

re, vt Canonici in eccleſia ſua ſtatis diebus reſiderent; cum Epiſcopus ad retinendum in diſciplina clerum poſſit in Diœceſana ſynodo conſtitutiones condere, prout ei viſum fuerit. *Azor. par. 2. l. 3. c. 47. q. vlt.* Quæ quidem ſtatuta cum conſilio capituli ſui facere tenetur, nam ſuper eccleſiæ ſtatu ſine eo aliquid ſtatuere ei integrum non eſt. *c. Epiſcopus diſt. 24. c. quanto. de his quæ fiunt à prælato ſine conſenſu cap. Fel. & Dec. in c. cum omnes. de conſt. Abb. in c. ad audientiam. de cler. non reſid.* vbi etiam hoc limitant in caſu quo Epiſcopus vellet conſuetudinem ſup defectum reſidentiæ canonicorum tollere, nam ſi eccleſia valde miniſtris indigeret, ei fas eſſet huiuſmodi abuſum per ſtatutum abſque capituli conſenſu extirpare. *Barboſa p. 3. Alleg. 93. num. 25.*

IV. Q. RESOLVTIO.

AD illud vero quod quærebatur, an Epiſcopus ſub cenſuræ ſuſpenſionis pœna præcipere potuerit ne regulares pœnitentiæ ſacramentum, nec alia ægrotis pœnitentibus, quorum confeſſiones dum ſani erant, audire ſolebant adminiſtrare valeant, dico de iure communi id ei licuiſſe per *c. omnis. vbi DD. ext. de pœnit. & remiſſ. & in clem. 1. de priuileg.* nihilominus regulares pœnitentiæ ſacramentum ex Pontificiis priuilegiis non ſolum ſanis, ſed etiam infirmis generaliter adminiſtrare poſſunt, vt in decreto ſacræ Cõgregationis Regularium ſtatuitur cuius verba ſunt.

Non debent Ordinarij impedire regulares approbatos ad audiendas confeſſiones, quo minus illas audire poſſint in domib. pœnitẽtiũ ęgrotorũ, qñ abeis vocãtur. Verum præcipere poſſunt iidẽ Ordinarii ſub pęna ſuſpẽſionis à facultate audiẽdi cõfeſſiones quod regulares hmõi Parochos infirmorũ de audita confeſſione eadẽ certiores reddant. Alia vero duo ſacramenta ſcilicet Euchariſtiã, & Extremam vnctionem in certis tãtum caſibus regularibus conferre conceditur. vt conſtat ex *Conc. Later. ſub Leone* 20. quod ſic loquitur, Euchariſtiæ vero, & Extremæ vnctionis aliaque eccleſiaſtica ſacramenta illis quorum etiam infirmorũ, ac decedentium confeſſiones audierint, dicentibus proprium ſacerdotẽ illa ſibi denegare, dare nequeãt, niſi denegatio ſine legitima cauſa facta; vicinorũ teſtimonio probata, aut requiſitio coram notario publice facta doceretur. *Nald. v. religioſus. nu. 33.*

Ipſi vero regulares cum infirmorum confeſſiones vigore ſuorum priuilegiorum audierint, iuxta Decretum d. ſacræ Congregationis tenentur Parochum admonere, & fidem ſeu teſtimonium auditæ confeſſionis pro medico relinquere. *Ingolus de off. Paroch. l. 4. c. 17. Piaſeccius in Praxi Epiſcopali p. 2. c. 1. num. 11.* vt etiam ex Pii v. Bulla annotaui in *Comment. de hum. vita ſtat. p. 1. c. 16.*

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. q. dico quod cum per reſeruationem inferiorum manus ligentur, & vbi Papa reſeruando manum apponit, omnia in cõtrarium facta inficiat, beneficii reſeruati collatio per Ordinarium facta erit ipſo iure nulla; & cum ille cui collatum eſt dicatur intruſus, ad omnes fructus reſtituendos à die intruſionis condemnandus erit vt per *Riccium in Praxi reſer. benef. reſol.* 382. Ius enim conferendi penes ſummum Pontificem in vniuerſo mundo reſidet etiã in menſibus quos ipſe Ordinariis conceſſit. *c. cuncta per mundum 9. q. 3. Archid. in c. ſi. 16. q. 7. Menoch. vol. 1. cõſ. 83. Zecchius de benef. c. 2.* Epiſcopis vero hoc ius competit quatenus per ipſum Papam ipſis impertitur qui in ſuis diœceſibus ad minus alternatiua gaudent, nempe per ſex menſes ſi reſident, & per quatuor ſi non reſident. *Vt per Reginald. tr. 3. nu. 235. Garziam p. 5. de benef. c. 1. Molfeſ. tr. 6. c. 6.*

Et quò ad pœnam in quam incidit, dicendum eſt hunc Epiſcopum pœna ſuſpenſionis à diuinis, & interdicti ac ingreſſus eccleſiæ affectum eſſe vt ex Conſt. Pij 4. refert idem. *Riccius l. c. reſol.* 381. his verbis, Beneficia reſeruata per Bullam Pij 4. prohibẽtur conferri per locorum Ordinarios ſub pœnis in dicta Bulla cõtentis, ſcilicet ſuſpẽſionis à diuinis, & interdicti, ac ingreſſus eccleſiæ, quò ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos; quò vero ad alios inferiores etiam ſub excommunicationis, & alijs arbitrio noſtro, & quò ad omnes ſub priuationis facultatis conferendi beneficium eorum menſibus pro tempore vacãtia, pœnis diſtricte præcipimus & inhibemus ne beneficia diſpẽſationi Apoſtolicæ reſeruata, ſeu affecta, quouis prætextu, cauſa, ſeu quæſito colore, cuiquam conferre, ſeu prouidere aut in illis, ſeu eorũ poſſeſſione ſeſe intromittere, quo quo modo audeãt, vel pſumant. *hæc ille. videtur etiam Graff par. 2. conſ. 6. de præben. diff. 2.*

VI. Q. RESOLVTIO.

AD 6. q. reſpondendo illud dicẽdum vr̃ Epm̃ non rectum iudicium tuliſſe, cum Lucium qui ſemel in quodam conuenticulo cuiuſdam hæretici ex curioſitate concionem audiuit, in excommunicationem in Bullam Cœnæ Domini incidiſſe palam declarauit, & ab omnibus vitandũ eſſe pronuntiauit, cum non audiens concionem, ſed hæreticorum libros, & ſcripturas legens, quidquid ſit de peccato mortali, ea cenſura afficiatur.

Nam cum caſuum reſeruatio præſertim in Bulla Cœnæ Dñi quandam pœnæ rationem habeat, quæ eſt odioſa, odia autẽ reſtringi, ſicut fauores

amplia-

Digitized by Google

ampliari conuenit. *c.odia.de reg.Iu.in* 6.ſequitur in reſeruationibus paritatem rationis non eſſe ſpectandam. Vnde in hac materia argumentum à ſimili, vel æquipollenti, vel à maiori minime valet, neq. enim ſequitur, librum hæreticum legens excommunicatione ſummo Pontifici per Bullam cœnæ Domini reſeruata innodatur, ergo & etiã hæreticorũ concionẽ audiens, quamuis hoc ſit illo periculoſius. &c vt ait *Io.Chap.de caſ.reſer.c.6.q.*1. *& Nald.in v.caſus.nu.3.Duard.l.2 can.1.q.*48. (Et ſi aliqui vt *Finel. de caſ.reſer.c.5.n.3.& Flor. p.1.c.1.nu.*30. & alij velint, quidquid ſit reſpectu confeſſariorum, quib. per reſeruationẽ iuriſdictio reſtringitẽ, habita rõne pœnitentiũ eſſe fauorabilẽ, cũ aliorum fauore ſeruatio ſit inducta.) Bene verũ eſt, q in his locis in quibus ſoli catholici commorantur, vt in Italia (vbi Greg.15.in Bulla Incip. *Romani Pontificis* ipſos hæreticos moram trahere vel habitare prohibuit) pro credente; vel ſaltem vehementer de hæreſi ſuſpectus Lucius, qui aliàs catholicus vir ſemper eſt habitus, præſumeretur, etiam ſi ſemel tantum hæreticorum conuenticula adiuiſſet, & ibi concionẽ audiuiſſet, niſi Epiſcopo, vel Inquiſitori denuntiaſſet &c. vt docet *Azor.p.*1.*l.8.c.15.q.1.Farinac.de hæreſi q* 182.§.8.*nu*.120. *Pegna in comment.75.ad par.2. Direct. Inquiſit. Duard in commẽt.in Bulla Cœnæ Domini.l.2.can.1.q.26.Sanctarell.de hæreſ.c.8.dub.1.n.3.* Vbi refert in quodam Decreto à Paulo V.catholicis non licere hæreticorum templa adire, nec eorum concionibus intereſſe. Proinde vigilare, & memor eſſe debet Epiſcopus inter alias diligẽtias, Inquirere debere, ſuper occulta laicorum conuenticula, quæ illicita præſumuntur ex. *Marſcard de Probat. concl* 450. Et ex quibus ſæpe hæreſes ortæ ſunt vt per *Marc.Ant.Gen.in Man.Paſt.c.86.*

Monita, & Documenta.

ALiquando ergo Prælati excedere dicuntur, & in titulum de exceſſibus Prælatorum incidere, dum facultates ſuas egrediuntur, & poteſtate ſibi collata in animarum deſtructionẽ non ædificationẽ vtuntur, nõ expendentes illud, *Greg. hom.9.in Euangelia.* Dum augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum, tanto ergo eſſe humilior, atque ad ſeruiendũ Deo promptior quiſq. debet ex munere, quanto ſe obligationem conſpicit in reddenda ratione. Nec attendentes quod admonet, *Innocentius* 4 *in c.non ſolum.de reg.l* 6.

Licet zelum animarum habentes eas lucrari Domino ſollicite cupiatis, quia tamen decet, & expedit vt conſcientiæ puritati nõ deſit iudicium rationis, ne vnde ſpiritualis profectus quæritur, ſalutis diſpendiũ ſubſequatũ, vobis de fratrum, &c.

Sane in rebus agendis, & in adiutorium Epiſcopalis muneris, vt à prudentiæ tramite non deflectãt Prælati, peritorum, & Capituli ſui conſilio vti debent. Nam ſicut Papa totius eccleſię, & omnium Paſtorum caput, ordinaria vtens poteſtate, Cardinaliũ qui Coadiutores eius ſunt, cõſilium, ſeu conſenſum pro rerum conditione, & grauitate requirere ſolet: ſic Epiſcopus ſecundum rerum varietatem, quæ decernendæ ſunt, & in ſynodalibus præcipue conſtitutionibus ſanciẽdis inſigniorum Theologorum, ſeu Iuris peritorum, & ſui Capituli conſilium, & conſenſum adhibere debet *c. Epiſcopus. diſt.24.c.4.de his quæ fiunt à Prælat. Franciſcus in d.Praxi Epiſcopali p.2.c.2.Suarez.l.4.de legib.c.5.Salas l.5.ſect.7. Vaſquez.diſp.*153. Nã licet Epiſcopus præſtare cognitione alijs, qui in clero ſunt præſumatur, Canones tamẽ adegerunt vt res cum ſuis Cõſiliariis communicet, ſiquidem ibi ſalus vbi multa cõſilia. *Prou.c.11.* Et ſyncerius eſt iudicium, quod pluſimorũ ſententijs comprobatur. *c.prudentiam. ext. de officio deleg. Ancharan. cõſ.*157. Hac cauſa propter multitudinem Sapientum, qui Cæſari, ac Principi aſtare ſolent, in iure non errat. *Bald.conſ.*129.*Caſtrenſ.conſ.*164.*Tuſ. v.conſilium.concl.*764. Hinc notat Angelus. & *alii not.in Inſt.Ciuil.*§.1.*tit.de codicil.* quod licet Imperator dicatur habere omnia iura in ſcrinio pectoris, quando tamen aliquid ſtatuere vult, prudentes, ac ſapiẽtes Iuriſperitos conuocare debet, & ab eis conſilium petere, & non ex ſuo capite nouas cõſtitutiones condere. Nã qui imperij clauum moderatur, cæteriſque præeſt, & dominatur, quin maximam curarum molem ſuſtineat, nequaquam dubitari poteſt, ideo recte ſenſerunt, qui ſummæ poteſtati alios in curarum partem, & regiminis ſollicitudinẽ adiungendos exiſtimarunt.

Certe Hieronem Siciliæ Regem ſolã hanc ob cauſam interfectum fuiſſe ferunt quod recte monentium conſilia contemneret, Senatus auctoritatem peſundaret, leges quas vellet conderet, & pro ſua libine violaret. *Ioannes Choch.in Theſau. Polit.l.2.c.23.*

Conſiliarij quales eſſe debeant.

POrro Conſiliarii quibus Epiſcopus vti debet, non ſolum eruditos, ſed probos, ſtudioſos, ac veritatis amantes eſſe oportet, qui omni metu, ac prauo affectu excuſſo, libere pariter, ac modeſte in conſilio ſenĉtiam ſuam promant. Cum vt plurimum viri in ſummo gradu cõſtituti tribus precioſis rebus carere ſoleant, nempe. Primo amicis, cum omnes æquales non habeant, & malint (ſed male) timeri quàm amari. Secundo aurora quia cum ſomnum in multam ſere lucem producant, ipſam

ipſam auroram, vel primum diei lucem, qua nihil ad aĩ; & corporis ſenſus recreandos eſt aptius, raro aſpiciunt. Tertio veritate, quãdo quidem ipſorũ aulæ aſſentatorũ plenę ſunt, ita vt ab eis (quod maxime dolendum eſt) exulet. Hinc Franciſcus I. Galliæ Rex ceruum in venatione inſecutus, à nocte oppreſſus, pauperis ruſtici tugurium ſubiit, & pro præſenti copia, à patre familias acceptus, peracta cœna, quid homines paſſim de Rege dicerẽt, cum interrogauit: at ruſticus, Rex, inquit, bonus admodum Princeps eſſe perhibetur, in eo tamen vehementer peccat, quod domeſtici nullius pretij hominibus rerum fere omnium curam cõmittit, ex quo fit, vt pleraque maximi momenti negotia parum recte, & feliciter procedant. Ad hæc Rex tunc nihil quidem reſpondit, ſed poſtridie ſuis qui interea vndique aduolauerant. Ex quo dixit, tempore vobis miniſtris vſus ſum, ne vnum quidem verum verbũ de rebus ad perſonã meam, & ſtatus mei regimen pertinentibus audire mihi contigit præterquam externo veſperi. *Scholia Alles in embl. Alciati.* 35. Veritas filia temporis olim habita promptam ſui obedientiam requirit. Vnde & Petrus Aldrobandinus Cardinalis rogatus cuius rei iucundiſſimus nũtius Principi afferri poſſet, reſpondit veritatis, at nihil infelicius, dicebat in Principum aulis, quàm quod eis veritas occultetur. *Beyrlin. in Apoph. chriſt. v. veritas. Catel. Cotta in v. Princeps.* An autem Eps ſicut in ſpiritualibus negotijs peragendis Sapientum conſilia, ut dictum eſt requirere tenetur, illa etiam iure ſequi, & amplecti cogatur? dicẽdum eſt in interiori foro illũ ſæpe ad ea ſequenda teneri, non quidem præciſe, quia ſibi ſint à maiori parte, vel ab hoc aut ab illo propoſita, ſed quia ipſe animo ita iudicat, & iudicare debet, demiſſo quouis priuato affectu bona communi noxio; Deo ita animum ſuum ducente, qui omnium rerũ arbiter eſt. Cum enim finis petendi conſilij ille ſit, vt inde quis melius inſtruatur, & veritas ei plenius aperiatur, illũ vtique finem aſſequi nequit, qui data conſilia reſpuit. Nec nouũ eſt apud Doctores, vt multa ſint in humanis actionibus, quæ aliter in foro Poli, aliter ex iudiciarijs legibus diffinienda ſint; ex quarum regulis ea eſt natura conſilii vt quamuis ad deliberandum excitet, non tamen ad ſequendum obliget. *vt per Syl. in v. in conſilia Barb. de Epiſcopo Alleg. 77. nu. 31. & Gabrielem Paleot. de ſacri Conſiſt. conſul. p. 1. q. 3. Gonz. ad reg. 8. cancel. gloſ. 46. num. 74. Sanchez lib. 6. de præceptis. c. 8. n. 82. Sanctarellum de apoſtaſia. c. 2. dub. 1. nu. 9.* Qui duo poſtremi obſeruant, quod etiam nos aliàs aduertimus, quod & ſi ordinarie loquendo qui tenetur conſilium petere, ad illud ſequendum obligatus non ſit, excipitur tamen quando ab alio tanquam à Collega, & officij participe poſtulandum eſt. vt docet *Nauar. conſ. 9. de Conſt. & Roder. tom. 3. qq. reg. q. 17. art. 7.*

QVÆSTIO. XXVIII.

An res ſacras extra eccleſiã furans, & rẽ habẽs cum Tertiaria votum caſtitatis habente committat ſacrilegium ab Epiſcopo reſeruatũ. An legatũ 500. aureorũ factũ fœminę ſi in religionẽ ingrediat, & mille ſi in ſęculo nubat, illa 500. et debeãtur ſi Tertiaria S. Franciſci fiat. Et q d ſi efficiatur poſtmodũ monialis, an diſpenſare poſſit, vt illos 500. aureos tanquam annuum redditum retinere poſſit. Vtrum Epiſcopus diſpenſare poſſit vt Parochus non ieiunus ad communicandũ infirmum celebret. Acquiſitum à clerico ex ludo literario, & ex artificio conficiendi ſericum ex bombycibus ad cameram Apoſtolicam ſpectet. Chorea in diebus feſtis nunquid ſub pœna interdicti ruſticis ab Epiſcopo prohiberi poſſint. Exigens vectigalia ab eccleſiaſticis vel ſponte dantibus an incurrat excõmunicationẽ, à qua Epiſcopus abſoluere valeat. An cum aromatario diſpenſare, vt ad ordines aſcendere poſſit, qui legitimis, & purgatis pharmacis non eſt vſus, & cũ eo qui tempore Sixti V. cum falſis dimiſſorijs, ſui Ordinarij fuit ordinatus.

GRegorius Epiſcopus cum ſacrilegium, ideſt (vt declarauit) furtũ rei ſacræ, & fornicationem cum perſona Deo dicata ſibi reſeruaſſet, Diomedes pixidem, calicem, & reliquiarium à Blaſio, cui Cathedralis Eccleſiæ Æditus, vel Sacriſta ea reficienda dederat, clam ſuſtulit, & 20. aureos Montis pietatis furatus eſt: & cum Euphemia tertij ordinis D. Franciſci, & caſtitatis votum habente; vim ei inferendo, rem habuit. Secundo cum eidem fœminæ Andreas eius patruus mille ſi in ſęculo nuberet, & 500. ſi religionẽ ingrederetur, legaſſet; hoc 2m legatum. i. 500. ipſe Eps ei adiudicauit, & cum poſtmodum monialis effecta fuerit, diſpenſauit vt illud legatum tãquam annuum reditum ſibi retineat. Tertio diſpenſauit vt Euſebius Parochus nõ ieiunus ad viaticum præbendum infirmo, in mortis articulo cõſtituto, celebraret, & ſacramentũ cõficeret. Quarto cum ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis in ſynodalibus conſtitutionibus prohibuiſſet, ne quis ſuorũ clericorum, & ſacerdotum, literarium ludũ abſq. eius licentia, tàm in vrbe quàm in diœceſi, prius fidei profeſſione emiſſa, aperire poſſet; & pariter ne quiſpiam eorum ſub eadem pœna negotiationem exercere auderet; Philippum animarum Curatorem, qui abſq. prædicta facultate per tres an-

nos

nos grammaticam in diæceſi docuit, & ex bombycib. famulæ ſuæ opera ſericũ ſemel confecit, cum ingenti lucro vendidit, ſuſpenſum declarauit, & quidquid tàm ex literario ludo, quàm ex hoc artificio acquiſiuit, tanquam ſpolium ad Apoſtolicum Fiſcũ pertinere pronunciauit. Quinto ſub pœna interdicti ab eccleſia, ſanxit vt nec in vrbe, nec in diæceſi choreæ, vel ſaltationes publicæ, vel priuatim agãtur, vnde quoſdã ruſticos, qui his iuſſis, & edictis feſtis dieb. non obtẽperarũt, ab ipſo eccleſiæ ingreſſu arceri præcepit, ac etiã Parochũ, qui in die feſto relicto tamẽ ſubſtituto, abſq; Epi venia abfuit, excõicauit. Sexto cum Stephanus clericus quaſdam merces pro ſuo vſu in vrbem deferret, Nicolaus vectigalium exactor, tributum ab eo ſponte dante accepit, & cum eius Confeſſarius Paſchatis tempore, illum in excommunicationem incidiſſe dixiſſet, ac proinde abſolutionis beneficium denegaſſet, Epiſcopus vt ab ea abſolueretur, ei facultatem impertiuit. Necnon cum Iacobo aromatario, qui corruptis pharmacis eſt vſus, diſpenſauit, vt ordines ſuſcipere poſſit. Item cum alio clerico, qui falſis dimiſſorijs eſt ordine initiatus. Quæritur quid iuris in his ſeptem quæſtionibus ſtatuendum ſit.

SVPPOSITVM, & præuia inſpectio.

PRo harum propoſitarum quæſtionum reſolutione, pro baſi, & fundamento ſupponendũ videtur, communiter dici, ſacrilegium eſſe rei ſacræ vt ſacra eſt violationem, & irreuerẽtiam; per eam.n. indigna rei ſacræ tractatione Deo iniuria infertur, cum rem ſacram violate nihil aliud ſit quàm aliquid ei cultui repugnans agere, ad quam res eſt deſtinata, vt colligitur. ex D. *Thom. 2. 2. q. 99. art. 1. 2. & 3.* Vbi tres ſacrilegij ſpecies conſtituit.

Prima Species ſacrilegij.

PRima eſt qua perſona violatur. Secunda qua locus. Tertia qua res aliæ. Ad 1. ſpeciem pertinet clerici percuſſio, & fornicario ordine ſacro initiati, religioſi, & religioſæ, & cuiuslibet ẽt caſtitatis votũ habentis, nam hoc ipſo q̃ quis aliquem virtutis actum nouet, ipſa voti lege, atq; adeo iure diuino, per id quod eſt promiſſum ad exhibẽdũ Deo cultum conſecratur. Atq. huc nõnulli referũt ſeculares contractus, & negotiationes quibus illicite clerici, vel monachi implicantur.

Ad eãdem etiam ſpeciem verberatio perſonæ ſacræ, & eccleſiaſticæ ſpectat. Item exactio gabellarum, & tributorum à talibus eccleſiaſticis perſonis, earundem ad ſeculare tribunal pertractio, ſiquidem eccleſia in ſacri ſtatus reuerentia illas ab his immunes eſſe voluit, & in hac immunitate ſeruãda Deum in illis per ſeculares honorari, quod merito facere potuit. Huc ẽt refertur ablatio rerum, quas tales perſonæ titulo eccleſiaſtico poſſident.

Secunda Species.

IN ſecundo ſacrilegij genere continẽtur in primis profanæ actiones in templis, quæ diuinũ cultum lædunt, ad quem locus ſacer eſt deſtinatus, ut clamores, & nũdinationes, impiæ cantiones, & alia vitia, quæ peculiarem fœditatẽ inuoluunt, vt effuſio ſanguinis, ſeminis, & furtum, necnon abſtractio perſonę ex loco ſacro, ad quem tãquam ad aſylum confugit, excommunicati, vel infidelis ſepultura. &c. & horũ ratio eſt quia per immunitatẽ ſacri loci abhuiuſmodi eccleſia vult Deo cultum tribui. *c. ſicut antiquitus 17. q. 4. c. decet. de immunit. eccl. lib. 6.*

Tertia Species.

IN Tertia ſacrilegij ſpecie ea includuntur peccata, quibus aliæ res ſacræ cõtaminantur. Dicuntur autem aliæ res ſacræ, vel quia ſanctitatem efficiunt, vt ſacramenta: vel quia rebus ſacris administrandis ſunt inſtrumenta, ut uaſa ſacra, & ueſtes ſacræ, & ornamenta; uel quia ea repreſentant, vt Chriſti, ac ſanctorum imagines, vel etiam quia ſunt ſacrorum particulæ, vt reliquiæ: ſeu ſacrarum actionum menſura, vt dies feſti; vel denique quia ad ſacrorum miniſtrorum ſuſtẽtationem ſunt dedicata, vt eccleſiaſtica bona, & primitiarum, vel decimarum ſubſidium &c. Et ratio eſt clara, nã ſi hæc violentur, ac lædantur, contra eum cultum fit ad quem huiuſmodi res deputatæ ſunt: ſiquidem ex generali principio, cum dubitatur an in vſu alicuius rei ſacræ ſacrilegium committatur necne inſpiciendum eſt, an id quod fit cum eo cultu pugnet, ad quem res eſt deſtinata. *Valentia. 3. par. d 6. q. 15. p. 1. Azor. p. 1. l. 9. c. 27. Tuſchus. in v. ſacrilegium. concl. 6. Tholoſ in ſyntag. iur par. 3. l. 33. c. 14. Reginald l. 19 c. 4. n. 55. Leſſius l. 2. c. 45. dub. 3. Filliuc. tom. 2. tr. 24. c. 9. Bonacin. tom. 2. d. 3. q. 6 pun. vlt. Molfeſ. tract. 11. c. 7. num. 17.*

I. Q. RESOLVTIO, & prima Aſſertio.

AD 1. q. reſpondendo dico Primo, Diomedẽ, qui calicem ſacratum, pixidem, & vas argenteum, in quo reliquiæ poni ſolent, apud aurificem

ſiccum furto abſtulit, ſacrilegium perpetraſſe, ac ꝓinde in caſum reſeruatum incidiſſe; ſacrilegium enim vel ſacrilegus tribus modis ſecundum ius canonicum proprie dicitur, videlicet cum ſacrũ de ſacro loco, vel ſacrum de non ſacro, vel non ſacrũ de ſacro auſertur. *c. quiſquis. c. ſacrilegiũ.* 17. *q.* 4. Ideo ẽt in foro externo ſacrilegium ex diſpoſitione Iuris Canonici, nõ autẽ legum ciuilium, ex communi conſuetudine, & praxi attendi ſolet. Siquidẽ ex Iure Ciuili ad hoc vt ſacrilegium proprie committi dicatur duo requiruntur. Primo q̃ res ablata ſit ſacra. Secundo quod de loco ſacro ſubtrahatur. Hinc elegãter dicit. *Bal. in l. ſi nõdum C. de furtis. & ſeruo corrupto.* quẽ omnes communiter loquuntur, vt *Clarus in* §. *ſacrilegium.* & ibi *Additio Tuſch. l. c. Menochius de arbit. Iud. lib.* 2 *cẽt.* 3. *caſu* 389. quod ſi ſtatutum à laicis conditũ de pœna ſacrilegii mentionem faciat, ſecundum Imperatorias leges intelligendum eſt, à quibus authoritatem recipit, ac propterea vt pœna locũ habeat, illa duo copulatiue exigi. Secus ſi Conſtitutio, vel Edictum ab Epiſcopo emanaret, quia alterum prędictorum ſufficeret, quod menti tenẽdum eſſe admonent. *Reginald. l. c. num.* 50 & alii.

Qua ratione probabilis quoq. videtur illa ſequentia, quæ tenet ſacrilegium ab eo cõmitti, qui in eccleſia furatur, ſiue res ſit ſacra, ſiue ibi ſub cuſtodia poſita ſit ſiue non. per *d. c. quiſquis.* quod abſolute, & indiſtincte loquitur. Idq. eo magis q̃ in fauorem immunitatis eccleſiæ vergit quæ fauorabilis eſt, & per conſequens extendenda. *Tuſch. v. fauendum eccleſię concl.* 87. licet furibus ſit odioſa. *Bonac. l. c. nu.* 17. contra authores ibi allegatos. *& Vald. in v. furtum, & v. ſacrilegium & Zerul. in praxi pœnit. c.* 12. *q.* 17. *Fagundez. de præceptis eccleſ. pbr.* 2. *l.* 4 *num.* 9.

II. ASSERTIO.

SEcundo dico Diomedem quatenus è Monte pietatis 20. aureos furto abſtulit, à caſu reſeruato ſacrilegii immunem eſſe, ſiquidem rem illã non de loco ſacro, ſed potius pio abſtuliſſe dicitur. *c. omnes* 14. *q.* 4 *& c. qui rapit. eodem loco.*

Nec non à cenſura excommunicationis excuſabitũ, quę lata eſt à Paulo V. in Cõſt. Incip. *Onerosa*, tantum enim furibus comparat, ac eorum pœnis, imo maioribus, nempe excommunicationi ſedi Apoſtolicæ reſeruatę ſubdi ſtatuit Officiales, & Præſides Montium Pietatis ſtatus eccleſiaſtici, qui eorum pecuniis in alios quàm in pauperum vſus diſponunt, ac cõuertunt. *vt per Nald. v. furtum. num.* 13. *& Cherub. in Compẽd. Bullarij. Conſtit.* 82. *Pauli V.*

III ASSERTIO.

QVod vero ad illud q̃ſtionis caput ſpectat, mihi tertio loco dicendum vr̃ Diomedẽ, ſacrilegii reſeruatione affici: cum ſacrilegium quatenus eſt luxuriæ ſpecies ſit illicitus concubitus cum perſona Deo dicata per caſtitatis votum, ſiue ſit ſolẽne, ſiue ſimplex: pręſertim cũ vt aliqui probabiliter ſentiunt, votum ſimplex & ſolemne ſint eiuſdem ſpeciei, & tantummodo, vt aiunt, accidẽtaliter differant. *Sanchez. de mat. l.* 7 *c.* 27 *nu.* 18. Vnde etiam Iuriſtæ de criminibus agentes volũt eũ qui carnaliter cognoſcit aliq̃ ex ſororib. tertij ordinis (quas vulgus Beatas vocat) eadẽ pęna plectí debere, ac ſi cum moniali turpem rem habuiſſet. *vt per Farinac. de delictis carnis. q.* 146. §. *ſacrilegium. num.* 19. vbi multos allegat. Et huiuſmodi fęminas gaudere priuilegio Canonis *ſi quis ſuadente Diabolo.* 17. *q.* 4. vt ſcilicet modo in cõi ſimul viuãt, ſi qs in eas violẽtas manus miecerit in excommunicationem incidat, vt ſcribit. *Felyn. in c. dilecta. ext. de maior & obed. & in c. nullus. de foro cõpet. Rota Rom. in antiquis. Deciſ.* 332. *Graſſius l.* 2. *Deciſ. c.* 49. *num.* 26 Et ſi alia ratione votum hunc ſtatum aſſumendi proprie nõ ſit ſtatus religionis, vt proinde ab Epiſcopo diſpẽſari q̃at, ſecundum *Soc. l.* 7. *de iuſt. & Iu. q.* 5. *art.* 3. *Chap. de caſ. reſer. c.* 4. *diffic.* 14. *Cand. aur. de voto. c.* 14. *num.* 44. *arg. Sanchez. l.* 2. *de mat. diſp.* 18.

Porro Euphemiam non ſolum à caſus reſeruatione, ſed etiam à culpa immunem eſſe ex eo facile conſtat, quod per uim ſit compreſſa, ac violata, atex generalib. principiis præciſe, ſiue abſolute coacti, qui videlicet nihil ſecũdum proprium motum conferunt, non peccant, neque puniuntur vt qui potius pati quam agere videãtur. *l. vim paſſam ff. de adult. l. fœdiſſimã. C. eodem. & in ſumma* 15. *q.* 1. vbi habetur, mulieri vim paſſæ nil eſſe imputãdum; ſicut etiam lex Moſaica ſãxit. *Deut.* 22. Et per conſequens neceſſario fatendum eſt, talem fœminam ſi virgo ſit, virginitatem non amittere, quia vt B. Lucia aiebat, Non inquinatur corpus niſi de conſenſu mentis, prout etiam de Lucretia Romana refert D. Auguſt. *lib.* 5. *de Ciuit. Dei c.* 20. Vnde etiam dicit ex D. Thoma. *Syluest. in v. virginitas, quem ſequitur Pet. Nau. l.* 1. *de reſtit. c.* 3. *num.* 105. *Corrad. in reſp. caſ. conſ. q.* 259. *& ſeq. & Leſſ. l.* 4. *c.* 2. *dub.* 16. *Tiraq. de temp. pœnis cauſa* 36. quod mulieres violenter cognitæ virginitatẽ ipſam non perdunt, ſi quantum poſſunt renitãtur vt corpus à corruptione conſeruent, vel ſaltẽ mentem à conſenſu coerceant. &c.

Digitized by Google

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2.q. ex principijs ante præmiſſis colligitur reſponſio, Epm recte. 500. aureorum legatum adiudicaſſe, ſiquidem ſi relinquantur nubēti in ſeculo mille, 500. ſi religionem ingrediatur in vtroque foro deberi, etiamſi puella, vt aiunt, efficiatur Tertiaria D. Franciſci, de communi teſtans reſoluit *Carolus Graſſus de effect. clericat. in Pralud. nu. 405.* Summa enim eſt ratio, quæ eccleſiæ, & religioni fauet, *l. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſumpt. fun. Tuſch. in v. religioni fauēdū.* Quādoquidem in illa tam agitata, & controuerſa quæſtione, An ſi legatum ſit ſub hac forma relictum, lego tibi mille ſi nubas, centum vero ſi religionem ingrediaris, an mille monaſterio debeantur, &c. ſemper attendendū cenſui an in odium religionis, & quaſi in pœnam, ne talem ſtatum aſſumat, id à teſtatore ſit factum, vel potius habita ratione ad loci, vel prouinciæ conſuetudinē, quæ fere vniuerſalis eſt, & vbique pene viget, & ad dotis quantitatem, quæ tàm matrimonium contrahenti, quam religionē ingredienti dari ſolet, nam multo vberior, & pinguior eſſe ſolet, quæ in ſeculo nubenti quàm in Domino, aſſignatur, & primo caſu priorem opinionem amplecti poterimus, vt mille dentur tanquam quod in pœnam ipſius teſtatoris hoc cedat. In ſecundo vero caſu à teſtatoris voluntate, Iudicis, & boni viri arbitrio, non recedendum puto, *vt per Barboſ. de Epiſcopo p. 3. Alleg. 83. num. 28. & per nos ſupra tract. 9. q. 26. Et poſt nos Merlinus de legitima l. 3. tit. 1. q. 11. nu 8.* ubi *ex Rota p. 2. Deciſ. 48 2.* & alijs multis ait hāc ſnīam æquitate ac conſuetudine probatam eſſe.

Conſectarium Quæſtionis.

QVò vero ad illud caput an ſi monaſteriū ingreſſa fuerit, & ſanctimonialis ſit facta, Eps diſpenſare potuerit vt illam pecuniam tanquam annuum redditum, vel cēſum ſibi retinere poſſit dico quod licet religioſus, vel religioſa poſt votiuam profeſſionem emiſſam, nil proprium habere queat, *c. non dicatis 12. q. 1. c. cum ad monaſterium ext. de ſtatu monach. Conc. Trid. ſeſſ. 25 de regul. c. 2.* Per quæ iura ſacra Card. Congregatio cēſuit regulares vtriuſque ſexus propria peculia tenere non poſſe, ſed omnia ſuis Superioribus ac Præfectis conſignare, à quib. primum eorum quib. deſtinata ſunt neceſſitatibus ſubueniatur, reliquum vero in monaſterii vſum cōuertatur, nihilominus reſoluendum eſt, Epiſcopum hoc concedere poſſe dummodo ex debita obedentia Præfectæ in communi arca retineāt penes Depoſitariam, & parata ſint ad Superioris libitum dimittere, *Sāch. tom. 2. in præcept. Decal. l. 7. c. 17. nu. 28 Miranda de Monial. q. 9. Barb. p. 3. Alleg. 103.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3.q. negatiue reſpondetur, nempe non integrum fuiſſe Gregorio Epiſcopo diſpenſare vt Euſebius Parochus non ieiunus ad communicandum ægrotum celebrare, ac ſacramentum conficere poſſet. Et ratio eſt quia vniuerſalis eccleſiæ conſuetudo reſpectu ſacerdotum cōficientium, & hoc ſacramentum miniſtrantiū, ita præceptum, de ſeruando ieiunio ante communionem interpretatur. Secundo quod hoc præceptum non minus ſit graue, quàm alia quæ ad ritum in hoc ſacramento conficiendo ſeruandum pertinent, vt eſt præceptum in azimo conſecrandi, aut cum ſacris veſtibus celebrandi, &c. hæc autē vt ægro etiam in extremis laboranti viaticum præbeatur prætermittenda nō ſunt. Tertio hoc ſacramentum inter cætera ſicut maioris eſt dignitatis, ita non tantæ neceſſitatis cenſetur, ergo in ſimili euentu maior eſt habenda ratio reuerentiæ, quæ huic ſacramento debetur, quàm qualiſcūq. neceſſitatis, qua proximus vrgeatur; cum ſacerdos ex parte ſua illud miniſtrare non teneatur, niſi qn̄ cum debito exteriori cultu, & ſeruato conuenienti ritu ab eccleſia præſcripto, dare poteſt: in quo caſu illud D. Auguſtini monitum locum habere poteſt, Crede, & mãducaſti. *c. vt quid. de conſ. diſt. 2. Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 8. vt per Sot. in 4. ſent. diſt. 12. q. 1 art. 8. Suar. tom. 3. diſp 68 ſect. 1. Barthol. ab Aug. de euch. dial. 4. § 308 Val. tom. 4. diſp. 1. q. 8. punct. 3. Coninch. q. 80. art. 8 nu. 73. Bonac. de ſacram. diſp. 4. q. 6. pun. 2. num. 24.* Proinde cum hoc ſit vniuerſale totius eccleſiæ præceptum, & nulla authoritate, vel conſuetudine Epiſcopis in illo diſpenſandi facultas ſit tributa, cum inferior legem ſuperioris tollere non poſſit, hæc opinio tāquam probabilior, communior, & in praxi receptior, teneri debet, vt etiā reſoluit. *Io. Chap. in tract. de adminiſt. ſacr. temp. poſt. Euch. q. 24.*

Sicut etiam ſacerdoti qui iam ſacrum fecit, non iterum fas eſt ſacrificare, quò ægroto ſacrum viaticum porrigat, etiam ſi euchariſtiæ conſecratio non adſit, nec alius qui celebret, vt tenet. *Palud. in 4. d. 8. q. 2. num. 5. Gabriel. q. 2. art 8. Vict. in ſūma num. 83. Nau. in Man. c. 21. num. 53. Suar. tom. 3. d. 63. ſect. 5. cōtra Maior in 4. d. 8. q. 3. ad 5. Tol. l. 2. c. 3. nu. 7. & alios.* Quorum ſententia vera eſſe poſſet in caſu quo ſacerdos in miſſa purificationē vt aiunt, non ſumpſiſſet. *Squill. de obligat. cler. par. 2. q. 20.*

Non diſſimile exemplum à Doctorib. affertur, videlicet ſi neceſſitas celebrandi vrgeat, ac præmat, vtpote quia dies feſtus adſit, & ratione aliqua Parochum ieiuniū fregiſſe contingat, ſacrum

Digitized by Google

facere non debere; neq.enim ſcandalum prębet,
neq.ei nota vel infamia inuritur, ſi populo pate
faciat, ſe ob id celebrare non poſſe; nam nec popu
lus peccabit, ſi alibi ſacram audire non poterit, nec
ſacerdos ipſe ſi non animaduertens naturæ ieiu-
nium violauit. Quod proculdubio procedit etiã ſi
huius ieiunij fractionis ipſum Parochũ pœniteat:
nã & ſi ei qui ſacrificare debet, & mortifero pec-
cato detinetur, nec Confeſſarii copiam habet, con
tritio ſufficiat, vt habetur in *Conc. Trid. ſeſſ. 13. de
ſacr. Euch c. 7.* in hoc tamẽ caſu adhuc nõ permit
titur, ſiquidem per contritionem ieiunus non red
ditur, cum id quod factum eſt, infectum reddi nõ
poſſit, iuxta illud Agathonis poetę, relati ab *Ariſt.
l. 6. Ethicor. c. 2.*

Hoc etiam ipſe Deus, ſoloq. carere videtur,
Infectũ vt faciat, quod factũ eſt, atq. patrã.
Albertinus de Agnoſcend. aſſert. catholi. q. 20.

Atq. ſic quò ad hanc partem reſoluit etiam
Vgol. de poteſt. Epiſcop p 1. c. 10 §. 1.

IV. Q. RESOLVTIO. & Prima Aſſertio.

AD 4. q. reſpondendo dicimus Primo Greg.
Epiſcopum iure quidẽ in ſynodalibus cõ-
ſtitutionibus prohibere potuiſſe, ne quis ex ſuis
clericis, abſq. eius licentia, & niſi prius facta fidei
profeſſione; literarium ludum aperire, vel gram-
maticam publice docere audeat; ſiquidem eos qui
huiuſmodi munus obire debent, non minus vitæ,
ac pietatis, quàm eruditionis laude ſpectatos eſſe
oportet, nam qui in deligendis conducẽdiſq. lu-
di magiſtris, quorum induſtriæ erudienda iuuen-
tus, & prima puerorum ætas informanda, imbuẽ-
daq. virtutis ſeminibus tradatur, id tantummodò
ſpectant, vt literarum ſcientia fulgeant; hi profe-
cto rem non ſua vi, atque vſu metiri, & parum
communi vtilitati conſulere videntur: à quibus
modeſtiæ, probitatis, & in ſancto Dei timore, cul-
tuq. inſtitutio poſt doctrinæ, ac literarum ſtudia
ponitur. vt ait *Synodus Amerina c.* 954. Vnde q̃a
multæ ſunt in hominum animis latebræ, & ſæpe
innocentiam improbitas, integritatem perfidia,
religionem fraus ementitur. ex *Conc. Trid. autho-
ritate ſeſſ. v de refor. c.* 1. pij ac prudentes Epiſco-
pi ſtatuere ſolent, nemini licere in Ciuitate, ac
Diœceſi ludum aperire, & pueros publice inſtitue-
re, docereq. qui ante eius rei ſcriptam à ſe facul-
tatem non acceperit, fidemq. ſuam ex formula à
S. Romana Eccleſia præſcripta, apud ipſos, vel eo-
rum Vicarios profeſſus non fuerit; & qui ſecus
fecerit arbitrio ſuo, vt meritus videbitur, puniri
conſueuit. *Sanchez. l. 2. de præcept. c. v. num. 4.*

II ASSERTIO.

SEcundo pariter aſſerimus, Epiſcopum iuſte
egiſſe, cum ſub illa cenſura interdixit, ne ſui
clerici, vel ſacerdotes negotiationẽ exercere præ-
ſumant. Habemus enim Pauli Apoſtoli celeberri-
mum affatum. 1. *ad Timoth. ſecundo.* Nemo
militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus, vt
ei placeat cui ſe probauit. Cui ſacrorum Cano-
num authortas accedit, qui clericos ſacris initia-
tos lucri cauſa ſub lethalis culpę reatu negotiari
vetant, vt apud *Gratian. diſt. 88. & toto tit. ne cler.
vel monachi ſecul. negot. ſe immiſc.* Vt propterea
grauiter delinquat Epiſcopus, qui circa vitam, &
honeſtatẽ clericorum, & morum reformationem,
non inuigilat. *Clem. 1. de vita, & honeſt. cler. Conc.
Trid. ſeſſ. 22. de refor. c. 1. Gennenſ. in Man. Prælat.
c. 90.* Excipitur tamen vbi clericus in ſacris conſti-
tutus, vel ſacerdos, vnde ſe commode ſuſtentare
poſſet nõ haberet. tũc enim aliquod artificium ei
permitti poſſet, quò ſuæ, & ſuorum neceſſitatibus
conſuleret, modo tamen illud ratione rerum,
quas conficeret, inhoneſtum, vel illicitum nõ red-
datur; & ea de cauſa ab his quibus ex clericali
officio incũbere tenetur, nõ ſe ſubtrahat. *c. clericus
diſt. 91. Sylueſt. in v. clericus. 3. num. 2. Vgol. de off.
Epiſcopi c. 13.* §. 18. *Additio ad ſummam Bullarij.
Quar. v. vectigal. Gennenſ. in Praxi Neap. c. 77.
Medina de reſt. q. 30. Mol. tom. 2. di. 342. Leſſ. l. 2.
c. 21. dub. 1. Sà v. clericus. nu. 20.*

III. ASSERTIO.

AIuſtitiæ tamen, & prudentiæ tramite deflé-
xiſse hic Ordinarius videtur, cum ex ludo
literario, vel ex artificio bombycum (quod famu-
læ opera exercuit,) acquiſitum, ad cameram Apo-
ſtolicam tanquam ex iniuſta negotiatione perti-
nere declarauit: ſiquidẽ quæ ex huiuſmodi operi-
bus Philippus Parochus comparauit, etiamſi abſq.
Epiſcopi licentia, &c. id egiſſet, ſpolia non cen-
ſentur. cum hodie ex Conſtitutione Pii IV. Incip.
Romanus Pontifex, ſolum illud ad Apoſtolicum
fiſcum ſpectet, quod contra ſacros Canones, & ex
illicita negotiatione acquiſitũ eſt, &c. vt explicat.
*Rodoanus de ſpol cler. q. 1. & 2. Azor. p. 2. l. 8. c. 2. q.
6. Vgol. l. c.* §. 17. Sunt enim ſpolia ea bona à cleri-
cis quibuslibet, etiam religioſis, ratione, & iure ec-
cleſiæ acquiſita, vel ex negotiatione, contra Cano
nicas leges comparata, & poſt obitum relicta, de
ad eorum hæredes futuros, vel in beneficio ſucceſ-
ſores trãſmittantur. *Azor.* ibi *q. 2.* vbi *q. v.* ait, hæ
ſpolia nõ deberi antequam à Pontificiis Collecto-
ribus repetantur, quando in illo loco ſic eſt con-
ſuetu.

Digitized by Google

ſuetudine receptum. *Vgol.* etiā §. 17. *num.* 3. ſimpliciter tenet ex cauſa illicita adepta à clericis, vel eorū ſucceſſoribus retineri poſſe donec & quouſq. priuentur. Addit *Azor. c. 4. q.* 4. conſuetudine fieri poſſe vt bona ex beneficiorum fructibus relicta, ad hæredes clericorum teſtamento, vel ab inteſtato transferantur, vt in pluribus locis viget, *Clarus in* §. *teſtamentū q.* 27. *Reginald l.* 30. *tr.* 3. *nu.* 111. *Vaſquez c.* 1. *de redd. eccleſ.* §. 3. *dub.* 3. *Garzias. par.* 2. *de benef. cap.* 1 *num.* 11. & *Squillantes de oblig. cler. par.* 2. *q.* 4. vbi tradunt, ex generali pene conſuetudine clericos beneficiarios de fructibus beneficii collectis teſtati ſolere, & de his in vſus etiam non pios diſponere, conſanguineis vel non ita pauperibus relinquendo. &c. Cæterū vt notatum eſt. à *Nau. de red. eccleſ. q.* 3. *admonit.* 6 *& Reginald. l. c.* 122. etiamſi talis extaret cōſuetudo, cauere debent eccleſiaſtici ne in cauſas profanas præcipue ad ditādos ſanguine coniunctos diſponant, cum alienū ſit à ratione vt bona iure pauperibus Chriſti debita, conſanguineis iam ſatis diuitib. relinquātur, uel vt ij de induſtria ſinātur illis ſuccedere ab inteſtato. *Burſat. conſ* 226. *Tiraq. de pęnis cauſa* 51. Atq. huc illud Boetii ſpectat,

Quid dignum ſtolidis mentibus imprecerē.
Opes, honores, ambiant,
Vt cum falſa graui mole parauerint,
Tum vera cognoſcant bona.

Cognatorum affectus haud retuſus, auaritię peſtē, vt alibi diximus, non ſolum in clericorum, ſed etiā religioſorum pectora nonnumquā immittit, quæ ad furtū vſq & ſacrilegiū protrupit Quod Palladiū nō latuit eūm *Hiſt. Lauſ. n.* 6. ſcribit, Hæc quoq. eſt vna ſpecies fraudis Diaboli, qui prętextu amoris in cognatos efficit vt naſcatur auaritia. Idq probat exēplo vnius virginis Deo dicate, q̄ ſacrilega, ac auariſſima euaſit, vbi ſororis filiam tanquam filiam propriā maritādam ſuſcepit Et q̄a clerici ſolent aliquando obcæcari, quādo ſuis prodeſſe uolūt. *gloſſ. in c. peruenit.* 1. *q.* 3. *Abb. in c.* 1. *ext. de teſtamentis. Aleiat. de praſump. reg.* 1. *Præſump.* 29. *Brunus conſ.* 114. ideo ad hoc euitandū immēſas donationes conſanguineis pauperibus facere nō debent, ſed illis egentibus moderate ſubuenire. *Abb. in c.* 1. *extr. de cohabit cler. & mulierum. Bellett. de bonis cler.* §. 11.

V. Q. RESOLVTIO.

QVintæ q. talis accommodatur reſolutio, nēpe nimis regoroſum fuiſſe Epiſcopi edictū, & præceptū, quo ſimpliciter, & abſolute chōreas prohibuit, & interdicti cenſura in ruſticos illos tranſgredientes animaduertit. Primo enim choreæ non ſunt tanquam lethalia peccata damnandæ, cum ex ſe illicitæ non ſint, ſed tantum ex mala intentione, vel abuſu, vel probabili piculo libidinis, in aliquo, ſeu ex aliqua circūſtantia, prauitatē hauriant, vt Primo ratione loci prohibiti, ſi in locis ſacris fiāt. Secundo reſpectu tp̄is, vt ſi tpe quo diuina officia peraguntur exerceant. Tertio habita ratione perſonarum, vt ſi à clericis ducantur, quibus iure communi interdictæ ſunt, & nuper à *Conc. Trid. ſeſſ.* 22. *c.* 10. *& ſeſſ.* 24 *c.* 12. Quarto rōne modi ſi impudico, & laſciuo modo fiant, ut ſi fœminę nudis pectorib. prodeant, & in his ducendis corrupta mente ſtringatur manus, & digiti intorqueantur, & huiuſmodi, vt apud *D. Anton.* 2. *tit.* 6. *c.* 6. *Syl. Ang. Tab. Armillam. & Caiet. v. chorea. Buſt. p.* 2. *ſui Roſarij. ſerm.* 32. *Sanchez l.* 9. *de matr. diſp.* 46. *nu.* 16. *Bonac. q.* 4. *pun.* 9. *num.* 24.

Secundo dico ruſticos in diebus feſtis non facile eſſe à choreis arcendos, modo poſt miſſam, & ueſpetinis horis expletis, diuiniq officiis peractis fiant, tum quia otio omnium malorum ſentinæ uacarent, quod peius eſt; tūm quia pro more regionis, & coram aliis publice fiūt ideoq. magna ex parte libidinis occaſio aufertur. Cū autem Epiſcopus ubi de peccato euitādo agitur, ſuper laicos poteſtatem habeat, ut late per *Nau. in c. nouit. ext. de Iud. Menoch. l.* 6. *de arbit. Iud. cent.* 6. *caſu* 69. ideo ab eo ſi qui miſcentur abuſus tollendi ſunt, & quò ad fieri poteſt, chriſtiana modeſtia procuranda, nam ut eſt in vulgato pronunriato.

Non ſes in uitium, ſed male facta cadunt.

vt ait *Caiet l. c. Azor. par.* 3 *l.* 3. *c.* 16. *Filliuc. tom.* 2. *l.* 30. *c.* 10. *q.* 10. Quod & alibi oſtendimus.

VI. Q. RESOLVTIO.

SExtę vero q̄oni ac dubitationi ſie ſat'ſfaciēdū diſtinctionis fœdere puto dicēdo, q̄ ſi vectigal, uel pedagium eccleſiaſticis perſonis, per ſtatutum, decretumue aliud impoſitum non eſt, publicanus ab eis exigens, uel ſponte accipiens, in excommunicationem in Bulla Cœna Domini non incurrit,

Ad hoc enim ut in illā incidat, duo copulatiue concurrere debēt. Primo ut impoſitio non ſolū quò ad laicos, ſed etiam quò ad clericos expreſſe facta ſit Secundo vt actu exactio fiat, uel etiam à ſponte dantibus accipiatur, ſiquidem aliquæ eccleſiaſticæ perſonæ reperiuntur, quæ ut lites, iurgia, & contentiones fugiant, (cum ut SS. Patres admonent, ſeruis Dei cauendum ſit ne tempeſtate contentionis, charitatis ſerenitas obnubiletur) eligūt potius publicanis, ac exactoribus, aliquid tribuere, quàm ad Iudices confugere, & per huius ſeculi tribunalia agitari. Id quod præſertim contingit dum per loca aliqua cum rebus tranſeunt, ne illi iter morentur, prædicta aliquid ultro offerunt. In

Digitized by Google

quo caſu cum inuiti tributa ſoluere dicantur, exactore s ab excommunicatione illa non excuſari ait. *Vgol. de cenſ. Papæ reſer. c. 18. verſ. ait ſic. & Proſper. de Aguſt. in ad tit. ad Steph. Quar in v. vectig. limit. vlt. Suarez. de cenſ. d. p. 21. ſect. 2. n. 99. Sayrus l. 3. de cenſ. c. 9. nu. 8. Dnard. in comment. in Bulla Cœnæ. lib. 2. can. 18. q. 15. & 16.* Vbi ſic cens eſſe dicūt, quando abſq. vlla exactione & vi, ex abſoluta, omnimoda, ac prorſus libera donandi voluntate tribuitur, cum in re ſua quilibet ſit moderator, & arbiter, *l. in re mandata. C. mandati.*

Vbi vero in vectigalium impoſitione nulla clericorum ſit facta mentio, & publicani indiſtinctè tàm à laicis, quàm à clericis exigerent, tunc tantū in eam excommunicatonem inciderent, quæ continetur *in c. quamquam tit. de cenſibus in 6. vt per Caiet. in v. excommunicatio. c. 39. Nau c. 27 nu. 61. in fine. Viualdum in expoſit. Bullæ 117. Toles. §. 4. dub. 5. & §. 9.* Quæ quidem cum Summo Pontifici reſeruata non ſit, tunc Epiſcopus per ſe vel per Deputatum præuia ſatisfactione ab ea abſoluere poterit. Imo cuilibet approbato Cōfeſſario abſq. alia licentia niſi Ordinarius id prohibuerit, ab eadem liberare integrum erit, per *c. nuper ext. de ſēt. excommun.* Sicut enim à generali excommunicationis ſententia ab homine lata, cūctis Cōfeſſariis, & conſcientiarum Iudicib. abſoluere fas eſt, ita etiam quācūq. iuris excommunicationem maiorē nulli reſeruatam relaxare illis licebit, ſiue hæc à ſynodo, aut Epiſcopi edicto, & ſtatuto, ſeu etiam ſummi Pontificis Conſtitutiōne condita ſit, vt inter alios docet, *Lazar. de monit. q. 4. ſect. 13. & 14. Reginald. l. 9. num. 12. & ſeq. Sayr. l. v. 4. 15. nu. 22. Filliuc. de cenſ. c. 9. q. 4. & 5. Bonac. diſp. 1. q. 3. p. 1.* Et ſicut eccleſiaſtici abſq. ſummi Pontificis facultate, vllo caſu collectas, & vectigalia, ſoluere nec debēt, nec poſſunt: ita nec ad ſoluendū ſe promiſſione obligare ualēt, nam promittere, & ſoluere paria ſunt. Et iuri publico priuatorum pacto derogari non poteſt. *c. ſi diligenti. ext. de foro compet. Megal. conſ. 18.*

Cęterū vt obſeruat. *Menoch. de arbit. Iud. cēt. 6. caſ. 356* Clemēs V. *in clem. vlt. de cenſib.* Diœceſanis præcipit, vt cenſuras publicari faciāt, in quas ipſo iure publicani inciderunt, aliiq. gabellarum exactores, qui à clericis indebita exigerunt. Cuius ſanctionis ad mortale peccatum obligantis tranſgreſſores Iudicis etiam arbitrio puniri debent.

VII. Q. RESOLVTIO.

POrro 7. q. ſic briuiter reſoluendam putamus, Epiſcopum diſpenſare potuiſſe cum Iacobo aromatario, qui corrupta pharmaca Mario ægroto præbuit, quem dubitat an ob hoc mortis cauſā dederit: cum explorati iuris ſit, Epiſcopo in homicidio caſuali, quod voluntario directè opponitur, plertim occulto, diſpenſationē impertiri licere. *ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. de ref. c. 7. Nau. c. 27. nu. 240. & conſ. 27. de homicidio. Henriquez. l. 14. c. 19. §. 3. in annot. Sayr. de cēſ. l. 7. c. 7. n. 8. Riccius in Praxi fori eccleſ. deciſ. 521. Bonac. de irregul. d. 8. q. 4. pun. vlt. Barboſ. de Epiſcopo p. 2. Alleg. 39. num. 48.* Sane aromatarios irregulares fieri ex morte quæ ex corruptis, ac vitiatis pharmacis prouenit, tradit. *Maiol. l. 2. de irregul. c. 12. & Sayr. l. 7. c. 4. num. 6. ex Abb. in c. tua nos §. ad vltimum. ext. c. de homicidio.* Ita vt verum quidam Sapiens dixerit quinq. exercitia, quæ de ſe licita ſunt, inter alia ſibi valde periculoſa videri, videlicet, medici, Iudicis, militis, confeſſarii, & aromatarii. *teſte Buſto par. 2. ſum. 32. §. aromatariorum.* Et huiuſmodi artifices ſic delinquentes poſſe in foro externo ab Epiſcopo puniri tradit. *Abbas. in cap. 1. ext. de empt. & vendit. Felyn. in c. irrefragabili. §. cæterum. ext. de offic. ord. Conar. l. 3. var reſol. c. 14. num. 5.*

Corollarium.

AT ſatis conſtat Epm non poſſe diſpenſare cū illo clerico, qui falſis confictis literis dimiſſoriis, ordine ſubdiaconatus eſt initiatus, ētſi delictum ſit occultum, commiſſum tamen tempore, Sixt. V. Nam qui ante Bullam Clementis VIII. in pœnas Cōſtitutionis Sixti V. prædicti inciderunt per moderationem ab ipſo factam abſoluti, vel diſpēſati non cenſentur. *Ricc. par. 1. deciſ. Cur. Neap. deciſ. 9. Arg. Tuſch. v. lex. concl. 264.*

QVÆSTIO. XXIX.

Vtrum Epiſcopus facultatem eccleſiam, vel oratōrium ædificādi concedere poſſit. Nec non vt in his imago viri cū fama ſanctitatis defuncti, ſed nondum canonizationis, vel beatificationis titulo inſigniti cum radys, vel laureolis proponi queat, & eius geſta imprimi. An Sancti reliquias donare. An eo concedente in eccleſia polluta celebrari poſſit. Num diſpenſare valeat vt qui caſu puerum in lecto ſuffocauit, ad ordines promoueatur. Numquid abſq. ſynodo miſſas ad minorem numerum reducere ei liceat: Vtrum mutare poſſit pænitentiam à Papa iniunctam. Epiſcopus Conſiliarius Principis an infra Præſidem, & Senatores ſedere debeat. An in religioſū Executorem teſtamenti executionem differentem animaduertere poſſit.

LVdouicus Epiſcopus conceſſit Michaeli patritio viro, ut in ſuo ruſtico prædio Oratoriū, vel paruā eccleſiā in honorem D. Iſidori cōſtrueret: nec non vt cuiuſdam pij viri imago, tabellæ, & aliæ ad beneficia ob eius interceſſionē accepta teſtificanda apponerentur. Et inſuper vt liber res

ab

ab eo geſtas continens imprimeretur, & in publicum prodiret. Qui ſane vir, & ſi ſanctitatis fama, & opinione ex hac vita deceſſerit, attamen neq. canonizationis, vt dicunt, neq beatificationis honore eſt ab Apoſtolica ſede inſignitus. Ad hęc euiuſdam ſancti reliquias, quæ in ſua cathedrali eccleſia conditæ erant, alteri Epiſcopo donauit.

Secundo cum illa eccleſia poſt ab eo factā conſecrationem, ſit ſanguinis effuſione polluta, facultatem dedit, vt abſque alia reconſacratione in ea ſacrum per tres dies feſtos celebrari poſſet.

Tertio diſpenſauit, vt Aurelius qui infantem in lecto, & non in cunabilis retinuit, qui poſtmodum ſuffocatus repertus eſt, defuncta vxore, ad ordines promoueri poſſet.

Quarto quaſdam miſſas in fundatione cuiuſdā beneficij præſcriptas, ſine cōgregata ſynodo redu xit, & ad minorem numerum reuocauit.

Quinto cum ei ſit comiſſa matrimonialis diſpenſatio, cuidam viro inceſtuoſo iniunctam pœnitentiam, vt in eccleſiæ alicuius fabricam operam ſuam poneret, cum ſit homo nobilis, ac delicatus, cummutauit, vt tantam pecuniæ quantitatem locis pijs, & Chriſti pauperibus erogaret.

Sexto cum ſit cuiuſdam Principis Conſiliarius (eſt enim eius vrbis Epiſcopus) dum Senatus habetur, infra Præſidem, & nonnullos Senatores ſeder ex præſcripta conſuetudine, quod antiquiores in promotione ibi præcedere ſoleant.

Septimo cum caſum eorū ſibi reſeruauerit, qui diuitius biēnio ſolutionē ex legato pio debitā diſtulerit, Raphaelē regularem qui ſine expreſſa ſui ſuperioris licētia Andreę reſtatoris teſtamentariā executionē ſuſcepit, in caſū reſeruatū incidiſſe declarauit, & in eum ſuſpenſione ab audiētia cōfeſſionum animaduertit. Quæritur quid iuris in his caſibus ex practicę Theologię placitis ſtatuēdū ſit.

I. Q. RESOLVTIO.

SVppoſito eo, q̃d alibi ſcripſimus, ex certa regula eccleſiam aliquam in Dei honorem uel cultum, uel ſanctorum, qui cœleſti, & triūphanti eccleſiæ ab Apoſtolica ſede ſunt adſcripti, ſine Epiſcopi conſenſu ædificari non poſſe, ipſe enim ædificationis locum aſſignat, primum lapidem ponit, dotem ei conſtituit, &c ut per *c. nemo. &c. placuit de conſ. diſt. 1. c. ad hæc. ext. de relig. dom. Zerula in Praxi Epiſc. v. eccleſia. Ricc. in Praxi var. reſol. reſol. 11. Barboſa de Epiſc par. 2. Alleg. 16. Molfeſ. tract. 6. cap. 1. nu. 27.* Dico eorum imagines in locis tàm publicis quàm priuatis appendi non poſſe cum laureolis aut radiis. &c. qui ſanctitatis tantū uel martyrii fama defuncti ſunt, ſed neq. canonizationis, neq. beatificationis honore ab Apoſtolica Sede inſigniti fuerūt. Ac pariter imprimere non licere libros, qui eorum geſta, miracula, reuelationes, uel quæcunque beneficia eorum interceſſionibus à Deo accepta continent; id enim ſub grauibus pœnis inhibuit ſacra Cardin. Congregatio iuſſu Vrbani VIII. in Decreto Incip. *Sanctiſſimus D. N.* ſi hoc fiat ſine recognitione, abſque Ordinarii approbatione, qui in his recognoſcendis, Theologos, alioſq pios, ac doctos uiros in cōſilium adhibere debebit, & inſtructum negotium ad ſummū Pontificē tranſmittere, & eius reſponsū expectare.

Reſolutionis exceptiones.

DEclarat tamen quod per ſupradicta præiudicare in aliquo non vult, neq. intendit in his quæ per cōem eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum ſc aut per Patrum, virorumq. ſanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac Sedis Apoſtolicę, vel Ordinarij tolerātia coluntur. Quod autem dicatur longiſſimū vel immemorabile tēpus, Iudicis, vel boni ac prudētis viri arbitrio ſtandū eſſe videtur. vt per *Menoch. de arbit. Iud. l. 2. cent. 1. caſu 3. & Tuſch. verbo tēpus. concl. 39.*

Sicuti non prohibetur quin eorum, qui egregijs factis, & virtutibus inſignes fuerunt, imagines pingi poſſint, & in priuatis domibus teneri, dummodo duliæ cultus antequam Papa id decreuerit, eis non exhibeatur; earum enim vſus multa commoda hominibus afferre ſolet, ſiquidem quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus. Hinc Saluſtius in præfatione belli Iugurtini inquit, ſępe audiui ego Quintum Maximum, Publium Scipionem, & præterea Ciuitatis noſtræ præclaros viros, ſolitos dicere cū Maiorum imagines intuerentur, vehementiſſime animum ſibi ad virtutem accendi, ſcilicet non cerā illam, neq. figuram, tantam vim in ſe habere, ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregijs viris in pectore creſcere, neq. prius ſedari quàm virtus eorum famam, atq. gloriam adæquarit. Eadem ratione ipſorum virtute præſtantium virorū geſta monumentis tradere, & immortalitati conſignare licebit: nam vt idem Auctor in *Iugur.* ſcripſit, Magno vſui eſt rerum geſtarum memoria, etenim vt aſpectus à circūfuſo aere lumen accipit ſic animus ab hiſtoriarum, liberaliūq. diſciplinarum cognitione. Et D. Gregorius Nazianzenus *ad Nicol.* Præclarū eſt, ait, mentem hiſtoriarum cognitione inſtructam, ac refertam ad imitandum habere; hiſtoria enim conglobata quædam, & coaceruata ſapiētia eſt, hominumq. multorum mens in vnum collecta. Vt vere etiam Iſocrates in *orat. Nicol.* dixerit, ſi præteritorū memineris, de futuris etiam rectius deliberabis.

Q.

2. Conſectaria.

QVò vero ad illud caput dum quærebatur an Ludouicus illius viii in album ſanctorum relati reliquias, quæ in ſua eccleſia conditæ erant alteri Epiſcopo donare potuerit, dico abſq. Papæ licentia id ei integrum non fuiſſe, ratio eſt quia ſi Eps ſine Apoſtolicæ ſedis authoritate, eccleſiæ prædia, & pretioſa mobilia alienare non poteſt per *Extrauag. Pauli Secundi. tit. de reb. eccleſ. non alienand* multo minus ſanctorum reliquias diſtrahere poſſe videtur, quæ eccleſiæ pretioſiſſimæ res ſunt, per quas, vt Tridentini Patres aſſerūt, multa beneficia à Deo hominibus præſtantur. *Conc. Trident. tit. de inuocat. ſanct.* Et ita de ſtylo Romanæ curiæ ſeruari, teſtatur, ac reſoluit. *Marc. Ant. Gen. in Praxi Cur. Neap. c. 71. & Ric. in Praxi fori eccleſ. dec. 63. & nos in p. 2. de Exam. tr. 9. c. 21. q. 66.* vbi annotauimus tàm Parochum, quàm Epiſcopum alienantem, ob bonam fidem, ab excommunicationis cenſura excuſari poſſe.

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. reſpondēdo dico in illa eccleſia, vel Oratorio ſanguine violato, ante reconciliationem de licētia Epi abſētis ſacrū fieri poſſe, qa ſi Epiſcopus concedere poteſt, vt in loco non conſecrato ſacrificetur, ergo & in loco nondum recōciliato. Item quia in *c. miſſarum, & in c. his ergo. de conſecr. diſt. 1.* abſolute dicitur ſi miſſam celebrari poſſe Epiſcopus permiſerit, ergo ſub hac generali regula etiam eccleſia polluta comprehenditur. Vt aūt iuſte hoc fiat grauis cauſa requirit quia eſt diſpenſatio quædā in lege eccleſiaſtica, & in re graui, quæ ad mortale peccatum obligat, licet ſi in ea abſq. reconciliatione, vel licentia celebretur, irregularitas non contrahatur, *c. is qui. de ſent. excom. lib. 6. Auila de cēſ. & irreg. par. 5. diſp. 7. dub. 4. Suar. in 3 par. quæſt. 83 diſp. 81. ſect. 4. §. his poſitis. Sa in v. eccleſ. nu. 23. Henriq. l. 13. c. 51. nu. 5. Barb. de Epiſc. Alleg. 28. nu. 61.*

Vbi notandū 1. Eccl'am pollutā poſt celebrationē vel ſacrum in ea poſtmodū factum reconciliatione nō indigere ſatis probabiliter ſētitc *Alfonſ de Caſt. l. 2. de lege pœnali c. vlt. Marta de iuriſd. p. 2. c. 17. Henriq. lib. 9. de ſacrificio miſſæ. c. 27. nu. 6. Zerula in Praxi Epiſcop. par. 1. v. pollutio eccleſiæ. Auila de cenſ. p. 5. diſp. 7. dub. 3. Sà in v. eccleſiæ n. 19.* & alij contra *Sayrum l. v. de cenſ. c. 16. n. 11. Faguundex. de præcept. eccl p. 1. l. 3. c. 21. n. 15.* & nōnullos alios.

Scdo Eccleſiā ēē non præſumi conſecratam, eo quod ea quæ ſunt facti non præſumuntur, magis cōiter tradūt DD. etiamſi eccleſia ſit Cathedralis per *eccleſiæ. de conſ. di. Menoch. l. 6. de præſūpt. præſumpt. 14. n. 9. Alciat. de præſump. reg. 2. præſūp. 4. Maſcar. de probat. vol. 2. concl. 582. Fuſch. de viſit. eccleſ. l. 7. c. 22. Vgol. de officio Epi. par. 3. c. 28. Azor. tom. 1. l. 10. c. 26. q. 12. & tom. 2. l. 9. c. 4. Nald. in v. eccleſia. nu. 2.*

Conſtat vero Eccleſiam eſſe conſecratam ex literis ſcriptis, quæ in dotationis inſtrumento, vel ipſius eccleſiæ libris habentur. Deinde ex ſignis cōſecrationis, quæ in ipſius eccleſiæ columnis, aut parietibus imprimuntur. Item ſi ſaltem vnus de viſu, vel auditu id affirmet: in his enim quæ nemini damnum inferunt, ad faciendam fidem vnus teſtis ſufficit. teſte *Abb. & communi in Rubr. de conſec. eccleſ. vel alt.*

Tertio ꝙ polluta eccleſia ſi tm̄ erat bñdicta per ſimplicem ſacerdotem reconciliari poteſt, decetq. ad hoc licentiā Epiſcopi, vel eius generalis Vicarij haberi. Si autem erat conſecrata, à proprio Epiſcopo cum aqua ab ipſo benedicta, vel ab alieno Antiſtite de ipſius licentia reconcilianda eſt.

Quidam regulares priuilegio gaudent vt eccleſiam, vel altare poſt conſecrationem pollutam reconciliare queant. vt per *Sorbum, & Cordub. in Compend. Priuileg. Mend. v. eccleſia, & verbo benedicere. Barth. ab Ang. in Dial. de miſſa. §. 626.*

Quod tamē aliqui intelligunt ſi Epiſcopus qui illam benedicat vltra duas diætas ab eo loco diſtet, vt per *Barboſ. de Epiſcop par. 3. alleg. 28. n. 64. Vide ſup hoc c. 8. q. 27 reſol. 2.*

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. q. reſpon. dico Epiſcopum potuiſſe cū Aurelio diſpenſare, vt ad ordines promoueri poſſet, ſi res hæc occulta ſit, & ſi enim infans ille ex patris culpa in lecto ſoffocatus reperiatur, caſu tamen admiſſum hoc homicidium cenſendū eſt, etiam ſi talis retentio contra præcedentem ab Epiſcopo monitionem ſit facta. *c. cōſuluiſti. 2. q. v. c. fin. ext. de his qui filios occid. Riccius in Praxi var. reſol. Reſol. 40. Bonac. de irregul. d. 7. q. 4. p. 7. nu. 18.* Certum eſt enim Ordinarium tollere poſſe irregularitatem ex caſuali homicidio prouenientem, modo delictum ſit occultum, cum *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 6.* Eps cōcedat, vt in irregularitate diſpēſet ꝗ ex huiuſmodi occulto delicto (excepto homicidio voluntario) deſcendit. *Miranda in Manual. Prælat. reg. tom. 2. q. 8. art. 13. Barb de Epiſc. par. 2. Alleg. 39. nu. 48.* Occultum intellige quod non eſt publicum, vel notorium, etiamſi per aliquot teſtes probari poſſit, ſufficit enim non eſſe diuulgatum. Oportet vero non ſolum factum eſſe publicum, ſed publice ſciri eſſe delictum. Cum vero dubium facti verſatur, an quis crimen commiſerit, ob quod cēſura, vel irregularitas incurritur, integrum etiam illi erit in ea diſpenſare. *Sà in v. Epiſcopus. n. 35. & in v. diſpenſatio. n. 1. vt arg. Barboſ. alleg. 35. nu. 18. Sanch. l. 4. de præcept. c. 40. nu. 26.*

Digitized by Google

26. *& l.1.c.10.nu* 74. *Molfeſ.tr.1 t.c.15.nu.140. Bonac.de ſacram.d.5.q.7 pun* 5.§.4. In caſuali etiam homicidio publico volunt aliqui, licere Epiſcopo quò ad minores ordines, & beneficium ſimplex diſpenſare. *Sylueſt.v.homicidio.nu.*1 t. *Cou.in* 2. *par. relect.Clem.*1.*de homicid.*§.3.*nu.*5. *Henriq.l.*4.*c.*19.§.22.*Coninch.tom.*2.*d.*18.*nu.*111. Idē *Sa v. irregularitas ex illic. de form. num.*7. *Barboſ. in remiſſ.ad Conc.ſeſſ.*14.*de refor.c.*7.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4.q. dico Epō licuiſſe miſsas illas ad minorē numerū ex iuſta cauſa (nec enim teſtatoris voluntas temere violāda eſt) reducere, vt iuſtū ſtipendium oneri miſſarum de pręſenti reſpondeat, modo tamē illę in fundatione eccleſiæ, vel capellaniæ impoſitæ non ſint; nam in *Conc.Trid.c.*4.*de refor. ſeſſ.* 25. tantū de relictis in vltima voluntate fit mentio, & ideo eius diſpoſitio vltra caſum ſuum extendenda non erit, nempe ad obligationem ab erectione beneficij conſurgentem. vt Congreg. Card. declaraſſe multi DD. teſtantur. vt *Marc. Anton. Genuenſ in Praxi Neap.c.*24.*n.*8. *Piaſecius in Praxi epiſc. par.* 2.*c.*3.*nu.*31. *Nald.in v.miſſa nu.*18. *Poſſev.de officio curati c.*2.*q.*9. Quāuis contrarium aliqui teneant. vt *Henriq.l.*9.*c.* 22. *nu* 6. *in comment. littera* P. *&* Miranda *in Man. Prælat.tom.*1.*q.*4. *art.*12. & alij, eo quod vt ipſi aiunt: *Conc.Trid.l.c.* facultatem miſſarum numerum minuendi, & taxandi, ſimpliciter, & abſolute conceſſiſſe videatur. Sicut etiam nonnulli volunt, reductionem hanc etiam de miſſis poſt Tridentinū Côc. relictis fieri poſſe, tū quia praxi ſic receptum eſſe videtur, tum quia Côc. abſolute loquitur, & eadem ratio tàm in relictis ante illud quàm poſt militat. &c. Sicuti etiam diſpoſitio. *Côc.Trid. ſeſſ.*24.*c.*6. de caſib. occultis abſoluendis Epiſcopo conceſſis magis cōmuniter DD. ſentiunt, quod intelligi debeat non ſolum de caſibus ſedi Apoſtolicæ ante Côcilium reſeruatis, ſed etiam de ijs, qui poſt ipſius Côcilij publicationē reſeruationi ſunt ſubiecti. Et ratio eſt tum quia prælatum Conc. facultatem generaliter tribuit, nec de præteritis, vel futuris diſtinguit, atq; ita generaliter eſt intelligēdum. *Sacinus reg.*12. *Suar.de pœnit.diſp.*30.*ſect.*2. *Rodr.in ſumma par.*1.*c.*81.*n.*4. *Tol.l.*1.*c.*41.*in fine. Beia in reſp.caſ. conſ. caſu* 37. *Pereg. Finell.de caſ. reſ.c* 7. *Gamb.c.*3. *Pereg de duellis q.*37. *Nau.conſ.* 30.*de priuileg.* & alij recentiores. Sed ut ait *Bonac. de ſacr.d.*4.*q.vlt.p.*7.*S.*2 *nu.*10. ſuppoſita quò ad hoc Cardinaliū declaratione ſine firmiori fundamēto (& præſcripta cōſuetudine) ab ea recedendū non eſſet. Et quia cum magna conſideratione, & iuſta ſubſiſtēte cauſa id fieri debet, ne fideles ſcandali anſam arripiant, & à pijs operibus faciendis retrahantur, ideo licet Epiſcopi pro eorum arbitrio hoc munus præſtare poſſint, tutius tamen, & conſultius eſt, in diæceſana ſynodo id facere, ut obſeruat *Molfeſ.tr.*3.*c.*16.*nu.*29. *Zerula in Praxi Epiſ.in v.miſſa.*§.3. *Barboſa de Epiſc p.*2. *Alleg.*29 *n.*12. videantur quæ ſup. diximus *tr.*4.*c.*14.*q.*2191

Verum ut alibi dixi, hæc facultas per Decretū S. Congreg. Card. ex mandato Sāctiſs. Vrbani 8. ſublata eſt, cum hodie pro miſſarum reductione ad Apoſtolicam Sedem recurrendum ſit, ſecus reductiones, moderationes, & commutationes inualidę redduntur. Et in ſpecie prohibet ne Epiſcopi in diæceſana ſynodo, aut Generales in capitulis generalibus, vel aliàs quomodolibet reducant onera ulla miſſarum celebrādarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis. Quinimmò S. Card. Congregatio declarauit, cùm legatum ſit adeo tenue, ut non ſit qui onus illi iniunctum ſubire velit, & ſi ad Apoſtolicam Sedem pro oneris moderatione recurrendum ſit, totum, aut fere totum pro expenſis ad id neceſſariis ſit inſumendum, adhuc tamen Romanam Sedem eſſe adeundam, quæ abſq. ulla impenſa id ſtatuet, quod magis in Domino expedire iudicauerit. Veruntamen ſi in ipſa beneficij erectione expreſſe cautum fuerit, vt Epiſcopo iniunctum onus moderari liceat, hanc fundationis legē, q̄ Decreta hac de re edita non ſuſtulerunt, validam, ac obſeruandam eſſe, ut alibi animaduertimus, reſponſum eſt.

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5.q. reſpondendum videtur Epiſcopo cui matrimonialis cauſa à Summo Pontifice delegata eſt, integrum fuiſſe pœnitentiam inceſtuoſo viro iniunctam, vt operam ſuam in eccleſiæ fabricam conferret, ſi ille nobilis, & debilis, ac delicatus ſit, in pecuniariā mulctam cōmutare, iuxta tradita per *Gloſ.in c.tempora* 26.*q.*6. *Felyn. Dec. & alios in c, at ſi clerici.*§.*de adulterijs. ext.de iudicijs. Romanum ſing.*454. *Iaſonē in l. omnes populi.in* 2. *lect.nu.*13.*ff.de iuſtitia, & iure. & in conſ.*1.*nu.*6. *l.*1. *Tiraq.in præfat.ad tract.de temp pœnis nu.* 26 *Menoch.conſ.*90.*nu.*34. *Maſſob.de ſynodo c.*4.*dub.* 66. Vbi tradunt Epiſcopum ex cauſa pœnitentiā ab Apoſtolica ſede indictam mutare poſſe.

Nec abſimile eſt, quod docent ij Doctores tùm Theologiæ, tùm iuris Canonici, qui caſuū cōſciæ ſummas confecerunt, uidelicet ſimplicem Confeſſarium, aut Parochum, relaxare poſſe pœnitentiam à Superiore, puta Epiſcopo, Vicario, aut Pœnitentiario in foro conſcientiæ impoſitam, etiamſi ob peccata reſeruata iniūcta fuerit. Ratio eſt quia cum iuſta ſubeſt cauſa, neceſſitas urget, aut vtili-

tas

Digitized by Google

tas ſuadet, nec ad ſuperiorem facilis eſt aditus, pꝰ ſi eſt interpretari facultatem commutandi eũ concedere. *arg. ſi hominem ff. mãdati. Io. Chap. de coſib. reſ. c. 12. q. 5. Zerula in praxi pœnit. c. 25. q. 11 Suarez. tom. 4. diſp. 38. ſect. 10. Coninch. d. 10. nu. 99. Reginal. l. 7. n. 86. Molfeſ. tr. 7. c. 23. n. 69. Fillinc. tom. 1. tr. 8. c. 2. q. 7. Bonac. de ſacr. d. 5. q. 1. pun. 3. n. 6.* Atq. prædictam reſolutionem noſtrã aſſerit præter alios *Marc. Ant. Gennen. in praxi Neap. c. 25. & Ric. p. 2. Curia Neap. deciſ. 155. arg. Menoch. de arbit. Iud. caſu.* 391.

VI. Q. RESOLVTIO.

SExtę q. hoc reſponſum reddendum videtur, dicendo Primo, quod ſicut qui ambitu, faſtu, & glorię cupiditate de ordinis prælatione contẽdunt, iure damnandi ſicut, quippe qui comparandi videãtur illis Phariſæis, qui vt ſcribit *Matthæus c. 5.* glorioſe amant primos recubitus in cœnis primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro: ita iure merito illi laudandi ſunt, qui non alia ratione de prælatione hac experiuntur, quàm vt pulcherrimus ille ordo, qui & in Cœleſti patria conſtabilitus eſt obſeruetur, & dignitati debitus gradus tribuatur. vt ait *Menoch. l. 10. cõſ. 902. Arg. Tuſchus in v. ordo concl.* 907.

Huius ergo q. reſolutio facili colligi poteſt ex *c. Epiſcopos. diſtinct.* 17. vbi hæc verba habentur, Epiſcopos ſecundum ordinationis ſuę tempus, ſiue ad conſidendum in concilio, ſiue ad ſubſcribẽdum, vel in qualibet alia re ſua loca attendere decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam ordinum vindicare. *Et ex c. ſtatuimus. ext. de maior. & obed.* vbi ſancitur, vt qui maior eſt in ordine etiamſi poſterius ſit receptus, in portione percipienda eſſe volumus potiorem. Quod etiam conſiderat *Nau. conſ. 5. ext. de maior. & obed. Grelenzonius conſ.* 50. vbi ait regulam illam. Qui prior eſt tempore potior eſt in iure, ita demum procedere, ſi perſonarũ paritas adſit, ſecus autem ſi ex aliqua cauſa poſterior eſſet magis priuilegiatus. Neque regulam illam in honoribus eccleſiaſticis locum habere. Siquidem vt ſcriptum reliquit. *D. Chryſoſt. l. 3. de ſacerd. & Nazianzenus in oratione 17. ex c. ſolitę de maior. & obed.* Quantum Cœlum terra pretioſius eſt, quantũq. anima corpori, ſpiritus carni, diuina humanis pręſtant, tantum Epiſcoporum principatus omnia ciuilia regna, & poteſtates antecellit, & quanta eſt differentia inter ſolem, & lunam, tanta inter ſacerdotium, & imperium. Idemq. ex D. Ambroſio cõfirmat. *Caſſaneus in catalogo gloriæ mundi 4. par. conſid. 5. & 6.*

Sicque reſoluendum videtur, Ludouicum Epiſcopũ Principis Conſiliarium in loco conſilii Præſidem & alios Senatores etiamſi tempore poſterius ſit in illũ ordinem receptus, pręcedere iure debere contra *Menochium d. conſ. 902. n. 73.* & *Purpuratum ibi allegatum. & Fabium Annam in conſil. 40. num. 47. Riccium in praxi fori eccleſiaſt. Deciſ.* 475. vbi aiunt quod & ſi Epiſcopus ob dignitatem, quæ à perſona ſeparari non poteſt, magis honorari debeat, in locis tamen capitularibus, & conſiliaribus, poſt Præſidem, vel Decanum tãtum, primum locũ tenere debet. Quorum opinio, vbi eſt ſic vſu receptũ, donec à Romana Sede aliud diffiniatur, ob corruptas ſeculi leges teneri fortaſſe ualeret.

Sæpenamq euenitur quod uſu, vel exemplo fit, id etiam iure fieri homines putent. At vt ait *Seneca ep. 99.* Vitium eſt ad plurium exempla cõponi, nec quid oporteat ſed quid fieri ſoleat aſpicere.

VII. Q. RESOLVTIO.

AD 7. q. breuiter dico quod licet Raphael religioſus ab Epiſcopi iuriſdictione ſit exemptus, ac propterea caſuum reſeruatio, ſicut & cenſuræ ab eo latæ illum afficere non uideatur, ea nihilominus aſtringitur, ac ligatur quando Epiſcopus, uel Ordinarius Apoſtolica authoritate procedit, ut hr̃ *in Cõc. Tri. c. u. ſeſſ. 25. de reg.* Vnde cum Epiſcopi non ſolum iure communi, ſed etiam tãquam Sedis Apoſtolicæ delegati, in caſibus à lege conceſſis, omnium piarum diſpoſitionum tàm in ultima uoluntate, quàm inter uiuos Executores ſint. *c. tua nobis. ext. de teſt. clem. 1. tit. & in eod. Conc. Trid. ſeſſ. 22. de reform. c. 3. Franciſc. Leoin Theſ. fori eccleſ. par. 4 c. 2. Barboſa par. 3. de Epiſcop. allegat.* 82. *numero* 14. Hinc fit ut Epiſcopus reſeruando caſum cum hoc relatiuo qui etiam religioſos comprehendat. Siquidem cui exequendi poteſtas datur, facultas etiam cõceſſa uidetur ut ea exercere queat, ſine quibus actus explicari non poteſt. *l. 2. ff. de iuriſd. om. iud. c. præterea ext. de Officio Deleg. Graffius de caſ. reſ. l. 2. c.* 26. Quinimò hodie non ſolum Epiſcopi piarum uoluntatũ diſpoſitiones executioni mandare poſſunt, ſed etiã Fabrica S. Petri de Vrbe, ut extat *Bulla Pij V. Incip. Exigit*, per quam medietas legatorum piorũ pro trienniũ non exactorum eidem applicatur. ut per *Quar. in ſumma Bull. in v. fabrica S. Petri.*

Porro Raphaeli integrũ fuiſſe Executoris munus accedente ſaltem tacita Superioris licentia, ſuſcipere, aliàs reſoluimus. Imo quidquid ſit de peccato, ualere etiam teſtamenti executionẽ abſq. ulla ſui præfecti facultate factam, uel etiamſi cõtradicat; modo uoluntatem ſubditi acceptantis nõ irritet, ex ueriori. tradit *Sanch. l. 6. de præcept. c. 9. nu. 45.* ex allatis per *D. Diin c. religioſus. de. teſtam.* in

in 6. Rolandus vol. 1. conſ. item 81. Menochius l. 2. de præſumpt. præſump 46 num. 14. Exiſtimarunt etiam aliqui, ſi monaſterium uacaret, ut regularis Executor, uel Cõmiſſarius relictus à ſuo Prælato licentiam obtinere non poſſet, eam à loci Epiſcopo petendam eſſe, ſed hoc falſum eſt, & in praxi cõſiſtere nequit, q̃a licet in monaſterio Prælatus no adſit, ſẽper tñ eius Vicarius adeſſe ſolet, & in illius defectu alius eiuſdem religionis, qui Superiotis locum tenet, à quo licentiã, vel expreſſã vel tacitam obtineat. Idem *Sanch. l. c. nu. 20. & Molfeſ. tr. 13. c. 11. nu. 24.*

QVÆSTIO XXX.

An Epiſcopus non conueniẽdo in chorũ p. m. Et num ſtrictam manum in eleemoſynis erogandis habẽs, lethaliter delinquat. Quid ſi permittat vt vrbis Magiſtratus contra clericos edicta ſtatuãt. Quid item ſi ex leui cauſa concedat diuortia. Et rũ ſuis conſtitutionib. ligetur. Et an ſacerdotẽ à ſuo Epiſcopo nõ approbatũ, in confeſſarium eligere queat.

Gibertus Epiſcopus nunquam pene in chorũ cum Canonicis conuenit, nec diuinis officijs intereſt; & quamuis quinque mille aureorum redditus poſſideat, raro admodum eleemoſynas Chriſti pauperibus, aut pijs locis erogat, ita vt in populo ob hoc obloquendi anſam præbeat. Vrbis Gubernatori, & ſecularibus Magiſtratibus permittit, vt ſuis edictis clericos obſtringãt, & ab eis executio fiat; & ut ad refectionẽ põtiũ, & viarũ teneãtur, & alia onera quæ commune bonum & pietatem reſpicere videntur ſubeant. Et leui etiam de cauſa concedit vt coniugati diuertant, & matrimonia quò ad thorum, & cohabitationem diſiungantur. Et cum ſynodali conſtitutione edixerit ne quis ſuorum clericorum aleis ludere præſumat, aliàs ipſo facto in ſuſpenſionem à diuinis incidat, ipſe cũ ſuo familiari clerico luſit, & poſtea corã ſe eũ celebrare fecit. Tãdem cum dubitet an in quandam cenſuram Papæ reſeruatam, ſed occultã inciderit, extra ſuã diœceſim ſacerdotẽ elegit ĩ cõfeſſarium, non tamen à ſuo Epõ approbatum, cui confitetur petens ab eo ad cautelem abſolui, ac ſecum in irregularitate, ſi quam contraxit, diſpenſari. &c.

Quæritur an in his caſibus lethaliter delinqueat, & contra munus ſuum peccet, & aliquam pœnam ſubeat, & quid de colluſoribus.

Reſp. pro harũ qõnum dilucidatione hic breuiter præmittendum videtur, Primo in Epali infula tot ac tantas obligationes latere, totque difficultates tàm commiſſionis, quàm omiſſionis ſecum inuoluere. vt *D. Chryſoſt. l. 6. de ſacerd.* dixerit Epiſcoporum onera omnia recenſere nihil aliud eſſe, quàm maris altitudinem metiri. Et *Homil. 3 in Act. Apoſt.* Non arbitror, inq̃t inter Epos multos eſſe qui ſalui fiant, ſed multo plures qui pereant, non tam proprijs peccatis, quam alienis, quæ non curarunt. Ac proinde teſte *Bellar. de arte moriendi l. 2. c. 6.* Quidam Epiſcopus valde doctus & pius cum morte luctãs oculis lachrymarũ imbres, ſtridentib. dixit, Vere omiſſionis pctã me non parũ exterrent, & iure quidẽ nã & ſi negligẽtiæ, & omiſſionis peccatum magis deliteſcat, & minus curari ſoleat, attamen vt ait *Luc. de Penna in l. omnes Iudices. C. de Decur. l. 10. & Archi. in c. ſi cuſtos 27. q. 1.* Tm̃ peccat qui non facit, quod debet, quantum qui facit quod nõ debet. Hi potiſſimũ a Dæmonio muto oppreſſi videntur, qui perſonalia tãtummodo delicta cõfiteri, realia & quæ ad officium pertinent, vel vix, vel omnino non curant. In quo genere ſunt quam plurimi, quorum pernicioſa, atq. exitialis eſt negligentia, vt fatẽdum ſit, plures ob hæc damnari. Et qdẽ *In Apocalyſi c. 23.* Epiſcopũ Pergami, atq. Epiſcopum Tyatiræ quos Angelos nominat, Chriſtus coarguit, quorum peccata non alia cõperies, quàm officij neglecti atq. omiſſi ob quæ niſi ſe emendent, æternum quoq. minatur interitum *Ioſephus a Coſta in Dom. 2. Quadrageſ. arg. quæ de negligentia vitio dixi ſup. tr. 6. c. 30. q. 137. & quæ de Epiſc. ſtatu, & oblig. animaduerti in Comment. de hum. vitæ ſtat. p. 1. c. 6.*

I. Q. RESOLVTIO.

Hoc ſuppoſito ad 1. q. reſpondendo dico, Gibertum à graui ſaltem culpa nõ excuſari ſi ſingulis dominicis diebus & alijs ſolemnioribus feſtis diuinis officijs, & ſacris peragendis non interſit, niſi morbo, vel alio legitimo impedimento fuerit legitime detentus. vt ait textus Canonicus *in c. Epiſcopus. de conſ. diſt. 3.* vbi hoc notat. *Turrecrem & Abbas in c. magnæ. ext. de voto.* vbi obſeruat Prælatum delinquentem, magis ex ſuo peccato aggrauari quàm priuata perſona, ob malum exẽplum quod ſubditis præbet. *c. præcipue 11. q. 3.* Sane nil verius, nã, & Plinio auctore in *Paneg. Traiani* vita Principis cẽſura eſt, eaq. ꝑpetua ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, nec tàm imperio nobis opus eſt, quàm exemplo.

Quò vero ad officiũ, & munus perſoluẽdi canonicas horas in choro ſimul cũ Canonicis, mihi dicendũ vr̃, q̃ licet hoc abundatioris eſſet iuſtitiæ, & ſalutaris exempli, à multis ſanctis Epiſcopis factitatum, & ad vſum tradu ctũ, vt à D. Antonino Florentino Archiepiſcopo, D. Ambroſio, & S. Carolo Mediolanẽſibus Antiſtibus, nam & ipſius Epiſcopi præſentia multis defectibus, qui in diuino officio

tioperſoluendo à clerici ibi committi ſolent, obſiſteret. *Marc. Anton. Gennen. in Man. Pralat. c. 88. Bonac. de hor. can. d. 1. q. 3. pun. 5. nu. 8. & ſeq.* talē tamen omiſſionem, cum nullus extet canon ad id obligans culpæ reum non conſtituere, niſi Epiſcopus ſimul, & Canonicus eſſet in quo caſu ſimul cū aliis, illuc conuenire, & canere debet, ſi eos fructus quos quotidianas diſtributiones appellant, lucrari velit, ex Conſtitut. Pii V. incip. *ex proximo later.* & ex *Conc. Trid. ſeſſ. 14. de refor. c. 12.* Attū *Caiet. in ſumma in v. Hora canonica. Pet. Nau. l. 2. de reſt. c. 2. nu. 218. Pet. de Arrag. 22. q. 83. ar. 13. Azor. p. 1. l. 10. c. 11. quaſt. 6. Riccius reſolut. 362. & alii,* aliū maiores non teneri per ſe canere, & illos fructus acquirere, dummodo inferiores ſacerdotes, & Capellanos habeant, qui id muneris obeant. Quod ſaltem ex conſuetudine legitima præſcripta verum puto, quæ in hac parte ſiā ſummis Pontificib. & Prælatis tolerata ſit, Cōc. Trid. & Pij V. Decreto derogare poteſt. ſic *Moneta poſt. alios tr. de diſtribut. quotid. par. 2. nu. 43. & ſeq. Bonac. de hor. can. d. 2. q. 1. pun. 5.*

II. Q. RESOLVTIO.

SEcundæ quæſtioni ſatisfaciendo dico Gibertum animam ſuā lethali culpa ſauciare ſi nō ſolum in extremis neceſſitatib. id eſt in certo, vel probabili mortis periculo, morbi incurabilis, aut alterius miſeriæ generis, q̄ hoïes conficere ſolet, ſed ēt in grauibus, & cōib. viri prudentis arbitrio gregi ſuo nō ſubueniat. vt diximus *par. 2. tract. 12. c. 4. q. 17. reſol. 4.* Siquidē Epiſcopi ratione ſtatus perfectionis, quem profeſſi ſunt ſtrictiori charitatis, & iuſtitiæ vinculo erga proprias oués miſericordes eſſe tenentur non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus reb. quatenus ad ſpiritualia diriguntur, ſiue patrimonium, ſiue eccleſiaſtica bona poſſideant, ſiue ſint illorum domini, ſiue diſpenſatores. Imo etiamſi nihil habeant, ab aliis diuitibus eleemoſynas exigere, & pauperibus impendere aſtringuntur; & etiam ſuę dięceſis pauperes inquirere; aliàs obligationi ſuæ non ſatisfaciunt. Sic enim antiqui Sācti faciebant, qui viduarum, orphanorum, & aliorum egenorum nomina ſcripta habebant, & pauperes ſuos dominos, & adiutores in Epiſcopatu, ob eorum ad Deum fuſas preces appellabant. Hæc aſſertio. vt ait *Bannes 22 q. 32. ar. 6 dub. vlt* dolendum eſt, quàm ſit noſtris temporib. is ab oculis multorum Epiſcoporū abſcondita, cum tamen ex ſacris literis, ex ſanctorum Patrū exemplis, & doctrinis, ac ex ipſa ratione ſtatus nihil euidentius comprobari poſſit.

Conſectaria.

EX qua poſitione hæ illationes obiter colligūtur. Primo pro redemptione captiuorū, & pauperum ſubuentione, vaſa ſacra poſſe & debere vendi, & pignori dari, vt ... D. Ambroſius, D. Auguſtinus, D. Carolus facere ſolebant. *c. aurum 12. q. 2. c. pulchra. diſt. 86. Banzon. de anno Iub. l. 5. c. 8.* vbi etiam tradit, Epiſcopi partes eſſe, pecuniā pauperibus tradere, qui anno Iubilei ſanctam peregrinationem ob egeſtatem conficere non poſſunt, exemplo D. Cypriani, qui peregrinis indigentibus ſumptus de ſuo ſuggerēdos præcipiebat, vt liquet in *epiſt. 36.* Quippe Epiſcopo cordi eſſe debent illa verba *D. Greg. Nazianzeni. de paup. amore.*

Nil tàm diuinum habet homo, quàm de aliis bene mereri. Fac calamitoſo ſis Deus, Dei miſericordiā imitādo. &c. *Arg. Vlyſes Aldron. in Prolog. de anib.* Vnde & Phythagoras interrogatus qua ratione Deo hoïes ſimiles haberi poſsēt? Reſpōdit ſi veritatem amplecterentur, & cunctis benefacerent. Hinc adagium illud prodiit, Homo hōi Deus de quo *Manutius in Adag.*

Scd̄o imminēte neceſſitate ſi Ep̄atus redditus nō ſufficiūt teneri Ep̄os de ꝓprio patrimonio eleemoſynā dare, qm̄ pro gregis ſalute in plurib. caſib. neceſſitatis vitam exponere debēt, in quib. alii fideles non tenentur, & ad id in conſecratione ſe obligant; tanto magis temporalia; maxime quod ex egeſtate uiduarum honeſtas, & virginum pudor periclitantur; cui malo obuiam ire ad Epiſcopū ſpectat. *Bānes l. c. & Gen. in Man. Paſt. c. 50. Vaſq. in opuſc. c. 4. de eleemoſyna* Quid enim inquiebat Lucretia, ſalui eſſe poteſt mulieri amiſſa pudicitia, quæ ſemel erepta reddi nequit *c. ſi Paulus 32. q. 5. Dec. Cagnol. in l. verū. ff. de reg. Iu.* Hinc *D. Amb. l. 2. off. c. 15.* eorū eleemoſynas eximia laud. cōmendat, qui virgines parentibus orbatas, tuendæ pudicitiæ gratia, connubio locant nec ſolum ſtudio, ſed etiam ſumptu adiuuant.

Tertio t̄pe caritatis annonę poſſe Ep̄m excōicationis gladio ferire illos diuites ſeculares, multo magis clericos, q̄ eleemoſynas erogare nolunt, vel alia pietatis opera exercere, vel ſi illo t̄pe ad victū neceſſaria uendere renuunt.

Quarto par eſſe, & rōni cōſentaneū, vt poti⁹ dięceſanis, vel in ſua ditione cōmorātib. q̄ exteris ſubueniat. Et teſte *Maldero de iuſtit. q. 32. art. 10.* Expediret plures imperfectè, quàm pauciores perfectè iuuare, niſi aliqua circunſtantia aliud ſuadeat. Item publice ſtipem impertire, ne auaritię vitio notetur, & detrahendi populus anſam arripiat; niſi tamen ipſe Epiſcopus adeo in ſpiritu infirmus eſſet, vt periculum ſubeſſet, ne boni operis fructum ob uanam gloriam deperderet, quia tunc præſtaret in ſecreto facere.

Quinto grauiter Ep̄m delinquere q̄ de redditib. eccleſiæ pro cōſeruanda memoria, vel augēdo cōſanguineorū ſtatu, ſūptuoſa palatia ędificat, ſiquidem ꝑfectionis, & humilitatis magiſter eſſe dēt,

di-

dignitatis ſuæ auctoritatem fide, & vitæ meritis quærere. Quod ſi eius conſanguinei, & domeſtici pauperes ſint, integrum eſt illi, de eccleſiæ redditibus ſubuenire, ſed non eos ditare. *c. Epiſcopus d. 41. Cōc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 1. Tol. l. v. c. 4.* Omni ſtudio curare debet, vt auaritiæ hoſtis exiſtimetur; ſubditi enim hoc cernentes eum amare, & ei obtemperare cogentur, & ſi Epiſcopus hoc non procuret, non Epiſcopus, ſed exactor mercator vocabitur, *c. quia cognouimus, 10. q. 3.*

Et quid intolerabilius quàm quod detur lupus loco Paſtoris, diſſipator loco tutoris, homicida pro medico, tyrannus pro defenſore, inimicus pro aduocato: ait *Marc. Ant. Genuenſ. in pract. eccleſ. q. 238.* Vere Leo X. dicere ſolebat, Principis, & Epiſcopo indigni ſunt, qui fortunæ munerib. benefica manu vel neſciunt; vox. n. Principis ex ſua notione & proprietate, liberalem, ac munificum ſignificat, quod huiuſmodi debeat eſſe; qui vere Princeps eſt, ſicut & *David pſal. 50.* ſpiritu principali, id eſt liberali ac benefico confirmari poſtulat; *Pineda in Iob. c. 21. verſ. 28.*

In eccleſiaſticis quippe viris, præſertim in Epiſcopo ſplendere debent paupertas ſpiritus, mortificatio cupiditatis, & inordinati ad cognatos amoris; ac liberalis in pauperes manus; & à muneribus accipiendis abſtinēs, vt fuſe proſequitur *Ludouicus à Ponte de perfect. hom. tom. 4. tract. 1. c. 9.* Atq. hæc per tranſennam dicta ſint.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. caſus quæſtionem dico Gibertum qui permittit, & licentiam concedit, vt ſecularis edicta eccleſiaſticam libertatem lædentia condantur, & executioni contra clerū mandentur, graui delicto ſe obſtringere, & excommunicationem in Bulla cœnæ Domini non effugere, cum auxilium, & fauorem ad hoc crimen perpetrandū præſtare ſaltem indirecte dicatur. Qui enim patitur, quod prohibere poteſt, & facere tenetur, idipſum facere dicitur. *l. adigere ff. de iure patr. l. pen. C. de can. larg. l. 10.* Vbi pari pęna punitur Officialis qui illicitas exactiones nō prohibet, & ſic in omittēdo delinquit, atque is qui eas facit, & ibi hoc notat. *Bald. & Marc. Antonius Genuenſ. in Man. Pact. c. 70.* vbi ait lethaliter delinquere Epiſcopū ſi non inquirit, an clerici oneribus grauentur, & ſi illos grauantes excomunicatos non declarat. &c.

Et cum eccleſiaſticis collectas imponentes, & exigentes pro conſtructione viarum, pontium, pro cuſtodia vrbis ſuę ſine Romani Pōtificis facultate in Bullæ Cœnæ Domini excommunicationem incidāt, infert etiam *Alterius* ibi *c. 2. & Duardus l. 2. canon. 18. q. 20.* Dominos terrarum, & eorū Iudices ac Magiſtratus ſcientes hæc ab eccleſiaſticis exigi, & non prohibentes cū poſſint, procul dubio excommunicatione feriri. Huc ſpectat textus in *c. præterea. 23. q. 8.* Qui crimina cū poteſt emendare nō corrigit, ipſe committit. *Sayrus in cl. reg. l. 10. tr. 11. c. 14.* Senecæ quoq. Tragœdiographi in Hercule furente ſententia eſt,

Qui non vetat, peccare cum poſſit, iubet.

Et teſte *Plut. in apoph. lacon.* Ex Lacedæmoniorum legibus, qui ſe præſente delinquentem non obiurgaſſet, pari caſtigationi erat obnoxius, cui etiam delinquens ipſe. Nec abludit illud Agapeti ad Iuſtin. Imp.

Iuxta peccare, & peccantes non cohibere æſtimas.

Duard. in Bulla Cœnæ Domini l. 2. can. 15. q. 11. n. 32. Bellett. in Diſq. cler. par. 1. tit. de exēpt. cler. §. 1.

Bene verum eſt, quod ſi laicorum facultates pro dictis oneribus ſupportandis non ſuppetāt, & neceſſitas vrgeat ita vt ad ſummum Pontificem recurri non poſſit, tunc citra vllam cenſuræ formidinem per Epiſcopum, & clerum loci prædicta onera eccleſiaſticis imponere licet. *Henriq. in ſumma l. 10. de ordine c. 15. nu. 5. Genuenſ. in Man. Paſt. c. 70.* idē *Duar. & Marta de Iuriſd. p. 4. c. 10. nu. 51. & ſeq.* vbi ſententiam Clem. VIII. refert, qua in facto declarauit Epiſcopo interueniente eccleſiaſticos ad publica onera teneri, vbi laicorum facultates nō ſufficiant, nec Apoſtolica ſedes facile conſuli poſſit, &c.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. quæſtionem reſpondendo dico lethaliter delinquere Epm ſi non adhibitis debitis diligentijs, & cautelis, ac maturo conſilio, ad ſeparādos coniuges procedit, cū maxime circa matrimonia in qb. de ſumma rerū, & de animarū periculo agit; Eps uigilare dēat; & pro ipſis ſtatu eius de officiū ſpectet, ſiquidem vt plurimum diuortium ex animæ paſſione petitur, & quotidie diuortia ſub fictis coloribus exigi ſolent. Vnde ſi vxor nolit cū uiro habitare allegans ſe iuſtā diuortij faciendi cauſam habere, regulariter nō eſt ab Epiſcopo, vel eius Vicario audienda, ſed interim donec legitime conſtet, cum ipſo marito manere cogēda eſt cum de facto ſua poſſeſſione, & iure ſuo ſpoliari nō debeat. *c. literas ext. de reſtit. ſpol. Sanchez. l. 10. d. 12. nu. 15. Molf. ſ. tr. 4. c. 14. nu. 47. vt per DD. in c. porro ext. de diuortijs & Genuenſ. l. c. c. 84. & in Pract. eccleſ. q. 703.* Aliquando enim illud euenire ſolet, quod ait *D. Chryſoſt. in 9. cap. Matth. Homel. 32.* Quēadmodum ſi videas hominem aſſidue amicitias medicorum colentem, ex ipſa re ſtatim intelligis quia infirmus eſt: ſic & cum videas ſiue virum, ſiue mulierē de dimittendis vxoribus, aut viris, legem interrogantes, cognoſce quia vir ille

laſciuus eſt, & mulier illa meretrix eſt.

Certum eſt autem tria eſſe bona matrimonij, nempe prolem fidem, & ſacramentum. Prolis generatio, & bona educatio quærenda eſt, ſi quis coniugio bene, & feliciter vti velit, nam vt rectè docet. *Auguſt. l. 9. in Gen. ad lit. c. 7.* Nulla in re viri egent adiutorio fœminarum, niſi in parienda, & educanda prole: alijs enim rebus melius viri à viris, quàm à mulieribus adiuuantur. Fides in eo poſita eſt vt coniuges intelligant, corpus ſuum nõ eſſe ſuum, ſed alterius coniugis: & ſicut vnus non poteſt alteri debitum negare: ſic ei nefas eſt alteri copiam ſui corporis alteri quàm proprio conthorali facere. Cuius rei ſignum eſt annulus. *Lapus alleg. 57.* Bonum Sacramẽti indiſſolubilitatem, (vt aiunt) matrimonii ſignificat, quæ vnionem Chriſti cum eccleſia refert. Propterea coniugium & ſi olim quatenus contractus erat ciuilis diſſoluebatur, nũc tamen pro vt ſacramentum eſt quò ad vinculum, niſi per mortem, vel profeſſionem in religione infringi, ac infirmari nequit, licet quò ad thorum, & cohabitationem aliquando ſeparatio fieri ſoleat.

I. Diuortij cauſa.

Vt primo ob ſęuitiam alterius coniugis, dũmodo tanta ſit vt abſque graui periculo dãni vxor cũ viro habitare nequeat. Et quia mulieres parua magnificare ſolent; propterea Epiſcopus, vel eius Vicarius non facile illis credere debet, etiamſi aſſerant valde ſibi à maritis timere, cum plerumque vani timoris conuincantur, cuius nulla debet haberi cõſideratio. Sicut nec illi mariti audiendi ſunt, qui matrimonio contrahendo præcipue formæ rationem habuerunt, illa enim abeunte leui momento de diuortio cogitant. teſte *Iuuenali Satyra 6. Theſ. deciſ. 130. Gutierez in can. qq. l. 1. c. 24. Conine. bd 35. Reginal l. 31. c. 41. nu. 313. Bonac. de matr. q. 4. pun. 5. Genuenſ. in Pract. eccleſ. q. 695. Rolan. à valle volum. 3. conſ. 27. & dixi ſup. tract. 13. c. 11. q. 24. Socyn. cõſ. 186. Ricius in Praxi. mat. deciſ. 235. Sanchez de matr. l. 10. q. 18. nu. 2.*

II. Diuortii cauſa.

Secundo ob adulterium alterius fit ſeparatio *Matth. c. v. c. gaudemus. ext. de diuort.* Ea autẽ notitia requiritur vt moraliter de delicto cõiux certus ſit, & violenta ſuſpicione valleat, qualis in foro externo ad cõuincendã vxorem ſufficeret, vt quia ipſa adultera illud confitetur, vel cum nudus cum nuda inuenta eſt, vel ſolus cum ſola in lecto deprehẽſa. &c. *c. literis ext. de præſum.* Obſeruãt vero DD. ſi adulterium viri notorium ſit, vxorem propria authoritate, & abſque iudicio eccleſiæ à viro diuertere poſſe, & è contra; quãdoquidem iuno ęc non per Iudicis ſententiam, ſed ex natura contractus, & legis diſpoſitione hoc ius acquirit; ſed ad vitandum ſcandalum ipſius Iudicis manus expectari ſolet. Et in foro externo communi praxi receptum eſſe, ob ſolum viri adulterium non fieri diuortium, niſi ille ſecũ adulteram concubinam retineat, ex cuius inſidiis, vel mariti, vxori probabiliter mors immineat. *Molfeſ. tr. 4. c. 14. num. 9.*

III. Separationis matrimonii cauſa.

Diuortio quoque tertio loco cauſam ſufficientem præbat neſandum crimen, quod tamẽ difficilis eſt probationis, & in exterioribus iudicali an mulieri aſſerenti ſuper hoc vitio tentatam fides adhibenda ſit inter ſcribentes diſſenſio eſt, de qua *Farinac. in deciſ. Rot. Rom. 178. Mantuab. conſ. 286. Ricius Praxi mat. deciſ. 237. & in deciſ. cur. Neap. deciſ. 9.* vbi tradunt ſolum mulieris querelam ad ſeparationem non ſufficere, niſi præter propriã aſſertionem aliquod aliud indicium, & adminiculum accederet: aliàs vxoribus maxima occaſio ad eſſe tum diuortii, accuſandi maritos præberetur. Aliæ etiam diuortij cauſæ à Doctorib. recẽſent, q̃ in vniuerſũ ad notabilẽ perniciem aĩæ, vel corporis reducunt. Propterea ĩ Praxi Eps, vel eius vicegerens coniugẽ virum, vel mulierẽ allegantẽ ſe non poſſe in primis cum altero manẽdo animæ ſuæ ſaluti bene proſpicere, ideoque de diuortio eſſe omni ſibi deliberandum, ſerio hortari debet, vt ſi poſſit aliud licitum remedium quietis animæ ſuæ inuenire, illud potius ſequatur, memor; d æternæ ſalutis conſecutionem valde expedire vt crucem diuina prouidentia ſibi impoſitam tãquam onera matrimonii patienter pro Chri nõ ſe ferat, ad cuius exemplũ ſe cõformare tenetur. Vt mutuo ſe iuuent; & alter alterius onera portet, vt ſic adimpleant legem Chriſti, vt enim ſunt vna caro, ita decet eſſe vnum vtriuſque ſpiritum. *Apoſt. de Gal. 6. & ad Epheſ. 5.* Qđ ſi ad ſalutem vtriuſque comperiat expedire vt diuortium fiat operam dare debet, vt cum grauitate procedat, & perſpecta habeat quæ ad illud ſpectant, & per ſe ipſum mature conſiderata, iuxta illud,

Conſilium nobis reſque locuſque dabunt.

Nam ſuper quãcumque rem grauem, vt eſt in adagio dormire oportet, cum lectuli culcitra deliberationem præbeat; conſulat is ẽt libris, aut uiris doctioribus, ut proprio Theologo, & Pœnitentiario, ſi ipſe ſibi non ſufficiat. Nam ut ſæpe animaduertimus, In rebus agendis præſertim difficilioribus conſilium expertorum, & peritorum adhibẽre debet, ut ſuadet. *Ariſ. in 6. Etich. c. 4. & Sapiens. prouerb. c. 3.* Ne innitaris prudentiæ tuæ. *Nau. cõſ. 20. de Priuileg.* De qua materia egimus etiam. *tr. 13. c. 10. q. 2. ſupp. 2. & c. 9. & c. 11. q. 35. monito. 7.*

Moni-

Monitum.

VBi Epiſcopus duo obſeruare dẽt. Primũ eſt ſe maritum cogere poſſe vt vxorem ẽt indo tatam ob ſeparationem cauſa viri ipſius factam, extra domum alat cõſ eſt. ex *Sanchez. de matr. l. 9. diſp. 4. q. 2. num. 20.* & alij.

Secundũ eſt cõiugi innocenti ob mariti adulte riũ legitime celebrato diuortio, liberum eſſe, vel in ſeculo manere, continenter tñ viuendo, & præ ſertim cum eius patre permanendo, vel ad reli gionem tranſire. *c. Agathoſa. 27. q. 2. c. veniẽs ext. de conuerſ. coniug.* Idem *Sanchez. l. 10. diſp. 11. Reginal. l. 30. nu. 327. Molfeſ. tr. 4. c. 14. nu. 52. Marius Ant. l. 1. var. reſol. reſol. 35. Tuſchus in v. maritus concl. 110. v. vxor concl. 386. v. alimenta concluſ. 287. num. 132.*

V. Q. RESOLVTIO.

QVintę demum propoſiti caſus quæſtioni ſatisfaciendo dico, Gibertum Epiſcopũ ludentem aleis cum clericis de familia contra cõſtitutionem ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto à ſe latam, peccati labe ſe quidem aſperſiſſe ludo eccleſiaſticis vitijs interdicto incumbendo, imo et tur piorem maculam contraxiſſe, quò in excellentiori gradu conſtituitur. Nã qui alios tegit, debet ſecum ratiocinari, quod aliud ſit plectrum, aliud ſce ptrum: & qui alijs præeſt alius à ſe ipſo eſt, & non idem qui erat priuſquam ad dignitatis gradum eueheretur. Maxime enim in confeſſo eſt clericos beneficio donatos, & quoſcunque alios ſacris ordinibus inſignitos, quatenus ex communi iure colligitur, ſi aleæ vel taxillorum ludo deſeruiãt, hoc eſt ſi frequenter ludant, lethali noxa ſe obſtringere, vt ex multis Iuris Canonici locis cõſtat. vt in *c. inter dilectos ext. de exceſſ. Prel.* vbi clerici aleatores publici ſi à ludo non deſiſtant, à beneficio, vel ab vſu, & exercitio ordinis ſacri ſuſpendi iubẽtur; & ibi quidam clericus à quodã dignitatis gradu ad quem electus fuerat, tãquam infamis repulſus eſt: nec profuit illi dicere in Gallia conſuetudinem extare vt clerici aleis ludant, quia ait Pontifex, eſt corruptela non toleranda, ſed punienda. Et in *c. 1. d. 35.* legimus, Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus aleæ atque ebrietati vacans, aut deſinat, aut damnetur, ideſt excõmunicetur, vel beneficio priuetur, aut ab officio ſuſpẽdatur. Qui Canones renouati ſunt per *Cõc. Trid. ſeſſ. 22. de refor. c. 1. Sayr. l. 11. cla. reg. c. 12. n. 4. Salas de ludo. d. 24.*

Addo ex *Baronio tom. 11. anni 1061. num. 40.* Non ſolum ludum alearum, ſed etiam ſcachorũ, vel latrũculorum eſſe Epiſcopis interdictum. Vnde, vt alibi *in 2. par.* aduertimus *c. 4. q. 17. reſol. 5.* eſt illa in quẽdam Epiſcopũ Petri Damiani acris obiurgatio. Rectene, inquam, tuique erat officij veſpere in ſcachorum vanitate colludere, & manum dominici corporis oblatricem; linguã inter Deum, & populum mediatricem, ſacrilegi ludi biij contaminatione fœdare? Præſertim cum canonica decernat auctoritas, vt aleatores Epiſcopi deponantur? Et quid prodeſt ei, quem efficaciter au ctoritas damnat, etiamſi extrinſecus iudicium nõ accedat? Ille autem ex diuerſitate nominum defenſionis ſibi faciens ſcutum, aliud aiteſſe ſcachũ, aliud aleam: aleas ergo auctoritas illa prohibuit, ſacchos vero tacendo eſſe conceſſos: ad quod ego: ſcachum, inquam, ſcriptura non ponit, ſed vtriuſque ludi genus aleę nomine comprehendat. Quapropter dum alea prohibetur, & nominitim de ſcacho nihil dicitur, conſtat proculdubio vtrumq. genus comprehendi, vno vocabulo vnius ſentẽtię authoritate damnatum hæc ille. Sed quidquid ſed de his Canonicis legib. quas aliq. alicubi vſu abrogatas eſſe teſtantur, illud mitius placitum ſen tirem, clericos (quo nomine etiam Epiſcopi in fauorabilib. cẽſentur) à lethali culpa excuſari poſſe.

Primo ſi non niſi in parua quantitate recreandi animi cauſa ludant, quãquidem humana mens aſſidua rerũ tractatione, ni aliquãdo honeſto otio inſtauretur, flacceſcit vt propterea publicis negotiis laxamenta interponere neceſſarium ſit, viro præſertim Principi, & Antiſtiti, qui multis curis quotidie conficitur, & moleſtiſſima quæque idẽ tidẽ videt, audit, & ſẽtit, & vt Senecæ verbis utar.

Alia ex alia cura fatigat,
Vexatque animos noua tempeſtas.

Vnde & morales Philoſophi tria potiſſimum media ad laudatam ſenectutem peruenic̃di aſsignãt. Primo rectã adoleſcentię, & iuuentutis inſtitutionẽ. teſte *Sap. Prou. c. 22.* Secũdũ eſt vi ctus ſobrietas *Eccleſ. c. 37.* Tertiũ quies ut non ita ſe laboribus homo dedat, quin aliquando ab eiſdem reſpiret, animumque honeſtis recreationibus oblectet, cum non ſemper arcum tendat Apollo. *Caſſian. collat. 24. c. 21. vt diximus in 2. p. tr. 9. c. 24. q. 73.*

Secundo requiritur ut in loco ſecreto, & abſq. ſcandalo, hoc fiat, nam quod agitur à Prælatis, facile à ſubditis trahitur in exemplum, cum ſint tãquam ſignũ poſiti ad ſagittam. *c. qualiter, & quando. el 3. ext. de accuſat.* Vnde inferiores eorũ uitam reſpiciunt, iuxta illud.

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

c. magnæ. vbi gloſſ & DD. ext. de voto. Hinc illa cuiuſdã Germani uox cum D. Carolum Borromeũ ſolum in cubiculo in pane, & aqua prandentem uidiſſet, ſi Germania Borromęos Epiſcopos habuiſſet, à fide non receſſiſſet. Quod quidem cum ſemper uerum ſit, tum uero maxime cum ſubditi eorum domeſtici, ac familiares ſunt. Nam ut ait

 Iuuen.

Digitized by Google

quo caſu cum inuiti tributa ſoluere dicantur, exactores ab excommunicatione illa non excuſati ait. *Vgol. de cenſ. Papa reſer. c. 18. verſ. ait ſic. & Proſper. de Aguſt. in add. tit. ad Steph. Quar. in v. vectig. limit. vlt. Suarez de cenſ. d. p. 21. ſect. 2. n. 99. Sayrus l. 3. de cenſ. c. 9. nu. 8. Eduard. in coment. in Bulla Cœnæ lib. 2. can. 18. q. 15. & 16* Vbi idcirco eſſe dicūt, quando abſq. vlla exactione & vi, ex abſoluta, omnimoda, ac prorſus libera donandi voluntate tribuitur, cum inre ſua quilibet ſit moderator, & arbiter, *l. in re mandata. C. mandati.*

Vbi vero in vectigalium impoſitione nulla clericorum ſit facta mentio, & publicani indiſtinctè tàm à laicis, quàm à clericis exigerent, tunc tantū in eam excommunicatonem inciderent, quæ continetur. *in c. quamquam tit. de cenſibus in 6. vt per Caiet. in v. excommunicatio. c. 39. Nau. c. 27 nu. 61. in fine. Vinaldum in expoſit. Bulle* 117. *Tolet.* §. 4. *dub.* 5. & §. 9. Quæ quidem cum Summo Pontifici reſeruata non ſit, tunc Epiſcopus per ſe vel per Deputatum præuia ſatisfactione abea abſoluere poterit. Imo cuilibet appprobato Cōfeſſario abſq. alia licentia, niſi Ordinarius id prohibuerit, ab eadem liberare integrum erit, per *c. nuper ext. de ſēt. excommun.* Sicut enim à generali excommunicationis ſentētia ab homine lata, cūctis Cōfeſſariis, & conſcientiarum Iudicib. abſoluere fas eſt, ita etiam quācūq. iuris excommunicationem maiorē nulli reſeruaram relaxare illis licebit, ſiue hæc à ſynodo, aut Epiſcopi edicto, & ſtatuto, ſeu etiam ſummi Pontificis Conſtitutione condita ſit, vt inter alios docet, *Lazar. de monit. q. 4. ſect. 13. & 14 Reginald. l. 9. num. 12. & ſeq. Sayr. l. v. 4. 15. nu. 22. Filliuc. de cenſ. c. 9. q. 4. & 5. Bonac. diſp. 1. q. 3. p. 1.* Et ſicut eccleſiaſtici abſq. ſummi Pontificis facultate, vllo caſu collectas, & vectigalia, ſoluere nec debēt, nec poſſunt: ita nec ad ſoluendū ſe promiſſione obligare ualēt, nam promittere, & ſoluere paria ſunt. Et iuri publico priuatorum pacto derogari non poteſt. *c. ſi diligenti. ext. de foro compet. Megal. conſ.* 18.

Cęterū vt obſeruat. *Menoch. de arbit. Iud. cēt. 6. caſ.* 356 Clemēs V. *in clem. vlt. de cenſib.* Diœceſanis præcipit, vt cenſuras publicari faciāt, in quas ipſo iure publicani inciderunt, aliiq. gabellarum exactores, qui à clericis Indebita exigerunt. Cuius ſanctionis ad mortale peccatum obligantis tranſgreſſores Iudicis etiam arbitrio puniri debent.

VII. Q. RESOLVTIO.

POrro 7. q. ſic briuiter reſoluendam putamus, Epiſcopum diſpenſare potuiſſe cum Iacobo aromatario, qui corrupta pharmaca Mario ægroto præbuit, quem dubitat an ob hoc mortis cauſā dederit: cum explorati iuris ſit, Epiſcopo in homicidio caſuali, quod voluntario directè opponitur, pſertim occulto, diſpenſationē impertiri licere. *ex Conc. Trid. ſeſſ. 14 de ref. c. 7. Nau. c. 27. nu. 240. & conſ. 27. de humicidio. Henriquez l. 14. c. 19. §. 3. in annot. Sayr. de cēſ. l. 7. c. 7. n. 8. Riccius in Praxi fore eccleſ. deciſ. 521. Bonac. de irregul. d. 8. q. 4. pun. vlt. Barboſ. de Epiſcopo p. 2. Alleg. 39. num.* 48. Sane aromatarios irregulares fieri ex morte quæ ex corruptis, ac vitiatis pharmacis prouenit, tradit. *Maiol. l. 2. de irregul. c. 12. & Sayr. l. 7. c. 4. num. 6. ex Abb. in c. tua nos §. ad vltimum. ext. c. de homicidio.* Ita vt verum quidam Sapiens dixerit quinq. exercitia, quæ de ſe licita ſunt, inter alia ſibi valde periculoſa videri, videlicet, medici, Iudicis, militis, confeſſarii, & aromatarii. *teſte Buſto par. 2. ſum. 32. §. aromatariorum.* Et huiuſmodi artifices ſic delinquentes poſſe in foro externo ab Epiſcopo puniri tradit. *Abbas in cap. 1. ext. de empt. & vendit. Felyn. in c. irrefragabili. §. cæterum. ext. de offic. ord. Couar. l. 3. var. reſol. c. 14. num.* 5.

Corollarium.

AT ſatis conſtat Epm non poſſe diſpenſare cū illo clerico, qui falſis confictis literis dimiſſoriis, ordine ſubdiaconatus eſt initiatus, etſi delictum ſit occultum, commiſſum tamen tempore, Sixt. V. Nam qui ante Bullam Clementis VIII. in pœnas Cōſtitutionis Sixti V. prædicti inciderunt, p moderationem ab ipſo factam abſoluti, vel diſpēſati non cenſentur. *Ricc. par. 1. deciſ. Cur. Neap. deciſ. 9. Arg. Tuſch. v. lex. concl.* 264.

QVÆSTIO. XXIX.

Vtrum Epiſcopus facultatem eccleſiam, vel oratoriũ ædificãdi concedere poſſit. Nec non vt in his imago viri cũ fama ſanctitatis defuncti, ſed nondum canonizationis, vel beatificationis titulo inſigniti cum radijs, vel laureolis proponi queat, & eius geſta imprimi. An Sancti reliquias donare. An eo concedente in eccleſia polluta celebrari poſſit. Num diſpenſare valeat vt qui caſu puerum in lecto ſuffocauit, ad ordines promoueatur. Nunquid abſq. ſynodo miſſas ad minorem numerum reducere ei liceat. Vtrum mutare poſſit pænitentiam à Papa iniunctam. Epiſcopus Conſiliarius Principis an infra Præſidem, & Senatores ſedere debeat. An in religioſũ Executorem teſtamenti executionem differentem animaduertere poſſit.

LVdouicus Epiſcopus conceſſit Michaeli patritio viro, ut in ſuo ruſtico prædio Oratoriū, vel paruā eccleſiā in honorem D. Iſidori cōſtruerēt: nec non vt cuiuſdam plj viri imago, tabellæ, & res aliæ ad beneficia ob eius interceſſionē accepta teſtificanda apponerentur. Et inſuper vt liber res

ab

Digitized by Google

ab eo geſtas continens imprimeretur, & in publicum prodiret. Qui ſane vir, & ſi ſanctitatis fama, & opinione ex hac vita deceſſerit, attamen neq. canonizationis, vt dicunt, neq beatificationis honore eſt ab Apoſtolica ſede inſignitus. Ad hęc cuiuſdam ſancti reliquias, quæ in ſua cathedrali eccleſia conditæ erant, alteri Epiſcopo donauit.

Secundo cum illa eccleſia poſt ab eo factā conſecrationem, ſit ſanguinis effuſione polluta, facultatem dedit, vt abſque alia reconſacratione in ea ſacrum per tres dies feſtos celebrari poſſet.

Tertio diſpenſauit, vt Aurelius qui infantem in lecto, & non in cunabilis retinuit, qui poſtmodum ſuffocatus repertus eſt, defuncta vxore, ad ordines promoueri poſſet.

Quarto quaſdam miſſas in fundatione cuiuſdā beneficij præſcriptas, ſine cōgregata ſynodo reduxit, & ad minorem numerum reuocauit.

Quinto cum ei ſit comiſſa matrimonialis diſpenſatio, cuidam viro inceſtuoſo iniunctam pœnitentiam, vt in eccleſiæ alicuius fabricam operam ſuam poneret, cum ſit homo nobilis, ac delicatus, cummutauit, vt tantam pecuniæ quantitatem locis pijs, & Chriſti pauperibus erogaret.

Sexto cum ſit cuiuſdam Principis Conſiliarius (eſt enim eius vrbis Epiſcopus) dum Senatus habetur, infra Præſidem, & nonnullos Senatores ſedet ex præſcripta conſuetudine, quod antiquiores in promotione ibi præcedere ſoleant.

Septimo cum caſum eorū ſibi reſeruauerit, qui diutius biēnio ſolutionē ex legato pio debitā diſtulerit, Raphaelē regularem qui ſine expreſſa ſui ſuperioris licētia Andreę teſtatoris teſtamentariā executionē ſuſcepit, in caſū reſeruatū incidiſſe declarauit, & in eum ſuſpenſione ab audiētia cōfeſſionum animaduerrit. Quæritur quid iuris in his caſibus ex practicę Theologię placitis ſtatuēdū ſit.

I. Q. RESOLVTIO.

SVppoſito eo, qđ alibi ſcripſimus, ex certa regula eccleſiam aliquam in Dei honorem uel cultum, uel ſanctorum, qui cœleſti, & triūphanti eccleſiæ ab Apoſtolica ſede ſunt adſcripti, ſine Epiſcopi conſenſu ædificari non poſſe, ipſe enim ædificationis locum aſſignat, primum lapidem ponit, dotem ei conſtituit. &c ut per *c. nemo. &c. placuit de conſ. diſt. 1. c. ad hæc. ext. de relig. dom. Zerula in Praxi Epiſc. v. eccleſia. Ricc. in Praxi var. reſol. reſol. 11. Barboſa de Epiſc par. 2. Alleg. 26. Molfeſ. tract. 6. cap. 1. nu. 27.* Dico eorum imagines in locis tàm publicis quàm priuatis appendi non poſſe cum laureolis aut radiis. &c. qui ſanctitatis tantū uel martyrii fama defuncti ſunt, ſed neq. canonizationis, neq. beatificationis honore ab Apoſtolica Sede inſigniti fuerūt. Ac pariter imprimere non licere libros, qui eorum geſta, miracula, reuelationes, uel quæcunque beneficia eorum interceſſionibus à Deo accepta continent; id enim ſub grauibus pœnis inhibuit ſacra Cardin. Congregatio iuſſu Vrbani VIII. in Decreto Incip. *Sanctiſſimus D. N.* ſi hoc fiat ſine recognitione, abſque Ordinarii approbatione, qui in his recognoſcendis, Theologos, alioſq pios, ac doctos uiros in cōſilium adhibere debebit, & inſtructum negotium ad ſummū Pontificē tranſmittere, & eius reſponſū expectare.

Reſolutionis exceptiones.

DEclarat tamen quod per ſupradicta præiudicare in aliquo non vult, neq. intendit in his quæ per cōem eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum ſe aut per Patrum, virorumq. ſanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia, ac Sedis Apoſtolicę, vel Ordinarij tolerātia coluntur. Quod autem dicatur longiſſimū vel immemorabile tēpus, Iudicis, vel boni ac prudētis viri arbitrio ſtandū eſſe videtur. vt per *Menoch. de arbit. Iud. l. 2. cent. 1. caſu 3. & Tuſch. verbo tēpus. concl. 39.*

Sicuti non prohibetur quin eorum, qui egregijs factis, & virtutibus inſignes fuerunt, imagines pingi poſſint, & in priuatis domibus teneri, dummodo duliæ cultus antequam Papa id decreuerit, eis non exhibeatur; earum enim vſus multa commoda hominibus afferre ſolet, ſiquidem quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus. Hinc Saluſtius in præfatione belli Iugurtini inquit, ſępe audiui ego Quintum Maximum, Publium Scipionem, & præterea Ciuitatis noſtræ præclaros viros, ſolitos dicere cū Maiorum imagines intuerentur, vehementiſſime animum ſibi ad virtutem accendi, ſcilicet non cerā illam, neq. figuram, tantam vim in ſe habere, ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregijs viris in pectore creſcere, neq. prius ſedari quàm virtus eorum famam, atq. gloriam adæquarit. Eadem ratione ipſorum virtute præſtantium virorū geſta monumentis tradere, & immortalitati conſignare licebit: nam vt idem Auctor in *Iugur.* ſcripſit, Magno vſui eſt rerum geſtarum memoria, etenim vt aſpectus à circūfuſo aere lumen accipit, ſic animus ab hiſtoriarum, liberaliūq. diſciplinarum cognitione. Et D. Gregorius Nazianzenus *ad Nicol.* Præclarū eſt, ait, mentem hiſtoriarum cognitione inſtructam, ac refertam ad imitandum habere; hiſtoria enim conglobata quædam, & coaceruata ſapiētia eſt, hominumq. multorum mens in vnum collecta. Vt vere etiam Iſocrates *in orat. Nicol.* dixerit, ſi præteritorū memineris, de futuris etiam rectius deliberabis.

Q.

26. *& l.1.c.10.nu* 74. *Molfeſ.tr.1.c.15.nu.*140. *Bonac.de ſacram.d.5.q.7 pun* 5.§.4. In caſuali etiam homicidio publico volunt aliqui, licere Epiſcopo quò ad minores ordines, & beneficium ſimplex diſpenſare. *Sylueſt.v.homicidio.nu.*11. *Cov.in* 2. *par. relect.Clem.*1. *de homicid.*§.3.*nu.*5. *Henriq.l.*4.*c.*19.§.22. *Coninch.tom.*2.*d.*18.*nu.*111. Idē *Sa v. irregularitas .ex illic. de form. num.* 7. *Barboſ. in remiſſ.ad Conc.ſeſſ.*14.*de refor.c.*7.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4.q. dico Epõ licuiſſe miſſas illas ad minorē numerū ex iuſta cauſa (nec enim teſtatoris voluntas temere violāda eſt) reducere, vt iuſtū ſtipendium oneri miſſarum de præſenti reſpondeat, modo tamē illę in fundatione eccleſiæ, vel capellaniæ impoſitæ non ſint; nam in *Conc.Trid.c.*4.*de refor. ſeſſ.* 25. tantū de relictis in vltima voluntate fit mentio, & ideo eius diſpoſitio vltra caſum ſuum extendenda non erit, nempe ad obligationem ab erectione beneficij conſurgentem, vt Congreg. Card. declaraſſe multi DD. teſtantur. vt *Marc. Anton. Genuenſ. in Praxi Neap.c.*24.*n.*8. *Piaſecius in Praxi epiſc. par.* 2.*c.*3.*nu.*31. *Nald.in v.miſſa nu.*18. *Poſſev.de officio curati c.*2.*q.*9. Quāuis contrarium aliqui teneant. vt *Henriq.l.*9.*c.* 22. *nu* 6. *in comment. littera* P. *& Mirande in Man. Prælat.tom.*1.*q.*4. *art.*12. & alij, eo quod vt ipſi aiunt: *Conc.Trid.l.c.* facultatem miſſarum numerum minuendi, & taxandi, ſimpliciter, & abſolute conceſſiſſe videatur. Sicut etiam nonnulli volunt, reductionem hanc etiam de miſſis poſt Tridentinū Cōc. relictis fieri poſſe, tū quia praxi ſic receptum eſſe videtur, tum quia Cōc. abſolute loquitur, & eadem ratio tàm in relictis ante illud quàm poſt militat &c. Sicuti etiam diſpoſitio. *Cōc.Trid. ſeſſ.*24.*c.*6. de caſib. occultis abſoluendis Epiſcopo conceſſis magis cōmuniter DD. ſentiunt, quod intelligi debeat non ſolum de caſibus ſedi Apoſtolicæ ante Cōcilium reſeruatis, ſed etiam de ijs, qui poſt ipſius Cōcilij publicationē reſeruationi ſunt ſubiecti. Et ratio eſt tum quia præfatum Conc. facultatem generaliter tribuit, nec de præteritis, vel futuris diſtinguit, atq; ita generaliter eſt intelligēdum. *Socinus reg.*12. *Suar.de pœnit.diſp.*30.*ſect.*2. *Rodr.in ſumma par.*1.*c.*81.*n.*4. *Tol.l.*1.*c.*41.*in fine. Beia in reſp.caſ. conſ. caſu* 37. Pereg. *Finell.de caſ. reſ.c* 7. *Gamb.c.*3. Pereg *de duello q.*37. *Nau.conſ.* 10. *de privileg.* & alij recentiores. Sed ut ait *Bonac. de ſacr.d.*4.*q.vlt.p.*7.§.2 *nu.*10. ſuppoſita quò ad hoc Cardinaliū declaratione ſine firmiori fundamēto (& præſcripta cōſuetudine) ab ea recedendū non eſſet. Et quia cum magna conſideratione, & iuſta ſubſiſtēte cauſa id fieri debet, ne fideles ſcandali anſam arripiant, & à pijs operibus faciendis retrahantur, ideo licet Epiſcopi pro eorum arbitrio hoc munus præſtare poſſint, tutius tamen, & conſultius eſt, in diœceſana ſynodo id facere, ut obſeruat *Molfeſ.tr.*3.*c.*16.*nu.*29. *Zerula in Praxi Epiſ.in v.miſſa.*§.3. *Barboſa de Epiſc.p.*2. *Alleg.*29 *nu.*2. videantur quæ ſup. diximus *tr.*4.*c.*14.*q.*219.

Verum ut alibi dixi, hæc facultas per Decretū S. Congreg. Card. ex mandato Sāctiſs. Vrbani 8. ſublata eſt, cum hodie pro miſſarum reductione ad Apoſtolicam Sedem recurrendum ſit, ſecus reductiones, moderationes, & commutationes inualidę redduntur. Et in ſpecie prohibet ne Epiſcopi in diœceſana ſynodo, aut Generales in capitulis generalibus, vel aliàs quomodolibet reducant onera ulla miſſarum celebrādarum, aut poſt idem Concilium impoſita, aut in limine fundationis. Quinimmò S. Card. Congregatio declarauit, etſi legatum ſit adeo tenue, ut non ſit qui onus illi iniunctum ſubire velit, & ſi ad Apoſtolicam ſedem pro oneris moderatione recurrendum ſit, totum, aut fere totum pro expenſis ad id neceſſariis ſit inſumendum, adhuc tamen Romanam Sedem eſſe adeundam, quæ abſq. ulla impenſa id ſtatuet, quod magis in Domino expedire iudicauerit. Verūtamen ſi in ipſa beneficij erectione expreſſe cautum fuerit, vt Epiſcopo iniunctum onus moderari liceat, hanc fundationis legē, quã Decreta hac de re edita non ſuſtulerunt, validam, ac obſeruandam eſſe, ut alibi animaduertimus, reſponſum eſt.

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5.q. reſpondendum videtur Epiſcopo cui matrimonialis cauſa à Summo Pontifice delegata eſt, integrum fuiſſe pœnitentiam inceſtuoſo viro iniunctam, vt operam ſuam in eccleſiæ fabricam conferret, ſi ille nobilis, & debilis, ac delicatus ſit, in pecuniariā mulctam cōmutare, iuxta tradita per *Gloſ.in c.tempora* 26.*q.*6. *Felyn.Dec & alios in c, at ſi clerici.*§.*de adulterijs.ext.de iudicijs. Romanum ſing.* 454. *Iaſonē in l. omnes populi.in* 2. *lect.nu.*13 *ff.de iuſtitia, & iure.& in conſ.*1.*nu.*6. *l.*1. *Tiraq.in præfat.ad tract.de temp pœnis nu.* 26 *Menoch.conſ.*90.*nu.*34. *Molfeſ.de ſynodo c.*4.*dub.* 66. Vbi tradunt Epiſcopum ex cauſa pœnitentiā ab Apoſtolica ſede indictam mutare poſſe.

Nec abſimile eſt, quod docent ij Doctores tùm Theologiæ, tùm iuris Canonici, qui caſuū cōſciæ ſummas confecerunt, uidelicet ſimplicem Confeſſarium, aut Parochum, relaxare poſſe pœnitentiam à Superiore, puta Epiſcopo, Vicario, aut Pœnitentiario in foro conſcientiæ impoſitam, etiamſi ob peccata reſeruata iniūcta fuerit. Ratio eſt quia cum iuſta ſubeſt cauſa, neceſſitas urget, aut vtili-

tas

tas ſuadet, nec ad ſuperiorem facilis eſt aditus, piũ eſt interpretari facultatem commutandi eũ concedere. *arg ſi hominem ff. mãdati. 10. Chap. de caſib. reſ. c. 12. q. 5. Zerula in praxi pœnit. c. 25. q. 11. Suarez. tom. 4. diſp. 38. ſect. 10. Coninch. d. 10. nu. 99. Reginal. l. 7. n. 86. Molfeſ. tr. 7. c. 23. n. 69. Filliuc. tom. 1. tr. 8. c. 2. q. 7. Bonac. de ſacr. d. 5. q. 1. pun. 3. n. 6.* Atq. prædictam reſolutionem noſtrã affert præter alios *Marc. Ant. Gennen. in praxi Neap. c. 25. & Ric. p. 2. Curia Neap. deciſ. 155. arg. Menoch. de arbit. Iud. caſu 391.*

VI. Q. RESOLVTIO.

SExtę q. hoc reſponſum reddendum videtur, dicendo Primo, quod ſicut qui ambitu, faſtu, & glorię cupiditate de ordinis prælatione contẽdunt, iure damnandi ſicut, quippè qui comparandi videãtur illis Phariſæis, qui vt ſcribit *Matthæus c. 5.* glorioſe amant primos recubitus In cœnis primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro: ita iure merito illi laudandi ſunt, qui non alia ratione de prælatione hac experiuntur, quàm vt pulcherrimus ille ordo, qui & in Cœleſti patria conſtabilitus eſt obſeruetur, & dignitati debitus gradus tribuatur. vt ait *Menoch. l. 10. cõſ. 902. Arg. Tuſchus in v. ordo concl 907.*

Huius ergo q reſolutio facili colligi poteſt ex *c. Epiſcopos. diſtinct. 17.* vbi hæc verba habentur, Epiſcopos ſecundum ordinationis ſuę tempus, ſiue ad conſidendum in concilio, ſiue ad ſubſcribẽdum, vel in qualibet alia re ſua loca attendere decernimus, & ſuorum ſibi prærogatiuam ordinum vindicare. *Et ex c. ſtatuimus. ext. de maior. & obed.* vbi ſancitur, vt qui maior eſt in ordine etiamſi poſterius ſit receptus, in portione percipienda eſſe volumus potiorem. Quod etiam conſiderat. *Nau. conſ. 5. ext. de maior. & obed. Grſlenzonius conſ. 50.* vbi ait regulam illam. Qui prior eſt tempore potior eſt in iure; ita demum procedere, ſi perſonarũ paritas adſit, ſecus autem ſi ex aliqua cauſa poſterior eſſet magis priuiligiatus. Neque regulam illam in honoribus eccleſiaſticis locum habere. Siquidem vt ſcriptum reliquit. *D. Chryſoſt. l. 3. de ſacerd. & Nazianzenus in oratione 17. ex c. ſolitę de maior. & obed.* Quantum Cœlum terra pretioſius eſt, quantũq. anima corpori, ſpiritus carni, diuina humanis pręſtant, tantum Epiſcoporum principatus omnia ciuilia regna, & poteſtates antecellit, & quanta eſt differentia inter ſolem, & lunam, tanta inter ſacerdotium, & imperium. Idemq. ex D. Ambroſio cõfirmat. *Caſſaneus in catalogo gloriæ mundi 4. par. conſid. 5. & 6.*

Sicque reſoluendum videtur, Ludouicum Epiſcopũ Principis Conſiliarium in loco conſilij Præſidem & alios Sena[illegible] etiamſi tempore poſterius ſit in illũ ordinem receptus, pręcedere iure debere contra *Menochium d. conſ. 902. n. 73.* & *Purpuratum ibi allegatum. & Fabium Annam in conſil. 40. num. 47. Riccium in praxi fori eccleſiaſt. Deciſ. 475.* vbi aiunt quod & ſi Epiſcopus ob dignitatem, quæ à perſona ſeparari non poteſt, magis honorari debeat, in locis tamen capitularibus, & conſiliaribus, poſt Præſidem, vel Decanum tãtum, primum locũ tenere debet. Quorum opinio, vbi eſt ſic vſu receptũ, donec à Romana Sedę aliud diffiniatur, ob corruptas ſeculi leges teneri fortaſſe ualeret.

Sæpe namq euenitur quod uſu, vel exemplo fit, id etiam iure fieri homines putent. At vt ait *Seneca ep. 99.* Vitium eſt ad plurium exempla cõponi, nec quid oporteat ſed quid fieri ſoleat aſpicere.

VII. Q. RESOLVTIO.

AD 7. q. breuiter dico quod licet Raphael religioſus ab Epiſcopi iuriſdictione ſit exemptus, ac propterea caſuum reſeruatio, ſicut & cenſuræ ab eo latæ illum afficere non uideatur, eà nihilominus aſtringitur, ac ligatur quando Epiſcopus, uel Ordinarius Apoſtolica authoritate procedit, ut hř *in Cõc. Tri. c. v. ſeſ. 25. de reg.* Vnde cum Epiſcopi non ſolum iure communi, ſed etiam tãquam Sedis Apoſtolicæ delegati, in caſibus à lege conceſſis, omnium piarum diſpoſitionum tàm in ultima uoluntate; quàm inter uiuos Executores ſint. *c. tua nobis. ext. de teſt. clem. 1. tit. & in eod. Cõc. Trid. ſeſſ. 22. de reform. c. 3. Franciſci Leonis Theſ. fori eccleſ. par. 4 c. 2. Barboſa par. 3. de Epiſcop. allegat. 82. numero 14.* Hinc fit ut Epiſcopus reſeruando caſum cum hoc relatiuo qui etiam religioſos comprehendat. Siquidem cui exequendi poteſtas datur, facultas etiam cõceſſa uidetur ut ea exercere queat, ſine quibus actus explicari non poteſt. *l. 2. ff. de iuriſd. om Iud. c. præterea ext. de Officio Deleg. Graffius de caſ. reſ. l. 2 c. 26.* Quinimò hodie non ſolum Epiſcopi piarum uoluntatũ diſpoſitiones executioni mandare poſſunt, ſed etiã Fabrica S. Petri de Vrbe, ut extat *Bulla Pij V. Incip. Exigit*, per quam medietas legatorum piorũ pro triennium non exactorum eidem applicatur. ut per *Quar. in ſumma Bull. in v. fabrica S. Petri.*

Porro Raphaeli integrũ fuiſſe Executoris munus accedenre ſaltem tacita Superioris licentia, ſuſcipere, alias reſoluimus. Imo quidquid ſit de peccato, ualere etiam teſtamenti executionẽ abſq. ulla ſui præfecti facultate factam, uel etiamſi cõtradicat; modo uoluntatem ſubditi acceptantis nõ irritet, ex ueriori. tradit *Sanch l. 6. de præcept. c. 9. nu. 45. ex allatis per DD. in c. religioſus. de teſtam.*

in

in 6. Rolandus vol. 1. conſ. ... num 82. Menochius l. 2. de preſumpt. preſump 46 num. 14. Exiſtimarunt etiam aliqui, ſi monaſterium uacaret, ut regularis Executor, uel Cõmiſſarius relictus à ſuo Prælato licentiam obtinere non poſſet, eam à loci Epiſcopo petendam eſſe, ſed hoc falſum eſt, & in praxi cõſiſtere nequit, q̃a licet in monaſterio Prælatus nõ adſit, ſẽper tñ eius Vicarius adeſſe ſolet; & in illius defectu alius eiuſdem religionis, qui Superioris locum tenet, à quo licentiã, vel expreſſã vel tacitam obtineat. Idem *Sanch. l. c. nu. 20. & Molfeſ. tr. 13. c. 1. nu. 24.*

QVÆSTIO XXX.

An Epiſcopus non conueniẽdo in chorũ p. m. Et num ſtrictam manum in eleemoſynis erogandis habẽs, lethaliter delinquat, Quid ſi permittat vt vrbis Magiſtratus contra clericos edicta ſtatuãt. Quid item ſi ex leui cauſa concedat diuortia. Verũ ſuis conſtitutionib. ligetur. Et an ſacerdotẽ à ſuo Epiſcopo nõ approbatũ, in confeſſarium eligere queat.

Gilbertus Epiſcopus nunquam pene in chorũ cum Canonicis conuenit, nec diuinis officijs intereſt; & quamuis quinque mille aureorum redditus poſſideat, raro admodum eleemoſynas Chriſti pauperibus, aut pijs locis erogat, ita vt in populo ob hoc obloquendi anſam præbeat. Vrbis Gubernatori, & ſecularibus Magiſtratibus permittit, vt ſuis edictis clericos obſtringãt, & ab eis executio fiat: & ut ad refectionẽ põtiũ, & viarũ teneãtur, & alia onera quæ commune bonum & pietatem reſpicere videntur ſubeant. Et leui etiam de cauſa concedit vt coniugati diuertant, & matrimonia quò ad thorum, & cohabitationem diſiungantur. Et cum ſynodali conſtitutione edixerit ne quis ſuorum clericorum aleis ludere præſumat, alias ipſo facto in ſuſpenſionem à diuinis incidat, ipſe cũ ſuo familiari clerico luſit, & poſtea corã ſe eũ celebrare fecit. Tãdem cum dubitet an in quandam cenſuram Papæ reſeruatam, ſed occultã inciderit, extra ſuã diœceſim ſacerdotẽ elegit ĩ cõfeſſarium, non tamen à ſuo Epõ approbatum, cui confitetur petens ab eo ad cautelem abſolui, ac ſecum in irregularitate, ſi quam contraxit, diſpenſari. &c.

Quæritur an in his caſibus lethaliter delinquat, & contra munus ſuum peccet, & aliquam pœnam ſubeat, & quid de colluſoribus.

Reſp. pro harũ qõnum dilucidatione hic breuiter præmittendum videtur, Primo in Epali infula tot ac tantas obligationes latere, totque difficultates rãm commiſſionis, quàm omiſſionis ſecum inuoluere. vt *D. Chryſoſt. l. 6. de ſacerd.* dixerit Epiſcoporum onera omnia recenſere nihil aliud eſſe, quàm maris altitudinem metiri. Et *Homil 3 in Act. Apoſt.* Non arbitror, inqt inter Epos multos eſſe qui ſalui fiant, ſed multo plures qui pereant, non tam proprijs peccatis, quàm alienis, quæ non curarunt. Ac proinde teſte *Bellar. de arte moriendi l. 2. c. 6.* Quidam Epiſcopus valde doctus & pius, cum morte luctãs oculis lachrymarũ imbres plurũ détib. dixit, Vere omiſſionis pctã me non parũ terrent, & iure quidẽ nã & ſi neglĩgẽtiæ, & omiſſionis peccatum magis deliteſcat, & minus curari ſoleat, attamen vt ait *Luc. de Penna in l. omnes Iudices. C. de Decur. l. 10. & Archi. in c. ſi cuſtos 27. q. 1.* Tm̃ peccat qui non facit, quod debet, quantum qui facit quod nõ debet. Hi potiſſimũ à Dæmonio muto oppreſſi videntur, qui perſonalia tãtummodo delicta cõfiteri, realia & quæ ad officium pertinent, vel vix, vel omnino non curant. In quo genere ſunt quam plurimi, quorum perniciosa, atq; exitialis eſt negligentia, vt fatẽdum ſit, plures ob hæc damnari. Et q̃dẽ *In Apocalyſi c. 23.* Epiſcopũ Pergami, atq. Epiſcopum Tyatiræ quos Angelos nominat, Chriſtus coarguit, quorum peccata non alia cõperies, quàm officij neglecti atq. omiſſi ob quæ niſi ſe emendent, æternum quoq. minatur interitum *Ioſephus a Coſta in Dom. 2. Quadrageſ. arg. quæ de negligentia vitio dixi ſup. tr. 6. c. 30. q. 137. & quæ de Epiſc. ſtatu, & oblig. animaduerti in Comment. de hum. vit. ſtat. p. 1. c. 6.*

RESOLVTIO.

Hoc ſuppoſito ad 1. q. reſpondendo dico, Gibertum à graui ſaltem culpa nõ excuſari ſi ſingulis dominicis diebus & alijs ſolemnioribus feſtis diuinis officijs, & ſacris peragendis non interſit, niſi morbo, vel alio legitimo impedimento fuerit legitime detentus. vt ait textus Canonicus *in c. Epiſcopus. de conſ. diſt. 3.* vbi hoc notat. *Turrecrem & Abbas in c. magna. ext. de voto.* vbi obſeruat Prælatum deliquentem, magis ex ſuo peccato aggrauati quàm priuata perſona, ob malum exẽplum quod ſubditis præbet. *c. præcipue 11. q. 3.* Sane nil verius, nã, & Plinio auctore in *Paneg. Traiani* vita Principis cẽſura eſt, eaq. ppetua ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, nec tàm imperio nobis opus eſt, quàm exemplo.

Quò vero ad officiũ, & munus perſoluẽdi canonicas horas in choro ſimul cũ Canonicis, mihi dicendũ vr̃, q̃ licet hoc abundatioris eſſet, iuſtitiæ, & ſaluatis exempli, à multis ſanctis Epiſcopis factitatum, & ad vſum traductũ, vt à D. Antonino Florentino Archiepiſcopo, D. Ambroſio, & S. Carolo Mediolanẽſibus Antiſtibus, nam & ipſius Epiſcopi præſentia multis defectibus, qui in diuino officio

elio perſoluendo à clerici ibi committi ſolent, obſiſteret. *Marc. Anton. Genuen. in Man. Prælat. c.* 88. *Bonac. de hor. can. d.* 1. *q.* 3. *pun.* 5. *nu.* 8. *& ſeq.* talē tamen omiſſionem, cum nullus extet canon ad id obligans culpæ reum non conſtituere, niſi Epiſcopus ſimul, & Canonicus eſſet in quo caſu ſimul cū aliis illuc conuenire, & canere debet, ſi eos fructus quos quotidianas diſtributiones appellant, lucrari velit, ex Conſtitut. Pii V. incip. *ex proximo later.* & ex *Conc. Trid ſeſſ.* 24. *de refor. c.* 12. Attā *Caiet. in ſumma in v. Hora canonica. Pet. Nau. l.* 2. *de reſt. c.* 2. *nu.* 218. *Pet. de. Arrag.* 22. *q.* 83. *ar.* 13. *Azor. p.* 1. *l.* 10. *c.* 11. *quæſt.* 6. *Riccius reſolut.* 362. *& alii.* niūt maiores non teneri per ſe canere, & illos fructus acquirere, dummodo inferiores ſacerdotes, & Capellanos habeant, qui id muneris obeant. Quod ſaltem ex conſuetudine legitimā præſcripta verum puto, quæ in hac parte ſiā ſummis Pontificib. & Prælatis tolerata ſit, Cōc. Trid. & Pii V. Decreto derogare poteſt. ſic *Moneta poſt. alios tr. de diſtribut. quotid. par.* 2. *nu.* 43. *& ſeq. Bonac. de hor. can. d.* 2. *q.* 1. *pun.* 5.

II. Q. RESOLVTIO.

SEcundæ quæſtioni ſatisfaciendo dico Giberrum animam ſuā lethali culpa ſauciare ſi nō ſolum in extremis neceſſitatib. ideſt in certo, vel probabili mortis periculo, morbi incurabilis, aut alterius miſeriæ generis, q̄ hoīes conficere ſolet, ſed ēt in grauibus, & cōib. viri prudentis arbitrio gregi ſuo nō ſubueniat, vt diximus *par.* 2. *tract.* 12. *c.* 4. *q.* 17. *reſol.* 4. Siquidē Epiſcopi ratione ſtatus perfectionis, quem profeſſi ſunt ſtrictiori charitatis, & iuſtitiæ vinculo erga proprias oues miſericordes eſſe tenentur non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus reb. quatenus ad ſpiritualia diriguntur, ſiue patrimonium, ſiue eccleſiaſtica bona poſſideant, ſiue ſint illorum domini, ſiue diſpenſatores. Imo etiamſi nihil habeant, ab aliis diuitibus eleemoſynas exigere, & pauperibus impendere aſtringuntur; & etiam ſuę diœceſis pauperes inquirere; aliàs obligationi ſuæ non ſatisfaciunt. Sic enim antiqui Sācti faciebant, qui viduarum, orphanorum, & aliorum egenorum nomina ſcripta habebant, & pauperes ſuos dominos, & adiutores in Epiſcopatu, ob eorum ad Deum fuſas preces appellabant. Hæc aſſertio. vt ait *Bannes* 22 *q.* 32. *ar.* 6 *dub. vlt* dolendum eſt, quàm ſit noſtris temporibus ab oculis multorum Epiſcoporū abſcondita, cum tamen ex ſacris literis, ex ſanctorum Patrū exemplis, & doctrinis, ac ex ipſa ratione ſtatus nihil euidentius comprobari poſſit.

Conſectaria.

EX qua poſitione hæ illationes obiter colliguntur. Primo pro redemptione captiuorū, & pauperum ſubuentione, vaſa ſacra poſſe & debere vendi, & pignori dari, vt D. Ambroſius, D. Auguſtinus, D. Carolus facere ſolebant. *c. aurum* 12. *q.* 2. *c. pulchra. diſt.* 86. *Banzan. de anno Iub. l.* 5. *c.* 8. vbi etiam tradit, Epiſcopi partes eſſe, pecuniā pauperibus tradere, qui anno Iubilei ſanctam peregrinationem ob egeſtatem conficere non poſſunt, exemplo D. Cypriani, qui peregrinis indigentibus ſumptus de ſuo ſuggerēdos præcipiebat, vt liquet in *epiſt.* 36. Quippe Epiſcopo cordi eſſe debent illa verba *D. Greg. Nazianzeni. de paup. amore.*

Nil tàm diuinum habet homo, quam de aliis bene mereri. Fac calamitoſo ſis Deus, Dei miſericordiā imitādo. &c. *Arg. Vlyſes Aldrou. in Prolog. de auib.* Vnde & Phythagoras interrogatus qua ratione Deo hoīes ſimiles haberi poſſēt? Reſpōdit ſi veritatem amplecterentur, & cunctis benefacerent. Hinc adagium illud prodiit, Homo hōi Deus de quo *Manutius in Adag.*

Scđo imminēte neceſſitate ſi Epatus redditus nō ſufficiūt teneri Epos de ꝓprio patrimonio eleemoſynā dare, qm̄ pro gregis ſalute in plurib. caſib. neceſſitatis vitam exponere debēt, in quib. alii fideles non tenentur, & ad id in conſecratione ſe obligant; tanto magis temporalia; maxime quod ex egeſtate uiduarum honeſtas, & virginum pudor periclitantur; cui malo obuiam ire ad Epiſcopū ſpectat. *Bānes l. c & Gen in Man. Paſt. c.* 50. *Vaſq. in opuſc. c.* 4. *de eleemoſyna* Quid enim inquiebat Lucretia, ſalui eſſe poteſt mulieri amiſſa pudicitia, quæ ſemel erepta reddi nequit *c. ſi Paulus* 32. *q.* 5. *Dec. Cagnol. in l. verū, ff. de reg. Iu.* Hinc *D. Amb. l.* 2. *off. c.* 15. eorū eleemoſynas eximia laud. cōmendat, qui virgines parentibus orbatas, tuendæ pudicitiæ gratia, connubio locant nec ſolum ſtudio, ſed etiam ſumptu adiuuant.

Tertio tpe caritatis annonę poſſe Epm excōicationis gladio ferire illos diuites ſeculares, multo magis clericos, q eleemoſynas erogare nolunt, vel alia pietatis opera exercere, vel ſi illo tpe ad victū neceſſaria uendere renuunt.

Quarto par eſſe, & rōni cōſentaneū, vt potiꝰ diœceſanis, vel in ſua ditione cōmorātib. q̄ exteris ſubueniar. Et teſte *Maldero de iuſtit. q.* 32. *art.* 10. Expeditet plures imperfectè, quàm pauciores perfecte iuuare, niſi aliqua circunſtantia aliud ſuadeat. Item publice ſtipem impertire, ne auaritię vitio notetur, & detrahendi populus anſam arripiat: niſi tamen ipſe Epiſcopus adeo in ſpiritu infirmus eſſet, vt periculum ſubeſſet, ne boni operis fructum ob uanamgloriam deperderet, quia tunc præſtaret in ſecreto facere.

Quinto grauiter Epm delinquere q de redditib. eccleſiæ pro cōſeruanda memoria, vel augēdo cō ſanguineorū ſtatu, ſūptuoſa palatia ędificat, ſiqui dem perfectionis, & humilitatis magiſter eſſe dēt, di-

Digitized by Google

dignitatis ſuæ auctoritatem fide, & vitæ meritis quærere. Quod ſi eius conſanguinei, & domeſtici pauperes ſint, integrum eſt illi, de eccleſiæ redditibus ſubuenire, ſed non eos ditare. *c. Epiſcopus 12. q. 1. Cõc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 1. Tol. l. 5. c. 4.* Oſtudio curare debet, vt auaritiæ hoſtis exiſtimetur; ſubditi enim hoc cernentes eum amare, & ei obtemperare cogentur, & ſi Epiſcopus hoc non procuret, non Epiſcopus, ſed exactor mercator vocabitur, *c. quia cognouimus, 10. q. 3.*

Et quid intolerabilius quàm quod detur lupus loco Paſtoris, diſſipator loco tutoris, homicida pro medico, tyrannus pro defenſore, inimicus pro aduocato. ait *Marc. Ant. Genuenſ. in pract. eccleſ. q. 238.* Vere Leo X. dicere ſolebat, Principis, & Epiſcopi loco indigni ſunt, qui fortunæ munerib. benefica manu vti neſciunt; vox. n. Principis ex ſuæ notione & proprietate, liberalem, ac munificum ſignificat, quod huiuſmodi debeat eſſe, qui vere Princeps eſt, ſicut & *David pſal. 50.* ſpiritu principali, id eſt liberali ac benefico confirmari poſtulat; *Pineda in Iob. c. 21. verſ. 28.*

In eccleſiaſticis quippe viris, præſertim in Epiſcopo ſplendere debent paupertas ſpiritus, mortificatio cupiditatis, & inordinati ad cognatos amoris; ac liberalis in pauperes manus; & à muneribus accipiendis abſtinẽs, vt fuſe proſequitur *Ludouicus à Ponte de perfect. hom. tom. 4. tract. 1. c. 9.* Atq. hæc per tranſennam dicta ſint.

III. Q. RESOLVTIO.

AD 3. caſus quæſtionem dico Gibertum qui permittit, & licentiam concedit, vt ſecularis edicta eccleſiaſticam libertatem lædentia condantur, & executioni contra clerũ mandentur, graui delicto ſe obſtringere, & excommunicationem in Bulla cœnæ Domini non effugere, cum auxilium, & fauorem ad hoc crimen perpetrandũ præſtare ſaltem indirecte dicatur. Qui enim patitur, quod prohibere poteſt, & facere tenetur, idipſum facere dicitur. *l. adigere ff. de iure patr. l. pen. C. de ean. larg. l. 10.* Vbi pari pęna punitur Officialis qui illicitas exactiones nõ prohibet, & ſic in omittẽdo delinquit, atque is qui eas facit, & ibi hoc notat. *Bald. & Marc. Antonius Genuenſ. in Man. Pact. c. 70.* vbi ait lethaliter delinquere Epiſcopũ ſi non inquirit, an clerici oneribus grauentur, & ſi illos grauantes excomunicatos non declarat. &c.

Et cum eccleſiaſticis collectas imponentes, & exigentes pro conſtructione viarum, pontium, pro cuſtodia vrbis ſuę ſine Romani Põtificis facultate in Bullæ Cœnæ Domini excommunicationem incidãt, infert etiam *Alterius* ibi *c. 2. & Duardus l. 2. canon. 18. q. 20.* Dominos terrarum, & eorũ iudices ac Magiſtratus ſcientes hæc ab eccleſiaſticis exigi, & non prohibentes cũ poſſint, procul dubio excommunicatione feriri. Huc ſpectat textus in *c. præterea. 23. q. 8.* Qui crimina cũ poteſt emendare nõ corrigit, ipſe committit. *Sayrus in cl. reg. l. 10. tr. 11. c. 54.* Senecæ quoq. Tragœdiographi in Hercule furente ſententia eſt,

Qui non vetat, peccare cum poſſit, iubet.

Et teſte *Plut. in apoph. lacon.* Ex Lacedæmoniorum legibus, qui ſe præſente delinquentem non obiurgaſſet, pari caſtigationi erat obnoxius, cui etiam delinquens ipſe. Nec abludit illud Agapeti ad Iuſtin. Imp.

Iuxta peccare, & peccantes non cohibere æſtimas Duard. in Bulla Cœna Domini l. 2. can. 55. q. 11. n. 32. Belleti. in Diſq. cler. par. 1. tit. de exẽpt. cler. §. 1.

Bene verum eſt, quod ſi laicorum facultates pro dictis oneribus ſupportandis non ſuppetãt, & neceſſitas vrgeat ita vt ad ſummum Pontificem recurri non poſſit, tunc citra vllam cenſuræ formidinem per Epiſcopum, & clerum loci prædicta onera eccleſiaſticis imponere licit. *Henriq. in ſumma l. 10. de ordine c. 15. nu. 5. Genuenſ. in Man. Paſt. c. 70.* idẽ *Duar. l. 2. q. 20. Marta de iuriſd. p. 4. c. 10. nu. 51. & ſeq.* vbi ſententiam Clem. VIII. refert, qua in facto declaratur Epiſcopo interueniente eccleſiaſticos ad publica onera teneri, vbi laicorum facultates nõ ſufficiant, nec Apoſtolica ſedes facile conſuli poſſit, &c.

IV. Q. RESOLVTIO.

AD 4. quæſtionem reſpondendo dico lethaliter delinquere Epũm ſi non adhibitis debitis diligentijs, & cautelis, ac maturo conſilio, ad ſeparãdos coniuges procedit, cũ maxime circa matrimonia in qb. de ſumma rerũ, & de aĩarũ periculo agit; Epũs uigilare dẽat; & pro ipſis ſtatu ad eius dom officiũ ſpectet, ſiquidem vt plurimum diuortium ex animæ paſſione petitur, & quotidie diuortia ſub fictis coloribus exigi ſolent. Vnde ſi vxor nolit cũ uiro habitare allegans ſe iuſtã diuortij faciendi cauſam habere, regulariter nõ eſt ab Epiſcopo, vel eius Vicario audienda, ſed interim donec legitime conſtet, cum ipſo marito manere cogẽda eſt cum de facto ſua poſſeſſione, & iure ſuo ſpoliari nõ debeat. *c. literas ext. de reſtit. ſpol. Sanchez. l. 10. d. 12. nu. 15. Molf. ſ. tr. 4. c. 14. nu. 47. vt per D. Dãm e porro ext. de diuortijs & Genuenſ. l. c. c. 84. & in Pract. eccleſ. q. 703.* Aliquando enim illud euenire ſolet, quod ait *D. Chryſoſt. in 9. cap. Matth. Homel. 32.* Quẽadmodum ſi videas hominem aſſidue amicitias medicorum colentem, ex ipſa re ſtatim intelligis quia infirmus eſt: ſic & cum videas ſiue virum, ſiue mulierẽ de dimittendis vxoribus, aut viris, legem interrogantes, cognoſce quia vir ille

laſciuus eſt, & mulier illa meretrix eſt.

Certum eſt autem tria eſſe bona matrimonij, nempe prolem fidem, & ſacramentum; Prolis generatio, & bona educatio quærenda eſt, ſiquis coniugio bene, & feliciter vti velit: nam vt recte docet. *Auguſt. l. 9. in Gen. ad litt. c. 7.* Nulla in re viri egent adiutorio fœminarum, niſi in parienda, & educanda prole; alijs enim rebus melius viri à viris, quàm à mulieribus adiuuantur. Fides in eo poſita eſt vt coniuges intelligant, corpus ſuum nõ eſſe ſuum, ſed alterius coniugis: & ſicut vnus non poteſt alteri debitum negare: ſic ei nefas eſt alteri copiam ſui corporis alteri quàm proprio conthorali facere. Cuius rei ſignum eſt annulus. *Lopus alleg. 57.* Bonum Sacramẽti indiſſolubilitatem (vt aiunt) matrimonii ſignificat, quæ vnionem Chriſti cum eccleſia refert. Propterea coniugium & ſi olim quatenus contractus erat ciuilis diſſoluebatur, nũc tamen pro vt ſacramentum eſt quoad vinculum, niſi per mortem, vel profeſſionem in religione infringi, ac infirmari nequit. licet quoad thorum, & cohabitationem aliquando ſeparatio fieri ſoleat.

I. Diuortij cauſa.

Vt primo ob ſæuitiam alterius coniugis, dũmodo tanta ſit vt abſque graui periculo dãni vxor cũ viro habitare nequeat. Et quia mulieres parua magnificare ſolent; propterea Epiſcopus, vel eius Vicarius non facile illis credere debet, etiamſi aſſerant valde ſibi à maritis timere, cum plerumque vani timoris conuincantur, cuius nulla dẽt haberi cõſideratio. Sicut nec illi mariti audiendi ſunt, qui matrimonio contrahendo præcipue formæ rationem habuerunt, illa enim abeunte leui momento de diuortio cogitant. teſte *Iuuenali Satyra 6. Thes. decis. 130. Gutierez. in can. qq. l. 1. c. 24. Conina. bd 35. Reginal l. 31. c. 41. nu. 313. Bonac. de matr. q. 4. pun. 5. Genuenſ. in Pract. eccleſ. q. 695. Rolan. à valle volum. 3. conſ. 27. & dixi ſup. tract. 13. c. 11. q. 24. Socyn. cõſ. 186. Ricius in Praxi. mat. deciſ. 235. Sanchez. de matr. l. 10. q. 18. nu. 1.*

II. Diuortii cauſa.

Secundo ob adulterium alterius fit ſeparatio *Matth. 5. 19. c. gaudemus. ext. de diuort.* Ea autẽ notitia requiritur vt moraliter de delicto cõiux certus ſit, & violenta ſuſpicione valeat, qualis in foro externo ad cõuincendã vxorem ſufficeret, vt quia ipſa adultera illud confitetur, vel cum nudus cum nuda inuenta eſt, vel ſolus cum ſola in lecto deprehẽſa. &c. *c. literis ext. de præſum.* Obſeruãt vero DD. ſi adulterium viri notorium ſit, vxorem propria authoritate, & abſque iudicio eccleſiæ à viro diuertere poſſe, & è contra; quãdoquidem innocẽ non per Iudicis ſententiam, ſed ex natura contractus, & legis diſpoſitione hoc ius acquirit; ſed ac vitandum ſcandalum ipſius Iudicis manus expectari ſolet. Et in foro externo communi praxi receptum eſſe ob ſolum viri adulterium non fieri diuortium, niſi ille ſecũ adulteram concubinam retineat, ex cuius inſidiis, vel mariti, vxori probabiliter mors immineat. *Molfeſ. tr. 4. c. 14. num. 9.*

III. *Separationis matrimonii cauſa.*

Diuortio quoque tertio loco cauſam ſufficientem præbat nefandum crimen, quod tamẽ difficilis eſt probationis, & in exteriori tribunali an mulieri aſſerenti ſe de hoc vitio tẽtatam fides adhibenda ſit inter ſcribentes diſſenſio eſt, de qua *Farinac. in deciſ. Rot. Rom. 178. Mandeb. conſ. 286. Ricius in Praxi mat. deciſ. 237. & in deciſ. cur. Neap. deciſ. 91.* vbi tradunt ſolum mulieris conqueſtum ad ſeparationem non ſufficere, niſi præter propriã aſſertionem, aliquod aliud indicium, & adminiculum accederet: alias vxoribus maxima occaſio ad effectum diuortii, accuſandi maritos præberetur. Aliæ etiam diuortij cauſæ à Doctorib. recenſent, q in vniuerſũ adnotabilẽ perniciem aĩæ, vel corporis reducunt. Propterea ĩ Praxi Eps, vel eius vicegerens, coniugẽ virum, vel mulierẽ allegantẽ ſe non poſſe in primis cum altero manẽdo animæ ſuæ ſaluti bene proſpicere, ideoque de diuortio eſſe omni ſibi deliberandum, ſerio hortari debet, vt ſi poſſit aliud licitum remedium quietis animæ ſuæ inuenire, illud potius ſequatur, memor ad æternæ ſalutis conſecutionem valde expedire vt crucem diuina prouidentia ſibi impoſitam tanquam onera matrimonii patienter pro Chrĩ nõie ferat, ad cuius exemplũ ſe cõformare tenetur. Vt mutuo ſe iuuent; & alter alterius onera portet, vt ſic adimpleant legem Chriſti, vt enim ſunt vna caro, ita decet eſſe unum vtriuſque ſpiritum. *Apoſt. de Gal. 6. & ad Epheſ. 5.* Qđ ſi ad ſalutem vtriuſque comperiat expedire ut diuortium fiat operam dare debet. ut cum grauitate procedat, & perſpecta habeat quæ ad illud ſpectant, re per ſe ipſum mature conſiderata, iuxta illud.

Conſilium nobis reſque locuſque dabunt.

Nam ſuper quãcumque rem grauem ut eſt in adagio dormire oportet, cum lectuli culcitra deliberationem præbeat; conſultis ẽt libris, aut uiris doctioribus, ut proprio Theologo, & Pœnitentiario, ſi ipſe ſibi non ſufficiat. Nam ut ſæpe animaduertimus, In rebus agendis præſertim difficilioribus conſilium expertorum, & peritorum adhibere debet, ut ſuadet. *Ariſ. in 6. Etich. c. 4. & Sapiens. prouerb. c. 3.* Ne innitaris prudentiæ tuæ. *Nau. cõſ. 20. de Priuileg.* De qua materia egimus etiam. *tr. 13. c. 10. q. 2. ſupp. 2. & c. 9. & c. 11. q. 35. monito 7.*

Moni-

Monitum.

VBi Epiſcopus duo obſeruare dẽt. Primũ eſt ſe maritum cogere poſſe vt vxorem ẽt indotatam ob ſeparationem cauſa viri ipſius factam, extra domum alat coīs eſt. ex *Sanchez. de matr. l. 9. diſp. 4. q. 2. num. 20.* & alij.

Secundũ eſt cõiugi innocenti ob mariti adulteriũ legitime celebrato diuortio, liberum eſſe, vel in ſeculo manere, continenter tñ viuendo, & præſertim cum eius patre permanendo, vel ad religionem tranſire. *c. Agathoſa. 27. q. 2. c. veniẽs. ext. de conuerſ. coniug.* Idem *Sanchez. l. 10. diſp. 11. Reginal. l. 30. nu. 327. Molfeſ. tr. 4. c. 14. nu. 52. Marius Ant. l. 1. var. reſol. reſol. 35. Tuſchus in v. maritus concl. 110. v. vxor. concl. 386. v. alimenta concluſ. 287. num. 132.*

V. Q. RESOLVTIO.

QVintę demum propoſiti caſus quæſtioni ſatisfaciendo dico, Gibertum Epiſcopũ ludentem aleis cum clericis de familia contra cõſtitutionem ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto à ſe latam, peccati labe ſeſquidem aſperſiſſe ludo eccleſiaſticis viris interdicto incumbendo, imo eo turpiorem maculam contraxiſſe, quò in excellentiori gradu cõſtituitur. Nã qui alios regit, debet ſecum ratiocinari, quod aliud ſit plectrum, aliud ſceptrum: & qui aliis præeſt alius à ſe ipſo eſt, & non idem qui erat priuſquam ad dignitatis gradum eueheretur. Maxime enim in confeſſo eſt clericos beneficio donatos, & quoſcunque alios ſacris ordinibus inſignitos, quatenus ex communi iure colligitur, ſi aleæ vel taxillorum ludo deſeruiãt, hoc eſt ſi frequenter ludant, lethali noxa ſe obſtringere, vt ex multis Iuris Canonici locis cõſtat. vt in *c. inter dilectos. ext. de exceſſ. Prel.* vbi clerici aleatores publici ſi à ludo non deſiſtant, à beneficio vel ab vſu, & exercitio ordinis ſacri ſuſpendi iubẽtur; & ibi quidam clericus à quodã dignitatis gradu ad quem electus fuerat, tãquam infamis repulſus eſt: nec profuit illi dicere in Gallia conſuetudinem extare vt clerici aleis ludant, quia ait Pontifex, eſt corruptela non toleranda, ſed punienda. Et in *c. 1. d. 35.* legimus, Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus aleæ atque ebrietati vacans, aut deſinat, aut damnetur, id eſt excõmunicetur, vel beneficio priuetur, aut ab officio ſuſpẽdatur. Qui Canones renouati ſunt per *Cõc. Trid. ſeſſ. 22. de refor. c. 1. Sayr. l. 11. cla. reg. c. 12. n. 4. Salas de ludo. d. 24.*

Addo *ex Baronio tom. 11. anni* 1061. *num.* 40. Non ſolum ludum alearum, ſed etiam ſcachorũ, vel latrũculorum eſſe Epiſcopis interdictum. Vnde. vt alibi *in 2. par.* aduertimus *c. 4. q. 17. reſol. 5.* eſt illa in quẽdam Epiſcopũ Petri Damiani acris obiurgatio, Rectene, inquam, tuique erat officii veſpere in ſcachorum vanitate colludere, & manum dominici corporis oblatricem, linguã inter Deum, & populum mediatricem, ſacrilegi ludibrii contaminatione fœdare? Præſertim cum canonica decernat auctoritas, vt aleatores Epiſcopi deponantur? Et quid prodeſt ei, quem efficaciter auctoritas damnat, etiamſi extrinſecus iudicium nõ accedat? Ille autem ex diuerſitate nominum defenſionis ſibi faciens ſcutum, aliud aiteſſe ſcachũ, aliud aleam: aleas ergo auctoritas illa prohibuit, ſacchos vero tacendo eſſe conceſſos: ad quod ego ſcachum, inquam, ſcriptura non ponit, ſed vtriuſque ludi genus aleę nomine comprehendat. Quapropter dum alea prohibetur, & nominitim de ſcacho nihil dicitur, conſtat proculdubio vtrumq. genus comprehendi, vno vocabulo vnius ſentẽtię authoritate damnatum hæc ille. Sed quidquid ſed de his Canonicis legib. quas aliq. alicubi vſu abrogatas eſſe teſtantur, illud mitius placitum ſentirem, clericos (quo nomine etiam Epiſcopi in fauorabilib. cẽſentur) à lethali culpa excuſari polſe.

Primo ſi non niſi in parua quantitate recreandi animi cauſa ludant, qñquidem humana mens aſſidua rerũ tractatione, ni aliquãdo honeſto otio inſtauretur, flaceſcit vt propterea publicis negotiis laxamenta interponere neceſſarium ſit, viro præſertim Principi, & Antiſtiti, qui multis curis quotidie conficitur, & moleſtiſſima quæque idẽtidẽ videt, audit, & ſẽtit, & vt Senecæ verbis utar.

Aliãex alia cura fatigat,
Vexatque animos noua tempeſtas.

Vnde & morales Philoſophi tria potiſſimum media ad laudatam ſenecturem perueniẽdi aſſignãt. Primo rectã adoleſcentię, & iuuentutis inſtitutionẽ. teſte *Sap. Prou. c. 22.* Secũdũ eſt uictus ſobrietas *Eccleſ. c. 37.* Tertiũ quies ut non ita ſe laboribus homo dedat, quin aliquando ab eiſdem reſpiret, animumque honeſtis recreationibus oblectet, cum non ſemper arcum tendat Apollo. *Caſſian. collat. 24. c. 21. vt diximus in 2. p. tr. 9. c. 24. q. 73.*

Secundo requiritũr ut in loco ſecreto, & abſq. ſcandalo, hoc fiat, nam quod agitur à Prælatis, facile à ſubditis trahitur in exemplum, cum ſint tãquam ſignũ poſiti ad ſagittam. *c. qualiter, & quando. el 3. ext. de accuſat.* Vnde inferiores eorũ uitam reſpiciunt, iuxta illud.

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

c. magnę. vbi gloſſ. & DD. ext. de voto. Hinc illa cuiuſdã Germani uox cum D. Carolum Borromęũ ſolum in cubiculo in pane, & aqua prandentem uideſſet, ſi Germania Borromęos Epiſcopos habuiſset, à fide uon receſſiſset. Quod quidem cum ſemper uerum ſit, tum uero maxime cum ſubditi eorum domeſtici, ac familiares ſunt. Nam ut ait

Digitized by Google

Iuuen. Satyr. 14 & Tiraq. de temp. pœnis cauſa 51. num. 98.

> *Sic natura iubet, velocius & citius nos*
> *Corrūpūt vitiorū exempla domeſtica, magnis*
> *Cum ſubeant animos authoribus.*

Bene igitur vir quidā magnus ſciſcitanti quis inter Principes maxime iuſtu eſſet, qui nullas, reſpondit, leges aliis præſcribit, quibus ipſe parere recuſat.

> *Publica nimirum tum res ſibi cōſtat, & æquū*
> *Imperium, cum Rex quod iubet ipſe facit.*

Solon percūctatus, quo pacto ſalua poſſet eſſe res publica, reſpondit, ſi ciues quidem Magiſtratibus obediant, Magiſtratus autem legibus. Ideo & Plato illi ciuitati excidium minatur, in qua non lex Rectoribus, ſed legi Rectores præfuerint. Hinc Doctores Theologi inter quimq. modos, quibus venialis culpa ex ſuo genere in lethalem tranſit, ſcandali rationem ponunt, cum à tali perſona, & corā talibus aliquid fit, vt merito exiſtimandū ſit, aſtātes, & videntes peccati mortalis anſā arrepturos, vt ſi ab Antiſtite, vel à pſona valde religioſa verbū turpe veniale publice diceretur. *Gerſon. tom. 3. l. de vita ſpir. lect. 6.* exemplū profert ſenis religioſi in ordine ſilentij regulā violātis, vnde pbabiliter religionis vigor flaceſcere poſſit. &c. videat. *Sāch. l. 1. de precept. c. 6. n. 11.* At recte, ac ſapienter dixit. *Picus Mirād. in epiſt.* Magna inſania Euāgelio nō credere, cuius veritatem martyrū ſanguis clamat, Apoſtolicæ reſonant voces, prodigia probāt, ratio confirmat, mundus teſtatur, elementa loquuntur, Dæmones cōfitent: ſed longe maior inſania eſt, & ſi de Euangelii veritate nō dubitas, ita tū viuere, ac ſi de eius veritate dubitares. Qđ maxime in Rectorib. dolendū eſt, &c *Tymp. in ſpec. Epiſc. ſigno 7.*

Tertio à lethali noxa clerici immunes eſſe poſſēt ſi raro ludāt, nam cōe ius ſolū aleatores punit, quod nomē ſicut cætera noīa uerbali ſimilia, vt eſt communis omnium ſententia aſſiduitatem, & actus frequentiam ſignificat: Siquidem nec vſurarius manifeſtus dicitur, ſi probatum fuit ſemel, vel bis pecuniam ſub vſuris dediſſe, neque negotiator, vel mercator ex vnica negotiatione nūcupatur. Sicuti etiam non ſatis eſt vt ſemel quis aut in vnico actu bonus vir probatus ſit, ſed vt ſæpiſſime, & in pluribus, diuerſiſque actibus perſpectus ſit, cum ex veteri adagio, Vna hirūdo non faciat uer. *Salas. l. c.* & omnes communiter.

VII. Q. RESOLVTIO
Cum Documentis.

QVò autem ad eam dubitationem, qua quærebatur, an Gibertus Epiſcopus inciderit in pœnam ſuſpenſionis à ſe latam contra aleis ludentes, & cum poſtea ſuum Capellanum coram ſe celebrare fecerit, an in irregularitatē incurrerit, & quid de colluſoribus, dico in eam cenſuram non incidiſſe, ſiquidem legislator non ſeruans legem à ſe conditam pœnis contra legis tranſgreſſores latis non ſubiacet. Quia ſicut Princeps ſuis legib. eſt ſolutus, cum nemo ſibi ipſi imperare poſſit (ob id enim *Dauid. dixit pſal. 50.* Tibi ſoli peccaui, vt multi exponunt, quia cum ſupremus eſſet *Rex*, nemini niſi Deo ſubdebatur, nullius legibus aſtrictus tenebatur, nullus de illius peccato ſumere vindictam poterat,) ſic neq. Epiſcopus ſuis poteſt ſtatutis alligari, alioq. ſibi ipſi præciperet. Deinde ſicut prior Epiſcopus non poteſt poſteriorem ſuis ſtatutis conſtringere, cum par in parem ius nō habeat, ita nec ſeipſum poteſt. *Duardus in Bulla Cœnæ Domini l. 1. c. 1. q. 2. nu. 36.* vbi hac ratione tradit Papam, cum à ſe excommunicato communicādo, in minorem excommunicationem non incidere, nō ſic de Epiſcopo, non enim cum his agere poteſt, in quos excommunicationis ſententiam tulit quod ſi cum ijs commuoicet, ipſa minori excommunicatione afficitur, cum illa ſit à Canone lata, cui Epiſcopus ſubditur. &c. *Abb. in c. cum deſideres. de ſent. excom.* Vnde cum in ſuſpenſionem non inciderit, ſequitur coram ſe celebrare faciendo, irregularitatem non contraxiſſe. *Nauar. conſ. 1. & 4. de cleric. excom. miniſtr.* Et certe lex proprie in communi in ordine ad ſubditos fertur, & ex legiſlatoris intentione obligat, Princeps autem directe hoc eſt ex intentione non in ſeipſum, ſed in alios legem cōdere cēſetur. *Azor. p. 1. l. 5. c. 11. q. 2. Suar. l. 3. de legibus c. 35. Bonac. item de legibus d. q. 1. p. 6. nu. 14. Sot. l. 1. de iuſtitia q. 6. ar. 8. Nald. v. excōicatio. nu. 15. Flor. de caſ. reſ. p. 1. c. 3. §. 2. n. 8. Barboſa de off. Epiſ. par. 3. alleg. 93. nu. 27. Viuald. in 4 p. cond. aur. c. 8. nu. 58. Sayr. in cla. reg. 3 c. 4. nu. 5 & ſeq.* Vbi etiam obſeruant, hanc à vi coactiua, & pœnis legis ſuæ Principis exemptionem nō tam priuilegium eſſe, quàm onus, non tam gratiā quàm iniquam conditionem; cuius ratio manifeſta eſt, quia ſubditi qui non ſolū legis luce ducuntur, verum etiam eius pœnis ſtimulantur, duobus ſubſidijs ad virtutem vtuntur. Princeps autem altero deſtitutus eſt, dum nullus ſit, qui illum cogere poſſit, aut reprehendere. Immo nullus eſt hodie qui veritatem doceat, & qui eum in piſcinā mittat, & qui dicere audeat cur ita facis? Væ illis corſique Cōfeſſarijs, ac Conſiliarijs. Et tamen clarum eſt Prælatos ſi quandocumque labuntur, plus correctione, quàm priuatos homines indigere, quia eorum peccata in publicam perniciem tendūt. Et ſubditos ipſos arctius, quàm priuatos homines corripere tenentur, nam accuratius communi malo, quàm priuato obſiſtere debent. &c. vt ait idem *Sot. de rat. teg. vel de teg. ſecr. membro 2. q. 3. & Genuenſis in Man. Paſt. c. 93.* An autem valida ſit

diſpen-

Digitized by Google

diſpenſatio ab Epiſcopo in propria lege, vel conſtitutione facta, & an valida ſit diſpenſatio quam facit Epiſcopus in Decretis Concilij Prouincialis, videatur. *Bonac. de legibus diſp. 1. q. 2. pun. 3.*

Sed quod attinet ad colludentes cum ipſo Epō dico ſuſpenſionem ab ipſo latam contrahere. vt per *Io. And in c. cui licet. de reg. iu. in 6. & Pet. Anc. in repet. c. Canon. ſtat. n. 183. de cōſt. Sayr. in cl. reg. l. 4. c. 4. n. 6.* Et ad hoc probandum afferunt textū notabilem *in c. propoſito anim 32. q. 5.* vbi in actu inſeparabili vnus peccat alter non, unus punitur & alter non, ut patet de ea quę adulteriū per uim cōmittit, & de eo q̃ ſymoniæ crimen perpetrat altera parte ignorante. &c. Quod tñ intelligitur ſi Epiſcopus ſuæ conſtitutionis effectum non ſuſpēderit. Quamquam in hoc caſu una cū *Salas de leg. d. 14 ſect. 2. nu. 34. & Bonac. l. c.* probabilius in praxi cēſerem. Epiſcopum ſuum edictum ſuſpendere, & cum eo diſpenſare qui ſecum ludit, quandoquidem non præſumitur eum ad grauiter peccādum inducere uelle, & punire, quem ad actum aliàs à ſe prohibitum allicit.

Illud autem apud aliquos in confeſſo eſt, ſi lex ac iurata ſuper illius obſeruantia promulgata fuerit, nec contrauenire, nec contra illam diſpenſare ei licere, cum nō poſſit ſeipſum à ſuo iurō abſoluere. Et ideo ſi aleis, uel taxillis ludendo, ſuā conſtitutionem tranſgreſſus eſſet, in periuriū, & ipſius ſanctionis pœnam incidiſſet, *Paul. de Caſt. in l. digna vox. C. de legibus. Euerardus in top. leg. in loco a iuiuram. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 146. Lud. Rom. conſ. 325.* Sciat nihilominus Epiſcopus, maxime conuenire, ut leges à ſe latas, etiā ſi non iuratas tū in ſe, tū in alijs obſeruet. Præſulis. n. munus eſt, ut licet eius perſona multum à populo diuerſa ſit, attamen omnia quæcūque fere aliis pręcipit, ipſum eadem exequi oporteat; nam vulgatū illud eſt. Patere legem quam tu ipſe tuleris, & Claud. Honorium Imp. præclare admonet

> *In commune iubes ſi quid, cenſesve tenendū,*
> *Primus iuſſa ſibi, tunc obſeruantior aqui*
> *Fit populus, nec ferre vetat, cum viderit ipsū*
> *Auctorem parere ſibi.*

DD. in c. cum omnes. ext. de conſtitut. Riccius reſol. 162. Galganet. de iure ſcripto l. 1. tit. 1. Fagun. de pracept. eccl. ſ. 3. par. l. 1. c. 6. nu. 11. Graff. l. 1. deciſ. aur. c. 8. nu. 25.

Licita recreationes quanam ſint.

ET cum ut diximus, Epiſcopo animi interdū relaxationes neceſſariæ ſint, cum ad negotia illum alacriorem reddant, & ad bonam corporis valetudinem deſeruiant à ludis vetitis, & ab eius decore, & grauitate alienis cauere debet. *Io. Choch. l. 5. Polit. c. 20. Io. Carmel. de inſt. Princ. l. 1. c. 14. Nigron. de relax. animi. tract. 2.* Pro recreatione, & ſanitatis conſeruatione tria deſeruire poterunt. Primo ſales, & iucūdi ſermones cum familiaribus adhibiti, modo obſcœnitas, contumelia, & ſcurrilitas abſit, admonente Cicerone in *ſecundo officiorum*. Cum animum iucunditati damus, miminerimus verecundiæ, atque decoris. Secundo veris, ac æſtatis tempore, per viridaria deambulationes, oculis enim iucundiſſimum ſpectū viriditas eſt, iuxta illud.

> *Fons, ſpeculum, gramen, hęc dant oculis alleuiamen.*
> *Mane igitur mōtes, ſub ſero inquirito fontes.*

Tertium eſt muſica, quæ Ariſtotelis ſententia. *l. 8. Polit. c. 5.* Triſtitiā, & aſ curas pellit. *Marc. Ancon. Genuenſ. in Man. Baſt. c. 23. & attigi in Comment. de hum. vita ſtat. p. 2. c. 9. & 14.* Sed licet muſica, ut ait Triuerus, ſit egregium ſtudiorum condimentum, attamen ut in aliis, ita hic quoq. fere peccatur, quod qui cæpit, illius illecebris nimis capitur. Propterea Epiſcopus cauere debet ne otio, & aliis ſuperuacaneis occupationibus uacet. Cum grauiſſima ſit D. Auguſt. ſententia, vt ſupra etiam ſignificaui. Nihil eſſe in hoc vita, & maxime hoc tpe facilius, ac lætius, & hominibus acceptabilius Epiſcopi officio, ſi perfunctorie, atque adulatorie res agatur; ſed nihil apud Deum miſerius, & triſtius, & damnabilius. &c. *c. ante omnia. d. 40.*

Ac dicere ſolitus erat. Quid dicturus ſum cum redditurus ero rationem de animab. quæ ad collum meum pendent, ut refert *D. Vincentius Ferrerius ſerm. 7. Dom. 2. poſt oct. Paſch.* Vnde & in uita D. Caroli Borromæi, qui Epiſcoporum uerum exemplar fuit; legitur, cum Epiſcopus quidam ad eum ſcribens ſignificaſſet, ſibi parum eſſe negotii, eum uocem illam, ut Epiſcopo prorſus indignam, & turpem, grauibus ad eum literis datis acriter, lateq. reprehendiſſe. *Carol à Baſ. Pet. in eius vita. l. 7. c. 5.* Optandum eſt aiunt Tridentini Patres *ſeſſ. 25. de reform. c. 1.* ut ii qui Epiſcopale munus ſuſcipiunt, quæ ſuæ ſint partes agnoſcant; ac ſe non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxū, ſed ad labores, ac ſolicitudines pro Dei gloria uocatos eſſe intelligant. *vt dixi ſup. c. 5. q. 7. ſupp. 3.*

VII. Q. RESOLVTIO.

SEptimę quæſt. ſic breuiter reſpondendo dico, Primo quod q̃uis Epſ ex ſuæ dignitatis prærogatiua ſacerdoti etiam non approbato peccata ſua confiteri ualeat. *c fin. de pœnit. & remiſſ.* ubi *Greg. IX.* ait, Ne pro dilatione pœnitentiæ periculum immineat animarum, permittimus Epiſcopis, & aliis Superioribus, necnō minoribus Pręla-

tis exemptis, vt etiam prætet ſui ſuperioris licentiam prouidum, & diſcretum ſibi poſſint eligere cõfeſſorem. Q̃ ſi ſane Epiſcopus ſi velit ſibi ſubditum eligere, illum ſtatim approbare cenſetur, qui quidem confeſſarius ſic electus non ab Epiſcopo, ſed ab eo qui eidem facultatem eligendi conceſſit, iuriſdictionem accipit, habet enim Epiſcopus Superiores in terris. Et ita ſentit communis opinio ex *Suarez. de pænit. d. 27. ſect. 2 nu. 4. & Filliuc. in qq. mor. tom. 2. tr. 7 c. 9. nu. 231.* contra Sotum dicentem Epiſcopum eligentem electo iuriſdictionem impertiri. Si vero non ſibi ſubdito confiteri velit, approbatum ab Ordinario cui ſubiectus eſt eligere debet: vt ex Cardinaliũ declaratione tradit idẽ *Suarez diſp. 28. ſect. 4. nu. 7.* & Additio ad *Quar. in v. Archiepiſcopi authoritas Nald. v. Epiſcopus. Riccius reſolut. 203. Graff. par. 2. conſ. tit. pænit. & remiſſ.* ibi reſoluit Epiſcopum quemquam religioſum exẽptum abſque licentia ſui Prælati in confeſſarium eligere non poſſe, nec religioſum huiuſmodi electionem acceptare debere, cũ nec velle, nec nolle habeat. &c. *Arch. in c. 2. de teſtam. in 6 Zabar in clem. 1. de elect. Franc. in c. 2. ne cler. vel monachi l. 6.*

Secundo dico, ſi ipſemet Gibertus in aliquem caſum ſummo Pontifici reſeruatum occultum tamen lapſus fuerit, à quo poſſet ſubditos ſuos abſoluere, aut cum eis diſpenſare integrum ei eſſe facultatem ſuam confeſſario, vel ſacerdoti ſibi ſubdito committere, vt eum abſoluat, vel cum eo diſpenſet. vt reſoluũt *Marc. Anton. Genuenſ. in praxi Neap. c. 67. nu. 20. Sanch. de matrim l. 8. d 3. nu. 3. & de præcept. decal. l. 2. c. 11. n. 11. Garz. de benef. p. 11. c. 10. nu. 139.* idem *Nald. v. Prælatus nu. 10.* & alii.

Documenta.

PORrò boni Epiſcopi partes ſunt, ad conſcientiæ puritatem, & iucunditatem comparandam, retinendam, augendamque quantum licebit, bene doctum probũque confeſſarium exẽplo ſanctorum Epiſcoporum præſertim D. Caroli ſibi deligere, ne cæcus cæco dux ſit in præcipitiũ. Hinc & Philippus Galliæ Rex in monitis ad D. Ludouicum filium, crebro, inquit, confiteatis peccata tua, deligãſque tibi ſapientem confeſſarium, qui te poſſit inſtituere, & docere, quid agere, quid vitare te oporteat, & coram illo te ita compares vt audeat te ſincere reprehendere, & uitia tua tibi indicare. Sane magnum confeſſio negotium, quia agitur de æterna ſalute, & tamen multi etiam Prælatorum optant, imo quærunt per ſe, & per alios confeſſarios quales Iudæi prophetas, non veridicos, ſed blandiloquos, & aſſentatores. *Ezech c. 13.* At vt alibi aduerti, Epiſcopi in maximo periculo verſantur, quia ſi Canones non obſeruant, & indigna, & à ſuo ſtatu aliena committant, ut plurimũ correctores non habent; nam alii verecundia, alii timore, alii ambitione, & gratia comparanda, ab aperienda veritate. cum magna illorum, & gregis iactura, ſe ſubtrahunt. *Marc. Ant. Genu. in Mã. Paſt. c. 93. Gibert. de vita eccleſ. c. 122. Cagnol. in proem. off. Cotta in Mem. in v. Princeps.*

Tradunt qui de animalibus ſcripſere vultures, cæteraſque ad prædam nata animalia, cadauerum etiam longe poſitorum fœtore allici, eòque ſe ſe conferre ſolita: ſana vero corpora eadem odorari non poſſe. Hæc animalia plerique mortalium imitati experientia docet, aliorum namque præſertim Superiorum defectus, & imperfectiones, vel eminus odorantes ſtatim eò aduolant, vt eaſdem obſeruent, & apud alios damnent, non tamen ex charitate corrigunt. Hinc Diogenes dicere ſolebat homini, vt ad vitæ perfectionem perueniat, fideliſſimos amicos, vel grauiſſimos inimicos eſſe neceſſarios: ſciebat namq. hoſtes in vitam, ac mores æmulorũ ſuorum eſſe vigilantiſſimos, ac minuta quæque obſeruitare, at amicos ex beneuolentia monere, &c.

Cap. IX.
QVAESTIO XXXI.

An Epiſcopus initio ſui regiminis etiam Parochos nouo examini ſubÿcere poſſit. An in regulares excommunicationem ferre valeat, vt quia v. g. miſſas anticipatas celebrent. &c. feſta ab eo indicta non ſeruent, excommunicatos publice denunciatos in proprÿs eccleſÿs ſepeliãt, monitiis abeuntibus ſua non reſtituant, & impediant, ne idem Epiſcopus puellarum in monaſterÿs degentium voluntas exploretur; & permittunt vt cæteri ſacerdotes non viſis ab ipſo Epiſcopo commẽdatitiis literis, in propria eccleſia celebrent. An punire poſſit regulares, qui lectionem ſacræ Scripturæ in ſuis monaſterÿs habere nolunt.

CLemens Epiſcopus poſt ſuæ ſedis poſſeſſionem adeptam, omnes Cõfeſſarios tàm ſæculares quàm regulares, & etiam Parochos, nouo examini ſubÿci præcepit, & à diuinis ſuſpẽdit Bernardum ſacerdotẽ, quia ab eo non approbatus tẽpore Iubilei, Iulium monachum à quibuſdam caſibus reſeruatis abſoluit. Aloyſium regularẽ Theologum, & quarundam monialium proprio ordini ſubiectarum Confeſſarium excommunicauit, & à munere audiendarum confeſſionum ſuſpendit, eo quod illã opinionem mordicus defendebat, & ad praxim traducere audebat, videlicet anticipatas miſſas tuta conſcientia, & ſalua religione, celebrari poſſe, & licere ſacerdoti qui miſſam cum certa eleemoſyna celebrandam ſuſcepit, parte eiuſdẽ ſtipen-

ſtipendij ſibi retenta, alteri celebrandam committere. Item eandem excommunicationis cenſuram in Emanuelem monaſterij Superiorem, & Præfectum, protulit. Primo quia feſta ab eodem Epiſcopo indicta violabat, dum in ipſis feſtis diebus ſeculares homines, & religioſos ſibi ſubditos, in ſeruilibus, tàm in monaſterio, quàm in ruſticis ſuis prædijs, occupabat. Secundo quod Balthaſarem laicum excommunicatum, & publice denuntiatum in propria eccleſia ſepeliri permiſit. Tertio pro eo quod nouitijs, & tyronibus in ſuo ordine profiteri nolentibus, ac proinde diſcedentibus, bona quæ tempore ingreſſus ſecum detulerant, non reſtituebat, & impediuit ne voluntas puellæ Deo in ſuo monaſterio ſibi ſubdito dicanda, ante ſuſceptũ habitum ab ipſomet Epõ etiam poſt Greg. XV. Cõſtitutionem exploraretur. Itẽ quia cõtrà eius Edictũ permittit, vt exteri ſacerdotes nõ viſis ab ipſo Epõ literis commẽdatitijs, in propria eccleſia celebrent. Tãdem in cuiuſdã cœnobii Præfectum animaduertit, eo quod ſacræ ſcripturæ lectionem haberi poſt factas admonitiones non curauit. Quæritur an ipſe Clemens Epiſcopus hæc omnia iure facere potuerit.

I. SVPPOSITVM.

Suppoſita, & prauia inſpectiones.

RESP. ſuppono, religionẽ nihil aliud eſſe quã congregationem hominũ Creatoris, ac Redemptoris ſui cũ ea perfectione quam ſacrũ Euãgelium docet, obſequio perpetuo obſtrictorum. Et licet ſecundum Theologos vna ſit religio, in multas tamen ſpecies, ſeu plures ordines diffunditur, quorum vnaquæque tria ſubſtantialia vota, ſcilicet continentiam, obedientiam, & paupertatem ſeu proprii carentiam continent, ſine quibus ipſa religio non ſubſiſtit. Ac ſane in his tribus vinculis. & in Dei, ac proximi dilectione, omnes conueniunt; & ſi ob diuerſas regulas, varios habitus, ac peculiares viuendi ritus, ac Deo famulandi rationes differant. iuxta *D. Thomam 22. q. 186. ar. 1 Azor. par. 1. l. 11. c. 24. Lapum. alleg. 131. Cald. conſ. 391. Gemin conſ. 41. Anchar. conſ. 321 Tuſch. v. religio. concl. 131 Plat. de bono ſtat. relig. l. 1. c. 2. Sãchez. de præcept. tom 2. l. 5. c. 1.*

At quemadmodum homines ſic viuentes ſuſpicere, atque ſummo in honore habere omnes ſolent, ac debent; nam & D. *Baſilius præfat. in Aſcet.* Inter alias rationes, quibus homines ad religioſam diſciplinam amplectendam hortatur, non dubitat hanc quoque afferre, quod qui hæc fecerit, ei in terris etiam magna ſit parata gloria, & promptus honor, quod apud amicos erit in pretio, quod eum adiutorem, & d. precatorẽ in ſuis caſibus adhibebunt. &c. ita ſi a ſuſcepto inſtituto deflexerint, & vt loquitur Saluianus, ſub religionis titulo à religione diſſentiant, & tantum ſpeciẽ atque habitum præſeferant, ut integritatẽ libidines, copiarum contemptum cupiditas, parendi ſtudium contumacia, ac ſuperbia, religionem, & modeſtiam licentia, ac procacitas; & in agro Domini excolendo ſegnes, & infideles operarios ſe præbuerint, nihil eſſe ſciant, quo Dei mens, & hominum animi magis offendantur.

Propterea multi volunt, & alibi notaui votum religionis vbi regula non ſeruatur, & vbi ſubſtantialia vota corruunt, ac pro libito viuitur, non tenere. Itidem vbi propria religio à ſuo inſtituto declinat, licitum & laudabilem eſſe ad aliam tranſitum. *Nau. c. 12. n. 40. Sà in v. votum nu. 11. Sanch. de præcept. tom. 2. l. 6. c. 7. nu. 1.* vbi etiam *l. 5. c. 4. n. 92.* ex probabiliori ſententia reſoluit, profeſſionẽ cum conditione religionis ſubſtantiæ contraria, non valere; ſicut enim conditio quæ matrimonii eſſentiæ aduerſatur, ipſum irritum, & inualidum reddit, ita etiam de matrimonio ſpirituali per profeſſionem inito cenſendum eſt. Addit *Tuſch. l. c.* adeo tria vota religioni eſſe neceſſaria, & illi cohærere ut contraria conſuetudo non valeat, neq. Prelatorum tolerantia dictam conſuetudinem approbare poſſit. Imo nec Papæ in illis diſpenſare integrum ſit, iuxta tradita in *c. cum ad monaſterium. ext. de ſtatu monach.*

II. SVPPOSITVM.

SEcundo ſuppono, olim attẽto iure communi, omnes monachos, religioſos, regulares, ac moniales, Epiſcopis, in quorum diœceſibus monaſteria ſita erant, ſubiectos fuiſſe, ita vt ipſi velut eorũ generales Præfecti quoſdam ad profeſſionem admittere, alios repellere potuerint, ut propterea ipſi Ordinarii tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, contra ipſos homines Deo dicatos, & tribus votis aſtrictos fundatam intentionem haberent. *c. monaſteria. c. Abbatibus cũ ſeq. 18. q. 2. c. 1. de officio ordin. c. obitum. d. 61. & cũ Epiſcopus. eod. tit. l. 6. Nau. c. non dicatis. nu. 63. 12. q. 2. Roder. tom. 2. qq. regul q. 61. art. 1. & 3. Campan. in diuerſ Iur. Can. rub. 12. c. 13. num. 1. Barboſa de off. Epiſcop. tom. 3. alleg. 106. Vgol p. 1 c 20.* Hodie tamen, caſibus quibuſdam exceptis, ab Ordinariorum iuriſdictione regulares fere in omnibus exempti ſunt, ſiue priuilegia directe, ſiue indirecte per communicationem, talem exemptionem largiantur, illiſq. æqualiter licet vni tantum eorum ordini ſint conceſſa gaudeant, & conſequenter his temporibus Epiſcopalem poteſtatem pleno iure regulares cætus habere

bere

bere conſpiciuntur, ita vt corũ Præfecti ea omnia in ſuos exercere poſſint, quæ Epiſcopi in ſubditos præſtare ſolent. *Cochier. de Iuriſd. ordin. in exẽptos par. 1. q. 17. nu. 25. Sayr. Deciſ. 25. Tuſch. v. Abbas concl. 7. & 16. Barboſa de off. Epiſcopo par. 3. alleg. 103. nu. 3. & 4. Sanch. l. 8. de matrim. diſp. 3. nu. 9.* Id quod ob id factum, & ſtatutum fuit quod, vt aliàs dixi, ab Epiſcopis, & locorum Ordinariis male tractarentur, *c. nimis iniqua. extra de exceſſ. Prælat.* vbi hac uerba habentur, Cum religioſi uiri abnegantes ſalubriter ſemetipſos elegerint in paupertate Chriſto pauperi ad placitum famulari, tãquam nihil habentes, & omnia poſſidentes, non deſunt plerique tàm eccleſiarum Prælati quàm alii, qui cæca cupiditate ſeducti, propriæ cupiditati ſubtrahi reputantes, quidquid prædictis fideliũ pietas elargitur, quietem ipſorum multipliciter inquietant. &c. Atque idem repetitur in *Clem. 1. eodem tit.* Hinc eſt ẽt illa Roderici conqueſtio qui *tom. 1. regul. qq. q. 24 ar. 7.* poſtquam dixit tantam ne exigi ſcientiam ad ſacris ordinibus monachos initiandos, quanta in ſæcularibus clericis requiritur, quia religioſi regulariter loquendo ad curam animarum habendam non ordinantur, & quãuis ad eam curam inſignirentur, adhuc in eis tanta rerum peritia non exigi uidetur, quia ſemper in eis ſpes manet de comparanda ſibi ſcientia, & cognitione, ad ſuum miniſterium peragendum neceſſaria, eo quod aſſidue in cœnobijs viuunt, in quibus aut literarum ſtudia, aut plures literati vigẽt, à quibus de neceſſariis edoceri poſſunt. Et poſtea ſubdit, Et per dictas rationes poſſent Domini Epi ſcrupulum dimittere, neſcio tamen an ſufficientes, & efficaces ſint ad temperãdum nimium rigorem, quo nonnulli eorum in religioſos ordinandos cõcitantur, quod (proh dolor) vnde proueniat neſcio, cum nullos in curandis animabus prædicando, cõfeſſionibus audiendis inſiſtendo, & alia ad diuinũ cultum pertinentia peragendo, maiores, ac meliores coadiutores habeant. hæc ille.

I. Q. RESOLVTIO.

HIs ſic præmiſſis ad 1. q. ſic reſpondeo, Clemẽtem Epiſcopum laudabiliter egiſſe, cũ regiminis ſui initio omnes ſacramenti pœnitentiæ miniſtros ad nouum examen vocauit, ſiquidẽ totis viribus totiſque neruis huc tendere debet Epi ſtudium, & eius induſtria deſudare, vt omnes cõfeſſarij ad hoc graue munus ſubeundum prorſus idonei, & exactiſſimo probati ſint examine; cũ ex hoc totius chriſtianæ religionis ſalus dependeat, vt Sãctiſs. Mem. Pius. V. repetere ſolebat, Dentur, aiebat, boni confeſſarii, ſcientia, ac conſcientia, animarumque zelo pollentes, & ecce omnium Chriſti fidelium plena reformatio.

Propterea vt confeſſarii moralis Theologiæ, ac caſuum conſcientiæ ſtudium non derelinquant, expedire viſum eſt, niſi ſint valde periti, ad tempus approbare, vt ait *Marcus Antonius Genuenſ. in Man. Paſt. c. 62.* Quam rem nos tetigimus in *1. par. tr. 1. c. 9. q. 49. & tract. 5. c. 3. q. 17.*

Vnde ſucceſſori in Epiſcopatu integrũ eſt, oẽs quamuis ſimpliciter, & abſolute approbatos generatim ad examen aduocare, & quos idoneos nõ inuenerit, relicere, vt reſoluit *Miranda in Man. Prælat. tom. 1. q. 45. art. 7. concl. 1. & Barboſ. de Epo par. 2. alleg. 25. nu. 29. & ſeq. Gutierez. l. 1. can qq. c. 27. nu. 18. & 19. Suarez. tom. 3. d. 28. ſect. 7 nu. 6. Roderic. in qq regul. tom. 1. q. 59 art. 8. Piaſecius in Praxi Epiſcopali p. 2. c. 1. Fagundex infra citand. nu. 26. Marc. Anton. Genuenſ. in Praxi Neap c. 59.* vbi hoc etiam ad regulares extendunt, ut ſcilicet ſi non ita idonei, ac docti reperiantur, ad tempus approbari poſſint, & eo elapſo, noua approbatione indigeant, & ſucceſſori eos examini iterum ſubiicere liceat.

Quò autem ad Parochos dico, Clementẽ Epm ad nouũ examen eos uocare non potuiſſe: ſiquidẽ animarum Curatores qui perpetuum titulum habẽt, à iure approbationem obtinent, quam locorũ Ordinarii, ab eis reuocare non ualent; quamuis ex noua cauſa ob demerita à munere eos ſuſpendere, & aliquando priuare integrum ſit. *Suar. tom. 4. d. 18. ſect. 2. Reginal. l. 1. nu. 201.* Idem *Barboſ l. c nu. 23* & alii communiter. *Arg. Nau. conſ. 8. de Priuileg.* vbi *ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 6.* reſoluit Epiſcopum poſſe illiteratos, vel imperitos eccleſiarum Rectores cogere vt Coadiutores aſſumant, quod quidem ſine examine facere non poſſunt. &c. Atque etiam ibi ex Congr. Card. refert, integrum eſſe Epõ Capellanos, Canonicos, & Dignitates examinare ſi curá aĩarũ exercere uolũt & eiſdẽ inhibere ne ſine ſua approbationi ſacramenta adminiſtrent. Addo quod licet in ſacerdote, ut regularium confeſſiones audiat, Epiſcopi approbatio nõ requiratur, ut colligitur ex *Cõc. Trid. de refor. ſeſſ. 23. c. 15.* quò tamen ad moniales ſecus, eſt, ſiquidem confeſſarii, ſiue ſeculares, ſiue regulares, quomodocumq. exempti tàm ordinarii, quàm extraordinarii ad confeſſiones ſanctimonialium, etiam regularibus ſubiectarum audiendas deputari non ualent, niſi prius ab Epiſcopo idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineãt, ut conſtat ex Bulla Greg. XV. Incip. *Inſcrutabili.* Imo à S. Card. Cong. declaratum eſt, regulares generaliter ab Epiſcopo approbatos ad ſecularium confeſſiones excipiẽdas, pro admiſſis non cenſeri, vt monialium ſibi ſubditarũ cõfeſsiones audire poſsint, ſed quò ad hoc ſpeciali

li

li Ordinarii, & Epiſcopi approbatione indigere.

Ad hæc in eadem Conſtitutione decernitur, vt ex rationabili cauſa liceat Epiſcopis Superiores regulares admonere, vt Confeſſarios monialium, atque adminiſtratores bonorum ad eaſundē monialium monaſteria pertinentium, amoueāt: iiſq. Superiorib. id facere detrectātibus, Epiſcopus facultatem habeat prædictos remouēdi quoties, & quando opus eſſe iudicauerit, nec amotionis cauſam ipſis Præfectis ſignificare teneatur. &c.

II. Q. RESOLVTIO.

DIco ſecundo Clementem Epiſcopum iuridice proceſſiſſe, cum Aloyſium Theologum, & monialium proprio monaſterio ſubiectarū Cōfeſſarium excommunicauit, & ab audiendis confeſſionibus ſuſpendit, ac ſubmouit, ob illam temerariam ac falſam opinionem, cui pertinaciter inhærebat, & ad vſum traducebat: licere ſcilicet miſſas anticipatas celebrare. Nam licet aliqui ſenſerint, ſacerdotem, qui à miſſę celebratione liber eſt, miſſas anticipatas in futuram occaſionē ilis applicare poſſe, quos Deus ſcit prius ſtipēdia daturos: ſiquidem applicatio valoris miſſæ, & ſi reſpectu noſtri ſit præterita, attamē quò ad Deum ſemper æternitati ſuæ præſens eſt: ſicut & Chriſti paſſio quò ad nos præterita diuinæ acceptationi ſemper præſentiſſima eſt, vt eſt cōmune Theologorū placitum. Atque hanc ſententiam tueri videntur. *Arrag. 22 q. 85. art. 3. Roderiq. in ſumma parte 1. c. 251.* & nonnulli alij quos alibi retulimus.

Nihilominus quia hic mos lucri auiditatem ſapit, negotiationem redolet, eccleſię vſui non conſonat, & intentioni ſacrum ſtipendio dato petentis repugnat, qui miſſam præſenti ſuæ neceſſitati, vel deuotioni, ac pietati congruam expetit; ideo hæc ſententia tanquam reuerentiæ tanti ſacrificii, ſacerdotum perfectioni, & fidelium votis aduerſa, iure merito à recte ſentientibus reprobatur, ac exploditur. Quinimo *Riccius in praxi rerum ad ſacrif. miſſa. &c. reſol. 361. & Barboſ. in rem. miſſ. ad conc. ſeſſ. 22. in decr. de ſacrif. miſſa, & de officio Epiſc. alleg. 24. par. 2. nu.* 12. vt etiam aduertimus ſupra *tr. 5. c. 14. q. 130.* referunt ex mandato Clementis VIII. à ſacra Congr. Concilii Trid. Decretū emanaſſe, cuius tenor talis eſt, Superioribus dieb. ſignificatum eſt S. D. N. paucis ab hinc annis in Hiſpania nouam conſuetudinē recentiorum aliquot Theologorum opinione nixam, ſenſim receptam, in dies magis inualuiſſe, vt ſacerdotes miſſam celebrantes, eius valorem generalem applicent iis, qui poſtea miſſæ celebrationem poſtulaturi, ac pro'ea eleemoſynam præbituri ſunt, tametſi antequā miſſæ ſacrificium peragerętur, neque à ſacerdote illud rogaſſent, neque ei hac de cauſa eleemoſynam præſtitiſſent. Quam rem cum Sanctitas ſua ad ſactam Cōgreg. Card. Cōc. Trid. Interpretum pro materię grauitate examināda̅m reiiciſſet, in ipſa Congregatione primum de ea actum fuit diligentiſſime, ac deinde relatum ad Sanctitatem ſuam; quæ ex eiuſdem Congregat. ſententia, huiuſmodi conſuetudinem tan quā pluribus nominibus periculoſam, fidelium ſcandalis, & offenſionibus obnoxiam, atque à vetuſto eccleſiæ more nimium abhorrentem exploſit, ac improbauit, atque amplitudini tuæ literas dari, quod fecimus, mandauit, vt omnib. iſtius regni Epiſcopis, atq. Archiepiſcopis, in quorum diœceſibus huiuſmodi applicatio in vſū inducta fuerit, per literas, aut aliàs ſcripto iniungat, vt tālem vſum aboleant, ac prohibeant, excōmunicationis atq. aliis, quas opportunas, ac neceſſarias exiſtimauerint, pœnis. Idemque præcipiat Generalibus, & capitibus ordinum, quos in iſtis regnis nunc nouerit cōmorari, vt ſcilicet & ipſi regularibus ſibi ſubditis talibus applicationibus eiſdem pœnis propoſitis interdicant. &c. hæc ibi.

Ex quibus clare colligere licet in praxi conſuetudinem anticipate celebrandi non eſſe approbādam, nec vllo modo tolerandam. Nonnulli tamē Doctores admittunt, Capellano alia obligatione non obſtricto licere miſſas antevertere, vel anticipare, quas in poſterum certa intentione dicere teneretur, vt ſi tet ſacrum in hebdomada pro ſundatore facere obligatus eſſet, ei integrū eſſet hac hebdomada ſex celebrare, ſolutionem faciendam ſequenti hebdomada ante occupando, & & præuenīēdo. Siquidem anticipato ſoluere boni debitoris eſt, & creditori vtile, & præcipue hoc intereſt animæ in Purgatorijs pœnis exiſtentis.

Qđ nihilominus cū hac exceptione intelligendū eſt, niſi cōtrarium ſpecialiter in fundatione haberetur, vt cum ad decorem, & diuinum cultum augendum præciperetur, ne vlla hebdomada ſine miſsæ ſacrificio prætermitteretī. *Pet. Nau l. 2. c. 2. nu. 369. Reginal. l. 23. nu. 237. Roder. in ſūma tom. 1. c. 252 concl. 8. Riccius in praxi fori eccleſ. deciſ. 400. Barboſa. d. allegat. 24. nu. 13. & ſeq.*

Non tamen quò ad illam partem excommunicationis cenſura Aloyſium regularem percellere potuiſſet, cum illam opinionem defendit, licere ſacerdoti, qui miſſam cum certa eleemoſyna celebrandam ſuſcepit, parte eiuſdem ſibi retenta, alteri celebrandam committere. Et ſi enim aliàs multi Doctores ſenſerint id faſ eſſe, at nunc ſacra Congreg. Card. iuſſu Vrbani VIII. prohibuit, in Decreto Incip. *cum ſæpe.* nullā tamen cenſuram appoſuit, nec ab Epiſcopis poſſe infligi conceſſit. &c.

Cert.

Digitized by Google

Corollaria, & Conſectaria 2. Reſolutionis.

ATqadeo hinc conſtat cum prior caſus inter eorum albũ referendus ſit, in quibus Epus contra regulares procedere poteſt, Aloyſium à Clemente iure excommunicationis gladio feriri potuiſſe, ſi admonitus, & in contumacia, vel peruicacia perſiſtens, ab ea ſententia, & vſu miſſas anticipate celebrandi diſcedere noluit. Dixi in cõtumacia. &c. quãdoquidem excommunicarionis duplex eſt cauſa, alia immediata, & principalis, alia mediata, ac remota. Prior eſt ipſa contumacia, ob quam ſolam hæc ſententia, & cenſura ferenda eſt, ſiue ex cauſa mortali, ſiue pro eo quod ex ſui natura nullum eſt peccatum inſurgat v.g. lata eſt ab Epiſcopo excomunicatio, contra eos, qui ad publicas ſupplicationes ex graui cauſa indictas, nõ accedunt, ſi clericus admonitus, & non impeditus illam contemneret, vtique eo vinculo innodaretur, cum fas ſit Prælato, id quod in ſe lethalis non eſt culpa, præcipere, vel ſub anathematis pœna prohibere. Dixi clericus, quia incertum eſt an religioſi, & clauſtrales cenſuris aſtringi poſſint vt ad publicas proceſſiones eant, plures enim per ſacram Congreg. Card. fuiſſe deciſum compelli non poſſe, refert *Quarant. in ſumma Bull. v. præcedentia.* Et ſic ſentit. *Sanch. l. 7. de matr. diſp. 33. nu. 23. & Roder. in ſũma tom. 1. c. 74. n. 4. & in qq. regul. tom. 3. q. 36 art. 1.* Sed in Epiſcopali curia Papienſi reſolutum fuiſſe cenſuris cogi poſſe, teſtatur *Macer. deciſ. 35. d. 2. & Barboſ. in remiſ. ad conc. ſeſſ. 25. de regul. c. 13.* Et ſic concluſum eſſe Neapoli coram multis Prælatis, ac viris doctis. tradit *Zerul. in praxi Epiſcop. in v. proceſſiones. Frãc. Leo p. 1. Theſ. for. Eccleſ. c. 8. nu. 18.* Excipiuntur tamen illi, qui in ſtrictiori clauſura degunt, & qui Põtificio priuilegio gauderent, vt ad eas ire non tenerentur, vel q vltra medium milliare à Ciuitate abſunt. *Vgol. de off. Epiſc. p. 1. c. 20. §. 2. Grat. deciſ. 235. Riccius in deciſ. cur. Neap. deciſ. 131. & collect. 503.*

Poſterior excommunicationis cauſa, nempe mediata, & remota, ſunt diuerſa crimina, quæ mortalia, grauia, ſcandaloſa, enormia eſſe debẽt, ex quorum ſingulis contumacia deſcendere poteſt (quale præſens huius religioſi fictum delictum cẽſetur,) quod alia ratione curari nequeat, ſiquidem. *Greg. Nazian. in oratione. de moderat. in diſput. ſeruãda. & Apolog. 1. ac D. Chryſoſt hom. de anathem. & Homel. 70. ad pop. Ant.* in eos inuehuntur, qui oĩbus indiſtincte eccleſiæ portas aperiunt, & abſque delectu eiſdem claudunt, & ex ea eccleſia pariter omnes eiiciunt. Et ſcite *D. Ambroſius l. 2. de officii cap. 27.* ait, Cum dolore amputatur etiam quę putruit pars corporis, & diù tractatur ſi medicamentis ſanari poteſt: ſi non poteſt, tunc à medico bono & perito abſcindit, Sic boni medici affectus eſt vt optet infirmos ſanare, ſerpentia auferre ulcera adurere, aliqua nõ amputare, & poſtremo q ſanari nõ poteſt cum dolore abſcindere. *Sayrus de cenſ. l. 1. c. 9. nu. 32. Graffius in deciſ. aur. l. 4. c. 7.* Sicuti etiam *Valent. tom. 2. diſt. 7. q. 5 p. 6. q. 3. & Salon. tom. 2. q. 77. art. 1. cont. 8.* & idem *Sayr. l. 3. cl. reg. c. 7. num. 14.* docẽt reprehẽſione dignos eſſe eos Superiores, q circa res leues, ſub cẽſura, aut ſub merito obediẽtiæ, aut aliquo alio modo ad mortalem culpam obligante, aliquid iubent. Ex quo, inquiũt, conficitur, quod cum excommunicatio maxima ſit pęnarum, merito ſine magna, & vrgenti cauſa ferre eã Prælati non debent; & valde imprudentes illos eſſe, qui tanta leuitate, & impetu, ſine delibaratione, & maturo iudicio, præcepta ſub pœna excommunicationis latæ ſententię multiplicant: ſiquidem teſte Seneca, Remiſſius imperanti melius paretur, natura animus contumax eſt, atq. in arduum nitens, qui facilius ducitur, quàm trahitur, & vt ſæpius animaduertimus,

Qui vult amari, languida regnet manu.
Odit Deus nimis vehementes impetus
Odere ciues, gratior eſt moderatio.

Hinc dicimus omnem præcipitatã ſententiam, & voluntatem, eſſe iuſtitiæ nouercam, & optimo cõſilio celeritatem inimicam eſſe. *Tuſch. v. nouerca conl. 120. Decius in c. cum venerabilis ext. de except.* Et vt Statius monuit.

Da ſpatiũ, tenuemq. moram, mala cũcta miniſtrat impetus.

III. Q. RESOLVTIO.

AD tertiã q. dico Clementẽ non peccaſſe, cum in Emanuelem monaſterij illius Superiorẽ cenſuram tulit, ſiquidem inter caſus, in quibus Epiſcopi ſuper regulares iuriſdictionem habent, hic etiam aſcribitur, vt ſcilicet ipſi religioſi etiam exempti in feſtis colendis, ipſis Epiſcopis ſubiaceant, vt ſancitur. in *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 12.* & tradit. *Fuſch. de viſit. eccleſ. l. 2. c. 15. num. 63. Cochier. p. 2. q. 45. nu. 55. Riccius in praxi var. reſol. reſol. 210.* Imo ex multorum ſnĩa, Eps regularibus mandare poſſet, vt in Offertorio miſſarum conuentualium feſtiuitates in hebdomada occurrentes publicent *Molfeſ. tr. 11. c. 17. nu. 37.*

Non tamen feſta per populum voto nuncupata, & ab Epiſcopo confirmata regulares ſeruare tenentur, quidquid dicat. *Vaſquez. 1. 2 q. 96. diſp. 167. & Sanchez l. 4. de præcept. c. 15. n. 21.* Licet. n. in fauorabilibus appellatione populi, etiam religioſi comprehendantur, & eius loci ciues efficiantur, vbi monaſterium ſitum eſt; in odioſis tamen non contineri probabilior eſt opinio: quia votũ de obſer-

obſeruationem alicuius feſti, emiſſum à doctiſſimis Theologis perſonale cenſetur, & ſic homines illud ... contertantum aſtringere dicendũ eſt. Nec ipſa Epiſcopi confirmatio illis aliqd ius addit, p. quod ſuam naturalem denominationem, & aliam præcepti conditionem induat. Verum tamen eſt ex vi directiua, & ratione ſcandali ad illos dies feſtos cuſtodiendos teneri, cum vt ait *Apoſtol. 1. ad Timot. 4.* ad eos maxime ſpectet, exemplum afferre Chriſti fidelib. in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate, & quod nomine, & habitu præferunt, virtutis, pietatis, ac religionis ſtudio, proprio vitę inſtituto reſpondere, *Roder. in qq. regul. tom. 2. q. 70. art. 1. Suarez de leg. l. 4. c. 20. Bonac. de leg. diſp. 5. q. 2. §. 3. nu. 20.* Et ſane cum nõ omnia, quæ cauſa neceſſitatis fieri permittuntur, ratione pietatis fieri queant, nefas eſt regularibus in opere ſuorum monaſteriorũ ſeruilibus operibus diebus feſtis ſæculares, vel fratres occupare, niſi aliqua præſenti, & vrgenti neceſſitate excuſētur; ſed vt id licite faciant, ab Epiſcopis licentiam petere tenentur ſi ad eos, vel eorum Vicarios facilis ſit acceſſus. vt ait *Roderiq. l. c. art. 2. Nau. c. 13. n. 4. Caiet. 22. q. 122. ar. 4. Sayr in d. reg. l. 7. c. 2. n. 4. Azor. p. 2. l. 1. c. 28 q. 5. Reg. l. 19. nu. 48. Bonac. de leg. d. 5. q. 1. par. 3. nu. 6. Barb in d. alleg. 105. nu. 33.*

Circa quam feſtorum obſeruationem emanauit præſens S. Congreg. Decretum, Congregatio Concilii cenſuit Decretum. *c. 12. ſeſſ. 25. de regul.* ita eſſe intelligendum, vt regularium ritus illis feſtis ſemper permaneant quò ad miſſas celebrandas; & cætera diuina officia tàm publice, quàm priuatim ab ipſis regularibus in eorũ eccleſiis perſoluenda, nec circa hæc ab ipſis quoquomodo quicquam in contrarium eiſdem regularibus præcipi poſſe: quod ſi de facto præceperint, regulares neutiquam ipſis Epiſcopis obedire teneri.

Verũ quò ad conciones, & lectiones, quas ijdē regulares ad populum habuerint, debere ſe conformare Euangeliis, & Epiſtolis, quibus illis diebus clerus ſæcularis vtitur. *Quaran. in ſumma Bullarii in v. Priuilegium regularium, Vgol. de officio Epiſcopi p. 1. c. 20 §. 3. Barboſ. nu 35.* vbi etiam *n. 43.* ex iure, & communi DD. ſententia reſoluit, regulares interdicta, & cenſuras ab Epiſcopo promulgatas, in eorum eccleſijs publicare; ſi ipſe Ordinarius præcipiat, ac eas ſeruare teneri, à celebratione in locis interdictis abſtinere, excommunicatos ad diuina, & ad eccleſiaſticam ſepulturam nõ admittere, &c.

IV. Q. RESOLVTIO.

VNde quartæ quæſtioni reſpondendo dico, pariter Emanuelem Superiorem ab Epiſcopo iuſte excommunicari potuiſſe, eo quod publice excommunicatum, & denuntiatum anathemathis vinculo conſtrictum, vita functum, in propria eccleſia humari præcepiſſet, grauiter. n. peccauit, cum prohibitio de re graui ſit, & ſeuere ac ſerio obligans. Imo verius dicendum videtur, ipſũ prędictum regularem excommunicatum declarari potuiſſe, nam exempti Epiſcopo ad hoc ſubduntur, vt per eum denuntiari poſſint, & mandari vt euitentur, quando à iure, vel ab homine excommunicati forent. *Io. And. & Dominic. c. 1. de priuil. l. 6. Gambin. de officio legati lib. ... de poteſt. leg. ... regulares, & exemptos.* Aperti autem iuris eſt excõicatione percelli etiam exemptos, qui in caſib. non permiſſis defunctos in cœmiteriis tempore interdicti ſepeliunt, vel publice excõmunicatos ſcienter eccleſiaſticæ tradunt ſepulturę. *clem. 1. tit. de ſepul.*

Obſeruanda circa textum.

CIrca quem textũ hæc obſeruãda ſunt. Primo hanc cenſurã ab his non incurri, qui ex ignorantia etiã culpab. li hoc præſtiterunt, propter particulam illam ſcienter præſumunt, neq etiam qui graui metu coacti id effeciſſent, ob verbum illud, qui propria audacia. Rurſus & ſi illa pœna ſolum in cœmiteriis ſepelientes conſtringi videantur; dubium tamen non eſt, quin ſub illa voce à fortiori eccleſia comprehendatur, cum illud ſit tanquam acceſſorium, & immunitatem ratione eccleſiæ habeat. Tandē per eoa q ſepeliunt, & ſi in rigore qui propriis manibus ſepulturæ tradunt, intelligendi videantur, attamen ex cõmuni uſu etiam mandantes inuoluũtur. *arg. c. mulieres. § illi vero. ext. de ſent. excom.* vbi ille vere committere dicitur, cuius authoritate, vel mandato delictum committi probatur. Non tamen includuntur comitantes, & alij, qui crucem, vel lumina deferunt, vel etiam cãtant, proprie enim ij ſepelire non dicuntur: nec ēt remote, vel negatiue cooperantes, quia ſcilicet cũ poſſunt non impediunt, niſi fauor tantus eſſet, vt iure auctores dicerentur. Nec oportet pœnalē Canonem ad omnes fautores, vel cooperatores extēdere, quando eius conditor id non exprimit, neq. ex illius verbis id ſatis colligi poteſt, vt proſequitur *Suar. tom. 5. diſp. 12. ſect. 4 nu. 11.* & eum ſequitur. *Fillius. tr. 12. c. 4. q. 10. nu. 110.* vbi etiam aiunt ob hanc tranſgreſſionem minorem excommunicationem incurri, vt notauit *Abb. in c. ſacris. ext. de ſepult.* id colligens ex illis verbis, Non communicamus defunctis; inde enim conſtat hanc eſſe communicationem quandam, & conſequenter illi reſpondere generalem pœnam impoſitam cũ excommunicato communicãtibus. Non tamen eam excõicationē cõtrahi quæ in eos à iure fertur, qui in damnato crimine cum aliquo communicant, vt habetur in *c. nuper. & c. ſi concubinæ. ext. de ſent.*

ex-

excom. quia ad hoc vt illum contrahat, duo neceſſaria ſunt, vnum eſt vt in crimine verſetur, alterū eſt ut cum eo uitio communicet, qui propter illud crimen excommunicatus iam eſt, &c. *Vgolino taſſ. tabor c. 9. §. 6. Sayrus l. 3. de cēſu. c. 35. n. 13. Bonac. de cenſur. diſp. 2. q. 2. puncto 6. §. 1. nu. 8.*

V. Q. RESOLVTIO.

AD 5. quæſtionem reſoluendam dico, huic Epiſcopo ius fuiſſe Superiorem illum excōmunicādi, eo quod nouitiis ex ſua religione abeūtibus bōna ab eis delata reſtituere renuebat; nam nouitiis nolentibus profiteri, ſed è religione egredi uolentibus, omnia bona reſtituenda ſunt, quæ ingreſſus tempore in monaſteriū detulerunt, nec quid minimum religioſi detinere valent: quod ut recte ſiat, Epiſcopus etiam per eccleſiaſticas cenſuras, ſi opus fuerit, compellere poterit Superiores regulares, ut habetur in *Conc. Trid ſeſſ. 25. de reg. c. 16. Sanch. l. 7 de mat. d. 33. nu. 23.* Nec, nam ambigendum eſt tyronibus intra probationis annum è monaſterijs exire, atq. ad ſæculum redire licitum eſſe, idq. ſine petita ab aliquo licentia, nec expenſas ſibi à monaſterio factas ſoluere teneri, ut ponderat *Abb. in c. ſtatuimus. ext. de regul. & Syluest. v. religio. 5. q. 8. Miranda tom. 1. Man. Prælat q. 22. art. 8. Azor p. 1. l. 12. c. 3. q. 6 Zerula in praxi epiſc. p. 1. v. moniales §. 3. & p. 2. eodem ver § 12. Paul. Fuſch. de viſit. eccl. l. 2 c. 15. nu. 67. Barboſ. p. 3 de off. Epiſc. alleg. 101. num 34. Ricc. in Praxi apoſtaſia crim. reſolut. 11. & in 3. par deciſ. Cur. Arch. Neap. deciſ. 252.* vbi idem reſoluit de ſeminarii alūnis, ut ſ. Epiſcopus à puer. ſub eodem ſeminario recedentibus expenſas repetere non poſſit. *Sanchez. de precept. l. 6. c. 10. nu. 4.*

Sicut etiam dicimus eum qui ſimpliciter religionem vouit, à voti obligatione liberum eſſe, ſi poſt ingreſſum, ante emiſſam profeſſionem, à religione egrediatur, dummodo de profeſſione ſic uouendo non deliberauerit, & bonafide non animo exeundi ſit ingreſſus; quandoquidē huiuſmodi voci nuncupatio iuxta iuris diſpoſitionem nouitiatum concedentis facta cenſetur, & ſic in dubio præſumi debet, vt ex communi reſoluit *Bonac. de leg. d. 4. q. 2. p. 5. §. 6. nu. 22.*

Dum autem ibi nouitiis abeuntib. Concilium omnia bona reſtitui iubet, intelligendum eſt vna cum fructibus, ſi qui fuerint ex his percepti, quia oēs illi ad nouitii bona pertinent, vt trad t *Azor. l. c. l. 13. c. 9. q. 2. & Sanchez. tom. 2. de precept. l. 7. c. 5. nu. 25* vbi ſubdunt, dedicenda eſſe alimenta illius temporis, quo nouitius in probatione fuit, quando ea ſoluere tenebatur, vt quando initum eſſet pactum largendi monaſterio expenſas in alendis nouitijs factas, vt in monialium monaſterijs contingit, tunc namque ſiue nouitia perſeueret, ſiue exeat, expenſæ conuentui debentur, nulla ratione habita miniſterij religioni habitu. &c. vt tradit idem *l. 6. c. 10. nu. 5. & Barboſa in collect. Iuris can. in c. ſtatuimus. ext. de regul.*

1. Conſectarium.

QVibus dictis incidenter addo, primo ex bonis nouitii per parentes, vel tutores mutuo monaſterio ex cauſa dari poſſe, dummodo pignora, aut fideiuſſio ſufficientia intercedant, quia ſic ceſſat finis *Conc. Trid.* in illis verbis, nec facile ſi diſceſſerit, id recuperari poſſit, &c. his enī datis nouitio, vel nouitia egrediente, recuperabūtur. vt per *Roder. in qq. regul tom. 1. q. 48. art. 5. Miranda de monial. q. 8. art. 9.* fauere videtur, *Hondedeus vol. 1. conſ. 73. & Sanchez l. 7. c. 5. nu. 24. & nu. 51. Menoch. vol. 4. conſ. 396.* & nos alibi diximus.

2. Conſectarium.

SEcundo, quod & ſi nouitiis in articulo mortis exiſtentibus ante expletum probationis annum, ſi legitimam ætatem habeant, integrum ſit profiteri, quò plenarias indulgentias, & ſpiritualia chariſmata conſequantur, virtute tamen huius cōceſſionis, & profeſſionis ſic factæ, monaſterium in bonis nouitii, vel nouitiæ ſic profeſſæ, in præiudicium ſuorum heredum, vel venientium ab inteſtato ſuccedere non poteſt. *Mirāda d. tom. 1. q. 22. art. 7. Barboſa p. 3. alleg. 101. nu. 34. Molfeſ tr. 9. c. 12. nu. 58. Ric. in var. reſol. reſ. 493. Betam reſp. caſ conſ. p. 4. caſu 38.* vbi reſoluit, hāc profeſſionē ſic emiſſam ſi nouitius non moriatur, ſed conualeſcat, eſſe inualidam, & expleto probationis anno, eſſe in ſanitate iterandam; cum talis conceſſio ſolum in foro conſcientiæ locum habeat, non in foro exteriori, nec ad alios effectus ꝓducendos valeat, & nouitius etiā de conſenſu Prælati anno integro probationis renuntiare nequeat, ſiquidem talis renuntiatio in publicum præiudicium vergat, quatenus. *Conc Trid ſeſſ. 25. de regul c. 15.* religioſorū profeſſiones ante expletū probationis annū ꝓhibuit, vt damno, ac dedecori obuiam iret, quod eiſdem religionib. contingere ſolebat, propterea quod intra vnam, vel alteram hebdomadā, profeſſiones emitti conſueuerant, vt ad dignitates, & beneficia promouerentur, & prius magiſtri, quàm diſcipuli fierent. Et certum eſt, neminem iuri publico renuntiare poſſe. *c. ſi diligenti. de for. comp.*

Et ſicut nouitijs conceditur, vt à cenſuris etiā Summos Pontifici reſeruatis abſolui poſſint, & tamen ſi ante religionem retrocedant, in eaſdem relabuntur, quia illæ abſolutiones, & diſpenſationes,

Digitized by Google

nes, vt ſunt in via ad religionem eis conceduntur, & ideo ſi non profiteantur, & è religione exeunt, ipſo facto reincidunt, vt habetur in *Compẽ Priuil. Mendic. in v nouitius.* & p alios apud *Vecchium de nouit. diſput. 9. dub. 25.* ita à ſimili in hoc caſu cēſendum uidetur, vt ſi ipſe nouitius conualuerit, & nouitiatum deſerat, nec profeſſionem de nouo emittat, illa præterita in foro interiori, & exteriori nullum ſortiatur effectum. *Roder. in qq. regular. 3. q. 1 ſtatt. 6. & Bein he.* [illegible]

Nouitius tamen ſub obediētia Superioris, & ex rationabili eius licētia extra monaſterium manēs pro reſidente intra illud habetur: nec enim opus eſt vt tyro ſingulas religionis aſperitates experiatur, nec conſequenter vt religio omnes eius mores in ſpecie perſpectos habeat, vt etiam ex communi tradit *Sanch. l. 5. c. 4. num. 28.*

3. *Conſectarium.*

TErtio ex multorum ſententia, nouitium ab Epiſcopo loci, in quo nouitiatum facit, ordinari, & initiari poſſe, quamuis ipſe alterius ſit diœceſis, ex quo p illā habitationē in monaſterio, prius domicilium deſertum, & nouum acquiſitū dicatur, cū regularis ut diximus ſup. eius loci ciuis efficiatur, vbi eius collegium ſitum eſt, vt proinde Eps eius loci in quo eſt in pbatione, dicatur eius Ordinarius, ut ſicut eum ordine initiat, ſic ēt literas dimiſſorias det. idem *Sanch. l. 4. de precept. c. 39. n. 19. & Molfeſ. tr. 11. c. 15 nu. 130.* Vbi notāt talē Epm poſſe in votis illius nouitii diſpēſare. Idē tenet. *Mirād. tom. 1. Man Pral. q. 38. a. 9. Barboſ. ap. 2 alleg. 3. nu. 8. & alleg. 4. nu. 62. Nald. in v. nouitius. n. 8 & v. ordo. nu. 10.* Nouitios tamen ſi titulo careant, ante profeſſionem ordinari non poſſe, ex Pii V. Conſtitut Incip. *Romanus Pontifex.* annotauimus ſup. *tr. 2. c. 2. q. 21.* Iure aūt cautū eſſe ne nouitius ad ordines, neq. etiam ad primam tonſurā aſcendat, conſtat ex *c. monaſterij.* 19. q. 3. & notat *Azor. par. 1. l. 12 c. 2. q. 13.*

4. *Conſectarium.*

QVarto licet aliqui ſenſerint profeſſionē religioſi nullam, & inualidam eſſe, quando facta fuit nō ſeruata forma in Cōſtitutione Sixti V præſcripta incip. *Sixt⁹ Eps.* & in alia quæ incip. *ad Romanum.* In quibus nō ſolum crimino ſos, vel de crimine ſuſpectos, aut æri alieno, vel rationib. reddēdis obligatos, ad religionē ppetuò ihabiles declarauit, & tā habitus ſuſceptionē, q̃ pfeſſionē, ac oīa inde ſecuta irrita eſſe ſāciuit, verū ēt ſub grauiſſimis pęnis Prælatis oīb iniunxit, vt nullū poſt decimūſextum ætatis annum expletum, admitterent, niſi facta de vita, & moribus prius inquiſitione. Quod decretum nonnulla immutando confirmarunt Greg. 14. in Conſtit quæ incipit *Circumſpecta*, & Clemens VIII. in alia cuius initium eſt, *Altiſſima paupertatis via*, vt tenet *Riccius in Prax. profeſſ. relig. reſol. 323. & Barboſa de off. Epiſcop. Alleg. 101. num. 41.* Nihilominus contrariam ſententiam ueriorem, æquiorem, ac in praxi receptiorem eſſe exiſtimo, eorum ſcilicet religioſorum profeſſiones, tàm in foro interiori, quam exteriori ualidas & firmas eſſe, qui alio non laborant iuris defectu, quàm quod de illorum uita, ac moribus iuridica inquiſitio habita non fuerit. Siquidem Sixtus V. & alii ſummi Pontifices irritam tantum illorum profeſſionem faciūt, qui ob aliqua delicta inhabiles ſunt, non autem eam infringunt, in qua ſolum morum diſquiſitio deficit, & grauiſsimis pœnis illos Prælatos afficiunt, qui in illa facienda officio ſuo deſunt. Neque credendum eſt prudentiſsimos Legiſlatores, qui Cardinalium, ſapientiſsimorū uirorum conſilio conſtitutiones edunt, ſolēne religionis uotum ob tàm leuem cauſam irritum facere uoluiſſe. Quibus addo utramque Sixti V. Cōſtitutionem, quò ad profeſsionem infringēdam, eſſe in præſumptione fundatam, ut legenti cōſtat, maxime in illis uerbis, non pia intentione, ſed ad euitandam legum, & iudiciorum ſeueritatē, quia tuto in ſeculo viuere nō poſsunt, &c Iam autem explorati iuris eſt, legem in præſumptione fundatam, & ſi actum inualidum reddat, in foro conſcientiæ ceſſare, quando de ueritate conſtat. *DD in c. iuuenis. ext. de ſpon. & in c. quia plerique ext. de immunit. eccleſ. Bona par. 4. reſponſ. caſu. 18. Vecchius in Praxi de admiſſ. nouit. diſput. 7. dub. 4. Tuſch in v forum conſcientiæ. concl. 447.* ut reſoluimus *ſup tom. 5. c. 8 q. 53. & ſeq.*

Atque ēt hic intelligendum uidetur Decretum Clementis VIII. de nouitiis ad regularem habitum non recipiendis niſi in monaſteriis, & locis deſignandis, ubi profeſsiones eorum, qui contra huiuſmodi ſanctionē admiſsi fuerint nullas, & irritas eſſe decernit de qua apud *Quaran. in v. monaſteria, & conuentus.*

Neque obſtat ſi dicatur, multos Iudices in ciuili, & Canonico Iure ualde uerſatos, & Deum timētes publicis ſententiis quàmplurimos profeſſos à religione abſoluiſſe, de quib. certo eis conſtitit quod, & ſi aliàs habiles erant, & nullo crimine infecti, Prælati tamē debitam de eorum uita, & moribus indagationem antequam profiterentur nō fecerunt, dicimus enim Iudices illos ad corticem tantum uerborum attendentes, at medullam, & intimum ſenſum eorum non ſatis penetrantes, tales ſententias tuliſſe, & ueritatem diuino iudicio reliquiſſe; quandoquidem conſtitutiones, decretum, ſtatuta, & omnes diſpoſitiones ſic interpretari debemus, ut expoſitio non ſit Iudaica, & literalis prauū continens ſenſum ut ait *Alex. l. 2. conſ. 144. & Tuſch. V. Interpretatio. concl. 331. & v.*

Digitized by Google

Iudaica interpretatio concl. 388. Et mens cuiuſcũque diſpoſitionis ad ipſius rationis limites reſtringitur. Siquidem ratio legis eſt anima, vnde ſicut anima dominatur corpori, ita ratio legis, canonis, uel conſtitutionis, in uerba imperium tenet, nec uerba legis captari debent, cum eius uirtus in ratione, medulla, & mente, non in cortice uerborum conſiſtat. *l. non dubium. C. de legibus. l. ſcire leges. ff. eodem. c. Marchion. 1. quæſt. 1. Euerardus in Top. leg. in loco à ratione legis.* Inter cauſas malorum noſtrorum, ait Seneca *epiſt.* 124. eſt, quod uiuimus ad exempla, nec ratione componimur, ſed conſuetudine adducimur.

Obſeruationes.

OBſeruandum tñ eſt, religioſum, uel monialẽ allegantẽ ſe nõ eſſe profeſſũ, uel profeſſã, ut quia in profeſſione emittenda interiorem conſenſum non præſtitit, ad uota obſeruanda, & religionis onera ferenda quò ad forum conſcientiæ nõ teneri, ſed in ſeculo vitam ducere poſſe, quando inualidam profeſſionem ratam habere nolit. *Nau. Comment. 4 de regul. num. 76. Suar. tom. 3. de relig. l. 7. c. 2. Sanch. l. 4 de mat. diſp.* 15. Secus quò ad externum tribunal; quia cum Eccleſia de occultis nõ iudicet, ille vel illa cõmuni æſtimatione pro profeſſo, & profeſſa cenſetur, ac proinde permanendi in religione oritur obligatio, quis q; ſit ſuæ inualidæ profeſſionis conſcius. Nec in hoc etiam adiecto iuramento fides adhibetur. *c. vidua. extr. de regul.* Siquidem licet in his quæ in animo conſiſtunt iuſiurando eius qui aſſerit ſtetur, hoc tamen ſolum procedit cum de modico præiudicio, non vero de graui agitur; tunc enim plenior ac certior probatio requiritur. vt per *Farinac. de inquiſit. q. 8. num. 114. & Vecchius de profeſſ. annal. diſp. 14. dub. 141. vt dixi ſup. hoc tract. c. 8. q. 22. reſol. 1.*

Vbi ẽt illud aĩaduertendũ, ſi profeſſio alicuius religioſi à Superiori tantũ regulari non tamen ab Epiſcopo, vel Ordinario inualida declarẽ, dictũ religioſum in ſeculo permanere non poſſe, cum nõ ſit ſeruata forma. *Conc. Trid. ſeſſ. 25 de reg. c. 19.* vt in facto contingenti conſuluit *Riccius in Praxi var. reſol. reſol. 20.*

§. VI. Q. RESOLVTIO.

SExtę dubitationi quintæ q. annexæ ſic mihi ſatisfaciendum uidetur, nempe in monaſterii Præfectum potuiſſe ab Epiſcopo cenſuris animaduerti, cum prohibuit ne puellę in ſanctimonialium ſibi ſubiectarum cętum coaptãdæ voluntas ab ipſo Epõ exploraretur: quandoquidem ad eum, vel eo impedito ad eius Vicarium, aut aliquem eorum ſumptibus ab eis deputatum pertinet, virginis voluntatem diligenter ſcrutari, an ſcilicet coacta, an ſeducta ſit, an ſciat quid agat; liberam n. uoluntatem nouitiatus, & profeſſio deſiderant, & voluntarium militem ſibi eligit Chriſtus[a] ſicut voluntarium ſeruum ſibi Diabolus auctionatur. Vnde Pſalmographus pſal. 118. Voluntarie ſe[c] Deo ſacrificare pronuntiat, & voluntaria oris ſui[b] beneplacita fieri in conſpectu Dei obſecrat. Vt autem ait *Ariſt. l. 1. Rhet. c. 10.* ſponte facimus quæcũque ſcientes, & non coacti facimus. Et vt eſt I. C. axioma, Voluntas coacta non eſt proprie voluntas. *Dec. in l. velle non creditur. ff. de reg. iur. tang. Suar. tom. 4. d. 10. ſect. 3. Bar. decis. coram Seraph.* 1166. Et ſane quod quis non eligit, nec optat, non diligit, quod autem nõ diligit, facile contemnit. Idcirco Dominus non ferendam in aliquo virgã per quam uis ulli inferatur, præcepit *c. non eſt. 15. quæſt. ſupra ſcrip. 20. q. 3.* Atque huc ſpectat illa D. Hieronymi ad Demetriadem expoſtulatio. Solẽt miſeri parentes, & non plenæ fidei chriſtiani, deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniũt, vt uirginitati conſecrare &c.

Ideo in *Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 18. de regul.* excõmunicationis pœna in eos eſt inflicta, qui fœminã aliquam ad monaſterium ingrediendum, uel ad habitum religionis ſuſcipiendum, uel ad emittendam profeſſionem cogunt. *Suar. tom. 4. d. 13 ſect. 7. Sanchez in ſumma. l. 4. c. 4. Fillinc. tr. 14. c. 6. q. 5 Bonac. de cenſ. d. 2. q. 6. pun. 2. Azor. par. 1. l. 12. c. 5. Reginal. l. 18. nu. 375. Roder. in qq. reg. tom. 3. q. 14. ar. 3. & q. 17. ar. 18. Barboſ. par. 3. alleg.* 104. Quod ſi voluntas eius puellæ pia ac libera cognita fuerit, habueritq; conditiones requiſitas, iuxta monaſterij illius, & ordinis regulam, necnon monaſterium idoneum fuerit, libere ei profiteri licebit.

Et Præfecta monaſterii Epm ante menſem certiorem facere tenetur, alioqui ad ipſius Ordinarii libitum ſuſpendi poterit, vt diſponit *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 17. Vgol. de offic. Epi par. 1. c. 21.* idem *Roder. in qq. regul. tom. 3 q. 12. ar. 2. Sanchez. l. 4. de præcept. c. 18. nu. 34. Nald. v. habitus. nu. 6. Miranda de monial. ar. 4.* Hæc autem puellæ volũtas non ſolum exploranda eſt, quando profeſſionẽ emittere procurat, ſed etiam quando habitum ſuſcipere intendit, ita vt ad Epiſcopum ſpectet, tàm ante ſuſceptum habitum, quàm poſtea ante profeſſionis emiſſionem, d. virginis Deo dicandæ arbitrium, & ſenſum perquirere, non obſtante quod monaſterium ſit regularibus ſubiectum, vel aliàs ab eius iuriſdictione exemptum. Et ſi prior exploratio facta non fuerit, ſufficit ſecũdam fieri, vt hæc omnia tradit *Zerula in Praxi Epiſcopali in v. moniales par. 1. Camplan. in Diuerſ. Iur. Can. rubr. 12. c. 16. nu. 11. Barb. de off. Epiſcopi p. 3. alleg.* 100.

Quamuis autẽ *Conc. Trid. l. c.* duplex examen petat, maiori 12. annis puella, vt multi volunt, re-

ligio-

Digitized by Google

ligionem ingrediente, ſi tamen in multis locis receptum eſt, vt vnicum virginis quacumq. ætate ingrediente præmittatur examen, nimirũ quãdo profeſſura eſt. *Sanchez l. 5. de præcept. c. 4. n. 84.*

Vbi aſaduertit ex huiuſmodi examinis omiſſione licet profeſſio irrita non reddatur, ipſam tamẽ monialem, & monaſterii, Præfectam profeſſionẽ abſq. eo admittentẽ à lethali culpa non excuſari.

Obſeruationes.

VBi etiam obſeruabis Eps. *Concil. Trid. l. c. c. 15.* petens decimum ſextum annum complectum, & nouitiatus integrum annum, vt profeſſio emittenda valida ſit, nõ ſatis eſſe vltimam decimi ſextianni diem inceptam eſſe, nec poſtremũ anni nouitiatus diem ſufficere. & ſi alias dicaẽ in fauorabilibus diem ceptam haberi pro completa. *l. qua ætate ff. de teſtam.* ſed annum exactum requiri, vt proinde de momento ad momentum complendus ſit, quia quò ad tyrocinii tempus Conc. loquitur per dictionem per annum, quæ adiecta tempori perfectionem ſignificat. vt per *Socynum in l. non putabam. in princ. ff. de cond. & demõſtrat. Sanch. l. 2. de matr. diſp. 24. nu. 22. Azor. p. 1. c. 28. q. 2. prope fi. Vecchius de ann. probat. diſp. 11. dub. 4. Nald in v. tempus n. 6.* qui indiſtinctè *nu. 3* tenet qñ tempus eſt deſignatum per annos, tunc vltimã anni diem ſtatim ac fuerit incepta pro completa haberi. Secus quando tempus non per annos, ſed per dies deſignatur.

Obſeruat autem *Zerula in v. profeſſio.* ab Ordinarijs animaduertẽdum eſſe, vt ſtatim elapſo anno (ſi commode fieri poteſt) monialis profeſſionẽ emittat. quandoquidem poſt illam in regularib. actionibus plus meriti illa conſequtur. & in *v. monialis* § 2. notat tẽpus quindecim aut viginti dierum ab eiſdem Ep̃s præfigendum eſſe, quò puella deliberare queat, an profiteri velit, quod ſi noluit, ad conſanguineorum, vel affinium domum remittenda erit.

VII. Q. RESOLVTIO.

AD 7. q. breuiter dico Clementem iuxta prohibere potuiſſe ne exteri ſacerdotes in eccleſijs regularium miſſas celebrent, niſi prius ab eodẽ Epiſcopo viſis literis cõmendatitijs ipſi ſacerdotes admiſſi fuerint, ex *Cõc. Triden. ſeſ. 23. de refor. c. 16. Nald. v. miſſa nu. 35. Riccius in Praxi fori eccleſ. deciſ. 748. Barboſ. de Epiſcopo par. 2. alleg. 22.* Qui tamen eſt alioqui notus, & canonico impedimento laborare non creditur, celebrare permitti poterit, ſicut & religioſi probe cogniti non obſtante Bulla Sixti V. à Prælatis recipi poterũt, etiamſi commẽdatitias literas ſecum non deferrant. *Emanuel. Sà v. miſſa. num. 53. Roder. tom. 2. qq. regul. q. 121. ar. 1.* & dixi ſupra *tr. 4. c. 16. q. 1.*

At poſtquam de legitimis dimiſſorijs aduenarum ſacerdotum Epiſcopo conſtiterit, cum omni humanitatis, & hoſpitalitatis officio cum eis agat. Quomodo enim alijs pietatis opera prædicabit, ſi ipſe ea nõ exercet? *diſtin. 42. in ſumma, & diſtinct. 85.* Vnde *Genuenſ. in Man. Paſt. c. 58.* Debet inquit, Epiſcopus hoſpitalitati pro viribus incumbere, hoſpites quærendo, & compellendo, maximè ſacerdotes. Propterea Dalmatica latas manicas habente induitur, quia oportet, vt ait *Apoſt. ad tit. 1.* illum ſicut Dei diſpenſatorem hoſpitalem eſſe humilem, ac benignũ. Et cum ſacerdotes quò ad poteſtatem ſuper corpus Chriſti verum, ab Epiſcopis non differant, admonet. *D. Hyeron. Epiſt. 2. ad Nepot.* vt ipſi Epiſcopi meminerint ſe ſacerdotes, eſſe non dominos, vt proinde honorare debeant clericos, quaſi clericos, vt & ipſis à clericis quaſi Epiſcopis honor deferatur *c. eſto d. ſt. 95.* vt merito & in *Conc. Carthag. de quo in c. Epiſcopus. eadem diſtinct.* Epiſcopis præcipiatur, vt in quolibet loco ſedentes ſtare presbyteros nõ patiantur. *Duar. in cõment. ad Bullã Cœnæ Domini l. 1. c. 5. q. 2. n. 19.*

Conſectarium.

NEc nõ dico Ep̃m monaſterij Præfectã puniri potuiſſe, eoqđ S. ſcripturæ lectionẽ cũ id decõmode fieri poſſet in ſuo cœnobio omiſſi pſſus eſt, ex *Conc. Trid. ſeſſ. 5 c. 1. Fuſch. de viſit. eccl. l. 2. c. 15. Leo in Theſ. fori ec. leſ par. 2. c. 2. nu 59. Campan in diuerſ iur can. rubr. 12 c. 23 n 5. Piaſecius in praxi Epiſc. par. 2. c. 3 num. 41. Barboſa de Epiſcop. par. 3. alleg. 56 nu. 16. & 105 nu 25.* vbi poſt *Nald. in v. legere* notat ad illam lectionẽ. S. ſcripturæ in regularium cõuentu habendam licentiam ſiue examen Ordinarii nõ requiri *vt ſup. c. 8. q. 22.* Vbi ẽt hic obiter annotandũ eſt, Epiſcopum poſſe, imo debere cogere Iudeos, vt ad concionem, vel lectionem ipſis ex ſacra ueteri lege faciendam accedant, ex Bulla Greg. XIII. incip. *S. Mater Eccleſia.* Idem *Piaſec c. 4.*

Corollaria.

ATque in ſupradictis omnibus caſibus, Clementem Epiſcopum in Emanuelem regularem Præfectum, & eius ſubditos cenſuris, & alijs pœnis animaduertere, & ſuam iurisdictionem exercere potuiſſe, pręter Cõciliorum diſpoſitionẽ, Cardinalium declarationem, & Scribẽtium DD. authoritatem. hoc colligere licet ex noua Conſtitutione Greg. XV. Incip. *Inſcrutabili Dei prouidẽtia.* vbi ſtatuit vt tàm regulares quomodolibet exempti, ſiue animarum curam perſonarum ſæcularium, monaſterijs, ſeu domibus regularibus, ſiue ſæcularibus inſiſtentẽ, exerceant, ſiue quoquomodo in dictæ curæ exercitio, aut in eorundem ſacramentorum, vel alicuius ex illis adminiſtra-

KK 2 tione

tione de facto abſque vlla authoritate ſe ingerãt, in his, quæ eiuſmodi curam, ſeu adminiſtrationẽ concernunt, omnimodæ iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni diæceſani Epiſcopi tanquam ſedis Apoſtolicæ delegati plene in omnibus ſubiiciantur. Ad hęc tàm regulares, quàm ſæculares huiuſmodi nullis priuilegiis, aut exemptionibus ſi tueri poſſint, quo minus ſi delinquerint, circa perſonas intra ſepta digentes, aut circa clauſuram, vel circa bonorum adminiſtrationem, monaſteriorũ monialium, etiam regularibus ſubiectarũ, ab Epiſcopo loci ſimiliter tanquam ad hoc ſedis Apoſtolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, ac corrigi valeant. Confeſſores vero ſiue regulares, ſiue ſęculares, quomodocumque exẽpti, tam ordinarii, quã extra ordinarii ad cõfeſſiones monialium, etiam regularib. ſubiectarum audiendas nullatenus deputari valeant, niſi prius ab Epõ diæceſano idonei iudicẽtur, & approbationẽ, quæ gratis concedatur, obtineant. Sed & Adminiſtrãtes bona ad huiuſmodi monaſteria ſanctimonialium, vt præfertur, etiam regularibus ſubiectarum pertinentia, ſiue regulares extiterint, ſiue ſeculares quomodolibet exempti, Epiſcopo loci adhibitis etiam Superioribus, ſingulis annis, rationes adminiſtrationis gratis tamen exigendas reddere teneantur, ad idque iuris remediis cogi, & compelli queant. Liceatque Epiſcopo ex rationabili cauſa Superiores regulares admonere, vt huiuſmodi Cõfeſſores, atque Adminiſtratores amoueant, iiſque id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Epiſcopus facultatem prædictos Cõfeſſores, & Adminiſtratores amouendi, quoties, & quando opus eſſe iudicauerit. Ac ſimiliter poſſit Epiſcopus vna cum Superioribus regularibus quarũcunque Abbatiſſarum, Prioriſſarum, Præfectarum eorundem monaſteriorum quocũque nomine appellentur, electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere, abſque vlla tamen ipſorum monaſteriorum impenſa. Ac demum habeat Epſ tanquam d. ſedis Apo°. delegatus, authoritatem coercendi, ac puniendi quoſcũque exemptos, tàm ſæculares, quàm regulares, qui in alienis eccleſiis, aut quæ ſuorum ordinum non ſunt, abſq. Epiſcopi licentia, & in eccleſiis ſuis non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente, prædicare præſumpſerint. &c Hęc ibi.

Super quas præceptiones, & ſanctiones extant aliquot declarationes S. congregationis Concilii quas tã Greg XV. q̃ Vrbanus VIII. approbarũt.

Nuper etiam ſacra Congregatio Card. Conc. Trid. Interpretum regularium eiectorum, & fugitiuorum ſtatui conſulere, eorumque ſcandala ſũmouere cupiens, ex peculiari Vrbani VIII. facultate nonnulla edidit Decreta, in quibus in primis ſtatuit, vt fugitiui, & apoſtatę, ſiue habitum regularem deferant, ſiue non, poſſint ac debeãt ab Epõ loci vbi moram trahunt in carcerẽ conici, ac Superioribus regularibus cõſignari, ſecundum regularia ſtatuta puniendi. Vtq. Superiores ipſi eos perquirere teneantur, & ad caulam reducere, ſalua in omnibus facultate Ordinariis locorum attributa à *Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 3.* Atque ſponte redeuntibus impunitatem concedit. &c. vide ibi Decret. Incip. *Sacra Congregatio.*

CAP. X.

QVAESTIO XXXII.

An Epiſcopus abuſus, qui in diebus feſtis, & in victu, ac veſtitu contingunt, ſuis edictis tollere poſſit, & an à ſuo Epiſcopatu ſe abdicare, & illum deſerere valeat. &c.

Sigiſmũdus cum poſt adeptum Epiſcopatum, & ſuſceptum paſtorale munus, choreas, & laruales ludos, qui dieb. feſtis tempore carnis priuij exerceri ſolebant, tollere vellet, & exceſſus, qui in veſtitu, ac cultu corporis cum magno familiarum & reipub. damno in ſua diœceſi abolere ſtuderet, deprauatos mores, & nobiliorum in primis hominum viuendi licentiam obiurgando, multorum ſæuam inuidiam, & acerbum odium ſubrecępit, ex qua re non leues moleſtias, ærumnas, ac calamitates experiri cogitur, & cum ſe nil proficere videat, vellet à paſtorali munere ſe eximere. Quęritur Primo an hos inductos in populo mores cohibere, & corrigere ad eum ſpectet, an potius ad ciuiles Magiſtratus. Secundo an tuta conſcientia ob hanc cauſam Epiſcopatũ ſuum deſerere poſſit.

Suppoſitum.

Reſp. Suppono breuiter Epãle munus adeo arctis obligationib. & grauibus difficultatibus circumſpectum eſſe, tam arduis laboribus, ac variis diſcriminibus admixtũ, vt vere *D. Chryſoſt. l. 6. de Sacerd.* dixerit, Difficultates Epiſcoporum omnes recenſere, nihil aliud eſt quàm maris altitudinem emetiri, quæ ſanè tã à cauſa efficienti & materiali, quàm etiam à formali, & finali deſcẽdunt. De quibus diſſerit *Gabr. Card. Palaot. in Archiep. Bonon. p. 1. & nos in Cõment. de hum. vita ſtat. par. 1. c. 6. & ſupra hoc tract. c. 4. q. 6.*

I. Q. RESOLVTIO.

Dico primò Sigiſmundum potuiſſe iuſta ratione choreas, & laruales ludos, qui in

diebus

diebus feſtis Bacchanalium tempore, tàm mane, quàm poſt prādium diuinorum etiam officiorum tempore in ſua diæceſi fieri ſolebant, prohibere; cum ad eum ſpectet, materiã, & occaſionem peccandi prudenter auferre; & magiſtra rerum experientia compertum ſit, per hos ludos illis diebus qui ad Dei cultum instituti ſunt, multa crimina cum magna Dei iniuria committi ſolere; & explorati iuris ſit, ad Dei pietatem, & religionem, feſtorũ obſeruationẽ ſummopere pertinere; de qua plura cauentur in ſacris ſanctionibus canonicis, titulo di feriis, & in Cõſtitutione Pii. V. incip. *cũ primum*, quæ Epiſcopos ad mortalem culpam obligat, ſi feſta à fidelibus obſeruari non curant. *Gratian. in Rota March. dec. 31. Zerula in Praxi Eþali p. 1. in v. feſta. Belleſtus par 1. §. 5. nu. 90. Ricc. in Praxi Epiſcop. deciſ. 559. Gennenſis in Praxi Neap. c. 62.* vbi tradunt etiam nondinas in diebus feſtis non eſſe ab Epiſcopis tolerandas. *Arg. Belloch. de caſib. reſ. par. 2. q. 16. nu. 179.* vbi ex cõmuni ait poſſe per Ordinarium ob iuſtam cauſam prohiberi, ne ſutores, vel calciolarii etiã ruſticis ad vrbem diebus feſtis venientibus, calceos vendant, &c.

Feſti dies quomodo colendi.

QVippe Feſtorum dierum cultũ catholica Eccleſia nequaq̃ epularum, cõuiuiorũ, comœdiarum, chorearum, ſaltationum, perſonatorum fœdarum luſionum, ac aliorum publicorum ludorum, vel profanorum negotiorum, diabolicæ celebritati, ſed recolẽdis cœleſtium rerum, atque humanæ ſalutis myſteriis, ac Deo, ſanctiſque debito honori præſtando, inſtituit. Ab illis vere ij dies ſancti, ſancteq. culti dñr, qui his diebus pœnitentiæ Sacramento animæ ſordes abluunt; & ſacra Euchariſtia eam reficiunt, qui ſacroſancto miſſæ ſacrificio non corpore ſolum aſſiſtunt, ſed animo in cœleſtia illa myſteria aſſidue intento, ac vera pietate affecto adſunt. *D. Cyprianus in ſerm. de Cœna Domini. D. Chryſoſt. homil. 15. in epiſt. ad Hebr. Conc. Trid. ſeſſ. 22. in Decr. de obſer. & euit. in celeb. miſſa.* qui mane concioni, ac à prandio lectioni incumbunt, ac veſperarum officiis, pie, ac religioſè interſunt, qui ægros inuiſendo, mœrentes conſolando, egentibus ſubueniendo ſe chriſtianæ charitatis officiis exercent qui tandem illorum dierum tempus quod Deo, eiuſq. ſanctis, vt dixi debetur, totum ſanctis actionib. inſumunt, ab hiſque penitus ſe abſtinent, quæ vllã peccandi materiam, & occaſionem præbere poſſunt. Pronum ſponte ſua ad voluptates humanum ingenium, ſi publico inſuper cõſenſu, moreq. impellatur, in omnia præceps vitia corruptelaſq. ruit, hinc factum eſt (adeo praua peruertit conſuetudo) vt inter Septuageſimam, & Quadrageſimam interiecti dies quos S. mater Eccleſia magno myſterio veluti lugubres habet, præualens ſaltationum, chorearum, abuſus laſciuiæ, riſus, hilaritatis vana cupido, non in inconditũ ſolum gaudium verterit, ſed pene cuidam communi inſaniæ dedicarit, eoq. prouecta licentia ſit, vt ipſas quoque leges, & Magiſtratus qui alios ab his inſaniis auertere deberent, traxerit, & quod ne priuato cuiquã vlla bene morata ciuitas concederet, id penitus publica authoritate nitatur, & populi nominis proprii obliti in ipſos ethnicarum gentium ritus, moreſq. degenerarint. Atque ille quoque mos improbus obtinuit, vt ſcenici ludi, ſpectacula, ſaltationes, & laruatorũ ſœdæ perſonæ in feſtos dies cõferãtur. Quod ab omni pietate alienum, vel ipſis Ethnicis ſemp viſum fuit. Hinc Tacitus *l. 4. Annal.* Feſtis inquit, ſolemnibus non modo quẽquam ad ſupplicium, vel vincula trahi ditum, & nefas eſt, verum etiam ab ipſis verbis profanis eſt abſtinendum. *L. vlt. C. de Feriis. Baron. tom 6. Anno Domini* 469. Ex quo fonte hoc ſacro tempore Deo dicato, turpes cogitationes, obſcœna verba, libidinũ illecebræ, morum corruptelæ, diſſidiorum materia, & innumeræ diuini numinis offenſiones profluunt, quæ oĩa à ſanctis eccleſiæ inſtitutis abhortentia ſi omnino aboleri nequeant, ut feſtis ſaltem dub prorſus intermittanĩ. Epiſcopi cauere debent. Sicut etiã prędicationis tempore decretum eis condere liceret, ne excepta cauſa neceſſitatis in tabernis commeſſationes fierent, quamuis excomunicationis pœna ab aliquibus Epiſcopis tranſgreſſoribus inflicta ſacrę Congregat. Card. ſuper ritibus præfectæ non arriſerit, imo tanquam nimis dura, & conſciẽtijs laqueos inijciẽs exiſtimata fuerit. *Rot. Rom. p. 2 tom. 2. dec. 754. Nald. in v. prædicare nu. 4.*

Conſectaria.

ADdo Epiſcopũ ſacrorum Canonum, & eccleſiaſticarum ſanctionũ defenſorẽ, poſſe imo debere tollere conſuetudines religioni, ac pietati repugnantes, quibus viduę per annum domi abſq. ſacri auditione ſe continent. *Fagund. de præcep. l. 2 præcepto 1. c. 9. nu. 6.*

1. Nec non deteſtandam illam corruptelam, & abuſum ſi in ſua diæceſi inoleuiſſet, quæ ſingulis annis, tributum, ſeu vectigal à reipublicæ Moderatoribus à meretricibus, vel lupanaribus pro annuo cenſu (qui potiſſimum feſtis diebus accreſcit) exigeretur. Magnum in ſcandalum apud Chriſticultores præfefert, vt ex meretricio lucro tanquam ex licita negotiatione, aliquid corrodatur, &c. Et huiuſmodi quæſtum. *Niceph. in eccleſ. hiſt. l. 16. c.* 20. impurum, ac deteſtabilem appellat, & Anaſtaſium Imperatorem ſummis laudibus efferr, qui illud omnino ſuſtulir. *Nau. c. 17. n. 195. Marc. Anton. Genu. in praxi Neapol. c. 23. in annot.*

II. Q. RESOLVTIO.

SEcundo dico, Sigiſmundū potuiſſe ſuperfluos ſumptus in ornatu, & cultu corporis prohibere, quia ſuperfluitas ornatus, in pretioſis veſtibus, habita ratione perſonæ, vitioſa eſt, & ſi notabiliter excedat, mortale peccatum inuoluit, quia licet non omnis prodigalitas culpa ſit lethalis, vbi tamen euidens, & enormis eſt exceſſus, tàm in priuatas domos, quàm in rem publicam notabile damnum inuehens, mortiferum eſt delictum. *D Antonin. 2. parte. tit. 4. cap. 5. §. 8. Baldus in proemio Greg. ioan. Andr. in cap. ea quæ fiunt de regul. iur. in 6. alber. in l factum a Iud. eo ff. de regul. Iuris Ioſeph Paſſus in tract. de vitiis mul. diſc 17. Bellettus in Diſq. cler par. 1. §. 5 nu. 9. Borellus in tract. de Magiſt. Edict l 1. c. 4 nu 43. Mollinis de Prelato Eccleſiæ conſid. 3 nu 24* Qua ratione dicēdum videtur Epiſcopum, ſub graui pœna prohibere poſſe, ne quis ſine vtriuſque medici licentia, non modo carnis, ſed nec oui, & lacticinia in Quadrageſima etiam cum iuſta cauſa comedat, hæc in. res, & ſi aliquib quò ad ipſa lacticinia leuis videat. *vt Facun. 4. pcept. l 1. c. 2. nu.* 10. ingens tñ detrimentum in chriſtianã religionē importare ualet, vt per *Doct. in c. deniq. d 4 Vñ & Sot. de rōne teg ſecret. memb. 2. q. 2 concl.* 3. quem ſequitur. *Bañes q. 33. art. 2. dub. 2.* & alij recentiores ait. quod Prælatus ſub mortalis peccati reatu obuiam ire, & obſtare malis cōſuetudinib. tenetur, q licet circa res leues verſari videantur, reipubl. tamen graue dãnum inferre poſſunt. Curare ergo debet, ſimul cum ſecularibus Magiſtratibus, vt antiqua morū cenſura reuiuiſcat, ne luxus menſæ profuſis ſumptibus exerceatur, & à ueſtibus, & corporis cultu ſuperfluitas, atque gratis impenſa arceatur.

Recte enim ſcriptum reliquit Ariſtoteles in Politicis, noxias fieri in republ. mutationes, cum homines ſua prodige viuentes conſumunt. Et lure Romanus Scipio cenſebat, non felicem eſſe tēpublſtantibus mœnibus, ruentibus moribus. At ſi vnquam conquerendi occaſio fuit, merito in hac ultima mundi fæce cum Seneca. *l. 1. de beneſ.* dicere poſſumus, Nunc conuiuiorum uiget furor, & fœdiſſimum patrimoniorum exitium culinæ. Nunc tribuitur ebrietati honor, & plurimum meri hauſiſſe virtus eſt. Nunc cultus corporis nimius, & formę cura præferens animi deformitatē. &c. *Tymp. in ſpec. Princ ſign. 28. 10 Choc. diſ. Polit. cap. 18. Molfeſ. tom. 1. ad conſuetud Neapol. par. 6. q. 4 eſt. 5. num. 27. & in ſumma tract. 8. cap. 8. num.* 178.

Sicuti etiam Epiſcopus tanquam communis pater laicos ad hoſpitalitatem, eleemoſynam, ad vendendum frumentum tempore penuriæ, & ad alia pietatis opera compellere poteſt, vt communiter tradunt DD. *in cap. 1. ext. de empt. & vend. Genuen. in Praxi Neap. c.* 41.

Nam vbi de peccato agitur, Epiſcopi ſuper laicos poteſtatem habere dicuntur. *Arch. conſil. 1. de conſtit. Zerula in Praxi Epiſc. par. 1. ver. edicta. Menoch. in addit. ad l. 2. de Arbitr. Iudic centur. 6. caſu 69.*

III. Q. RESOLVTIO.

TErtio dico Sigiſmundum ſponſam ſuam eccleſiam deſerere nō poſſe, niſi iuſta ſubſiſtenti cauſa, ſummi Pontificis aſſenſus accedat: qualis non eſt, quod in reformandis ſubditorum moribus prout ſui muneris eſt, ſibi proficere non videatur, ſed potius potentiorum odium ſubire. &c. Siquidem omnibus manifeſtum eſt, Epiſcopis ad corruptos ciuitatis mores emendandos incūbentibus, multas, vt ſupra diximus, difficultates, & certamina oſſerri. Quippe cum perēnis ille rerum ſalutarium aduerſarius, malorumq. ſeminator, cœptos conatus impedire, & omnes ad ſalutem aditus obſtruere ſtudeat, armentur infernæ cohortes, dirumque fœdus cum mundi, carniſque potentia ineunt, vt omni ope Præſulis conſilia frangant, & in eum ſæpe eos cōcitent, quos ſpirituali cauſæ adeſſe oportuerat. *Pal. de Bon. eccl. adminiſt. p. 1. c. 94 Carolus à baſ. Pet. in vita D. Caroli l. 2. c. 1.*

Monita & Documenta.

DVplex enim fortitudo Epiſcopo neceſſaria eſt, primo ut nūquã nec prece, nec fauore, nec timore, etiam ſi vitæ diſcrimen immineat, à recta ſui officii executione deflectat. *Archid. in c. ſ. rum. d.* 50. Altera verſatur in tolerantia tribulationum, quibus ſerui Dei impeti ſolent, & quas Præſules perpeti neceſſe eſt, ſi recte munere ſuo fungi velint, cum exiſtimare debeant, non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, ſed ad labores, & ſolicitudines prō Dei gloria vocatos eſſe, & ſe quaſi ſignum ad ſagittam poſitos, & cū ex officio teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare, & punire, ſæpe in multorum odio incurrere, vt dicit. *Innoc. III. in c. qualiter, & quãdo. el. 2. ext. de accuſat. & Trid. Patres ſeſſ. 25. de refor. c.* 1. & ante eos B. V. M. apud D. Brigittam *in reuelat. l. 3. c. 2.* vbi etiam Conſaluus Durantus Scholiaſtes ad Epiſcopum traducēs illud *Iob. c.* 30. Frater fui Draconum, & Socius Struthionum ait eius partes eſſe, & aduerſa patienter tolerare, & ob illatas iniurias non animo turbari, aut frangi, ſed omnia velut Struthio ferrum deglutire, ac dige-

digerere: Atque ex *D.Greg l.20.mor.c 28.* affirmat impatientiam poreſtati amicam eſſe, ac proinde Prælatos in huiuſmodi vitium frequenter incidere ſolere.

Nec myſterio vacant quæ conſecrando Epiſcopo traduntur, anulus .n. ſpirituale matrimonium cum eccleſia ſignificat, baculus paſtoralem dignitatem, iuriſdictionem, ac correctionem innuit. Mitra vtriuſque teſtamenti ſcientiam, chirotecæ cordis munditiam, ſandalia vigilãtiam, ſiquidem vt ille cecinit,

Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigileſque trahit purpura noctes.

Tandem ſuperhumerale charitatem, ac fortitudinem, qua Epiſcopus munitus eſſe debet, deſignat. *Zecchius de munere Epiſcopi c 1 Campan.in diuer. Iur can.rub.9.c.5 Molfeſ tr.3.c.12.nu.42.*

Et ſi prima facie euentus optatis, & conatibus non reſpondere videatur, ita vt in populo reformatio non conſequatur, non propterea abijciendus eſt animus, nec deſperandum. Hinc *D.Bernardus l.4.de conſid.* Noli, inquit, diffidere, curam gregis exigeris non curationem; denique audiſti curam illius habe; & non cura vel ſana illũ. Sic nõ eſt in medici facultate ſemper ægris bonã ualetudinem præſtare, ſed eos ex artis præceptis curare, nec orator profitetur ſe auditori perſuaſurum eſſe, quod velit, ſed ad perſuadendum accommodate dictum. *Chauaſ.de prud.l.3.c.1.Roderic.in exer. ſpir.p.3.tr.1.c.18.*

Senſim reformatio facienda.

QVippe non oĩa ſimul reformanda ſunt, ſed ſuauiter procedendũ, ſenſim, & gradatim morum mutatio ſuſcipienda eſt, nec derepente, ac velut agmine facto in adulta vitia irruendum.

Siquidem haud facile, neque ſine magno motu mutari poteſt, quod longo tempore radices egit, nec annoſa paſſio momentaneo medicamento curatur. Sic D.Carolus Borromæus, uera Prælatorũ idea, de quo Card.Bellarm dicere ſolebat, Nõ eſt inuentus ſimilis illi, qui Epiſcopalem legem conſeruaret, ſumma, qua tegebat prudentia, publica ſpectacula, commeſſationes, choreas, & alias vanas populi voluptates, & ineptias, tempore carnis priuij tollere uarijs ſtudijs conabatur, actionibus ſpiritualibus eos diuertendo, inſtitutis ſupplicationibus per urbem ad diuerſas eccleſias, clero præeunte populo ſubſequente, aliquando adhibitis publicis flagellationibus, proprijs manibus populo ſacroſanctam Euchariſtiam adminiſtrando, *vt in eius vita l.2.c.14.Genuen.in Man.Pral.c.81*

Vnde dico, Sigiſmundum non debere renunciare, quando affulgeret ſpes populum ad meliorem frugem reductum iri, quod ſemper ip ſandũ eſt, ſiquidem

Gutta cauat lapidẽ non bis ſed ſæpe cadendo.
Et paulatim vitia atq errores exuit omnes
Prima docens rectum ſapientia.

Quod ſi oĩb. tentatis ſe nil proficere uidet à Pontificia ſede renũtiationẽ quærere ei fas erit. *c. niſi cũ pridem.ext.de renun.* vbi ſex cauſæ referuntur ex quibus Epiſcopis petere, & Papæ concedendi licentiam concedere licet vt etiam per *Valentiam tom. 3.diſput.10.pun.4. Reginald lib.2.num 69. Pariſium.lib. 5. de reſignat benefic cap.3 Menoch lib. 2. de arbitr.Iud.cent. 5.caſu 423.& de præſumpt.l.5. præſumpt 35.Fuſch.de viſitat.eccl.l.2.c. 28. Nau. conſ.1.de renunt.Molfeſ tract.6.c.13.nu.16. Barboſ p.3. Alleg. 113.*

QVAESTIO XXXIII.

An capitulum Canonicorum amittat legatum ſi vt præſcripſit Epiſcopus teſtator, ei agonizanti, vel Anniuerſario celebrãdo aliqui eorum non interfuerint, vel miſſas de requiem in Altaribus priuilegiatis non dixerint. An Epiſcopus in morbo conſtitutus, poſſit vel cauſa mortis, vel inter viuos donatione, aliqua largiri & beneficium eccleſiaſticum in aliquem famulum conferre.

Vtrum puella ſemel fornicata ammittat partẽ legati inter mulieres honeſtas diſtribuendi.

IDem Epũs Sigiſmundus grauiter ęgrotãs, cũ ex Pontificio priuilegio teſtamentũ condiderit, & de quibuſdam bonis, tàm patrimonialib, quã Eccleſiaſticis diſpoſuerit, trium millium aureorũ ſummã Capitulo ſuæ eccleſiæ reliquit, cum hac lege, ac condtione, vt Primo oẽs Canonici ſibi tũc in agone cum morte luctanti intereſſint, & pro eo ad Deum preces fundant. Et ut per decem annos Anniuerſarium pro animæ ſuæ ſuffragio cum eorundem corporali præſentia in Cathedrali Eccleſia fiat. Et pariter tot miſſæ in duobus altaribus priuilegiatis ibi ſitis celebrentur, quot erunt Canonici pro tempore exiſtentes, aliàs illa bona relicta ad quoddam Zenodochium, ſi hęc non præſtent, ipſo facto deuoluantur. Secundo poſt conditum teſtamentum eis qui à famulatu fuerunt, quardam bona mobilia donauit, & in unum ex his qui eſt clericus, eccleſiaſticũ beneficium cõtulit, & quoddam annuũ legatum inſtituit vt quotãnis ad collocandas in matrimonio honeſtæ vitæ fœminas diſtribuatur. Vnde hic Primo quæritur an ſi oẽs Canonici ei agonizanti non adſint, vt quia aliqui eorum abſint, vel morbo aliquo detineantur, & pariter Anniuerſario eadem de cauſa non interfuerint, vel miſſas in dictis altaribus non celebra-

uerint

uerint, ſiue ſacra de requiem in illis non fecerint, huiuſmodi legatum ad Hoſpitale ſtatim deuoluendum ſit.

Secundo an illa mobilia bona iterum poſt conditum teſtamentum donare potuerit. Et num beneficium illud in clericum conferendo ſimoniam commiſerit.

Tertio quid ſentiendum de illo anno legato, videlicet nunquid ſi aliqua fœmina ſemel in carnis peccatum lapſa fuerit, à legato conſequendo excludenda ſit.

I. SVPPOSITVM.

SVppono Primo præter aliàs à nobis adducta clericos omnes de fructibus ex beneficio acquiſitis (excepto Epiſcopo cui Pontificia venia opus eſt) de conſuetudine teſtari poſſe *ex Couar. in c. cum in officijs ext. de teſtam. Azor. par. 1. l. 5. c. 19. §. præterea. Claro in §. teſtamentum q. 27. Molina de Iuſtitia tr. 2. q.* 147. & aliis.

Moneri autẽ, vt ſani mente, & corpore, vel ſaltẽ initio morbi vltimę voluntatis ſuæ arbitrium declarent, ne poſtea per morbi acrimoniam ſtupidi, ac turbati, teſtentur, non prout volent, ſed prout carnales amici importune extorquebunt, vt per *Molanum de piis teſtam. c.* 42. Quippe teſtamenti confectio valde ſolicite eſt commendanda, quam adeo ſerio Iſaias Dei nomine Ezechiæ Regi propoſuit dicẽs, diſpone domui tuæ. *Iſaia c.* 3 16. Quę porro domus ex. *D. Ant. in 3. par. tit.* 10 *c.* 1. *Lud. de Ponte de Chriſt. perfect. tom. 4. tr. 5. c.* 15. triplex eſt, conſcientiæ, familiæ, & ſepulturæ. vt etiam dixi in *Coment. de hum vita ſtat. par. 2. c.* 28.

Quippe multa habet homo de quibus meritò diſponet. Primo de aïa, nã & in Cærimoniali Epiſcoporum iuſſu Clem. VIII. edito *c.* 38. habetur medicos, & familiares Epiſcoporum, debere polliceri, ſe omnia facturos, quantum humana induſtria poteſt, vt Epiſcopi priſtinam ſanitatem recuperent. Ac eos grauiter ægrotantes de vitã diſcrimine admonere, atque hortari, vt quæ ad animæ ſalutem ſpectant, accurate peragant, prout etiam refert. *Actius de Inſtr. par. 1. c.* 43. *nu.* 29. Secundo de corpore cum corpus ſit domus, in qua anima per tot annorum ſpatium morã traxit, merito eriã de eo conſtituetur, vt ipſi aliqua domus aſcribatur, in qua decenter collocetur, quæ eſt ipſum ſepulcrum. Huius enim officij dignitatẽ, ac neceſſitatem etiam ipſa ratio dictat, nã vt docet *D. Thomas in 4. ſent. diſt. 45. art.* 3. cum caro pars naturæ ſit hominis, & vt loquitur *Apoſt. ad Epheſ* 5. Nemo vnquam carnem ſuam odio habuerit, ſequitur cuicunque viuenti de ſuo corpore ſolicitudinem naturaliter ineſſe, quid nimirum, etiam poſt mortem de illo futurum ſit, maximeque dolere, ſi aliquid indignum illi euenturum præſentiat. *Iuſtin. enim in Tob. c. 5. verſ 9. Dec.* 2.

Et cum anima ſit dedicata domus, vt Deus ſis eã habitet, merito debet infirmus, quæ neceſſaria ſunt, vt ipſa digna ſit Dei pro totam æternitatem habitatio præſcribere, vt Primo ſicut ægrotus exiſtens multis qui ad ſalutem, & ſ[?]uamen corporis opẽ ferant eget: ita multo magis ijs qui aïæ in extremis tandem laboranti ſubueniant. Et vt Eccleſiaſticus dixit *c.* 38, illum, videlicet agonizantem, in exitu ſpiritus ſui conſoletur, ne illum triſtitia opprimat, & infeliciter extremum ſuum diẽ claudat, ſecundo poſt mortem, & animę ipſius à corpore ſeparationem, ſacrificia offerantur, preces apud Deum fundantur, eleemoſyna, & alia ſuffragia fiant, quibus iouetur, vt citius ex purgatorio carcere expedita ad æternitatis domum tranſeat, in qua perpetua futura ſit eius habitatio. Ideo optimum eſt eorum conſilium, qui pro ſuffragijs vt eorum animæ citius ad cœleſtem gloriam perueniant, bona relinquunt, ac ideo *Tridentini Patres ſeſſ. 22 c. 8. & ſeſſ. 25. de Purg.* Epiſcopos ipſos admonent, vt fidelium defunctorum voluntates executioni mandentur, & pro eis præſcripta ſuffragia fiant. &c. Quod .n. in animæ ſuffragium, & redẽptionem, relinquitur, pia cauſa cenſetur, *Maſcard. de probat. concl.* 171. *Graff. de caſ. reſer. l. 2. c. 26. nu. 11. Molfe. tr. 13. c. 5. nu.* 153.

Anniuerſarium quid ſit. &c.

POrro hęc pia memoria, q̃ pro miſſis, & diuinis officiis annuatim celebrandis, vel pro largendis eleemoſynis, aut aliis piis operibus à fidelibus relinqui ſolet, communiter Anniuerſarium nuncupatur, & regulariter conſtat vno nocturno cum miſſa de requię ſolenniter celebrata, & aliis priuatis ſacris proteſtantis, & diſponentis præſcripto,

Siquidem anniuerſarium dr̃, q ſingulis annis ſtatuto tẽpore reuertitur. *Gloſ. & ibi DD. in c crea turæ. ext. de celeb. miſſ. c. conſuetudinẽ. ext. de cler. non reſid. in 6. Perez de Anniuerſ. & capel. l. 1. c.* 1. Qui ritus quã antiquus ſit, patet ex Io. Damaſceno, qui *in libello de defunctis* tpe Theodoſij Imperatoris autor eſt, ab Apoſtolis eſſe inſtitutũ, vt peculiares quidam Pſalmi, preces, anniuerſariaque iuſta pro fidelibus fierent defunctis. Et ibidem cõteſtatur, Diaboli dolo, & arte fieri, vt tot animæ his ſolatiis, & opitulationibus deſpolientur: complureſque aſſerit graues Deo pœnas eſſe daturos, quod in hac re negligentes fuerint, ut tradit quoque *Bacherius in Apolog. de Defunctis. c.* 21.

Sicut etiam Romanus Pontifex in ſua capella pro Papa prędefuncto ſingulis annis celebrare ſolet. &c. *Gratian. deciſ.* 22. Et in Cathedralibus Eccleſiis ab Epiſcopis anniuerſarium pro

Præ-

Prælatis prædeceſſoribus ex conſuetudine fiunt. *Zerula in Praxi Epiſcop par. 1. v. funus* Idem *Perez. l. c. nu.* 38.

I. Q. RESOLVTIO.
Et 1. eius aſſertio.

QVò ad 1. dico Primo quod ſi aliq. Canonici ex cauſa infirmitatis, vel abſentiæ, Epiſcopo in agone conſtituto non interfuerint, Capitulo Eccleſiæ Cathedralis nil imputari debet, ac proinde legatum ſibi ab ipſo Epiſcopo relictum non amittit. Et hoc per illam regulam, In Iure Ciuili receptum eſt, quoties per eum cuius intereſt, conditionem impleri, non fiat quominus impleatur, perinde haberi, ac ſi impleta conditio fuiſſet. *l. in iure vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. Iu.* Sicut dicimus, quod legatum factum alicui eccleſiæ, ſi in ea teſtator ſepeliatur, ſi forte excommunicatus obeat; ita vt eccleſiaſtica ſepultura priuãdus ſit, debetur. vt per *Menoch. l. 4. de præſump. p̃ſum. 183. n. 46. Sãch. l. 1. de matrimon. diſp 33 nu. 26. Molfeſ. tr. 13. c. 5. nu. 50. Vaſq de teſtam c. 8. nu. 35 in 7. dub. Perez. de Anniuerſ. l. 1 c. 11. nu. 32.* Facit quod quęlibet diſpõſitio in caſu poſſibili intelligenda eſt. *Caphal. conſ. 451. nu. 316.* At ex ſententia *Bar. in l illud §. continuus ff. de verbo. bligat.* Impoſſibile dicitur, quod naturæ impedimento, vel iuris, fieri nequit, Et cum infirmus large abſens appellari poſſit. *l. 1. vbi Alex. & Iaſon ff. de officio eius.* Et ſub abſentiæ neceſſariæ impedimento morbi etiam impedimẽtum comprætendatur. ex *Oddo de reſtit. in Integ. q. 11. ar. 6.* late *Riminal. Iun. volum. 7. concl. 801* optima ratione DD. inter infirmitatem, & abſentiam æquipirationem induxerũt. *Actius de infir. par. 1. Rub. 24.*

2. ASSERTIO.

SEcundo dico eadem ratione, & ex eodem iuris principio, ex aliquorum Canonicorum abſentia, vel morbo, legatum non amitti, ſi ſolum q. tunc in vrbe erant vocati Anniuerſario interfuerunt.

Porro legatum factum Capitulo cum pacto, & conditione, vt ſingulis annis Anniuerſarium pro animæ ſuffragiis celebratur. &c. non diuidendum eſſe, ſed in bona ſtabilia, & annuos redditus conuertendum eſſe, vt ſic ipſi annui fructus perpetuo illis dentur. qui onus ſuſtinebũt. aliàs reſoluimus. *Card Imol. & Couarr. in c. requiſiſti ext de teſtam. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. l. 8. tit. 6. Ricc. in Praxi. fori Eccleſ. deciſ. 411. Marc' Ant. Genuenſis c. 72. & in Pract. Eccleſ. q. 400. Bonac. de cont. diſp. 3. q. vlt. pun. vlt. nu. 10.*

3. ASSERTIO.

TErtio dico Capitulum nec ex illa cauſa legato priuari poſſe quod miſſas de requiẽ Canonici in duobus illis priuilegiatis altaribus non celebrauerint, ſi teſtator ipſarum miſſarum qualitatem præſcribens, & Pontifex priuilegium, & indulgentiam dictis altaribus concedẽs, id non expreſſerint. Siquidem Nauarrus quem alii ſequũtur *in Conſ. 14. de pœnit. & remiſſ* tenet, quod in caſu quo Papa conceſſit, vt quoties dicta fuerit miſſa in tali altari pro defunctis, anima illa per modũ ſuffragii plenariam indulgentiam conſequatur, ſiue ſacrum fiat de feria, ſiue de ſancto, ſeũ de defunctis, vel ut aiunt, de requiẽ, eo quod miſſæ omnes ex opere operato ſint æqualis valoris.

Cui ſententiæ libenter aſſentior cùm *Perez. de Anniuerſ. & Capell. l. 2. cap. 8. num. 34.* modo S. Pontifex ad miſſas defunctorũ, vel de reqem Indulgentiam expreſſis verbis nõ reſtringat. Quali ſane priuilegio in primo caſu hic Bononiæ in Cathedrali, & Metrop Eccleſia gaudet altare Crucifixi, in ſecũdo uero ca ſuara D. Carolo ibi erecta. Vide quæ diximus ſupra *tr. 14. c. 1. q. 3. reſol. 3.*

II. Q. RESOLVTIO.

AD 2. q. reſpondetur Epiſcopum iis viris, qui ſibi in vita fideliter ſeruierunt, etiam poſt primum conditum teſtamentum donare potuiſſe. Siquidem licentiam Epiſcopo ad teſtandum conceſſa, vi prædictæ facultatis ſemel teſtamento cõdito non expirat. *Sanch. de matr. l. 8. diſp. 1. nu 17. Roder. tom. 3. qq. regul. q. 69. art. 5. Barboſa alleg. 114. nu. 26.*

Et in confeſſo eſt apud DD. donationẽ cauſa mortis, quò ad effectum, & ſubſtantiam, vltimæ voluntati potius quàm contractui comparari. *ex gloſ in l. 2. ff. de dote præleg. Claro in §. donatio q. 5. Tuſch. v. donatio. concluſ. 662. Molfeſ. tract. 13. cap. 6.*

Addo ex *Molina de iuſt. & iure. Diſput. 148.* quod ſi is Epiſcopus in morbo conſtitutus, ex quo è uita deceſſit, prædictas donationes inter viuos de huiuſmodi bonis effecit, etiamſi illę magnę ſint quantitatis, non ſolum laudabiliter ſunt factæ, validæque ſunt in foro conſcientiæ, ſed etiam in exteriori iudicio. vt per *Nau. in Apol. q. 1. Monit. 81. & 82.* & multos alios.

Probatur quoniam ad eum pertinet adminiſtratio, & diſpoſitio inter viuos de ſui Epiſcopatus redditibus, cum onere expendẽdi quod vltra ſuam competentem ſuſtentationem ſuperfuerit in opera pia cum ergo morbus hanc poteſtatem,

& hoc

& hoc onus iniūctum ab eo non auferat, ſed potius id arctius eum aſtringat, vt quod dum ſanus erat, vt tenebatur, non impleuit, ſaltem tunc præſtet, & Diuinam Maieſtatem placare ſatagat, boniſque operibus ad exitum ex hac uita ſe præparare, conſequens eſt, vt huiuſmodi piæ donationes commendabiles, & validæ ſint. Nec enim omnes Epiſcopi ſunt ſicut erat D. Auguſtinus, qui intelligens quantum beneficentia, & miſericordia in pauperes in ſacris codicibus commendetur, efficacioraque eſſe remedia præſentia quā quæ poſt mortem adhibentur, ſua potius viuens, quā moriens diſtribuere voluit. De quo *Poſſid. in eius vita c. vlt.* ſic refert, Teſtamentum nullum fecit, quia vnde faceret pauper Chriſti, non habuit *Molan. de pijs teſtam. c. 44.* Quā doctrinam *Nau.* etiam ad donationes remuneratorias quæ ex gratitudine, moralique honeſtate ſunt debitæ, merito extēdit; cum explorati iuris ſit, ex antidorali obligatione, quæ dictat vt benefacienti benefaciamus, Eccleſiam, Cardinales, Epiſcopos, & alios Prælatos, ſuos famulos gratis officiis remunerare debere. *D. Ant. in ſumma par. 2. c. 1. §. 3. Afflict. ſup. cōſtit Regni l. 1. tit. de Decimis n. 2. Rodoanus de ſpoliis q. 7. nu. 1. Bonacoſa de ſeruis, & famulis q. 9.*

Quò etiam fit, vt collatio beneficii per Epiſcopum hunc aulico illi ſuo obſequiorum remunerationis gratia, modo dignus ſit, facta licita ſit, ac omni ſimoniaca labe careat. *gloſ. in c. ſunt nonnulli. 19. q. 1. Franc. Marcus l. 1. deciſ. 285. & 288. Porthus conſ. 221. & Bonacoſ. l. c. q. 10.*

III. Q. RESOLVTIO.

TErtia q. quæ eſt de legato annuo relicto, vt quotannis diſtribuatur ad collocandas in matrimonio honeſtæ vitæ fœminas, non explicādo, vt ſint virgines, an ab eo excludatur, ſi aliqua puella ſemel fornicetur. &c. Reſpondeo diſtinguēdo an id legatum conſanguineis ex teſtatoris familia relinquatur, an abſolute quibuſcunque fœminis, ut in priori caſu ex præſumpta diſponentis voluntate, conſanguinea ſemel fornicata ab eo legato arceatur: quamuis attenta verborū proprietate inhoneſtæ uitæ dici non poſſit. In poſteriori autem minime, ſed quando habitum inhoneſte viuendi imbibit. *arg. l. Stuprū ff. de ritu nupt.* Siquidem vnicus actus quempiam bonum, vel malum non denotat, vt colligunt Scribentes in proemio *Inſtitut. Ciuil. §. cumq.* & tradit *Sebaſtianus Medices de regul. Iu. 2. par. reg. 21.* Vnde in prouerbiū abijt, Vna hirundo ver non facit, quod alibi annotauimus. ex *Tiraquel. de temp. pœnis cauſa 51 nu. 159.* & obſeruat etiam *Sanch. l. 7 de matr. d 91 q. 2. nu. 31.* Vbi tñ. *nu. 38.* re attentius conſiderata, reſoluit, in noſtro caſu mulierem quæ ſemel, vel bis in peccatum carnis cum aliquo lapſa eſt, per ſupradictas rationes non eſſe legato priuandā, etiāſi eſſet Epiſcopo ſanguine coniuncta, eo quod id legatum non ſit alicui ſpeciali conſanguineę relictū, vt vel ſic conjicere debeamus, teſtatorem ſpecialē quandam honeſtatem, & pudicitiā exegiſſe, honori ſuæ proſapiæ proſpiciendo, ſed cōſanguineis in perpetuum, quæ vltra quartum gradum vt extraneæ habentur. &c. Quæ ſententia cum valde probabilis ſit, & teſtamentis ac pietati faueat, & æquitati maxime innitatur, tuto in praxi eā ſequi poſſumus, ac dēmus. Siquidē vbi opiniones ſūt variæ, rationabiliorem, ac æquiorē potius amplectendam eſſe admonent Sapiētes, adeo vt errare eos dicant, qui ſubtilitatibus adhærent, vbi æquitas, quæ vt ait *Gozad. conſ. 54.* eſt tyriaca contra venenum, locum habere poteſt. *Bonacoſ. de Aequitate Canon. in Proemio. Azor p. 1. l. 2. c. 15. Tuſch. v. aequitas. concl. 311.*

Et per hæc ſit Finis huic operi ad laudem Dei omnipotētis, B. M. V & SS Pauli, & Homoboni patronorum, & animarum ſalutem.

Quæ omnia S. M. Eccleſiæ cenſuræ, & piorum virorum recte ſentientium correctioni libenter ſubijcio.

FINIS.

Digitized by Google

AVCTOR AD LECTOREM.

EN tandem Chriſtiane, ac benigne Lector, hanc etiam tertiam Eccleſiaſtici Examinis partem, & ſi male cultam, inſtructam, & imparatam, in ſcenam ancipitis iudiciorum aleæ expoſitam, prodire patior. Operum enim meorum imperfectionem probe me noſſe fateor, contra illud, ſuum cuiq. pulchrum; prout cuiuſlibet artificis opus eſt quidam ingenij partus, de quo ille Sapiens vere dixit, rectius obſtetricem quàm matrem iudicare; cum omnibus innata ſit quædam philautia, quæ facit, vt non tàm noſtra ſimiarum inſtar, nimio amore proſequamur; ſed etiam eadem ab alijs probari gaudeamus. Difficile eſſe dicebat Socrates, in editis operibus iniquum Iudicem non reperiri; & eum improbe facere, qui in alieno libro ingenioſus eſt. Si res bis fieri daretur, aut non erraretur, aut certe minor error admitteretur; ſiquidem ſecundæ cogitationes ſapientiores ſunt, ſicque ego cum Horatio dicere poſſem. Et male tornatos incudi reddere verſus. &c. Ideſt multa mutarē, ac corrigerem. Quod minus recte prima tantum exſcriptione, & exemplari, currenti calamo à me exaratum eſt, boni, æquiq. conſulas, memor illius Pythagorici ſymboli, Sal apponito, quo ſignificatur iuſtitiam, & æquitatem in omni adhibendam eſſe negotio; tibique perſuadeas, perfectam, & omnimodam correctionem mihi non licuiſſe, tum ob variarum occupationum æſtus, & exagitationes, quibus præ muneris functione implicor, & iactor, tum ob aduerſam corporis valetudinem, qua ſæpius diſtringor, ac vexor. Ego ſane cum Apoſtolo patrono meo loquar; Non quæro datum, ſed requiro fructum, hoc eſt vt D. Gregorius exponit, non donum operis, ſed fructum intentionis: cum virum bonum publica vtilitate omnia facta ſua etiam rudia, ac vilia, metiri oporteat. Vale ſequentis moniti memor. Ad Philip. 4

Vt tibi mors felix contingat, viuere diſce;
Vt felix poſſis viuere, diſce mori.

Menda inſigniores, quæ rectam intelligentiam peruertere poſſent; leuiores enim ut defectus ſyllabæ, aut unius pro altera literæ interpoſitio, quæ ſenſum ab Auctoris mente alienum non immutant, ex induſtria omittuntur, & lectoris conditionis typographicæ memoris benignæ correctioni relinquuntur.

pag. 21. in tit. Admin. baptiſmo, corrige de pœnitentia.
23. col. 2. lin. 23. quam, adde firmatam. & lin. 27. p[illegible] corrige præcipue.
32. col. 1. lin. 20. curam, veram. 37. col. 1. lin. 11. Greg. 15. Gregorij. 15. [illegible] lin. 19. chureret, combureret.
61. col. 2. in fine, illud q. ut, dele ut. & pone poſt obſeruandum.
63. col. 2. lin. 3. poſt verbum reſtituendi ſin[illegible], adde Quinto cum ex teſtamento.
80. col. 2. lin. 4. poſt verbum integrum tit. & lin. 26. apud, illum
84. col. 2. lin. 8. aliud abud, dele alteru[illegible] aliud. 85. col. 2. lin. 24. poſt regularibus, adde in primo caſu
9[illegible] col. 1. lin. 48. ſed inualide ob omiſſam. dele omiſſam. 105. col. 2. lin. 2. ſobolem, adde putans
113. col. 2. lin. 34. poſt illa verba tertiæ difficultati ſatisfit dicendo quod, adde dato quod ſponſalia valida ſolent
115. col. 1. lin. 35. At hæ. At hæc. 119. col. 2. lin. 27. neq. adeo, atque adeo.
134. col. 2. lin. 27. nec quæ. & quæ. 133. col. 1. lin. 27. neque adeo. 13[illegible]. col. 1. lin. 48. ſcelere homicidio.
152. col. 2. lin. 33. cum homicidium cum adulterium. 154. col. 2. cenſeatur, conſeantur.
156. col. 2. lin. 28. Reginaldus Remigius. item lin. 42. Reginaldum, Remigium.
164. col. 1. lin. 21. hæreſum, hæc centum. nocentum Ibi lin. 26. poſt v. appellare. Adde niſi dicamus talem facultatem per Bullam Cœnæ Domini eſſe reuocatam. 176. col. 1. lin. 37. poſt eam, propoſitam
183. col. 1. lin. 1. ſeus ſexus. 197. col. 2. lin. 1. poſt &c. Adde in legens in pse. mort. m. p. Item ibi lib. 2. Tertio. Quarto.
246. col. 2. lin. 40. poſt v. remanerent Adde Genuenſem in Pract. eccl. q. 546. 260. col. 2. lin. 2. poſt v. eu, adde pœnitens.
272. col. 2. lin. 2. d. 22. adde ſect. 6. nu. 21. Ex Conſtit. Pij V. incip. Quanta. 274. col. 2. lin. 9. poſt v. exercere, adde licere.
287. col. 2. lin. 4. poſt nu. 73. adde præſertim poſt Bullam Greg. 15. de exempt. regul. 283. col. 2. lin. 24. Epiſcopo, Parocho. ibi col. 2. lin. 18. Quid iuris, &c. dele illa verba. 298. col. 2. lin. 16. ſine iuramento, cum iuramento.
307. col. 1. lin. 26. executor in virorum, dele Executor. 308. col. 1. lin. 29. ſuppe fib, dico 315. col. 1. lin. 21. veſſet, ſi velles
316. col. 1. lin. 49. Epi, Epiſcoporum, ſi. dele ſi. 328. col. 2. lin. 21. reſpectiua reſpectu. 332. col. 2. lin. 15. dele Superiorib. religioſa
332. col. 2. lin. 9. nocem, nōdu[illegible] 334. col. 1. lin. 3. poſt v. incidiſſe, adde c. ſi de homic. lib. 6. 338. col. 2. lin. 42. ei poſſe, dele ei
342. col. 2. lin. 18. religionis, religioſa. 348. col. 2. lin. 37. regularem, irregularem. 349. col. 1. lin. 49. ac ea quæ, dele quæ
355. col. 2. lin. vlt. vargitate, virginitate. 361. col. 2. lin. 4. libine, libidine. 369. col. 2. lin. 13. ſi aut. dele ſi.

INDEX RERVM NOTABILIVM,

quæ in ijs Commentarijs continentur, alphabetico ordine digeſtus.

ABBATIS nomen quid ſignificet, pag.298. col.2.
Abbatiſſa vltra triennium permanere in officio nõ debet.pag.298.col.2.
Abortum an procurare liceat.pag.109. col.2. Eum procurans à quo abſolui poſſit. ibid.
Abortum procurantes qua pœna afficiantur.pag.16. col.2. An ſi ſpes ſit, vt fœtus nõ pereat, & ſic baptizetur, pharmaca ægræ matri dãda ſint.pag.48. col.2.
Abortus caſus à quonam abſoluatur.pag.285. col.1
Abſentia data à iure Canonicis trium menſium quomodo intelligitur.pag 177.col. 1. An vltra illud tempus ex Epiſcopi conceſſu abeſſe valeant. ibid. col.1.& 2.
Abſens an abſolui poſſit.pa.21.col.2.& p.110.col.2
Abſentia Parochorũ vt iuſta ſit quænam requirat. pag.330.col.2.
Abſoluens à caſu reſeruato cum facultatem non habet in quam pœnam incidat.pag.30.col.1 Sic abſoluens ab Epiſcopo quò ad cenſurã liberari poſſit.ibid.
Abſolutio impenſa à curato ſuper caſus reſeruatos conſcio conceſſionis factæ non per nuntium deſtinatum, an valeat.pag.33.col.1.
Abſoluere qui poteſt à caſibus reſeruatis an ſuper vota, & iuramenta diſpenſare valeat.pag.35.col.2
Abſoluens ſine facultate à caſibus Sedi Apoſtolicæ, vel Ordinarijs locorum reſeruatis in quam pœnã incidat.pag.42.col.2.
Abſolui nequit qui reſtituere valens in mortis articulo hæredibus hoc mandat. pag.41.col.2.
Abſolui ne poſſit à caſu reſeruato in propria diœceſi, ſi alio ſe mala fide, vt vbi caſus non eſt reſeruatus abſoluatur.pag.41.col.2.
Qui contraxit cenſuram in vno loco an abſolui poſſit à quibuſdam Confeſſario illius loci ad quã ſe transfert.ibid.& pag.42.col.1.
Abſolutio in caſu dubio Papæ reſeruato dari nõ poteſt.pag.102.col.1
Abſolui nõ poſſit moriens qui nullum peccatum exprimere valet.pag.21.col.1.
Abſolutio an ſuper eodẽ peccato reiteranda.ibi.c.2
Abſoluens à caſu in Bulla Cœnæ Domini contento de propria facultate dubitans, an p.m.& in cenſuram inciderit.pag 29 col. 1.
Abſolutio data ſuper caſus reſeruatos ab eo Confeſſario, qui alterius eſt diœceſis an valeat.pa.23.c.1
Abſoluere ſub conditione an liceat.pag 26. col.2.
Habens caſus reſeruatos an à non reſeruatis ab inferiori Confeſſario abſolui poſſit.pag.27.col.2
Abſolui ne poſſit qui nullum peccatum in mortis articulo exprimere potuit.pag.64.col. 1.
Abſolui à quo nam poſſit, qui abortum procurauit. pag.109.col.2.
Abſoluere ab excommunicatione nemini reſeruata an poſſit quilibet Confeſſarius.pag.368.col.1.
Abſolutus ineſſicaciter à reſeruatis an poſtmodum à quolibet Cõfeſſario abſolui poſſit.pag.22.col.2
Abſolutio data ſine authoritate ſuper caſus reſeruatos an valeat.pag.190.col.1
Abſolutio à nõ ſacerdote impẽſa an valeat.pa.34.1.
An abſolutio ſub conditione dari poſſit. An per literas qui abſolui poſſit.ibid.
Abſurdum ſemper vitandum.pag.52.col.2
Abuſiones huius ſecu'i.pag.278.col.2
Abuſus à *Prælatis* tollendi.pag.392.col.1.
Abuſus in cathedralibus collegiatis, ac regularibus eccleſijs quò ad horarum recitationem.p.174.2.
Acacij Conſtant. Patriarchæ ambitio.pag.163.col.2 & pag.164.col.1.
Acceptio perſonarum quid ſit, & quãdo in beneficiorum collatione committatur.pag.340.col.1.& 2
Acceptio perſonarum à Parocho vitanda. pag.66.1. Quando ſit peccatum mortale.ibid.col.2
Acceptio perſonarum apud Deum locum nõ habet. pag.139. col.1. Quid propriè ſit, & quęnam ad eã conſtituendam requirantur.pag.340.col.1.& 2
Acceſſoriũ ſequitur naturã ſui principalis.p.147.c.2
Accipiens aliquid à religioſo quando reſtituere teneatur.pag.110.col.1.
Accuſatio quò à denuntiatione differat.pa.39. col.1
Accuſatio Epiſcoporum non facile recipienda. pag.342.col.1.
Acquiſitum in ludo cum Equitibus D.Ioannis, an reſtituendum ſit.pag 44.col.2.
Acquiſitum à clerico ex literario ludo, & ex artificio conficiendi ſericum ex bombycibus, an ſpolium dicatur, & ad Cameram Apoſt.ſpectet.p.366.c.2
Actionum humanarum ſpecies.pag.132.col.2.
Actio virtuoſa quas conditiones requirat.pa.173.1.
Actionum particularium determinatio humanæ prudentiæ ſubiacent, pag.328 col.2
Actus humanus vt virtuoſus ſit quid requirat.192.1
Actus agentium vltra eorum intentionem non operantur.pag.59 col.1
Actus vnicus quẽquã bonum, vel malum nõ denotat pag.396.col.2.
Actus ob publicum fauorem prohibitus iuramento non confirmatur.pag 103.col.2.
Adiumenta ad Chriſtianam perfectionem acquirendam.pag.119.col.1.
Adoleſcentium recta inſtitutio eſt reipub.fundamentum.pag.186.col.2
Adoleſcentia lapſibus procliuis.pag.331.col.2. & pag.332 col.1.
Adriani VI.in ſuis conſanguineis ditandis temperantia.pag.135.col.2
Aduentus Chriſti cauſa.pag.206.col.1.
Aduentus tempore an matrimonium prohibeatur. pag.89.col.2
Adulterantis Clerici pœna.pag.188.col.2
Æquitas attendenda.pag 396.col.2.
Aeris inclementia an iuſtã cauſam reſignandi bñficij reddat.pag.329.c.2

INDEX

Affabilitas & facilitas Parochis, ac Rectoribus neceſſaria. pag. 6. col. 2.
Affectus erga conſanguineos coercendus. pag. 337. 2 & 338. col. 1.
Affectatis negotijs non fauetur. pag 327. col. 1
Affectus doloris, melancholiæ, ac triſtitia quantum corpori noceat. pag. 118. col. 1. & 2
Affinitatis impedimentum matrimonium impediens ac dirimens quid ſit, & quomodo oriatur. pag. 84. col. 1. & pag. 104. col. 2 Vſque ad quem gradum protendatur. col. 2.
Non oritur niſi ſemen virile fœmineum vas ingrediatur. ibid.
Afflictio non eſt addenda afflicto. pag. 167. col. 1.
Agathonis Abbatis pietas. pag 183. col. 1
Agis Spartani frugalitas. pag. 265. col. 1
Alapa cur in confirmatione detur. pag. 275. col. 2.
Alexandri Macedonis pietas, ac liberalitas. pa. 337. col. 1.
Alienari an poſſit res prohibita ſi vrgeat neceſſitas pag. 255. col. 1
Almutium Canonicorum habitus quid ſignificet. pag. 160. col. 1. & 2.
Alimenta quomodo debeantur, & quid nomine alimentorum veniat. pag. 140. col. 1. & 2 & pag. 339. col. 1.
Alimenta, ac dos magis templis viuis, quam mortuis in pari neceſſitate exhibenda. pag. 337. col. 1.
Alimenta, & dos æquiparantur. pag. 353. col. 2.
Alimentorum nomine quid veniat. pag. 339. col. 1.
Alimenta facta à monaſterio nouitio an eo abeunte ſint. pag 186. col. 1
Altaria priuilegiata in Metropol. Bonon. quomodo differant quò ad animarum liberationem. pa. 395. col. 2.
Ambitionis miſeria comes pag. 328. col. 2.
Ambitio damnatur. pag. 327. col 1
Ambroſius libellus pro recte facienda confeſſione cō ponebat. pag. 25. col. 2.
Pacem cum ſecularibus Magiſtratib. habere ſtudebat pag. 266. col. 2
Amicis in rebus aduerſis vtendum. pagina. 188. col. 1
Amor in delictis an excuſet. pag 129. col. 2. Amor ſui damnabilis. pag. 163. col. 2.
Amor ſui obcæcat. pag. 228. col. 1
Amor erga propinquos ab eccleſiaſticis moderandus. p. 149. 1. & 2
Amoris paterni, & vxoris vis. pag. 292. col. 2.
Amore ſe in coniuges ducentes rabie moriuntur. pag. 146 col. 2
Analogum ſtat pro famoſiori ſuo ſignificatu. pag. 253. col. 1.
Animæ quibus modis à Purgatorio liberentur. pag. 254 col. 2.
Earum poſt hanc vitam receptacula. ibid.
Animæ Rectorum difficile ſaluantur. pagina 295. col. 2
Animas hominis contumax. &c. pag. 384. col. 2
Animum quatuor contaminant. pag. 294. col. 2
Annus quando pro completo habeatur. pag. 331. col. 2
Anulus in coniugis digito impoſitus quid ſignificet. pag. 376. col. 1
Anulus fidei ſignum. pag. 376. col. 1.
Anulus qui *Epiſcopo* conſecrando datur, quid ſignificet. pag. 393. col. 1.
Annus completus quando requiratur. pag. 389. col. 1.
Antidoralis obligatio quæ ſit. pag. 396 1
Appetere eccleſiaſticum beneficium an liceat. pag. 3. col. 1. & 2. & pag. 4. col. 1.
Apices iuris in foro animæ non attenduntur. p. 150. col. 1
Apologus de more, & rana, pag. 266. col. 2. & pag. 329 col. 2
Approbatus ab Ordinario quinam dicatur vt tempore ſubſi ei valeat. &c. pag. 335. col. 1
Approbatus ad confeſſiones virorum tantum, an ſi etiam mulierū confeſſiones excipiat peccet, & confeſſiones inualidas reddat, pag. 218. col. 1.
Approbatus ab alieno Ordinario an ab Epiſcopo in confeſſarium eligi poſſit. pag. 380. col. 1.
Approbatus ab Ordinario ad confeſſiones virorum tantū audiendas an eligi à fœmina poſſit ad expediendam diſpenſationem, &c. pag. 114. col. 2.
Approbatus ad parochialem eccleſiam an ante literarum expeditionem ſe illius adminiſtratione ſe immiſcere poſſit. pag. 2. col. 1
Aqua quid ſecundum quatuor ſacræ Scripturæ ſenſus ſignificet. pag. 215. col. 1.
Aquæ benedictæ vis. pag. 9. col. 1.
Aqua ad baptiſmum conferendum quanta eſſe debeat pag. 11. col. 1
Aqua remota baptiſmi materia qualis eſſe debeat, pag. 17. col. 1. & pag. 18. col. 2.
An benedicta eſſe debeat. ibid.
Arma, & inſignia in ſacellis extructis ponere liceat; pag. 162. col. 1.
Arbores frugiferas in eccleſiaſtico prædio cædens an in cenſuram incidat. pag. 89. col. 2.
Archipresbyteratus quid ſit. pag 199. col. 1.
Archipresbyterorum ſpecies ibid.
Eorum qualitates & conditiones pag. 189. col. 2
Archipresbyter an poſſit à caſibus Epiſcopo reſeruatis abſoluere. & literas à *Romana* Pœnitentiaria emanantes aperire & exequi in Cathedrali matrimonia celebrare, in notis, ac iuramentis diſpenſare, &c. pag. 189. colum. 2. & pagina 190. col. 1 & 2.
Archidiaconus an cenſuram ferre poſſit. pag. 187. col. 2
An cum homicida, vel adultero diſpenſare. p. 188. col. 2
Archidiaconatum habens ſimul, & Canonicatum an etiam duas diſtributiones habere debeat. p. 187. col. 2
Archidiaconatus quid ſit. pag. 186. col. 2.
Archidiaconi officium. ibid.
Eius qualitates. ibid.
Arma de domo rei ſumenda non ſunt. pag. 38. col. 2 & pag. 39. col. 1
Ars artium in cura animarum. pag 226. col. 1.
Articulus, & periculum mortis idem ſunt. pag. 351 col. 2
Attentio in horis recitandis neceſſaria. pag. 173. col. 2.
Attritio quid ſit, & vnde oriatur. pag. 25. col. 1. & pagina & 60. col. 1

Ar-

Digitized by Google

Archiepiſcopus num ſtatutum e[illegible] ex Parochorū reſidentiam, quod etiam in Curatos ſuffraganeorum ligeret, condere poſſit. pag. 330. col. 1.
An ſuper votis à ſubditis ſuffraganeorū emiſſis diſpenſare valeat. pag. 332. col. 1.
An ſuper Suffraganeos iuriſdictionē habeat ita vt à cenſuris ab eiſdem latis eorum ſubditos abſoluere valeat. pag. ibi. col. 2.
Argumentum [illegible] coniugis abſentis. p. 332. col. 1.
Aromatarij irregulares an Epiſcopi diſpenſari poſſit. pag. 368. [illegible] corruptos pharmaca dātes [illegible] valeant. ibi.
Auaritia ab eccleſiaſticis fugienda. pag. 7. col. 2.
Auaritia à Paſtoribus animarum abeſſe debet. pag. 7. col. 1. & 2.
Auaritia ab eccleſiaſticis coercenda. pag. 375. col. 1.
Auaritia ab eccleſiaſticis ex nimio cognatorum affectu naſcitur. pag. 367. col. 1.
D. Auguſtinus cur nullum fecerit teſtamentum. pag. 152. col. 1. & pag. 396. col. 1.
Auſtriaca domus quomodo ad tantum rerum faſtigium peruenerit pag. 58. col. 1.
Aquilæ apologus. pag. 64. col. 2.

B

Baculus quem gerit Epiſcopus quid ſignificet. pag. 343. col. 1.
Ba[illegible] an [illegible] ſint. pag. 116. col. 1.
Baptiſmi effectus. pag. 9. col. 2. & pag. 10. col. 2.
Baptiſmus paruulis non differendus. pag. 10. col. 2
Quam vtilis & neceſſarius ſit. ibid. col. 2
Baptiſmus quid ſit. & quotuplex. pag. 11. col. 1
Eius materia duplex propinqua & remota. ibid.
In qua corporis parte fieri debeat. ibid.
In collatione baptiſmi pōpa fugienda. p. 10. col. 2
Baptiſmus vbi conferendus. ibid.
Sine baptiſmo cætera ſacramenta nec ſuſcipi poſſunt, nec valent. ibi. Baptiſmi forma, & quomodo vitietur. pag. 11. col. 1
Baptiſmus dubius an in loco ſacro ſepulturam impediat. ibi. Duo vnum baptizare nequeunt. ibi. col. 2
Baptiſmum in peccato mortali adminiſtrans. m. p. pag. 11. col. 2 Minister qui ſit. ibid.
In eo adminiſtrando dignitatis ordo ſeruandus. ibid. Parentes in caſu neceſſitatis baptizare poſſunt. & c. ibid. An quis eo caſu eum propriæ vitæ periculo conferre teneatur. ibi. An eo domi tunc collato ſi in eccleſiæ ritus ſuppleantur cognatio ſpiritualis contrahatur. ibid. Eodem rite domi collato an in eccleſia ſub conditione repetendus ſit. pag. 12. col. 1
Quænam ad eſſentiā & baptiſmi ritū ſpectent. ibi.
Baptiſmus domi in neceſſitate in manu, vel pede collatus an ſit in eccleſia iterandus. ibid.
Nunquid in dicta eccleſia puerum ſic baptizatum tenens ſpiritualem cognationem contrahat. ibid. col. 2.
Baptizans filium concubinæ ob finem interatum peccatum euitandi an peccet. ibid.
Baptizatis ſancti nomen imponendum. p. 13. col. 1.
Baptizatum aliquem eſſe quomodo probetur. pag. 15. col. 1
Baptiſmi perfecta cognitio Parocho neceſſaria. ibid. col. 2.
Baptiſmus corrupta forma collatus an valeat. pag. 18. col. 2.
Baptiſmus quando ſub conditione conferendus. pag. 18. col. 1.
Baptiſmo aquæ carens an quæ ſunt ordinis ac iuriſdictionis exercere valeat. pag. 299. col. 2
Baptiſmus flaminis quomodo [illegible] ſaluet. pag 300. col. 1.
Baptiſmi materia proxima, & remota. ibid.
Baptiſmum an plures adminiſtrare poſſint, p. 300. Baptiſcus ca [illegible] ſymbolum. pag 302. col. 1. & 2
Benefacienti benefacere debemus, pag. 396. col. 1.
Beneficiarius inteſtatus decedat, eius bona cuinā acquirantur, p. 199. col. 2
Beneficium Principis large interpretandū. pag. 102. col. 1
Beneficientia erga ſanguine coniunctos exercenda, pag. 337. col. 1
Beneficiorum pluralitatis mala. pag. 33. col. 1. & 2.
Beneficia accipere eſt vendere libertatem, pag. 284. col. 1.
Beneficiarij beneficij fructus male expendentes quomodo peccent. pag. 133. col. 2.
An beneficij fructus expendere, & patrimonium conſeruare poſſint. pag. 134. col. 1
Beneficium Principis, quomodo intelligendum ſit. pag. 221. col. 1
Beneficium ſufficiens ad victum, quod non confutendum. pag. 134. col. 1
Beneficio donandus quas conditiones habere debeat. pag 135. col. 2.
Beneficia cur inſtituta ſint. pag. 34. col. 2.
Beneficia vacantia in vrbe Romanis conferenda. p. 138. col. 2.
Beneficia ciuitatis Bononiæ ciuibus, & comitantibus. ibid.
Beneficia regularia regularibus ſecularia ſecularibus conferenda ſunt. pag. 139. col. 1.
Beneficia eccleſiaſtica pueris conferenda non ſunt. pag. 141. col. 2.
Beneficium curatum an appetere, & procurare liceat. pag. 3. col. 1. & 2
Beneficij collatio per ſimoniam facta an valida ſit. pag. 144. col. 1.
Beneficium eccleſiaſticum ex quibus cauſis reſignari poſſit. pag. 329. col. 2.
Beneficia quot modis vacent. pag. 319. col. 2.
Beneficio vt quis priuetur an Iudicis ſententia requiratur. pag. 240. col. 1.
Beneficia curata per concurſum ſunt conferenda. pag. 319. col. 2.
Beneficij collatio crimino ſo facta an valeat. pag. 128. col. 2. & 123. col. 1.
Beneficio ſimplici donando quænam neceſſaria ſint. pag. 130. col. 1 & 2. An ſuper ſcientiam examinandus ſit. ibid. col. 2.
Beneficium ſimplex an digniori dādum. p. 130. col. 1.
Beneficij curati prouiſio ſine examine facta nulla eſt. pag. 340. col. 1
Beneficiato religionem ingreſſo cui beneficij fructus dandi ſint. pag. 358. col. 1
Beneficio donandus ſolet à Papa à cenſuris ad cautelam, & ſuper irregularitatem diſpenſari. p. 131. col. 1
Beneficiarius quas obligationes contrahat. ibid. An reſidere, horas canonicas recitare, & clericalem habitum deferre. ibid. col. 1. & 2.

Beneficij collatio in criminoſū an valeat. p.133. c. 1.
Beneficij tenuitas an à recitatione horarum cano nicarum excuſet.pag.133.col.1.
Beneficio donandus quibus conditionibus præditus eſſe debet.pag.133.col.1
Beneficia Eccleſiaſtica an in famulos remunerandi ſeruitia gratia conferri poſſint.pag.396.col.1.
Beneficiorum pluralitas damnatur.pag.133.col.1. Duo curata abſq. S.Pontificis licentia teneri nequeunt.ibid.
Diuinæ vindictæ exempla in plura beneficia retinentes.ibid.col.2.
Beneficiarius an ſui beneficij fructuum dominus ſit. pag.134.col.2. an poſsit bona patrimonialia ſeruare,& de beneficijs fructib. viuere.p. 134.c.1. &p.249.c.2.
D.Bernardini Senenſis in concionando, & vitia reprehendendo libertas pag.210.col.1.
Blanditiæ an efficiant inuoluntarium.pag 179.col.2
Blaſphemia quis côpetens Iudex ſit.pag.260. col.2.
Bona clericorum quotuplicia ſint.pag.198.col. 2
Bonorum patrimonialium an verum dominium habeant,& de illis teſtari poſsint.&c. An immunitate eccleſiaſtica eadem bona gaudeant.ibid.
Quid de bonis quaſi patrimonialibus.pag.199.2.
Quid de bonis Eccleſiaſticis ibid.
Bona incerta an ab Executoribus, & Diſtributorib. pauperioribus,vel melioribus ſint diſtribuenda. pag.283.col. 2.
Bona clericorum Romæ, vel Bononiæ decedentium ad quem pertineant.pag.200.col.1.
Bona incerta quomodo caſus reſeruatus ſiât.p.160. col.1.& 347 col. 2.
Bona ſubiecta fideicommiſſo an ob naturalem filiā dotandam alienari poſsint,pag.256.col.2
Bona matrimonij.p.99 c.1,& pag.376.col.1
Bonum eſt ex integra cauſa.pag.25.col.2
Bona in villis poſita an eiuibus non facta denunciatione ex forma ſtatuti ruſticis vendi poſsint. pag.181.col. 1.
Bona in emphyteuſim à clerico conceſſa,an patrimonialia præſumantur.pag.134.col.1
Bona clericorum dicantur patrimonia pauperum ; pag 135.col.2
Bona inferioris ordinis bonis ſupioris ordinis poſtponenda ſunt.pag.48.col.2
Bona mobilia quæ dicantur.pag. 356.col.1.
Bonus vel malus quis ex vnico actu non cenſetur. pag.378. col.1.
Bonafidea oblinio.& incogitantia à peccato.mortali,& excommunicatione excuſant.pag 117.col.1.
Bona Eccleſiaſticorum condito teſtamento decedētium an ſub ſpolio cadant.pag.248.col.2.
Brunonia Carthuſ. Inſtitutoris fidei proteſtatio in mortis articulo.pag.55.col.2
Bulla Sixti Quinti.circa profeſſionem regularium pag.387.col.1.& 2.
Bullæ,& Conſtitutiones non literaliter,& iudaice interpretandæ ſunt.pag.387.col.2.
Bullæ Clementis VIII. de largitione munerum quomodo intelligatur.pag.283.col.1.
An ſit vſu recepta ibi & col.2.
Bulla Greg.XV.quod Epiſcopus in regulares aliquā, do animaduertere poſsit,pag. 389.col.2.

CAlixti III.circa beneficiorum pluralitatem ſenſus.pag.133.col.1
Calix ex qua materia confectus eſſe debeat. p.316 c.2
Calix legatus an de meliori materia intelligatur pag.316.col.2.& 356.col.1.
Calumniatorum tympo.ū baſiliſcus eſt.pag 302.c.2
Campanæ cur inſtitutæ.pag.304.col.1. Quomodo eas pulſans ſiat irregularis.ibid.
An pro earum conſecratione moneta accipere liceat ibid.
Canonici an in choro per capellanos, & Manſionarios canere poſsint.p 182.c.2. & pag.374.col.1.
Canonici vnde dicantur,pag.153.col. 1. Habent dignitatem,& vnum corpus cum Epiſcopo efficiūt, ibid.Romana Breuia expediuntur.pag.154.col.2 cauſæ eis à Pontifice delegantur. & conſeruatoris munus committitur.ibid. Arctius quam Parochi reſident.ibid.
Canonicatū ſuſcipiens animo non retinendi,ſed illū dimittēdi ſi pinguius quid offeratur an peccet.155 ſi ſacris ordinibus careat an in capitulo vocem habeat.pag.15 col.2.An fidei profeſsionem non faciens p.m & fructus omittat.ibi.col.2.
Canonicorū ob ligationes.p.154.col.2 Eorū præcipua actio eſt canonicorum horarum in choro recitatio.ibid.
Septem horarum ſomno contenti eſſe debent.ibi.
Canonicorum reſidentia.pag.155.col.1.
Canonicus ad limina Apoſtolorum pro Epiſcopo accedens quotidianas diſtributiones lucratur.348.1
Canonici choro intereſſentes ob lucrum diſtributionum quomodo peccent,& ſimoniam committūt. pag.155.col.1
Quomodo in choro non ſpallendo peccent, & diſtributiones amittant.ibid.
Canonicus diuinum officium non recitās, vel male ita vt præceptō non ſatisfaciat,quot peccata committat pag.155.col.2
Officium defunctorum à Conſtitutionibus Eccleſię præſcriptum omittens,vel recitans dum maous lauat an m p.pag.156.col.1
Canonici non ſolum coram Epiſcopo, vel eius Vicario,ſed etiam in Capitulo profeſsionem fidei facere tenentur.pag.156.col.2
Canonicus qui abeſt à choro vltra tempus à iure ſtatutum in quas pœnas incidat.pag.157.col.2
Qui à Capitulis abeſt,quomodo peccet.p.158.c.1
Quomodo & quibus in caſibus à præſentia Capituli excuſatur.pag.159.col.1.& 2.
Capellanus in certo loco celebrare obligatus an poſſit aliquando vacare,& alibi rem ſacram facere. pag.137.col. 2.
An totum miſſæ valorem patrono applicare teneatur etiam ſi ſtipendium aſsignatum ſit tenue. pag 145.col.2.
Capellanus an miſſas quas celebrare tenetur, anteuertere,& præoccupare poſsit.pag.383.col.2
Capellanus ob legatus celebrare in aliqua eccleſia, nūm ſi interdicatur,ad id etiam teneatur.p.147.2
Capella eiſdem priuilegijs gaudet quibus eccleſiæ. pag.147.col.2.
Capellania an neceſſario ſacerdotium requirat. pag.139.col.1,& 2.Quid de capellania in eccleſia cathedrali inſtituta.ibid.
An ſit beneficium ſimplex.pag.147.co.1.An per ſubſtitu-

ſtatutum illi ſeruiri poſſit. ibid.
Capellanus infirmus celebrare nō valens an ſalariū, vel ſtipendium habere debeat. pag. 137. col. 1.
Capellaniæ an beneficia eccleſiaſtica ſint, & à quibus conferri poſſint. pag. 139. col. 1.
An cum conſenſu hæc Epiſcopi ſemper erigi debeant. pag. 314. col. 2
Capellanus beneficium, ac penſionem habens an officium magnum, & B. M. ſimul recitare teneatur. pag. 147. col. 1.
Capellanus obligatus celebrare in aliquo loco an alibi rem ſaciam facere poſſit, & tempus præuenire. pag. 148. col. 1
Capellanus an ſi transferatur ſuum altare in eccleſia adſūptus in ea tranſlatione factos teneatur. ib.
Capellanus infirmus an quotidianas diſtributiones lucretur. pag. 150. co. 1. An per alium celebrare teneatur. ibi.
Capituli cathedralis poteſtas. pag. 243. col. 1.
Capitulum Canonicorum an amittat legatum, ſi vt Epiſcopus teſtator præſcripſit ei agonizāti, vel Anniuerſario celebrando aliqui ipſorum Canonicorum non interfuerint. pag. 395. col. 1.
Cardinalium circa Epiſcoporum promouendorum approbationem munus. pag. 230. col. 1
Cardinales Epiſcopi à reſidentia non excuſantur. pag. 242. col. 2.
Cardinalium officium pag. 229. col. 1. & 2
Caroli *Borromei* dictum. pag. 116. col. 1.
D. Carolus cur non *Borromæū* ſed S. Prexedis Cardinalem ſe nominari volebat. pag 135. col. 1.
S. Caroli Borr. circa proprii confeſſarij electionem, prudentia. pag. 26 col. 2.
Eius pietas in celebrando miſſam. pag. 231. col. 2.
D. Caroli Borr. laus. pag. 377. col. 2. & 393. col. 1.
Quomodo plebem ſuam reformabat ibi.
Caroli cum ſecularibus Magiſtratibus concordia. pag. 266. col. 2
Caroli Borromei ad quoſdam Epiſcopos non reſidētes dictum. pag. 291. col. 1
D. Caroli *Borromei* in ſacrificando pietas. p. 232. 2. & 302. col.
D. Caroli in exquirendo conſilio docilitas, ac prudētia. pag 259. col. 1
Eius in conſanguineos compreſſus affectus. p. 319. col. 2
Caſſij Epiſcopi Narnienſis in ſacroſaciendo pietas, religio. pag. 232. col. 2
Caſtigatio leuis parentibus in filios permittitur. pag. 47 col. 1
Caſus Epiſcopales an mortuo, vel amoto Epiſcopo expirent. pag. 44. col. 2
Caſus inſolitus conductori obeſſe non debet. p. 59. 1.
Caſus inſolitus quis ſit. ibid.
Caſus conſcientiæ quomodo reſoluendi. 201. 2
Caſus in quibus Epiſcopi irregulares animaduertere poſſint. pag. 389. col. 2.
Caſus in quibus à graui percuſſione etiam manifeſta in clericum illata Epiſcopus abſoluere poteſt. pag. 331. col. 2.
D. Catharinæ Senenſis pietas. pag. 218. col. 1
Cathedralis eccleſiæ dignitas, & præeminentia. pag. 187. col. 1
Candidicorum arguta malitia. pag. 327. 1.
Cauſa pia dicitur, quod in animę ſuffragium relinquitur. pag. 394. col. 2.
Celebrans in eccleſia cathedrali vt capellanus an quotidianas diſtributiones quæ canonicis debentur lucretur. pag. 162. col. 2.
Celeritas aliquando damnoſa. pag. 65. col. 1.
Celeritas optimo conſilio inimica. pag. 384. col. 1
cenſuras quis ferri poſſit. pag. 187. co. 2.
Ceſſante cauſa ceſſat effectus. pag. 100. col. 1.
Character Epiſcopalis an ſine ſacerdotio imprimatur. pag. 271. col. 1.
Charitatis virtus quomodo Parochis, & Sacerdotib. neceſſaria. pag. 5. col. 1.
chorea an tempore carnis priuij licitę ſint. p. 391. 2.
choreæ an licitæ ſint. pag. 367. col. 1. & 2.
choreæ an ruſticis in feſtis diebus prohibendę ſint. pag. 16 col. 1
Chilonis tria præcepta. pag. 327. col. 1.
Chriſma quale eſſe debeat. 275. Quid confirmatio à baptiſmo differat. pag. 276. col. 1. Eius effectus. ibi.
Quando hoc ſacramētum conferendum ſit. p. 276. col. 2. Epiſcopus illud adminiſtraturus qualis eſſe debeat. ibi. Ritus in eo adhibendi quinam ſint. ibi.
Quænam cognatio ſpiritualis ex ea naſcatur. pag. 277. col. 1. cur patrinus in eo adhibeatur. ibi. confirmandi quales eſſe debeant. p. 277. col. 1. & 2.
Alieni ſubditi an confirmandi ſint. pag. 278. co. 2
Ciceronis conqueſtio quod ſeuere ſit punitus eo qđ tarde ad Senatum conueniſſet. pag 158 col. 2
chirotecæ *Epiſcopi* quid ſignificent. pag. 393. col. 1.
clauſura monialium ab Epiſcopis ſeruanda, & cuſtodienda. pag. 320. col. 2.
clauſula in Bullis Pontificijs poſita, Teque abſoluentes, quid operetur. pag. 234. col. 1.
clerici quomodo bonorum patrimonialium, quaſi patrimonialium, & eccleſiaſticorum ſint *Domini*. pag. 199. col. 1.
clerici cur à negotiationibus arceantur. pag. 250. 2.
clerici non debent eſſe teſtamentorum captatores, nec teſtantium mentem interuertere. p. 306. col. 2
clerici an ad onera ciuitatis obeunda cogi poſſint. pag. 375. col 2
clerici etiam mali ob dignitatem honorandi. pa. 134. col. 2. Seculi pompas contemnere debent, & frugaliter viuere. pag. 135. col. 1
clerici an de fructibus beneficij teſtari poſſint. pag. 394. col. 1.
clerici nō rigoris, ſed æquitatis cultores eſſe debēt. pag. 145. col. 1.
clerici an arma portare poſſint. pag. 70. col. 2.
clericus qui in militarem ordinē aſcribitur, & eques ſit, an ſi penſionem habeat, horas B. M. V. recitare teneatur. pag. 147. col. 1.
clericus an in excommunicationem incidat ab Epiſcopo latam, ſi paruo temporis ſpatio in aliena dictione igneum tormentum deferat. pag. 142. col. 2.
clericus quomodo in alendis conſanguineis ſe gerere debeat. pag. 134. col. 1
An eos augere poſſint. pag. 135. col. 2.
clericus an fructuum ſui beneficij dominus ſit. pag. 134. col. 2.
clericus habitum non gerens an peccat mort. & beneficium amittat. pag. 132. col. 1
clericus matrimoniū contrahēs an beneficio priuet. p. 123. c. 2. Quid ſi tantum penſionē habeat. ibi.
clericus beneficiarius eccleſiam ruētem ex proprio patrimonio reparare tenetur. pag. 132 col. 2
clericus quō beneficium ſuum ſufficiens ad victum

iudicare debeat.pag.134.col.1
Clerici Canonici an poſſint annum in choro ſubſcribere,& diſtributiones lucrari.pag 182.col.1
An non Subdiaconi Canonici habeant vocem in Capitulo.pag.316.col.2.
Quomodo in Capitulo contendendo peccent. pag.185.col.1.Quomodo munia ſibi impoſita recuſando.ibi.Epiſcopum ad eccleſiam euntem, & redeuntem comitari.pa.187.col.1.Dignitates habentes canere debent.ibi.
Clerici Canonici quomodo Capituli res tractare debeant.pag.183.col.1. Non debent iniunctum officium recuſare.pag.184.col.1.
clerici cum ſuſpectis mulieribus conuerſari non debent.p.152.col.2.An famulas habere poſſint.ibi.
clerici an ad onera ciuitatis pro communi bono impoſita teneantur.pag.145. col. 2. An pro pupillis quorum curam gerunt negotiari poſſint.p.146.c.1.
clerici an vectigalia ſoluere teneantur.pag.370.c.1. Epiſcopus an eos ꝓ negotiationis cauſa inuectis punire poſſit,& gabellam ſoluere cogere.ibid.
clerici negotiationem exercere nequeunt.pa.366.2. An de fructibus beneficij teſtari poſſint. p.367.1.
clerici an alea,vel taxillorum ludo vacare poſſint. pag.377.col.1.& 2.Clericorum nomine venit Epiſcopus.ibi.
Clerico an liceat famulam de incontinentia ſuſpectã & pro concubina habitam domi tenere maxime tempore mortis.pag.164 col.2.
Clericorum canonicorum dignitas, & obligatio ad chriſtianam perfectionem.pag.171.col.2.
Quo vnanimes eſſe debeant pag.183.col.1.
Eorum monita.pag.178.col.1. Qua intentione ad chorum accedere debent,& celebrare.ibi.
Clerico pauperi etiã iuſte in carcere incluſo an quotidianæ diſtributiones debeantur.pag.255.col.2
Clericorum Canonicorum Capitulum an ſine Epiſcopo ſtatuere poſſit vt abſentes diſtributiones lucrentur.pag.182.col.1.
Clericus an teſtari poſsit.pag.200.col. 1.
Clericus bnficiarius ex ꝓpoſito dum horas canonicas recitat mente vagans an p.m. & fructus reſtituere teneatur.pa.173.col.2
Clericus an in p.perionatus per vrbem, vel caſtrum incedendo,& ſi per hoc in carcerem trudatur quotidianas diſtributiones lucretur.pag.148.col.2.
clericus illuſtam an reſcari poſſit.pag.152.col.2
clericus ſacerdotio carens an capellaniam obtinere poſſit.pag.136.col.1.& 2.clerici an laicorum ſtatutis ligentur.pag.181.col.1.
Coadiutor quotuplex ſit.p.173.col.2
coadiutor quem locum in choro, & Capitulo habere debeat.p.174.col.1.An dicatur canonicus.ibi.
cognatio quid,& quotuplex ſit.pag.82.col.2
cognatorum affectum clerici cohibere debent.pag 367.c.1,Eis immenſas donationes non facere.ibi.
cognatio ſpiritualis quomodo contrahatur,& quæ non ad illum contrahendum requiratur.pag.17.1
columba pacis ſymbolum.pag.327.2.
complex an in confeſſione manifeſtandus ſit.p.37.2.
commiſſarij fabricæ S.Petri de Vrbe legata incerta ei applicant.pag.255.col.2.
commiſſiones datæ Vicario ſub nomine dignitatis, an ab Epiſcopo expediri poſſint.pag.243.col.1
communio ſpiritualis quid ſit.pag.53.col.2.& 55.1.
communicans in peccato mortali an Eccleſiæ præceptum impleat.pag.46.col.2.communicare volens quibus virtutibus præditus eſſe debeat & quibus vitijs carere.pag.51.col.1.& 2.
communicans cum excommunicato in crimine in quam pœnam incurrat.pag.385.col.2.
commutatio quotuplex pag.256 col.1
conceſſione in generali ea non veniunt quæ in ſpecie non eſſet quis conceſſurus.pag.290 col.2
concubinarij an abſoluendi.pag.29.col.1
concubina an ſi in domo amaſij aliquid notabile ſurripiat, reſtituere teneatur.pag.69.col.1
concubinarij in proxima ſunt peccandi occaſione. pag.25.co.1
conciues quomodo diligendi.pag.138.col.1.& 2.
concionem hæreticorum audiens an in Bullam Cœnæ Domini incidat.pag 161.col.1
Concilij Tridentini Decretum ſeſſ 24.de reform c.5. in materia diſpenſationis quomodo intelligatur. pag.90.col.2.
Concordiam omnes res tàm creatæ, quàm increatæ nos docent.pag.160.col.2. Concordia quõ in Canonicis eſſe debeat.pag.183.col.2.
concordia inter coniuges quæ bona pariat.96 1.& 2
conditio matrimonio repugnans quænã ſit.p.89.co.1
conditiones vt quis beneficijs ſit idoneus quænam ſint.pag.135.col.2.
cõditio vt impedimentũ matrimonij quid ſit. p.82.2
conditiones ad exequendas pœnitentiariæ literas requiſitæ.pag.115.col.1.& 2.
conditio vxorem ducendi cum conſilio Parochi an à legato reijciatur.pag.80.col.2
conditio quando habeatur pro impleta.pa.395.c.1.
Confeſſarius in vna diœceſi approbatus an ſibi ſubditos extra eã in cõfeſſione audire poſſit.p.196.co.2
Confeſſarij etiam religioſi ſemel approbati an à ſucceſſore Epiſcopo iterum examinari poſſint. pag.293.col.2.& 382.col.2
Confeſſio quid,& quænã eius vtilitates.pag.25.col.2.Eius conditiones.pag.25.col.2.Ab ea ſuperflua reſeruanda ſunt,& iactantia arcenda.pa.25.col.2.
Simplicem enim,& humilem eã eſſe oportet. Quomodo pura,fidelis,ac frequens eſſe debet.pag.26.col.1. Nuda,diſcreta.ibid.col.2.
Libens verecunda,& integra.pag 27 col.1.Secreta,lachrimabilis accelerata ibid.col.2.Fortis accuſans,& parere parata.pag.28.col.1.& 2
Confeſſio an per epiſtolam,fieri poſſit.pag.17.col.2.
Confeſsio quibus modis inualida reddatur. pag.31 col.1.& 2.
Confeſsio venialium an neceſſario propoſitum illa cauendi exigat.pag.31.col.1.
Confeſsio valida an apud eundem vel alterum confeſſarium facienda ſit.pag 32.col.2.
Confeſſarij ſcopus qualis ſit.pag.11.col.2. Eius manus pag.37.col.1. Quotuplices partis ſuſtineat. ibid.col.2.
An teneatur admonere pœnitentem fœminam, vt confeſſarium qui eam ſolicitauit denunciet.ibi.
An male ab eo abſolutum.pag.190.co.1.
Confeſſionem generalem an quis per partes diuidere poſſit pag.35.col.2
Confeſſiones generales non ſunt pro pœnitentis libito à confeſſario admittendæ ibid.pag.36.col 1.
Confeſſionis ab infirmo factæ teſtimonium an confeſſa-

feſſariosdomi relinquere teneatur.
Confeſſarius an pœnitenti non abſoluto fidem, vel ſyngrapham denegare debeat.pa.36.col.1.
An pœnitentē cogere poſsit vt complicem in cōfeſsione aperiat.p 37.col.2.
Confeſſarius in politico, vel canonico regimine ſe immiſcere non debet.pag 37.col.2
Confeſſarij filiam ſpiritualem de pulchritudine in Confeſsione laudantes an tanquam ſollicitatores denuntiandi ſint.pag 38.col.1.
Confeſſarius pœnitenti non abſoluto an ſyngraphā vel confeſsionis fidem dare poſsit.pag.45.col.1
An tps Iubilei diſpēſare valeat in voto caſtitatis, & religionis.pa.223.col.1. An ſine cauſa in alijs diſpenſare ibid.
An leges,& ſtatuta omnium ſtatuum ſeire tenētur.pag.95.col.2.Confeſſarij regula es an Pœnitētiarie Romanæ litteræ aperire poſsint.p.190.c.1.
Confeſſarij regulares an ægrotorum in proprijs domib. ineuntiū cōfeſsiones audire poſsint.p.169.1
Nūm fidem pro medico facere teneantur.ibid.
Confeſſarius benigne pœnitentem accipere debet, nec eum aſperis verbis deterrere.pa.28. col.1.
Confeſſarii munus circa pœnitentiam conſiceni imponendam.pag.28.col.2, & pa.29.col.1.Cōfeſſarij ignari,& improbi omniū malorum cauſa.p.236.c.2
Cōfeſſarius an cōplicem in delicto abſoluere valeat. pag.210.col.2.Si habeat facultatem ab homicidio an abſ.tu abſo uare valeat.p.210. col.2
Confeſſarius alterius diœceſis an ad expediēdas litteras pœnitentiariæ eligi poſſit.pag. 114. col.2.
Confeſſarius an ſibi retinere poſſ. quod in certis per ſonis debetur.pag.160.col. 2.& pag.347 col.2.
Confeſſarii mutatio damnabilis. pag.59.co. 1.
Confeſſarij in deciſionibus in confeſsione conſcientiæ caſibus viras ſuas explorare debeant.p.76.col.1.
Confeſſariorum imperitia quantū noceat.p.76.1.
Confeſſionis ſacramentalis quinam finis eſſe debeat. pag.109.col.1.
Confeſſarij idonei tam quò ad prohibitatē, quā quò ad ſcientiam deputandi.pag.382.col. 1.& 2
An poſſint ad tempus approbari.ibi.Quid de regularibus.ibid.
Confeſſarij ſanctimonialium tām ordinarij,quàm extraordinarij an ab Epiſcopo examinari debeant. pag.383.co.2. Quid de Confeſſarijs monialium regularibus ſubiectarum.ibi.
Confeſſarius notitia in confeſſione habita ad externum regimen vti non pōt.pag.120.col.2. An ſigillum frangat ſi de auditis in confeſſione cum ipſo pœnitente loquatur.pag.120.col 2.
Cōfeſſarius an Solis radio ſimilis eſſe debeat.p.95.1
Rerum turpium in materia matrimonij cognitione habere debet quò veritatem pro foro conſcientiæ doceat.ibid.
Confeſſarij regulares quando à caſu reſeruato in religione etiam inuito Superiore abſoluere valeant. pag.259.col. 1.
Confeſſarij monialiū non temere eligendi. p.216.c.
An tempore Iubilei ſufficiat ſi tm ad confeſſionē virorum ſit admiſſus.ibi. Ab Epiſcopis ſunt approbandi.& examinandi ibi. Etiam extraordinarij tēpore Iubilei quales eligendi.pag.217.col. 1
Approbatus ad confeſſiones virorum an tempore Iubilei a fœminis eligi poſſit.pag.218.col.1
Confeſſarius ſimplex ſi in articulo mortis moribundi confeſſionem audire cœpit an parocho ſuperueniēte deſiſtere dēat,vel potius perficere. p.218.2.
Confeſſarius fœminarum caueat in virtute egiſſe debet.pag.216.col.1.
Confeſſarius cui pœnitens pecuniam reſtituendam dedit,an ſi eam ſibi retinuit, releuet ipſum pœnitentem an iterum reſtituendo.pag.325.col.1
Confeſſarius an pecuniam pro ſacris faciendis in pœnitentia impoſitam accipere poſſit.pag.263.col.1. An munera accipere.ibid.
Confeſſarius qualis eligendus.pag.180.col 1
Confeſſio magnum,& ſerium negotium ibid.
Confeſſarius ſimplex an pœnitentiam à Superiore iniunctam tollere,vel commutare poſſit.p.371.c.2.
Confeſſarij regulares an ab excōicatione ob clerici percuſſionem incurſa ſuos abſoluere valeant. pag.331.col.1.
Confiteos tempore Iubilei regulari non approbato an valide à reſeruatis abſoluatur,& Iubileum lucretur. pag.215.col.1.
confiteri quilibet cui vult voluntarie debet. pag. 27.col.1.Cōfeſſionē dimidiare an liceat. pag.27. col.2.
confiteri nolens in morbo iuxta Pij V.an m.p.& ā me dico ſit deſerendus.pag.151.col. 2.
confirmationis ſacramentum quid ſit.pag.275.col.2
confitans tempore Paſchatis cauſa cōſilij petendi ad malum auertandum,&c. an præcepto eccleſiæ ſatisfaciat. pag.108 col.2. & pag.109.col.1
Confraternitates an loca pia ſunt pag.140 col.1.
confugiens ad ſacerdotem portantem oleum ſanctū ad infirmum an eccleſiæ immunitate gaudeat. pag.67 col.1
congreg.Card.Declarationes pro lege ſeruandæ ſūt. pag.344.col.1.& 2
congregationes aut in cathedralibus eccleſijs,& collegiatis inſtituantur.pag.180.col.2
coniuges infideles ſi ad fidem conuertantur,an baptizētur,an matrimoniū renouare teneantur.pa.117. col.1.
coniugum caſte viuentium felicitas.p.77.2. credendū ne ſit alteri coniugum aſſerenti ſe in matrimonium non conſenſiſſe.pag.82.col. 1.
coniuges ſortuitorum caluum debēt eſſe participes. pag.85.col.1
coniuges ſi impotentes eſſe conſtet, an copulæ operā dare poſſint.vel carnalibus tactibus,& oſculis, & in eadem lecto dormire.pag.95.col.1.
An ſi alter coniugum perpetua impotentia laborat, propria authoritate religionē ingredi poſſit. pag 95.col.2.
coniux diuortium quærens laſciuus, vel laſciua præſumitur.pag.371.col.2
coniux celebrato diuortio ad religionē ingredi poſſit.pag.98. col. 2.
coniux adulter, ſed occultus an ab innocente altera coniuge debitum exigere poſſit pag.108.col.2.
conſcientia bona Paradiſus eſt.pag.10.col. 1
conſilium in arduis à ſapientes quærendum. pag.125.col. 1
An quis illud ſequi teneantur.pag.259.col. 2.
conſiliarij quales eſſe debeant.pag 200.col.2
conſultor cur aliquando in capiendo conſilio decipiatur.pag.201.col.1.& 2.

Conſilium multorum in rebus agendis maxime ſi publicæ ſint, adhibendum eſt.pag.159.col.1
Conſilium à ſapiente perquirendum.p.198.col 2
Conſiliarij de qua culpa teneantur. ibid. conſiliū malum.vel falſum præbens quomodo charitatē, & iuſtitiam violet pag 200.col.2.
conſiliū in arduis à ſapiente quærendum.p.25.col.2
An quis illud ſequi teneatur.pag.159.col.2.
conſiliarij quales eſſe debeant.pag.200.col. 2
conſultor cur aliquando in capiendo conſilio deci-piatur.pag.201.col.1.& 2
conſenſus alterius vbi in aliquo actu requiritur ſi denegetur, an ad conſentiendum cogi poſſit. pag.288.col.2
Conſuetudo in his quæ vltro,& ſponte geruntur nō inducitur.pag 72.col.1.Conſuetudo aliquid poſt adminiſtrata ſacramenta exigendi vt valeat q̃d requirat ibidem. Conſuetudo in diſpenſatione, & cōmutatione votorum attendenda.p.190.co.2
Conſuetudo an aliquando Pontificijs Conſtitutio-nibus,& Decretis Conc.Trid.derogare poſſit. pag.374.col.1
Conſuetudo contra vel præter ius,quod tempus re-quirat.pag.253.col.2
Conſuetudo in peccatis quantum valeat.p.123.co.1
Conſuetudo an valeat quod pro ingreſſu Cano-nicis prandium detur.&c.pag.162.col.2
Conſuetum fieri pro expreſſo habetur. pag.16.co.2
Conſtitutio facta ad tollendos abuſus eſt late inter pretanda.pag.38.col.1
Contritio ſola abſque confeſſione ſufficit cum deeſt confeſſarij copia.pag.36 col.1.
Contritio quid ſit,& quænam ad eius eſſentiam re-quirantur pag.24.col 2.& pag.25.col.1.
Eius vis.pag.pag.25.col.1.
Contractus innominati qui ſint, & an his ſimonia committatur. pag.257.col.2.
Contritio in pœnitente quō inducenda. pa.24.col.1.
cōſilium canonicorum in celebranda ſynodo an Epi ſcopus requirere,ac ſequi debeat.pag.312.col.1
conſilium quomodo à conſenſu differat.pag.80.co.2
complex in delicto an abſolui poſſit.pa.310.col.2
contentio de præcedentia;an licita.pag.372.col.1
contumaces odioſi legibus.pag.145.col.1.cōtumax quot modis dicatur ibid.
credendum non eſt facile delatoribus.pag 302.co.2.
credulitas iuſta à dolo,& à pœna excuſat.p.118 c.1.
crimen quatenus eſt matrimonij impedimentū q̃d. pag.83.col 1.
cultus diſparitas quid ſit.pag.83.col.1
Curatus an morienti aſſiſtere teneatur.pa.73 col.2
Curatores animarum cur canes dicantur.pa.85.c.2
Diaboli aſtus circa eccleſiaſticorum in conſan-guineos affectum.pag.39.col.2
Damnatus ad mortem.Inſpe.ſalq. an ſi frāgatur la-queus liberari debeat.pag 213.2
Debitor vel ære alieno onuſtus in religionem ingre di non poteſt.pag.169.col.2
Debiti coniugalis iure, qui ſe ob inceſtum priuauit à quo nam diſpenſari debeat.pag.48.col.2
Declarationes Cardinaliū vim locis habent.p.306 2
Declaratio clem.1.tit.de ſepult.385
Decretum Vrbani 8.de librorū impreſſione p.238 2
Decretum eiuſdē de celebratione miſſarum.p.238.2
Decretum conc.Trid.ſeſſ.25.de regul.quò ad feſta, & quò ad regulares quomodo intelligendum ſit. pag.385.col.1
Decretum Vrbani 8.de miſſis ex iuſtitia dicendis. pag.306.col.1.contra religioſos fugitiuos.390.2.
Decretū Clemētis 8. de nouitijs recipiendis, &c. pag.387.col.1
Degradatus,vel ad triremes damnatus an horas ca nonicas recitare teneatur.pag.191.col.1
Delatoribus non facile credendum.pag.302. col.2
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, quis dicatur.
Deliberatio in agendis adhibenda.pag.126.col.2 pag.35.col.1
Democritus cur ſibi oculos eruerit.pag.123.col.1
Dæmones aſtus circa confeſſionem impediendam. pag.28.col.1.& pag.55.col.1
Dæmonis aſtus & dolus in ſacellorum extructione. 162.col.1.In indifferentibus perficiēdis.p.163.1.
Dæmon aſtuta vulpes cur dicit. pag 165.col.2.
Dæmon ſemper ad benefaciendum cras promittit. pag.66.col.1 Eius in morte tentatio.pag.73.1.
Dæmonis malitia,& aſtutia.pag.392.col.2
Dæmon ob conſuetudinem in peccando præſcriptio nem acquirit.pag.123.col.1
Dæmones cur carmen copulam inter coniuges impe dire nituntur.pag.93.col.2. Quomodo & quibus rationibus impediatur.ibi.
Dæmones è corporibus expellendi poteſtas ad quos pertineat.pag.55.col.2
Demoſthenis induſtria & vigilantia.pag.154.col.2
Denuntiationes in contrahendo, vel celebrādo ma trimonio omittens quomodo peccet.pa.79 co. 2
An pecuniam ob earum omiſſionem accipiens ſimoniam committat.ibid An matrimonij eſſen tiam non pertinent.ibid.& pag.81.col.2.
Quomodo faciendæ.pag.126.col.2
Denuntiationes non ſunt de eſſentia matrimonij, ſed tantum de præcepto.pag.120.col.1
Denuntiationes an diebus non feſtis fieri poſſint. pag 99.col.1.& pag.100.col.2
Denuntiator an id quod denuntiat, probare tenea tur.pag.39 col.2.
Detractatio famæ proximi in leuibus ac venialibus peccatis an aliqñ lethalis ſit culpa. pa.349.col.2
Derelicta capiens ea ſua facit.pag.145.col.1
Deus non verbis,ſed aduerbijs gaudet.pag 158.c.2. & 174 col.2
Deus promiſſionem in alterius præiudicium non ac ceptat.pag 113.col.2. De propria non de aliena ſubſtantia honorandus.pag.179.col.2
Deus non iudicat ad publico ponderis menſuram, ſed ad menſuram ſanctuarij.pag.326.col.2
Deus an facere poſſit vt factū infectū ſit.p.366.co.1
Diſcordia quomodo inter ſpirituales fratres naſca tur.pag.159 col.2
Dies cœpta in fauorabilibus pro completa habetur. pag.133.col.2
Dies feſti quomodo colendi.pag.391.col.1
Dies cœpta quādo habeatur pro cōpleta. p.389 c.1
Diogenis notabile dictum.pag 390.col.2
Dignior ad parochialem Eccleſiam eligendus. pag.3.col.2.Quid in iure patronatus. ibi.
Dignitas quænam in Cathedrali ſit ex boni vſu di-gnoſcitur p.186.col.1.&pag.189.col. 2.
Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. pag.302.col.1

Diſ-

Diſmembratio beneficiorū an alienatio dicetur ita ut iuris ſolemnitates requirat.pag.358.col.2.

Diſpenſatio eſt ſtricti iuris.pag.102.col.1.

Diſpenſatio matrimonialis per Vicarium facta cum per Epiſcopum fieri debeat an valeat.ibi.

Diſpenſatio quid ſit pag.90.col.2.

Diſpenſandi cauſæ in matrimonijs quænam ſint. ibid.

Diſpenſationis literæ an inceſtuoſo ſuffragētur non ſolū ꝑ copula habita ante ipſius diſpenſationis executionem,ſed etiam pro copula habita poſt petitionē ante quam literæ ab Ordinario expedirentū. p.92.c.1.

Diſpenſatio ſine cauſa non facienda.pag.271.col.2.

Diſpenſare quis poſſit in irregularitate ex homicidio caſuali deſcendenti.pag.370.col.2.

Quando eſt dubia an Epiſcopus diſpenſet. ibid.

Diſpenſanda vel diſtribuenda pauperibus an conuerti poſſit in reparationem eccleſiæ.pag.284.c.1.

Diſpenſatio expedienda per Doctorem an ſuo effectu fruſtretur ſi expediens non ſit eo gradu inſignitus. pag.335.col.1

Diſpenſatio quando obreptitia,& ſubreptitia dicatur, ita vt inualida ſit.pag.350.col.2.

Diſpenſatio ob anguſtiam loci quō intelligatur.ib.

Diſpenſandi poteſtas eſt fauorabilis.ibid.

Diſpenſare valens in voti an ea commutare valeat. pag 102.col.1

Diſpenſationes matrimoniales pro foro conſcientiæ quomodo à diſpenſationibus pro foro externo differant.pag.114. col.2.

Diſpenſatio in voto caſtitatis ac religionis ad quē ſpectet.pag 87. col.2.

Diſpenſatio matrimonialis Epiſcopo commiſſa an ab alteri delegari poſſit.pag.92. col.2.

In foro conſcientiæ obtenta in externo iudicio non prodeſt.pag.91.col.1.Quando obreptitia, uel ſubreptitia reddatur.ibi.Quænam in ea obtinenda exprimi debent.ibid.

Diſpenſationes an morte Papæ extinguentur.p.44.c.1

Diſpenſatio matrimonialis impetrata non facta mentione copulæ an valeat.pag.91.col.2.

Quid ſi exprimatur cauſa ob anguſtiam loci,& in vicinori loco mulier nubere poſſit.ibid.

Diſpenſatio obtenta ad contrahendum cum affine, vel conſanguineo tacito inceſtu iam commiſſo an inualida ſit.pa.285. col.1

Diſpēſatio quò ad pluralitatē beneficiorum quomodo ex curſu temporis præſumatur pag.311.col.1

Diſpenſatus vt lacticinia quis comedere poſſit an à ieiunij lege ſit ſolutus pag.150.col.2.

Diſpenſatio quælibet de caſu poſſibili intelligenda. pag.395.col.1.

Diſpenſans ſuper matrimonio inualido an coniuges de nullitate prioris cōſēſus admonere teneatur.ibi.c.2

Diſtributiones quotidianæ an coadiutori,uel potius coadiutori Canonico debeantur..pag.176.col. 1.& 2.

Infirmi,& ſeni an dari debeant.ibi. Quid de iuſte carcerato.ibid.Quid de abſentibus.ibid.col.2

Diſtributionum vſus quo iure ſit inductus.p.299.c.2.

Diuortia facile ab Epiſcopo concedenda non ſunt. pa.375.col.2.Diuortij faciendi cauſæ.p.376.1.&2.

Diuortium quid,& vnde dicatur.pag.97.col.1.Quotuplex ſit.ibi.

Ex quibus cauſis concedantur.pag.375.col.1.

Doctorellorum infinitus eſt numerus.p.334. col.2.

Doctoratus priuilegium Doctorem non efficit.ibi.

Doctoratus an in executione literarum Rom. Pontif. requiratur. pag.116.col.2

Doctores cur aliquando contraria dent conſilia .pag. 104.col.2

Doctoratus gradus ad beneficium,ſeu dignitates requiſitus an ſufficiat ſi contra Academiæ ſtatuta ſit receptus.pag.335.col.1

Doctrinam chriſtianā ignorātes an à matrimonio contrahendo arceri poſſint.pag.120.col.1.

An à ſacramentali abſolutione.ibi.col.1.&2.

Dominandi libido hominibus ingenita.p.3.col. 1.

Domus vicinæ monaſterijs an altius tolli poſſint.305.2

Dolor eſt lenis qui conſilium capere poteſt.p.188.c.1

Donatio alicui facta an ſuper naſcentibus liberis reuocetur pag.293.col.2

Donatio remunerationis cauſa an proprie dicatur donatio. 283.c.1. Quid de donatione facta vxori, ibi.

Dare ī eleemoſynā an ſit donare cōtra Bul.Cœ.8.ibi

Donatio cauſa mortis an æquiparetur vltimæ voluntati.195.2.Donare poſſit ne Eps in morbo cōſtitutus.ib

Donatio facta alicui ad ſacros ordines ſuſcipiendos an reuocari poſſit,& donatum alienari.pag.143. col.1.

Donatio præſumitur fauore alimentorum,& dotis. pag.353.co.2

Dotis priuilegium.pag.256.col.2.Dotem conſtituere quis teneatur.p.355.c.1. Dotis priuilegia. p.353.2

Dotare filias an & quā parentes teneantur.pag 43.c.2

Dos puellis ſanguine coniunctæ ab eccleſiaſticis præſtanda quomodo æſtimanda. pag. 357. col.2.

Dos aſſignata puellæ ingreſſæ monaſterium an ante eius profeſſionē monaſterio mutuo dari poſſit, p. 356. 1

Dos,& alimenta æquiparantur..pag.353.col. 2

Doti à marito præiudicari non poteſt. p.354.col.2.

Quā mortuo reſtituenda ſit.ibi.Quā confiteatur.ibid.

Omnia mariti bona hypothecata habet. ibi.col.2

Dos in bñficio vel eccleſia erigenda exigitur p.288.2.

Dos vnde dicatur. pag.354.col.1.Proprium uxoris patrimonium dicitur.ibi. Dos relicta ad maritandas puellas an in monaſteriū ingredientibus debeatur.p.356.2

Dubitans de fide an infidelis ſit.pag 30.col.1.

Dubius aliquid agens quomodo peccet.pag.32.col.1

Dubiis in rebus tutior pars eſt accipienda.pa.101.c.2 pag.311,col.2

Dubitans an vouerit num votum adimplere teneatur. pag.86.col.2.pag.100.col.2.& pag.101.col. 2.

Dubitans an ſit legitimus an in hæreditate paterna ſuccedere poſſit.pag.135.col.2

Dubitans num aliquem pſalmum omiſerit, an iterum recitare teneatur.pag.147.col.2

ECcleſiaſtici an collectas aliquas, vel vectigalia ſe ſoluturos promittere poſſint.pag.368.col.1.

Eccleſiaſticæ perſona quomodo quod eis ſupereſt pauperibus pluſquam ſeculares erogare debeant .pag. 135.col.1.Pompas amputare debent.ibid.

Poſteritati theſaurizare non debent.ibid.

Eccleſiaſtici chori vſum curare debent ſi in temporalibus Deum propitium cupiunt.pag.192.col.2

Eccleſiaſtici an ad onera Ciuitatis pro cōi commodo impoſita teneantur.pag.145.col.2.Epiſcopi excommunicatos eos declarare debent,qui ab eccleſiaſticis vectigalia exigunt.pag.368.col.1

Eccleſia pauper an à clerico diuite de patrimonij viribus ſit reficienda.p.284.col.1.

Eccleſia uocata in caſu contrauentionis fideicommiſſi an ſuccedat,& tam uenditor,quam emptor in excom-

Digitized by Google

municationem incidat.pag.170.col.1
Rerum ſibi relictarum dominium an ipſo iure acquirat.ibi.col.a.
Eccleſia Epiſcopi, Cardinales &c.famulos remunerare debent.pag.396.col.1
Eccleſia æquitatis cultrix.pag.344.col.a
Eccleſia an præterito filio hæres inſtitui poſſit. p.351.a.
Eccleſia Dei per ſolam ſpeculatiuam Theologiam regi nequit.pag.200.col.1
Eccleſiæ benignitas. p.236.col. 1
Eccleſia niſi aliud appareat, Epiſcopi conſenſu conſtructa præſumitur.p.288.col.1.
Eccleſiarum in Iubileo iudicatarũ viſitatio an uno die facienda ſit.pag.222.col.a
Eccleſiæ Cathedralis dignitas.& præeminẽtia.p.187.1
Eccleſia interdicta an in ea celebrandum ſit. p.147.c.a
Eccleſia quomodo ædificanda.pag.288.col.a
An conſecrata præſumatur.ibid.
Eccleſia quomodo loco ſibi habeatur. pag.293.c.1.
Eccleſiæ pernicies ex malis miniſtrorum moribus manat.pag.123.col.1.
Eccleſia polluta an poſt miſſam in ea celebratam noua reconciliatione indigeat.pag.370.col.1
Quibus ſignis conſecrata cognoſcatur.ibid.col.a
A quo reconcilianda.ibid.
Eccleſiaſtica iura cum periculo propriæ uitæ ab Epiſcopo ſunt defendenda. pag.286.col.a.
Eccleſiaſtici quomodo nimium affectum ad cognatos compeſcere debent.pag 249. co.1.& a.
An lege iuſtitiæ ſuperflua beneficiorum pauperibus erogare teneantur pag.230.col.1.
Eccleſiæ an ab Epõ uniri,ac diuidi poſſint. p.358.c.a
Edicta Epiſcoporum contra non confitentes, & non communicantes in Paſchate.pag.46.col.a.
Edictum Epiſcopi an forenſes liget.pa.357.col.1.& a.
Edicta quibus aliqua reuelari iubentur quomodo intelligenda.pag 260.col.a.
Epõs omnia leuia, & grauia, cum prudentum conſilio agere debet.p.262.c.2. An illud ſequi teneatur.ibi.
An tempore Iubilæi, vel Indulgentiæ prohibere poſſit, ne quis à caſib. ſibi reſeruatis abſo uere audeat.ibi.
Aegidij Franciſcani dictum. pag 219.col.1.
Ægyptiorum ſupplicium.pag 113.col.2
Electiones aliquando ob errorem male fiunt.p.342.c.1
Electio digniorum ad Epiſcopatum facienda eſt. pag.229.col.a.
Electio ſtatus matrimonialis de ſapientis Confeſſarij, vel Parochi conſilio facienda.pag 125.col.1
Electio ad Epiſcopatũ de digniore fieri debet.p.226.2
Electio digníoris in concurſu facienda eſt.p.340.col,a
Quænam in ea conſideranda.pag.341.col.1.& a.
Eleemoſynæ quæ ex in certis reb facienda eſt conſanguin. potius,quã extraneis faciẽda eſt.138.2.& 231.1.& 2
Eleemoſynæ largæ ab Epõ faciendæ. pag.374. col.a.
An palam eas facere debeat.ibi.
Eleemoſyna in Iubileo præſcripta an per alium dari poſſit. pag.221.col.a. An ſi quis eam alteri det ut illam eroget,ille vero per ſe retineat, duos Iubileũ lucrentur.ibi Pauperes an illam dare teneantur. ibi. Quanta danda ſit.pag.222.col.1.
Elzarii Comitis Arriani pietas erga extremam vnctionem.pag 63.col.1.
Epiſcopis quo animarum cura incumbat. pag.1.col.a
Epõs circa miracula euulgãda,& imagines exponendas vigilare debet.pag.214.col.1.
Epiſcopus an in uoto caſtitatis diſpẽſare poſſit.p.87.2
Epiſcopus alienans res eccleſiæ inconſulto Papa quando incidat in excommunicationem.pa.334.col.2.
Epiſcopi munia.pa.232.col.1.& 2. An Epiſcopus in regulares exemptos cenſuras ferre poſſit.pag.335.c.1
Epiſcoporum munus circa concubinariorum curationem.pag.29.col.a
Epiſcopalis muneris difficultates.pag.390.col.a
Epõs an concedere poſſit vt ſacroſanctum Eucharistiæ ſacrm in eccl.nõ parochiali detineri poſſit. p.50.2.
Diſpenſare nequit ut ſacerdos non ieiunus ad cõſolandum infirmum celebret.pag.55.col.a.
Epõs an licentiam dare poſſit ut Canonici ultra tres menſes abſint.p.117. c.1.
Epiſcopi quales eligendi.pag.229.col.2.
Epiſcopi circa defunctorum exequias inuigilare dẽnt. pag.74 col.1.
Epiſcopus an debitum contractum ante promotionẽ ex Epiſcopatus fructibus ſoluere poſſit, ac teneatur.pag.75.col.1.
Epiſcopus futurus irregularitatis labe carere debet. p.231.col.1.Scientia munitus eſſe debet ibid.
Epiſcopus circa matrimoniorũ ſeparationem vigilare debet.pag.99.col.2
Epiſcopi munus circa prædicatores.pag.212.col.2
Epõs miſſam ſæpius celebrare debet.pag.232. col.a.
Epõs eſt ſacrorum Canonum cuſtos.pag.116.col.2
Epiſcopi officium in tollendo abuſo male horas canonicas in choro recitandi.pag.174.col.a.
Epiſcopus an in voto Summo Pontifici reſeruato quod dubium eſt diſpenſare poſſit.pag.102.col.1.
An in Canonicarum horarum recitatione.pag.314. col.1.& pag.316.col.a
Epõs,& Vicarius vnum tribunal faciunt.p.116.& 117.1
Aetas Epiſcoporum.p.342.col.1.
Inquiſitorum.ibid.
Epiſcopus an regulares ad ſanctimoniales ſine debita licentia accedentes excõicare poſſit.pag.231.col.1
An ad clauſuram ſeruandam ſub pœna excõicationis Magiſtratib.præcipere poſſit,vt ſibi opẽ ferãt. ibi.
Epiſcopus an diſpenſare poſſit vt quis plura beneficia ſimplicia tenere poſſit.p.134.col.a.& p. 135. col.1.
Et quid de penſionem habente.ibid.
An cum illegitimo ut ordines ſuſcipiat, & ſimplex beneficium obtineat.ibid.col.a
Epiſcopus an pœnam diſtributionum ipſo facto ſubeundam ante ſententiam imponere poſſit.p.158.c 1
Epiſcopus an in uoto caſtitatis perpetuæ diſpenſare poſſit.pag.124.col.1.Quid in tali diſpenſatione iniungere debeat.ibi.
An diſpenſare valeat, vt illegitimus ad ordines, & beneficia promoueatur.pag.130.col.a.
Epiſcopus an miſſarũ onus minuere, ac moderari poſſit.pa.139.col.1.& pa.141.col.1
An licẽtiam dare queat vt Canonicus per quatuor menſes abſit pag.157.col.a.
Epiſcopus an moniales de uno monaſterio ad aliud transferre poſſit.pag.237.col.a
Munus conſecrationis intra tres menſes ſuſcipere tenetur.&c.pag.336.col.1
Epiſcopus electus quo ius ſuum amittat.p.240.col.1
Epiſcopus quomodo circa familiam, & ſubiectum ſibi clerum uigilare debet.p.243.col.1.& 2.Quo hæc omittendo peccet.ibid. Vtrum prohibere ei liceat ne Cõfeſſarij à pœnitentib. munera accipiãt.p.263.1

Digitized by Google

Habens votum ingrediendi religionē an ſi efficiatur Epiſcopus ſit liber a uoto, pag.244.col.1
Epiſcopus capiens poſſeſſionem Epiſcopatus ante expeditas literas intruſus dicitur.ibid.col.2
Poſt Epiſcopatum adeptū omnia eius beneficia ſimplicia,& penſiones vacant, ita ut ab eo retineri non poſſint.ibid.
Epiſcopus an poſſit cogere Canonicos ſimul uiuere pag.165.col.1.
Epiſcopus an debeat confeſſiones audire.p.233.c.1
Eorum exempla qui hoc miniſteriū obierunt.ib.
Si tamen huic muneri incumbere non expediat idoneos Confeſſarios eligere debet.ibid.
Epiſcopus ad eccleſiā pergens,uel rediens an à Canonicis deduci debeat.pag.160.col.1
An dare poſſit Confeſſarium ordinarium,uel extraordinarium monialibus etiam exemptis.
pag.234.col.1.
An eis certum numerum conſtituere.ibid.
An de hæreſi cognoſcere poſſit.pag.235.col.2.
An prohibere ne aliquis Cōfeſſarius iam ante approbatus tempore Iubilei confeſſiones audiat.
pag 236.col. 2.
An hæreticorum libros legere.pag.316.col..1
Epiſcoporum conſanguinei an beneficia eccleſiaſtica eis collata retinere poſſint.pag.252.col.2
An blandis uerbis efficere ualeat,ut legatum qđ quis eccleſiæ cathedrali relinquere vult,ſuis nepotibus relinquatur.pag 25e.col.2.
Epiſcopi piarū diſpoſitionum executores.pag.254 col.2.Dicuntur patres pauperum.ibid.
Epiſcopus relicta ad aliquem pium uſum an in aliū commutare poſſit.pag.255.col.2
An fructus fabricæ unius eccleſiæ alteri aſſignare.ibid. An in uoto caſtitatis diſpenſare.p.256.2
In dubio an res diſpenſatione egeat poteſt Epiſcopus declarare non egere.ibi. An proprijs ſumptibus teneatur ab urbe diſpenſationem obtinere.ibid. An promulgare poſſit indulgentias ſine Capituli conſenſu.pag. 262.col.1.
Epiſcopi erga religioſos officium. pag.269.col.1.
Quid in qualibet actione conſiderare debeat. ibid.col.2
Epiſcopus non conſecratus an proprie Epiſcopus dicetur.pag.271.col.2
Ea quæ iuriſdictionis ſunt niſi præſentatis Capitulo literis exercere nequit.ibid.
Epiſcopus à beneficij oblatione ſuſpenſus ſi illud conferat, in quam pœnam incurrat ibid.
Quem caute ordinare debeat.pag.272.col.2.
Quomodo peccet in hoc negligenter,& ſegniter ſe gerens.pag.273.col.1.& 2.
Epiſcopus ſolus eſt ſacramenti confirmationis miniſter.pa.274.col.2
Alteri nō Epiſcopo eius collationem cōmittere nequit.pag.275.col.2.
Vtilia gregi ſuo procurare tenetur.p.276.col.1.
An longo tēpore confirmare omittēs peccet. ibi.
Hoc ſacramentum adminiſtraturus qūo diſpoſitus eſſe debeat.ibid. & pag.276. col.2.&278.1
Qūo circa ſtatuta cōdenda ſe hēre debeat.p.277.2.
Epiſcopi interdicti,& ſuſpenſionis cenſuram nō incurrunt niſi in iure exprimatur.pag.278.col.1.
Alienos ſubditos confirmans an peccet, & cenſurā incurrat.ibid.col.2. An diſpenſare cum aromatario poſſit quò ad ſacros ordines aſcendat, &c.p.368. co.2. Et an cum eo qui tpe Sixti 5.cū falſis dimiſſorijs ſui Ordinarij fuit ordinatus.ibi
Epiſcopus an per ſeipſum ſuam diœceſim quolibet biennio uiſitare teneatur.ibi.col.2.& p.264.co.1
Pacem inter Principes,& alias priuatas perſonas componere debet.pag 266.col.2. An uiſitare poſſit hoſpitalia ſub Regum,uel Principum iuriſdictione exiſtentia.pag.267.col.2
Epiſcopi inſecutionem ratam habens an in excōicationem in Bulla Cœnæ Domini contentam incidat.pag.268.col.1.2.Regulares notorie extra clauſtra delinquentes,an punire poſſit. p.268.2.
Quomodo id fieri debeat.ibid.
An familiam armatam tenere poſſit.ibid.
Excōicationem caute,ac ſobrie ferre.p.269.c.1
Epiſcopi obligationes.pag. 270. col.2. Vt licite & valide ordines conferat quid requiratur.p.271. col.2 & pag.272.col.1.
Quomodo erga ordinādos ſe gerere debeat. ibi.
Pontificalia in aliena diœceſi ſine licentia exercens,quam pœnam incurrat.ibid. Vigilare debēt Epi ſuper conuenticulis,q̄ in vrbe ſiūt.p.361.1.
Epiſcoporum facultates circa abſolutiones caſuū Papalium eis conceſſorū per c. liceat an tempore Iubilei ſuſpendantur.pag.236.col.1.
Epiſcopatus quas conditiones requirat.p.333.c.2
An ſit ordo.pag 334.col.1.
Epiſcopus circa diſpenſationes fideliter ſe gerere debet.pag.273.col.2.
In interſtitiis regularium diſpenſat.p.274.col.1.
Quando tacite in clericorum interſtitijs diſpenſare cenſeatur. ibid. Primam tonſuram alieno ſubdito ſine conſenſu proprij Ordinarij conferens quam pœnam contrahit.pag.274.col.1
An in uotis.an iuramentis aduenarum diſpenſare ualeat.ibid.col.2. In ordinationibus ſermonē ad clerum habere debet. pag.273.col.1.& pag. 274.col.2.Per ſe ſi poteſt prædicare tenetur. ibi.
Epiſcopus an cauſas matrimoniales ſuo Vicario delegare poſſit.pag.282 col.1.& 2.An diſpenſare ualeat ut beneficium ſimp ex per ſimoniacam labem ignoranter prouiſum ei qui illud reſignauit denuo conferatur.ibi.In dubio an aliqua res indigeat diſpenſatione an declarare poſſit non egere.uel ad cautelam diſpenſare .pa.370.col.2.
Epiſcopus an bona patrimonialia conſeruare poſſit,& de fructibus eccleſiæ emere.pag.284.col.1
An Canonicos ad reficiendam Cathedralē eccleſiam cogere poſſit.ibi.col.2. An ultimas teſtatorum uoluntates commutare poſſit.p.283.c.2.
An in homicidio caſuali publico diſpenſare pag. 371.col.1.An in impedimento matrimonij non dirimenti,quid in dirimenti,& in uoto de nō contrahendo.pag 284 col.2.An in irregularitate ex homicidio caſuali deſcendenti. pag.70.col.2.
Num peccet ſi ne de ſua menſa ſoluere cogatur in ſeminarium pauperum filios non recipit. pag.285.col.2
Verum pro defenſione iurium eccleſiaſticorum uitam exponere teneatur.pag. 286. col.1.& 2
An iniurias ſibi illatas diſſimulare debeat. pag.287.col.1.
An licentiam ædificandi monaſteria religioſis concedere poſſit.pag.288.col.1.& 2.

Quem modum ſeruare debeat.ibid.Prohibere non poteſt quominus fundator beneficij,vel eccleſiæ illam dilatet exornet,& augeat.ibid.col.2.An virũ doctum ac probum, abſque titulo ordinare poſſit. pag.289.col.1
An diſpenſare,ac declarare, vt qui vouit ingredi ſtrictam religionem laxiorem intrare valeat. ibi. In ætate quo ad ordines ſuſcipiendos diſpenſare nequit.pag.290.col.1.Nec vt illegitimus in religione ad dignitates promoueatur.ibid.An licentiam dare poſſit vt mater filiam monialem infirmam viſitare poſſit.pag.294 col.2. Nunquid peccet mortaliter ſi ex negligentia inimicitias inter ciues ortas extinguere non curat.p.295.col.1.& 2.
Epiſcopus facilis audientia eſſe debet.pag.295.col.2
Vtrum ſtatuere poſſit ſine Capituli conſenſu ot mulieres ſub pœna interdicti non velato capite ecclesiam ingrediantur,& ne Parochi ſub pœna ſuſpenſionis poſt monitionem ingreſſum permittãt. pag.296 col.1.& 2.Statuta ſine Capitulo cõdere non poteſt;non tamen eius conſilium ſequi tenetur.ibid.An pro ſacra virgine velanda monaſterij ſepta ingredi poſſit.pag 299.col.1.Nunquid in ætate quò ad matrimonium contrahendum diſpenſare valeat.ibid. Num ſtatuere vt abſentes Canonici quotidianas diſtributiones lucrentur. ibi.c.2
Acta ab eo non baptizato an valeant. ibid.
Vtrum ſi regularis Epiſcopatui ceſſerit, ad ſuum monaſterium redire teneatur? Et quid de bonis in Epiſcopatu acquiſitis.pag.300.col.2.& 301. 1.
An exequi poſſit diſpenſationem conceſſam ob anguſtiam loci ſi mulier in vicino loco parem virum inuenire potuiſſet.pag.301.col.1 & 2.Baro celebrans an m.p.pag. 302.col.1. Quõ delatoribus facile credens peccet.ibi.col.2.Profeſſionem fidei facere omittens an m.p. pag.335.col.2. Diſpenſare an valeat in impedimento matrimonij diſtimenti pag 284.col.2.
Epiſcopus an in irregularitatibus ſuorum ſubditorũ extra ſuam diœceſim diſpenſare poſſit.p.296.co.2
In aliena diœceſi iuriſdictionem exercere ſine licetia non poteſt.pag 225.col.2.
Epiſcopus an ex officio prædicare teneatur. pa.202. col. 1.& 2.In aliena diœceſi prædicãs à Diœceſano licentiam petere debet.pa.220.col.2.& p.225.c.2 Dum conſecratur cur Euangeliorum liber ei porrigatur.ibi.col.2 Cur ei manus imponãtur.. ibid. An confeſſiones audire in e cogatur.pa.203.col.1
Epiſcopatus quid ſit.pag.224 col.2. An ſit à ſacerdotio ſeparatus.ibi.An ſolo verbo à Papa cõferri poſſit.ibi.
Epiſcopales eccleſiæ à ſolo Papa conferũtur.p.225.2
Epiſcopalis dignitas non niſi inſignioribus locis datur.ibid.
Epiſcopus qualis eſſe debeat.pag.228.col.1
Epiſcopus campanas in peccato mortali conſecrans an m.p.pag 303.col.2.In cenſura exiſtens & eccleſias,& altaria,veſtes,ac mappas benedicens an irregularis ſiat. ibid. An beneficia Papæ reſeruata aliquando conferre poſſit. Vide v.Ordinarij.
An ſimplici ſacerdoti facultatem ſacerdotalia paramenta benedicendi committere poſſit.p.304.2
Numquid pro campanarum conſecratione munera accipere ei liceat.ibi.Vtrum prohibere valeat ne domus monialiũ monaſterijs viciniæ altius tollantur,&c.pag 305.col.1. An in ſynodo,vel extra miſſarum numerum reducere poſſit.pag.306.c.1.
Cenſuram contra teſtatoris mentem interuertentem an ferre poſſit.pag.307.col.1
Non ſubditis an benedictionem impertiri.p.308 col.1.Nom indulgentias concedere valeat.ibid.
Epiſcopus qualis eſſe debeat.pag 309.col.2.Eius peccatum quando ſpecialem circumſtantiam pariat.ibid. Eius menſa qualis eſſe debeat.pag.309. col.1.Nunquid monialem ob hæreſim in excõicatione Papalem lapſã abſoluere valeat p.310.c.2.
Epiſcopus electus tantum & confirmatus, licet nõ conſecratus ea quę iuriſdictionis ſunt exercere poteſt.pag.310.col.2.Non ſubditum an confirmare valeat.pag.311.col.2.An dare licentiam,vt mulier nubat ſi fama ſit eius maritum in bello mortuum eſſe.pag.311.col.2.Numquid in teſtamentorũ Executores regulares animaduertere, qui pia legata intra debitum tempus non adimplent.p.313. col.1.Vtrum Parochum regulã em officio priuare ob ſuſcepta perpetua miſſarum onera abſque ſuorum Superiorum licentiã.pag.313.col.2
An licentiam dare vt excommunicatione Papali innodatus diuinis interſit pag.315.col.1.
Taliter excommunicatus an ad euitandum ſcandalum ijs intereſſe poſſit.ibid.
An moniales etiam ob publicum exceſſum abſoluere valeat.ibid.col.2. Num concedere ei liceat vt monialis ad ſtrictiorem religionem tranſeat. pag 315.col.2.
Epiſcopus libros hæreticorum legens an in excommunicationem incidat,& ſuo confeſſario facultatem dare vt eum abſoluat.pag.316.col.1
Vtrum Canonico non ſubdiacono concedere poſſit vt in Capitulo vocem habeat. pag.316.col.2.
Numquid regulares à caſibus Papalibus abſoluere,& ſuper eorũ inhabilitatib,diſpenſare.p.317.31
Cẽſura innodatus vel irregularis an à peccatis abſoluere,& ſuper aliquo impedimento diſpenſare. pag.317.col.1.An regulares delinquentes puniri.pag.317.col.2.Quid de nouitio ex ioco hæreticalia verba proferente.pag.
Affectum carnis erga ſanguine coniunctos deponere debet pag.319.col.1.& 2.An clerico religionem ingredienti permittere valeat vt penſionem retineat.&c pag.323.col.1. An viduæ ingreſſum in monaſteriũ monialiũ concedere poſſit.p.323.1
An religioſos,& Cõfraternitates ei cogere liceat, vt ad proceſſiones eant.p 322.col.2.An abſoluere à ſuſpenſione,quã quis contraxit ob ſuſceptũ ſacerdotium ante legitimã ætatẽ.pag.324.col.2. Num reſpectu religioſorum diſpẽſare in interſtitijs.ibi. Nunquid confeſſarium regularem ſuſpendere qui pecuniam à pœnitente datam ad reſtituendum ſibi retinuit. pag.325.col.1. An ad profeſſionem, vel eius ratificationem nouitiũ recipere. p.326.1
An ad dirimendam litem penſionem beneficio imponere.pag.327.col.1.
Epiſcopus quomodo ſuam eccleſiam adulterare dicatur,pag.328.col.2. Quomodo dicatur vnius vxoris vir.ibid.
Alium Epiſcopatum pinguiorem cupiens,ac procurans quomodo peccet.pag.329.col.1.
Translatus ad alium Epiſcopatũ an poſſit aſportare libros,ornamenta,paramenta,&c. quæ emit in priori Epiſcopatu.pag.329.col.1

An

Digitized by Google

An ante vſum pallij quòd Archiepiſcopis dat ea, quæ iuriſdictionis ſuot exercere valeat. pag. 329. col. 1. Quid de reſignatione beneficij curati corã ipſo facta. ibi.

Epiſcopus reſignatum beneficium proprio conſanguineo, vel reſignantis e conferens, quam pœnam contrahet. pag 330. col. 1.

Epiſcopus Parochorum abſentiam etiam per duos dies notam habere debet. pag. 430. col. 1 & 2.
An Parocho vltra duos dies abſenti excõicationẽ infligere poſſit. pag 330. col. 2. & pag 343. col. 2.

Epiſcopus an diſpenſare poſſit vt monialis annuum reditum poſſideat. pa. 365. col. 1. An ut Parochus non ieiunus celebret ad communicandum infirmum. ibid. col. 2. Prohibere poteſt ne ſine eius li. & non niſi facta fidei profeſſione literarium ludũ, etiã, vllus in ſua diœceſi aperiat. pag. 366. col. 1. Item interdicere ne clerici negotiationem exerceant. ibid. col. 2. Cum de peccato agitur ſuper laicos poteſtatem habet. pag. 367. col. 2.
Exigens vectigalia ab eccleſiaſticis, vel ſponte dã tib. an incurrat excõicationem, à qua Epiſcopus abſoluere valeat. pag. 367. col. 2. An facultatem Oratorium, vel Eccleſiã ædificandi concedere poſſit. pag 369. col. 1. An imagines eorum exponi, qui ſanctitatis fama ex hac vita deceſſerunt, nõ tamẽ in Sanctorum numerum ſunt relati, nec beatificationis titulo ſunt inſigniti. ibi. An concedere vt in eccleſiæ pollutæ celebrari poſſit. pa. 370. col. 1.
An reducere miſſas. pag. 371. col. 2
An pœnitentiam à Papa iniunctam cõmutare. ibi.

Epiſcopus conſiliarius Principis an infra Præſidem, & Senatores ſedere debeat. pag. 372. col. 1. & 2.
Num in religioſum executorem teſti executionẽ differentem animaduertere poſſit. ibid 2. Oium piarum voluntatum executor eſt. pag 372. col. 2.

Epiſcopus non conueniendo in chorum ad diuina officia an m. p. pag. 373 col. 1. Strictam manum habens in eleemoſynis erogandis num p. m. p. 374. 1.
Ratione ſtatus maiori charitate, & iuſtitiæ florere debet. ibid. Pauperes inquirere tenetur. ibid.
Sanctorum exemplo peregrinationem Anni Sãcti ſuſcipientibus ſi pauperes ſint pecuniam dare. ibi.
Pauperes puellas matrimonio collocare. ibid.
Tempore penuriæ laicos, & clericos ad eleemoſynas erogandas cenſuris cogere poteſt. ibid.
Eleemoſynam an ipſe palam facere debeat. ibid.
A ſuperfluis ſumptibus abſtinere. ibid. A ditandis conſanguineis. pag. 375. col. 1. Liberalis eſſe debet. ibi. Permittens vt vrbis Magiſtratus cõtra clericos Edicta ſtatuat, quam pœnam contrahat. pag. 375. col. 1. Ex leui cauſa diuortii inter coniuges concedere non debet. pag 373. col. 2. An ludere valeat. pag. 377. col. 1. & 2. An ſua Conſtitutione ligetur. pag. 378. col. 2. Num ſacerdotem à ſuo Epiſcopo non approbatum in Confeſſariũ eligere queat. pag. 379. col. 2. & pa. 380. col. 1.

Epiſcopi aliquando correctoribus carent. p. 378 c. 2.
Leges à ſe latas cuſtodire debent. pag. 379. col. 1.
An dare facultatem ſuo Cõfeſſario poſſit vt ab aliquo caſu Pontifici reſeruato occulto eũ abſoluat. pag. 380. col. 1. Qualem Confeſſarium eligere debeat. ibid. An Cõfeſſarios monialium exemptarũ, & earum monaſteriorũ Adminiſtratores amouere poſſit. pag 383 col. 1. Regulares miſſas anticipantes celebrãtes an excommunicare poſſit. p. 384. 1.
An eos vt ad publicas proceſſiones eant cogere. ibi.
Num cenſuris compellere, vt feſta ab eo indicta ſeruent. ibid. col. 2. Excõicationes ſobrie, & cũ magna cauſa ferre debet. pag. 384. col. 2 Puellarũ quæ monaſterium ingreſſuræ ſunt voluntatem explorare. pag. 388. col. 1. & 2

Hoſpitalitati incumbere debet. pag. 389. col. 2.
Maxime erga aduenas, & pauperes ſacerdotes. ib.
Sacerdotes honorare, nec permittere vt eo ſedente ſtent. ibi. Curare debet ut lectio S. ſcripturæ in regularium Conuentibus habeatur. p. 389 col. 2.
Iudæos cogere ut ad lectionem S. Scripturæ præſcripto loco, & tempore faciendam accedant. ibi.
Quo in regulares animaduertere poſſit. ibi. & 390. 2.
Curare debet vt dies feſti colantur. p. 391. col. 1
An prædicationis tẽpore commeſſationes ſub excommunicationis pœna interdicere poſſit. p. 391. 2
An cõſuetudinem tollere poſſit ne viduæ poſt mortem coniugis ſe domi per annum contineant. pag 391. col. 2. Abuſus qui in diebus feſtis, & in victu, & veſtitu contingunt an tollere poſſit. ibid. & pag. 392. col. 1. Vbi de peccato agitur ſuper laicos Epiſcopus poteſtatem habet. p. 392. col. 2.
Populum paulatim reformare debet pag. 393. c. 1
An renuntiare poſſit Epiſcopatum. ibid. col 2.
An in morbo conſtitutus poſſit vel cauſa mortis, vel donatione inter viuos donare. pag. 395. col 2
Quo ægrotans teſtm̃ condere poſſit. pag. 394 c. 1.
Curare debet ut piæ defunctorũ voluntates executioni mandentur. ibid. col. 2. Pro ſuo prædeceſſore anniuerſarium celebrat. ibid. col. 1

Epiſcopus an diſpenſare poſſit vt in articulo mortis matrimonium ſine parocho, vel duobus teſtibus contrahatur. pag. 81. col. 1. An ſuper inceſtu. p. 84. col. 2. An ſup irregularitate quæ ex publico adulterio naſcitur. pag 188 col. 2 Nunquid miſſas ad minorem numerum reducere abſq. ſynodo, &c. pag 371. col. 1. & 2.

Epiſcopus an collegialiter viuentem à graui clerici percuſſione abſoluere valeat pag. 311. col. 2
Archiepiſcopus an ſuper votis à ſubditis Suffraganeorum emiſſis diſpenſare. pag 332. col. 1. Vide in v. Archiepiſcopus. An odio vel amore iudicium exercens in aliquam cenſuram incidat. ibid. col. 2.
Num Hæremitas ab vrbe expellere pa. 333. col. 1

Epiſcopatum ante debitam ætatem aſſumẽs an p. m. & ſuſpenſionem contrahat. pag. 334. col. 1

Epi excellentia. p. 342. 2. An ſit ordo ſacer. p. 349. 1.

Epiſcopi ſcientia qualis, & quanta eſſe debeat. pag. 334. col. 2. Conſiliarios habere debet. p. 361. col 2

Epiſcopatus collatio facta ei. qui debita ætate. & ſciẽtia caret, an valeat. pag. 334. col. 2. & p. 335. col. 1.
An nõ facta fidei pfeſſione collatio irrita ſit. ibi. 2

An Epiſcopus omiſſa ſuæ eccleſiæ reparatione cõſanguineas ſuas matrimonio ex ſuis redditib. collocare poſſit. pag. 336. col 2. Eleemoſynam cui potius erogare. pag. 337. col. 1. Immoderatum erga conſanguineos affectum coercere debet. ibid.
Vacãti eccleſiæ Vicarium cõſtituere tenetur, &c. pag. 339 col. 2. Digniorem in curatis beneficijs eligere ibid. & pag. 341 col. 2. An Edictum pro faciendo concurſu propoſitum prorogare poſſit. pag. 341. col. 1. An in beneficiorum collatione conſanguineos extraneis tuta conſcientia præferre poſſit.

Digitized by Google

poſſit.pag.340.col.1.& 2. Num illos locupletare.ibi. *Pro Epiſcopo* ſemper bene præſumendū. pag 341.col.2. Concurrere volentes niſi indigni manifeſte appareant admittere debet.p.340.c.1
An tempore concurſus ſi non adſint ſynodales Examinatores nouos creare poſſit.p.342.1.& 2
An cum petit conſilium teneatur illud ſequi. pag.362.col.1.

Epiſcopus cur nymphagogus dicatur. pag.342.
Ei carenti hærede qui ſuccedat.ibid. Reſidere cur teneatur. ibid. *Edictum* ſuper reſidētia Parochorum an facere poſſit.ibi.col.2.
An prohibere ne quis Parochus, vel Cōfeſſarius tempore *Iubilei* confeſſiones audiat.p.345.c.2.
An præcipere ne tempore peſtis è loco decedāt. pag.346.col.2
Limina Apoſtolorum tertio quoque anno adire debet,pag.348.col.1.Quid ſi Papa ab vrbe abeſſet.&c.ibid.col.2. In cenſura mutens ſuum obſēs quando irregularis fiat.pag 348.col.2.
Facultate quam habet ſuper caſus Papales occultos,erga ſe ipſum uti an poſſit.pag.349.col.1
Conferens ſacramentalia ut conſecrans eccleſias virgines.&c.in peccato mortali,an noua culpa lethali ſe inficiat.ibi.col.1.Quantum à venialib. etiam culpis alienus eſſe debeat.ibid.col.2.
Quando aliqua cenſura eſt irretitus an eius Vicarij facultas expiret,vel ſuſpendatur.pag.350. col.1.Quibus in rebus potiſſimum prudētia uti debeat. pag.350.col.2.
An vltimas voluntates cōmutare poſſit,ibid.c.1
Illius poteſtas quanta ſit.pag.352.col.1.& 2
Quarta de legatis pijs detrahenda an ei debeatur.pag.353.col 1.& 2.
Debet diſcordes ad pacem reducere.pag 354.1.
Poteſt dotem nouitiæ conſtitutam motuo dare monaſterio.pag.356.col.1.
Temporalibus lucris nō debet inhiare.p.357.1.
Pœnas pecuniarias an ſibi applicare poſſit. ibid. col.2.De legatis pijs quartam detrahere non poteſt.ibi. *Eius* edictū an foreuſes liget.ibi.c.1.& 2
An poſſit Canonicum qui religionem ingreſſus eſt,abſque eius licentia ab ea reuocare.p.357.2
An eccleſias vnire,ac diuidere.pag.358.col.2
An Abbati iura Epiſcopalia habenti eccleſiæ pollutæ re conſecrationē cōmittere poſſit.p.359. 1.
Ea quæ ſunt ordinis delegare alteri non *Epiſcopo* nequit.ibid.

Epiſcopus an cenſura punire poſſit regulares ad monaſteria monialium ſine debita facultate accedentes.pag.237.col.1. Et quid ſi ad exempta monaſteria accedant.&c.An familiarem triennalem ordinare poſſit, & quomodo.pag.293.col.2.
An concedere poſſit ut religioſi in ſua diœceſi noua monaſteria ædificent.pag.239.col.1

Epiſcopus quomodo in viſitatione ſe habere dēat. pa.265.col. 2.Suum decorem ſeruare debet cum Principibus.pag.266.col.1.

Epiſcopalia ſtatus an acquiſitam perfectionem requirat..pag.239.col. 2.

Eps creatus quid cogitare debeat.pag.240.col.2.
Quando excuſetur à reſidentia.pag.245.col. 1.
An onus Epiſcopale in Vicarium ei transferre liceat.pag.245.col. 1.
Quō peccet familiam ſuā non corrigēdo.p.245.2
& Quomodo peccet clericorum mores non componendo.ibi.col.1.Mala quæ ex hoc proueniunt.ib.
An dare licentiam poſſit ut clericus in cauſa criminali teſtificetur.pag.246.col. 1.
An nouas parochias conſtituere,unire, ac ſeparare.ibid.col.1.& 2.Num ſtatuere ualeat ut populus ad propriam eccleſiam ad audienda diuina accedat.ibid.col.2

Epiſcopus regularis an feria 4.contra regulam carnes comedendo p.m.pag.250.col.1.An negotiationem exercere,& lucrata conſanguineis teſtamento relinquere poſſit.ibid.col. 2. Nunquid à votis ſubſtantialibus ſit exemptis.pa.247.col. 1
Quomodo obedientiam paupertatem,& caſtitatem ſeruare teneatur.ibid. An comprehendatur Conſtitutione Clementis 8.de largitione munerum.pag.247 col. 1. An ad regulares obſeruantias teneatur.ibid. Quid de delatione habitus monachalis.ibid.
Quomodo diuinum officium recitare teneatur. pag.248.col.1.An de patrimonialibus,uel quaſi teſtari poſſit.ibid.Cum licentiam teſtandi à Summo Pontifice petit duplex impedimentum exprimere debet.pag.248.col. 1. *Licentia* ei conceſſa an concedentis morte finiatur.ibid.
Conſanguineis an beneficia eccleſiaſtica cōferre poſſit,Et bona in feudum concedi ſolita dare. pag 249.col.1.& 2 An eccleſiæ fructus eis diſtribuere.pag.251.col.1. Poſteritatis curam nūm habere debeat. ibid. Quid in conferendis beneficijs attendere debeat.ibid.col.2.
Numquid teſtū condere poſſit.ibid.& p.252.c.1
In dubio an eccleſiæ ſuæ acquiſiuiſſe præſumatur ibi.Eccleſiæ Cathedralia excellentia.ibid.col.2
Epiſcopi triplex officium.pag 253.col.2.
Eccleſias unire,ac diſmēbrare an poſſit.p.254.1
In quibus caſibus diſpenſet.pag.254 col.2.
An in uoto caſtitatis.ibid. Vigilare debet circa ſtatuta quæ condit,ut diſcrete,& maturo conſilio procedat.pag.257.col. 2

Epiſcopi ſtatuta ac ſynodales Conſtitutiones an eius morte expirent. ibid. Omnia cum conſilio agere debet,& ſi illud ſequi non cogatur.ibid.
A quibus conſilium petere debet.pag.260.col.1

Epiſcopus an de blaſphemia iudicare poſſit.ibi.c.2
An ſub pœna excōicationis prohibere poſſit ne quis nemine excepto ad monaſteria monialium etiam exempta accedat,&c.pag 261.col.2
An ad creandam Abbatiſſam monaſterij ſepta ingredi. ibi. *Nun* monialem incorrigibilem ex monaſterio expellere.pag.262.col.1.

Equites Hieroſolymitani an ab Epiſcopo uiſitari poſſint.pag.264.col.2.

Equites *Hieroſolymitani* an ſint religioſi.p.44 c.2

Æqualitas in matrimonijs contrahendis obſeruanda,pag.96.col.2

Æqualitas ſeruanda.pag.18.col.1

Æquitas eſt tyriaca contra uenenum.pag.386.co.2

Æquitas quid ſit.pag.36.col. 2.
Præfertur rigori.pag.284.col. 1

Æquus, & bonus quis dicatur.pag.145.col.1.

Error matrimonij impedimentum,quid ſit.p 82.2

Error in nomine quando diſpenſationem, & teſtamentum uitiet.pag.314.col.2

Errare proprium eſt hominis.pag.100.col.2

Error

Digitized by Google

Error circa cauſam finalem vitiat actum.p.100.col.a
Aetas alicuius quomodo probetur.pag.15.col.a
Aetas ad Epiſcopatum requiſita.pa.333. col.a.
Cur 30.annorum ætas perfecta dicatur.p.334.col.1
Aetas ad communionem neceſſaria.pag.51.col.1.&2.
Ad ſponſalia,& matrimonium.pag.76. col.a.
An annus cæptus ſufficiat.ibi. Malitia aliquando eã ſupplet.ibi. Fœmina cur citius ad nuptias aptior ſit. pag.82.col.1.
Aetas ad beneficium ſimplex quænam requiratur. pag.130.col.1. Quis in ea diſpenſet.ibi.
Aetas in promouendo probanda.pag.231.col.1.
Aetate legitima carens bonafide celebrando an fiat irregularis.pag.290.col.1
Euchariſtia quando à Parocho peccatori ſiue occulto, ſiue publico danda ſit.pag.47.col.2.& pa.48.col.1.
Eam ſumpturus qualis eſſe debeat.p.51. col.1.& 2.
Euchariſtię excellentia,ac dignitas.pag.50.col.1.
Eius via in Dæmonib. è corporib.expellẽdis.ibi.c.a
An ſuper caput obſeſſi poni poſſit.pag.51. col.1.
An pro ſpirituali cibo ei præberi poſſit.pa.52.col.1
Euchariſtia ſacramento abutens an relapſus dicatur. pag.236.col.1
Euchariſtię ſemper in pixide pro infirmis communicandis adeſſe debet,& decimo ſaltem quoq. die renouari.pag.53.col.1.
Adorationis tantum gratia ad ægrum non eſt deferenda. pag.53. col.1.& 2
Qui in Paſchate Euchariſtiam ſumpſit an ſi paulo poſt in lethalem morbum incidat,iterum eam pro viatico ſumere teneatur.pag.53.col.1.& 54.col.2
Qui ſemel ſumpto viatico optat ſæpius in ægritudine communicare an id etiam facere poſſit non ieiunus.p.57. col.1
Euchariſtia cur viaticum dicatur.pag.53.col.2.
Eam in mortis articulo purè ſumentes in Cœlum deferri viſi ſunt.ibid.
An à religioſo ſine proprij Parochi licentia in mortis articulo adminiſtrari poſſit.pag.56.col.1. & 2.
Quid ſi ille eſſet nominatim excommunicatus, &c. pag 57.col.1.
An ſicut in Euchariſtia continetur Chriſtus,contineatur etiam pater.& Spiritus ſanctus.p.57.c.1.& 2
Quibus veſtibus & quo habitu ad ægrotos Euchariſtia deferenda ſit. pag.57. col. 2. Cum ad communicandum infirmum defertur,duæ particulæ in pixide,vel vaſculo eſſe debent pag.58.col. 1.
Quo Parochus in hie peccans puniendus ſit.ibid.
Euchariſtiam in mortali peccato conſtitutus adminiſtrans an tot peccata committat quot perſonas cõmunicat.pag.303.col.2.
Energumenis an præbenda ſit.pag.52.col.1
Examinatores quomodo in examine ordinandorum ſe habere debeant.pag.272.col.2.& p.273.col.1
Examinatores an de literatura ſolum relationem facere teneantur.pag.341.col.1.
Examen an in collatione beneficij curati omitti poſſit. pag.2.col.1.
Examen puellarum monaſterium ingredientium. pag 388.col.2
Examen in viro noto, & patenter docto omitti poteſt. pag.195.col.1.& pag.293.col.2.
Quodnã Epiſcopo creãdo fieri debeat.p.227.col.2
Examen Pœnitentiario,& Theologo in Cathedrali cõſtituendo faciendum.pag.198.col.1
An lectori S. Scripturæ.ibid.
Examẽ ad eccleſiaſticum beneficium promouendorũ cur inſtitutum.pag.4.col.1. Examinatores in ſynodo creati an iurare compellendi ſint.pag 142.col.2
Excommunicatio an ob ignorantiam incurratur. pag 110.col.1.
Excommunicatus ſuſpenſus, vel interdictus ſi diuina officia obeat irregularis efficitur.pag.348.col.2.
Excommunicatio contra cogentes puellas monaſterium ingredi.pag.388.col.1
Excommunicationis cenſura caute,& ſobrie adhibenda.pag.346.col.1.& pag.347.col.2
Excõmunicatus an à peccatis priuſquam ab excõicatione liberetur abſolui poſſit.p.110.c.2.& p.111.1
Excommunicati non ſunt eccleſiaſtica ſepultura humandi.pag.385.col.2.
Excommunicari quis niſi ob mortale peccatum nequ. pag.143.col.2
Excommunicatio maxima pœna, nec ad terrorem ferenda.ibid. Iniuſta an ſeruanda ſit.pag.307. col.1
Excommunicationis duplex cauſa pag 384.col.1
Excommunicatio in Bulla Cœnæ Domini quando incurratur ab exactoribus vectigalium.p.367.col.2
Excommunicatus clericus, vel Canonicus an priuatim tã diuinum officium magnum quàm horas B. M.V.ſeptem pſalmos, & Officium defunctorum recitare teneatur.pag.191.col.2
Excommunicatione Papali ſublata an etiam Epiſcopalis ſuper eodem caſu impoſita ablata cenſeatur. pag.262.col.2.
Excuſatio vitium hominis proprium eſt.pag.28.col.1
Exempli domeſtici uis.pag.378 col.1.
Exemplum Pij II.& aclantis Curati.pag. 48 col.2.
Exemplorum uis.pag.245.col.2. & p.269.col.2
Exẽpla ſine acceptione perſonarũ iudicantiũ.p.340.2
Exemplum cuiuſdam Epiſcopi ob omiſſionum peccata in morte exterriti.pag.278.col.1.
Exemptio conceſſa alicui pro ſe,& ſuis deſcendentib. tàm maſculis, quàm fœminis an extẽdatur ad filias nuptas.pag.89.col.2
Exhæredandi cauſæ.pag.351.col. 2
Exilium magna pœna.pag.138.col.2
Exorcizandi munus quam arduum ſit,& quibus cautelis exercendum.pag 55.col.2.
Ad quosnam ſpectet.ibid.
Expenſæ factæ à patre ut filius beneficium eccleſiaſticum conſequeretur,an in diuiſione ſint conferendæ. pag.282.col.2
Extrema vnctio quid ſit, & vnde dicatur.p.61.col.2
Eius cauſa efficiens,formalis, materialis,& finalis, ibid. Eius ſubiectum.pag.62.col.1
An iterari poſſit.ibid.& pag.65.col.2
Eius legitimus miniſter quid ſit.ibid.
Extrema vnctio an detur ante ſumptum viaticum. pag.62.col.2. Diſpoſitio in ſumente requiſita. ibid. & pag 63.col.1. Eo tempore adminiſtranda quo ægroti adhuc ſenſibus uigent.pag 62 col.2.
Inſtante morte abſq. precib.adminiſtranda.p 67.1
Eius effectus datur ſine omnibus vnctionibus cũ ægrotus nondum eis expletis moritur.pag.67.col.1.
Extrema vnctio an poſt ſumptã Euchariſtiã blaſphemanti,uel phrænetico danda ſit.pag.71.col.1.
Abſolto non eodem anno conſecrato.p.70.col.2

Fabri-

Fabrica S. Petri an teſtantium diſpoſitiones executioni mandari poſſint. pag. 372. col. 2
Facta multa tenent quæ fieri prohibentur. p. 274. c. 1.
Falcidia, ac Trebellianica an de legatis pijs detrahatur. pag. 140. col. 1
Familiares Epiſcopi quid circa eum ægrotantem facere debeant. pag. 394. col. 1.
Fama volax, & incerta. pag. 312. col. 1.
Fama plerumque ex incerto auctore, & fallaci oritur. pag. 105. col. 2
Familiæ Dominorum mores imitantur. p. 245. col. 2.
Famam defendere publica perſona debet. p. 303. col. 1
Famulæ an à clericis habendæ ſint pag. 152. col. 1
Famuli an de bonis dominorũ eleemoſynam facere poſſint. pag. 180. col. 1.
Fatum à fidelibus Chriſti abeſt. pag. 255. col. 1.
Febris leuis non dicitur febris. pag. 149. col. 2
Fel in Ethnicorum ſacrificijs à victimis exemptum, quid ſignificabat. pag. 99. col. 2.
Felix quẽ aliena pericula, & dãna, cautũ faciũt. 133. 2
Feſta ab Epiſcopis indicta an regulares ſeruare teneãtur. pag. 384. col. 1.
Quid de votis à populo nuncupatis. &c. ibid.
Feſtorum dierum colendorum præceptum ad quam virtutem pertineat. pag. 294. col. 1
Licentiæ eas non obſeruandi à quo petenda. ibid.
Quid de religioſis. ibi.
Feſta quomodo colenda. pag. 391. col. 1.
Fœminæ naturaliter ſuperbæ, ac vanæ ſunt. p. 298. c. 2.
Earum iudicium fragile, & infirmum. p. 311. col. 1.
An in monialium monaſteria ob mariturum vim cauendam admittei poſſint. pag. 321. col. 1
Fœmina an vxor dicatur etiam ſi matrimonium nõ ſit conſummatum p. 179. col. 1. Et dicenti ſe eſſe incognitam, vel matrimonium non eſſe conſummatum, an fides præſtanda ſit. ibid. col. 2.
Fœminæ abortum ſibi procurantes an excõicatione afficiantur. ibid. col. 2.
Fœminæ inconſtantes, & mutabiles. pag. 38. col. 1.
Earum ſuperbia. ibi. Fœminæ ſolicitatæ denuntiantes an probent. pag. 39. col. 1.
Fœmina cur ob neceſſitatem furando nõ autem adulterando excuſatur. vide an in v. Mulier.
Fœminæ ob delicta mitius ſint plectendæ. p. 357. c. 2.
Fœminæ vi coactæ an peccent. pag. 364. col. 2
Fœmina ſemel fornicata an amittat partem legati inter honeſtas mulieres diſtribuendi. p. 396. col. 2
Fœminas de incontinentia ſuſpectas domi retinere non licet. pag. 164. col. 2. & pag. 165. col. 1. & 2
Fides coniugalis ſeruanda. pag. 99. col. 1. & 2
Fides humana unde dicatur. & quomodo ſeruanda ſit. pag. 103. col. 1. & pag. 107. col. 2.
Fidei profeſſio à Parochis, & Canonicis futuris emittenda. pag. 5. col. 1. & pag. 159. col. 1. Eam omittentes in quam pœnam incidant. ibid.
Facta à Canonico in Capitulo coram Epõ, vel eius Vicario an proſit. ibid. Diſtributiones an omiſſione profeſſionis fidei amittantur. pag. 157. col. 1
Quid ſi ob ignorantiã, uel inaduertentiam prætermittatur. ibid.
Fidei virtus quõ in Parocho neceſſaria. ibid.
Fides chriſtiana quid ſit & quam ſaluti neceſſaria. pag. 336. col. 1
Fideles primæuę eccleſiæ cur aurum, & argentum ad Apoſtolorum pedes proijciebant. pag. 178. col. 2.
Cur ſic unanimes eſſent. pag. 383. col. 2.
Fides communicaturo neceſſaria. pag. 55. col. 1.
Filij ad parentum bona aſpirant. pag. 292. col. 2.
Quaſi domini rerum paternarum & dominium in eis continuari dicitur. ibid.
Filij an parentes exhæredare poſſint. pag. 351. col. 2
Filius naturalis an à parentibus hæres inſtitui poſſit. pag. 41. col. 1. An patri morienti ab inteſtato ſuccedat. pag. 69. col. 1.
Filiarum obligationes. ibi. Filiæ 25. annum excedẽtes an inuitis parentibus nubere poſſint. ibid. col. 2.
Filię turpes, vel corpore vitiatæ non ſunt vi à parentibus in monaſteria detrudendæ. p. 388. col. 2.
Filius quænam officia parentibus debeat. p. 45. col. 2
In quibus rebus obedire non teneatur. p. 45. col. 2
Percutiens parentes etiam leuiter an in caſum reſeruatum de percutientibus parentes incidat. p. 46. col. 1. Et ſic agens filius non præſumitur. p. 47. col. 1.
Filij nati ex matrimonio inualido an legitimi ſint. pag. 85. col. 2. Quomodo legitimentur. ibid.
Filij malos parentum mores imitantur. pag. 231. col. 2
Nati ex matrimonio inualido an ſint legitimi 282. 2
Finis incarnationis, & Paſſionis Chriſti. p. 46. col. 1 & pag. 206. col. 1. Finis concionis ibid.
Filiusfamilias an de donato ſibi ad ordines ſuſcipiendos teſtari poſſit. pag. 142. col. 1
An de bonis patris eleemoſynã facere poſſit. p. 180. 1
Filius impediens patrem teſtari an exhæredari debeat, ac poſſit. pag. 107. col. 1.
Forma ſacramenti pœnitentiæ. pag. 21. col. 2
Orationum ei adhærentium omiſſio an pctũm ſit. ibid.
Forma à lege præſcripta ſeruanda eſt alioquia actus corruit. pag. 141. col. 2
Forma non ſeruata actus corruit. pag. 181. col. 1
Forma concionum. pag. 206. col. 2
Forma in actibus non ſeruata corruit actus. p. 234. 2
Formæ decor cito perit. p. 126 col. 1. Eius intuitu, uel diuitiarum cauſa nubens quomodo peccet. p. 126. 2
Formicarum natura. pag. 66. col. 1.
Forum contentioſum, & legale aliquando foro conſcientiæ contrarium. pag. 36. 2
Forus quotuplex. pag. 198. col. 2
Forum exterum an ab interno differat. p. 135. col. 2
Fortitudo duplex in Prælatis neceſſaria. p. 392. col. 2
D. Franciſci de Concionatoribus ſententia, p. 207. 2
D. Franciſcus cur ſuos alumnos patrinos eſſe nolebat. pag. 14. col. 1
Franciſci Gonzaghæ Mantuæ Epiſcopi de audientia Epiſcopi dictum. p. 295. col. 2
Franciſci I. Galliæ Regis egregium factum. p. 362. c. 1
Frater unde dicatur. pag. 145. col. 1. Frater etiam clericus ſororem inopem dotare tenetur. pag. 155. col. 1
Fratres duo an cum duabus ſororibus matrimonium contrahere poſſint. pag. 84. col. 1
Fructus quos Canonicus ob non factam fidei profeſſionem omiſit an Epũs condonare poſſit. p. 158. col. 1
Fructus amiſſos ob abſentiam idem Epũs remittere valeat. ibi.
Furãs res [illegible] extra eccleſiam an committat ſacrilegium. pag. 384. col. 1
Fugitiui religioſi quõ ab Epõ puniantur. p. 390. col. 2.
Furioſo, & phrænetico an extrema vnctio adminiſtrãda ſit. pag. 71. col. 1. An teſtari ſaltẽ ei ad pias cauſas liceat. ibid. col. 2

Fa-

Funeris appellatione quid ueniat.pag.75.col.2
Funeris impenſa ante omne æs alienum deducenda. pag.73.col.2
Funus an ſine licentia Parochi leuari poſſit.p.74.col.1.
GAbellæ meretriciæ improbantur. pag.391.col.2.
Gabellas exigens à religioſis ſacrilegium committit pag.363.col.1
Quomodo, & quando in excommunicationem in Bulla *Cœnæ Domini* contentam incidat.p.368. c.1.
Gabella pro rebus conductis an à clerico ſoluenda ſit. pag 310. col.1.
D.Getrudis in aduerſis reſignatio pag.118 col.1
Generandi aptitudo an quò ad matrimonium contrahendum ætatem suppleat. p.299 col.2
Generandi poteſtas quouſque in hominibus maneat. pag.88.col.2
Gloria vana quomodo in apponendis inſignijs in ſacellis a.im ſectatur.pag 162.col.2.
Gratiæ conceſſio an neceſſario ſcripturam requirat. p.145.col.1.
Gratia morte concedentis non expirat. pag.44.col.1.
An ante expeditionem literarum valeat.ibid.col.2.
Gratia à quo tempore valere incipiat. pag.91. col.2
Gratuita,& quę facultatis meræ ſunt obligationē nō pariunt.pag. 322.col. 1.& 2
Greg. *Magnus* Pontifex podagra laborabat.p.40.c.2
Gregorii VII. Summi *Pont.* documente B,Mathildi data.pag.50.col. 1.
Gubernatio quomodo facienda.pag.384.col.2.
HAbitus Canonicorū quid ſignificet.p.160.c.1.&2
Habitus hoīs conditionē demonſtrat.p.31.c.1.
Habitus clericalis ſignificatio.pag.30.col.2.
Qualis eſſe debeat.pag.151.col.1
Hæretici quomodo Catholicos ſacerdotes inſimulent. pag.152.col.2.Hæretici hominis breuem ſcripturā legens an in excommunicationem in Bulla Cœnæ Domini contentam incidat.pag.316. col 1.
Heremitæ an ab vrbibus expellendi.p.333.col.1.
Cuinam ſubſint.ibid.
Hæreſis crimen quis cognoſcat,& de eo iudicet. pag. 335.col.2
Hæreticalia verba ex ioco proferēs quomodo puniendus ſit pag.318.col.1.& 2
Hæres inſtitutus cum hac conditione, vt teſtatoris nomen,& inſignia deferat, an diſpoſitionem obſeruare teneatur.pag.163.col.1.
Hæreticus qui per iocum hæreſim in qua modo nō eſt prodidit,an in excōicationem incidat.p.328.col.2.
Hæreticorum conuenticulis fideles,& chriſtiani intereſſe non debent.pag.261.col. 1.
Hieronymi Æmiliani in concionibus habendis humilitas.pag.211.col.1.
Hieronis Siciliæ Regis infelix exitus pag 361. col.2
Hirundo ingratitudinis ſymbolum.pag.252.col. 1.
Hiſtoriæ utilitas.p.237.col.2. & pag.169.col.2
Homo homini prodeſſe debet.p. 174. col.2
Homo animal cōtumax quod facilius ducitur,quam trahitur.p.284.col.2
Homo natura ad malum pronus pag.391.col. 1.
Homo eſt animal mutabile.pag.346.col.1
Quid de eo dixerit *Plato*.ibid.
Homo ſicut arbor.pag.215.c.1. Ex varijs Cœlis aſpectib diuerſæ in hominib.generantur morum cooperationes.pag.261.col.1.
Homo natura ad malum pronus.p.391.col.1.

Homo quilibet bonus præſumitur niſi probetur contrarium.pag. 70.col.2
Homicidium vt eſt contrahendi matrimonij impedimentum quid ſit.pag.83.col.1
Homicidio caſuali exiſtente quis in irregularitate ex eo deſcendente diſpēſet.pag.370.col.2 &.p.371.c.1
Honeſtatis publicæ impedimentum quid ſit, & vnde oriatur.pag.84.col.1.
Honeſtas magis in fœminis,quàm in viris requiſita. pag.105.col.1.
Honor cur cum aſpiratione ſcribatur.pag.3.col.2
Honores ſuſpirijs aſperguntur.p 227.col.1
Horæ canonicæ an à Canonico ſacto excitari debeāt. *Et* an diſtributiones quotidianas lucretur. 166.2.
Horarum canonicarum penſo an Canonici ſatisfaciāt ſi altera pars ſuum verſiculum incipiat, antequam altera ſuum expleuerit,&c.pag. 174.col.2
Quid ſi ſubmiſſa uoce recitent,& interruptæ. pag. 175 col.1.& 2
An per ſeipſos illas in choro recitare teneantur. pag.182.col.1
Horas canonicas in peccato mortali,& ſine debita attentione recitans,an præcepto ſatisfaciat,& fructus ſuos faciat.pag.131.col.1.& 2.
Eas non recitans quomodo reſtituere teneatur. pag.132.col.1
Horæ Canonicæ an genibus flexis ſint recitandæ. pag.137.col.2
Quid de recitante ſtando, ſedēdo,ambulādo,&c.ibi.
Quid de veſperas à prandio in Quadrageſima dicente.ibid.
Horæ Canonicæ an à *Penſionario* perſoluendæ ſint. pag.147.col.1
Horæ Canonicæ quomodo recitandæ.pag.153.col.2.
Male recitantium vitio.pag.174.col.2
Cur Dei opus dicantur.p.177.col.2.
Horarum Canonicarum diſpenſatio ad quem pertineat.pag 116.col.1
Cauſæ diſpenſandi vt quis eas perſoluere non teneatur quænam ſint.ibid.
Horæ Canonicæ an ab infirmis recitādæ ſint.p.150.1
Horę Canonicæ an aliæ idiomate,quam latino perſolui poſſint.p.18. col.1.vide v.Officium.
Horæ Canonicæ attente,ac deuote recitandę. p.173. col.1.& 2.& pag 193. col.1.
Horę Canonicæ quò ad matutinum, quando recitari debeant à Canonicis.pag. 191.col.1.
Horæ Canonicæ feſtis diebus deberent ab Epiſcopo cum Canonicis in choro recitari. pag.373.col.2.
Horas Canonicas ſyncopando,verſus anticipādo,&c. recitans,an ſatiſfaciat præcepto.pag.191.col.1.
Hoſpitalia ſub *Principis* iuriſdictione exiſtentia quomodo ab Epiſcopo uiſitanda.p.267. col.2
Hoſtiam non conſecratam an aliquando infirmo dare liceat.pag.59.col.2.Hugonis in hac re exemplū.ibi.
Eam ſumens putans eſſe conſecratam an idolatriā committat.pag.61 col 1
Humana miſeria,& ad peccandum procliuitas.p.20 2
Humana natura ferox,ac truculenta,quę conſilio ſemper ac ratione non regitur.pag. 347.col.1
Humilitas communicaturo neceſſaria.pag.95. col.2
Quam in primis in mortis articulo oſtendit D. Hieronymus.ibid.
Humilitas quomodo Deo, & hominibus charos reddat.ibid.col.1.

Iacobi Sadoleti Card.& Epiſcopi in deligendis Cō-
cionatoribus diligentia,& ſolertia. p. 205. col. 1
Iaſon Maynus cur cuidam pago à Duce Mediolani fue
rit præfectus.pag.4.col.2.
Idoneitas an in præſentando ad aliquod eccleſiaſticū
beneficium præſumatur.pag.3.col.2.
Idoneitas quotuplex ſit.ibid.
Ieiunium naturæ communicaturo neceſſarium.p.51.
col.1.
Ieiunij ſoluendi facultatem quis concedere poſſit.
pag.150.col.2.
Ieiunium in re parua frangens an Indulgentiæ,vel Iu-
bilei fructu priuetur.pag.223.col.1.
Ieiunare qui debet ex voto,& eccleſiæ præcepto,an id
omittens duo præcepta tranſgrediatur.p.151 col.1
Ieiunare cum lacticinijs an quis poſſit, ut Iubileum lu
cretur..pag.222.col.2
Ieiunium fractum an obſtet quominus Parochus cele-
brare poſſit ad communicandum ægrum, vel ut po-
pulus in feſtis miſſam audiat.pag.266.col.1
Ientaculum veſpertinum in diebus ieiunij quale,&
quantum eſſe debeat.pag.222.col.2.& p.223.col.1
Ignorantia an à ſimonia excuſet.pag.144.col.1
Ignorātia iuris humani notorij an in foro exteriori
admittatur.pag.154.col. 1.
Ignorantia iuris naturalis,& diuini an à peccato excu
ſet.pag.44.col.1. An à caſus reſeruatione. ibid.
Ignorantia iuris humani tam iuris,quàm facti quomo
do à cenſura excuſet.pag.298.col.1.
Quomodo in foro externo probetur.ibid.
Ignorantia iuris,& facti quod quis ſcire tenetur an ex
cuſet.pag.336.col.1
Ignorantia facti ab irregularitate excuſat. pag.349.
col.1
Illegitimi ad Epiſcopatum promoueri non debent.
pag.231.col.2.Parentum mores imitantur. ibid.
Illegitimi ab ordinibus, & beneficijs ſuſcipiendis ar-
centur.pag.330.col.2.
Illegitime facta pro non factis habentur.pag.343.c.1.
& 2.
Illegitimi an ad religionē recipi poſſint,& ad dignita-
tes promoueri.pag.290.col.1.
Illegitimus in dubio quis non præſumitur.ibid.
Imaginem ſui ſculptam,vel pictam relinquere an li-
ceat.pag.163.col.2
Imagines maiorum virtute præſtantium aſpicere ad
virtutem ipſam amplectendam accendunt.pa.164.
col.1.
Imagines non niſi approbante Epiſcopo exponendæ.
pag.214.col.1.& pag.369.col.2.
Imaginum vtilitates,& commoda.ibid.
Immortalitatis accipiendæ via quę ſit.p.164.col.1.& 2
Impeditus Romam proficiſci an ſcribere teneatur.
pag.316.col.2.
An legatum adire.pag.332. col.1.
Impediti Apoſtolicam ſedem petere an pro caſibus Pa
palibus ab Epō abſolui valeant. pag.210. col.2.&
pag.315.col.2.
Impedimenta matrimonij impedientia non dirimētia.
pag.82.col.1.Impedientia,& dirimentia.ibid.col.2
Impenſæ funerū an à Magiſtratib. ſecularibus taxari
poſſint. pag.286.col.2
Imperium ſicut mare.pag.227.col.1.
Imperium blandum eſſe debet.pag.322.col.2
Imperium languida regendum manu,pag.266.col.2
Impotentia matrimonium impediens ac dirimens, qđ
ſit,& quotuplex.pag.84.col.2.& pag.85.c.1.& 93.1
Vt matrimonij validitatem impediat quas cōditio-
nes requirat. p. 93. col.2
Impoſſibile,& valde difficile æquiparantur. pag.93.
col.1
Impedimentum perpetuum quò ad matrimonium in-
fringendum quodnam dicatur.pag.93.col.2
Impotentia perpetua laborēres oſculis,& tactibus im-
pudicis,incumbere nequeunt.pag.94.col.2
Impedimentum publicæ honeſtatis cum affinitate con
currens diſtinctè explicandum eſt in ſupplicatione.
pag.114.col.2.
Impedimentum occultum quò ad diſpēſationem quod
nam dicatur.pag.115.col.1
Impedimentum matrimonium dirimens an ab Epiſco
po diſpenſari poſſit.pag. 284.col. 2.
Immunitates filios habentibus conceſſæ.pag. 88.col. 1
Immunitas ob 12.filios conceſſa, an per neceſſariam
diuiſionem euaneſcat,pag.255.col.2.
Incertorum reſtitutio an caſus reſeruatus eſſe poſſit.
pag.260.col.1 & p.347.col.2.
Inceſtus quomodo matrimonium impediat, ac diri-
mat.pag.84.col.2.
Quis in eo diſpenſare poſſit.ibid.
Inceſtus ante pubertatē commiſſus an à quolibet Cō-
feſſario abſolui poſſit.pag.22.col.2.
Inceſtum an committere dicatur qui cum aliqua fœ-
mina rem habet,quam falſo conſanguineam,vel affi
nem eſſe exiſtimat.pag.104.col.2.
Inducere ad malum an liceat.pag.63.col.2
Indulgentia calculorum,ac numiſmatum in moribun
dis tempore,vel anno Iubilei applicari poſſit.p.71.
col.1
Indulgentia plenaria conceſſa per modum ſuffragii a-
nimæ pro qua ſuper tali altari dicitur miſſa,an vnā
potius quam aliam requirat.pag.139.col.2
Indulgentiam pro defunctis an in mortali peccato exi
ſtens lucretur.pag.56.col.1.
Vtrum Indulgentiam conceſſam cum clauſula,Vo-
lumus autem,&c.valeat ſi illi eccleſiæ cui Papa eā
conceſſit,aliæ Indulgentiæ alijs diebus,& ab Ante-
ceſſoribus ſint conceſſæ.pag.56.col.1
Indulgentię plenariæ an Iubilei tempore, vel in anno
Sancto publicari poſſint.pag.210.col.2
Indulgentiæ conceſſæ ædi Lauretanæ,& etiam pro de-
functis conceſſæ eo tempore non ſuſpenduntur. ibi.
Cur eo tempore Indulgentiæ aliàs conceſſæ ſuſpen-
dantur. ibid.
Indulgentiæ pro defunctis quomodo concedantur.
pag.221.col.1.& 2.
Indiuiduo deſtructo ſpecies non deſtruitur. pag.144.
col.1.
Inſomnia an irregularitatem inducat. pag.123. col.1.
Infans an confirmari poſſit.pag.277.col.2
Inferni ignis conſideratio quid efficiat.pag.53.col.1.
Infirmis varia priuilegia ſunt conceſſa.pag.149.col.1.
& p.159.col.1
Infirmitas ſæpe prodeſt.ibid.
An ut hæc priuilegia locum habeant, neceſſaria ſit
ægroti mors.ibid.
Inimicitiam capitalis quænam ſit.pag.339.col.2
Iniuriam inferens quomodo & qñ parti læſæ ſatisface-
re teneatur.pag.185.col.2
Iniuriæ an à Prælatis ſint ferendę p.287.col.1

In-

Digitized by Google

Infirmitas quælibet à recitatione canonicarum horarum non excuſat. pag. 149. col. 2
Infirmi poſt diem 3. ſua peccata confiteri debent. pag. 151. col. 3
Ingratitudinis cauſa per religionis ingreſſum tollitur. pag. 352. col. 1. Ingratitudinis ſymbolum. ibid.
Ingratitudo facit renuntiationem bonorum factam reuocare. pag. 339. col. 1.
Tollitur per religionis ingreſſum. p. 355. c. 1.
Ingredi monialium monaſteria an liceat. pag. 320. col. 1. & 2.
Inobedientia quale peccatum ſit. pag. 285. col. 1.
Innocentij Sexti Pontificis de Epiſcoporum reſidentia Edictum. pag. 242. col. 1.
Innocentii Sexti circa Prælatorum reſidentiã pia cautio. pag. 17. col. 2.
Inquilinus an de domo conducta expelli poſſit. p. 144. col. 1.
Inquiſitores contra filias ſpirituales ſollicitantes procedere debent. pag. 37. col. 1.
Quo cautè in cauſis religioſorum ſe gerere par ſit. ibid.
Inquiſitoris ætas. p. 231. col. 2.
Cur maior quam in Epiſcopo requiratur. ibi.
Ioannis Gerſonis pietas in erudiendis, ac ad pietatem informandis pueris. pag. 51. col. 2.
Ioannis Elecmoſynarii clemẽtia, & humilitas. p. 302. 2
Ioannis Alexandrini Patriarchæ teſtamentum. p. 152. col. 1.
Iocalia quomodo facta ſponſalium diſſolutione repetantur. pag. 77. col. 2
Irregularis ne ſit præcipiens ſeruo ſuo ut aliquem verberaret, & ille eum occidat. pag. 134. col. 1.
Irregularitas ex cenſura deſcendens ſine contemptu, ac mala fide non incurritur. pag. 349. col. 1
Irregularitas ex remota cauſa non contrahitur. ibi. c. 2
Quomodo iudicetur quis irregularis ex vulnere inflicto. ibid.
Irregularis an fiat Parochus qui nulla facta diligentia an puer domi rite baptizatus ſit, iterum in eccleſia baptizat. pag. 18. col. 2.
Irregularitas an ab eo incurratur qui alicui actui eãm poſitam eſſe ignorat. pag. 110. col. 1
Irregularitatem in natalibus patiens an ſi ad dignitatem eccleſiaſticam promouendus ſimilam prodere teneatur. 231. col. 2. & 232. col. 1.
Inſignia an in capellis ſupponere liceat. p. 162. c. 1. & 2.
Intelligentiæ finis quis ſit. pag. 19. col. 2.
Intentio miniſtri debita materia, & forma ad quodlibet ſacramentũ conficiendum requiritur. p. 59. c. 1.
Intentio quotuplex. ibid.
Intentio actioni nomen imponit. pag. 163. col. 2.
Intentio rei nomen imponit. pag. 10. col. 1.
Interſtitia in ordinationibus ſeruanda. pag. 173. col. 2
Cur inſtituta ſint. ibid.
Intentio virtualis in ſacramẽtis conficiendis ſufficit. pag. 41. col. 2.
Interpretationem in benigniorem partem eſſe faciendam quomodo intelligendum ſit, pag. 273. col. 2
Interpretatio Bullarum, ac Conſtitutionum literalis, ac iudaica eſſe non debet. pag. 387. col. 2
Interrogationes futuro Pœnitentiario faciendæ. p. 195. col. 2.
Theologalem præbendam habituro. p. 198. col. 1.
Interdictum eccleſiæ quid ſit, & quid eius nomine veniat. pag. 87. col. 1.
An eo tempore matrimonium celebrari poſſit. ibi.
Intruſio quomodo beneficium vacare faciat. pag. 240. col. 1. & pag. 342. c. 2
Iubileum an pro alijs tam viuis, quàm defunctis accipi poſſit. pag. 221. col. 1
Iubileum vt acquiratur quid neceſſario faciendum ſit. pag. 222. col. 1.
Quid de eleemoſyna, ieiunio, oratione, eccleſiarum viſitatione, proceſſionibus &c. ibid.
Iubilei tempore an confeſſarius ſine cauſa vota commutare, vel ſuper illis diſpenſare queat. p. 223. col. 2.
Iubilei tempore an Epiſcopus prohibere poſſit ne alij quàm Confeſſarij confeſſiones audiant. pag. 146. col. 1
Infirmus an iure pro abſente reputetur. p. 195. col. 1
Iudæi ad lectionẽ S. Scripturæ ipſis faciendam accedere debent. pag. 389. col. 2
Iudex laicus num non obſeruantes feſta cum Epiſcopi licentia punire valeat. pag. 293. col. 2. Si puniat in quam pœnam incidat. pag. 244. col. 1
Iudicia humana falluntur. pag. 392. col. 1.
Iudicium facere an quis bene, vel male moriatur ſolius eſt Dei. pag. 73. col. 1.
Iuuentus libidinis vitio dedita. pag. 151. col. 1
Iuramentum habens de non procurando, vel ſuſcipiendo Epiſcopatu an ſeruare illud teneatur. p. 228. c. 2.
Iuramentum non eſt clericis ac religioſis facile deferendum. pag. 342. col. 2
Iuramentum ab infideli an petere liceat. pag. 65. col. 2
Iuſtũ an debeat eſſe vinculum iniquitatis. pag. 113. c. 2
Iuriſdictio duplex ad abſoluendum neceſſaria. pag. 40. col. 2. & p. 59. col. 1.
Iuris præcepta. pag. 182. col. 2.
Ius canonicum quid ſit. pag. 227. col. 2
Ius ex facto oritur. pag. 171. col. 2
LAborans in die feſto per paruum temporis ſpatiũ an p. m. & in excommunicationem ab Epiſcopo latam incidat. p. 143. c. 1.
Lachrymabilis cur & quomodo confeſſio eſſe debeat. pag. 27. col. 2.
Laicus an ad beneficium præſentari poſſit. pag. 131. c. 1
Lectio maiorum librorũ quàm pernicioſa ſit. p. 237. 2.
Lectio ſacræ Scripturæ quàm vtilis, & neceſſaria ſit. pag. 322. col. 2.
Lectio præbẽdæ Theologalis quò ad materiam, & modum arbitrio Ordinarij relinquitur. pag. 199. col. 2
Lectio tamen materiæ moralis, ac practicæ, tanquam vtilior amplectenda. ibid.
Lectio ſacræ Scripturæ in regularium monaſterijs habenda. pag. 389. col. 2.
Legatum 500. aureorum factum fœminæ ſi in religionem ingrediatur, & mille ſi in ſæculo nubat an illa 500. ei debeantur ſi Tertiaria efficiatur. p. 365. col. 1
Legatũ ſub hac forma relictũ lego tibi mille ſi nubas in ſeculo centum vero ſi religionem ingrediatis, an ſi monialis fiat ei mille debeantur. ibid.
Legatum factũ eccleſiæ vt in ea teſtator ſepeliatur an ſi excõicatus obeat ita vt eccleſiaſtica ſepultura priuandus ſit, debeatur. pa. 395. col. 1.
Legatũ factum Capitulo Cathedralis vt ſingulis annis Anniuerſariũ pro aĩæ ſuffragijs celebretur an inter canonicos diuidendum ſit. ibid.
Legatũ factũ religioſis in gñe an in dubio pro religioſis fœminis potius quàm pro marib. iudicandum ſit. pag. 32. col. 1
Legatũ alicui relictũ vt uni nubat ex filiab. alterius an debeat ſi vnã petat, & illi non concedatur. p. 80. c. 2

Legatum factum ad tempus peracto tempore cũ pro prietate fundatur.p.180.col.1.
Legatum pro capella ædificanda num in ecclesiæ reparationem conuerti valeat.pag.385.col.2.
Legatarius alimentorum ſi religioſus fiat an cõſequatur legatum etiam ſi non ſtat in loco, vbi teſtator iuſſerit vt alimenta dentur.pag.140.col.1.
Legatum factum pro maritandis mulieribus an viduæ ſecundo nubenti debeatur.pag.356.col.2.
Legatum alicui relictum cum conditione vt illi non debeatur ſi religioſus fiat an valeat.&c.p.140.co.1.
Legatum annuũ quõ cognoſcatur,& quãdo debeatur.
Legatum relictum monacho ea conditione,ut ad Superiorem,vel monaſterium non pertineat an valeat pag.291.col.2
Legatum tenue an faciat vt Eps miſſas præſcriptas à teſtatore reducere poſſit.pag.321.col.2.
Legatum diſtribuendum inter honeſtas fœminas an admittat mulier ſemel fornicata.pag 396.col.2
Legatum factum ut inter pauperes poſt mortem teſtatoris diſtribuatur,an poſſit in vita diſtribui, & ſic tẽpus anticiperi.pag.148.col.1.
Legata calicẽ alicui eccleſiæ de qua materia legaſſe intelligatur.pag.326.col.2
Legatum factum Capitulo an cenſeatur factum Canonicis.& Coadiutori ſua pars debeatur.p.177.col.2.
Legatum factum pauperibus concurrentibus ad portã teſtatoris an poſſit diſtribui pauperibus infirmis in hoſpitali.pag.283.col.1.
Legatum alimentorum eſt priuilegiatum.& in principio anni.& aliquãdo manſis debetur.pag.180.col.1
Legatum impediens an peccet,& in caſum reſeruatum incidat.pag.284.col.1.
Legatum alimentorum relictum marito ab vxore decedente ſine liberis, an cenſeatur factum animo compenſandi cum lucro ex forma ſtatuti ei debito.pag.179.col.1.De legato facto pro fratribus & monialib. ſi ad vtrumq.bona non ſufficiant cui magis ſubueniendum.pag.305.col.2
Legatũ relictum ad extruendam capellam an ad reficiendam eccleſiam ab Epiſcopo commutari poſſit.pag.255.col.2
Legatum factum alicui vt pecuniam ad ſocietatẽ tradat cum pacto recipiendi quinque pro centenario, vt ſacerdoti pro miſſarum celebratione tradantur an licitum ſit.pag.69 col.2.
Legatum factum eccleſiæ cui nam debeatur.p.252.2.
Legatum eccleſiæ Cathedrali factum cuinam acquiratur.ibid.
Legatum factum pro virginibus maritandis an religionem ingredientibus dari poſſit.pag.356.col.2
Legatum incertum an valeat.pag.71.col.2
Legatum factum eccleſiæ late interpretandũ.356.1.
Legatum factũ mulieri ſi caſte vixerit, an ſi turpes tactus ita ſe admittat,illud amittat.p 123.col.2.
Factum concubinæ an valeat.pag 152.col.2.
Legatum factum alicui ob paupertatem ſi talis ad Epiſcopatum aſſumatur an illud amittat.p.244.col.2
Legatum mobilium factum eccleſiæ an intelligatur &c de acquiſitis poſt teſtamentum.p.356.col.1
Legati cuiuſdam Card.in ferenda excommunicatione imprudentia.pag.347.col.1
Legatus à latere ab excommunicatione ob clerici quãlibet percuſſionem incurſa abſoluere valet.p.330.2
Leges à Prælatis latæ ab ipſis cuſtodiendæ ſunt.379.1
Leges ad præterita facta non extendi quomodo intelligatur.p.38.col.2.
Leges Prædeceſſorum non facile mutandæ.p.281.col.1
Leges captari non debent.pag 388.col.1.
Leges cur aranearum telis comparentur.pag.66.co.2
Moribus vtentium conuenire debent.pag.258.c.1
Legitima quæ filijs debetur cur ſic dicatur.p.352.c.2.
Legum conditiones.pag.257.col.2.
Legum multiplicitas damnatur.pag.258.col.2.
Leonis Imperatoris monita.pag.257.col.2
Leonis X.apophtegma.pag.40.col.2.
Lenocinium quid ſit,& quam graue delictum p.42.c.2
Qua pœna plectendum.ibid.
Lex puniens facientem,an comprehendat mandantẽ vel conſulentem.pag.41.col.2
Lex puniens præſumentẽ non punit bonafide facientẽ.pag.336.col.2.
Lex naturalis dictat neminem cum alterius damno eſſe locupletandum pag 145.col.1.
Lex humana qualis eſſe debeat.pag.260.col.2
Lex Papia cur ſenibus matrimonium interdixerit.pag.88.col.1.& 2
Liberalitas propria Cardinalium qualis eſſe debeat.pag.229.col.2
Libertas eccleſiaſtica quõ lædatur,&defendi debeat.pag.288.col.1
Libri Curatis,ac Confeſſariis neceſſarij.pag.75.col.2.
Libro Parochi quò ad matrimonia celebrata an fides habeatur.pag.128.col.1.Et quid quò ad baptiſmũ.ibid.col.2.
Libri an nomine alimentórum veniant.pag.140.col.2.
Libri à Concionatoribus legendi.pag.107.col.1
Libros imprimens vel imprimi faciens extra ſtatum eccleſiaſticum ſine Superiorum urbis in qua degit licentia in quam pœnã incidat.p.237.c.2.&.238.1.
Licentia audiendi confeſſiones an ab eodem Epiſcopo reuocari poſſit.pag.346.col.1.
Licentia an ſcripturam requirat.pag.345.col.1
Quid de licentia alloquendi moniales religioſis conceſſa.ibid.
Licentiam faciendi aliquid à quonam petere debet religioſus cum monaſterium vacat, & ſuperiore caret pag.73.col.1.
Licentia extorta non eſt licentia,ſed violentia pa.180.col.1.& pa 220.col.2. Licentia religioſa qualis eſſe debent ibi.& pag.221.col.1
Licentia tacita vt valeat quid requirat, ibid.Licentia quotuplex ibid.Morte concedẽtis non expirãt.pag.221.col.1.
Lyciorum lex.pag.78.col.1.
Lycurgi lex de vxoribus ſine dote ducendis.p.105.c.1.& pag.126.col.1.
Linguæ lubricitas quomodo ad peccatum, & pœnam trahatur.pa.185.col.2.
Litaniæ quid ſint,& quotuplices cur & à quò inſtitutæ pag.181.col.2. Earum recitatio an ad lucrandum Iubileum neceſſaria ſit.pag.222.col.1
Litaniarum uſus quibam licitus ſit.pag.326.col.1
Literas S.Rom.Pœnitẽtiariæ impetrans an relicto eo cuius præſentauit aliũ adire poſſit 195.col.1
Lites & contentiones fugendæ.pag.159.col.1
Literarij ludi magiſtri quales eſſe debeat.pag.365.c.1
Litium damna.pag.127.col.1.
Literæ Pœnitentiariæ à quibus nam expediri poſſint.pag.114.col.1.Executioni mandatæ lacerari debent.

pag.

pag. 115. col. 2. & pag. 117. col. 1.
Literarum ſtudia aduerſitatis tempore ſolatio ſunt. pag. 113. col. 1
Locationes eccleſiaſticarum rerum anticipatis ſolutionibus prohibentur. pag. 296. col. 1
Locator an durante locatione cōductorem poſſit expellere. pag. 253. col. 1.
Locator an pacto non obſtante poſſit inquilinum de domo ſua expellere. pag. 146. col. 2.
Ludentes cum Epiſcopo à ſe cum cēſura prohibito an illam contrahant. pag. 379. col. 1.
Ludouici Galliorum Regis admonitio. pag. 26. col. 2
D. Ludouici Epiſcopi Toloſani piū dictum, & factum. pag. 203. col. 1
Ludo acquiſitum militibus Hieroſolymitanis an reſtituendum ſit. pag. 44. col. 2.
Ludus alearum an Epiſcopis ac clericis licitus ſit. pag. 377. col. 1. & 2. Quid de ludo latrunculorum. ibid.
S. Lutgardis in horis canonicis recitandis exemplum. pag. 147. col. 2.
S. Lutgardis cæca effecta quantū apud Deum meruerit. pag. 218. col. 2
Luxuria cur per calcaneum ſignificetur. pag. 165. col. 2
Etiam in vitę periodo eius igniculus viuit. p. 166. c.
Magiſtratus virum oſtendit, & vir Magiſtratū. pag. 184. col. 2
Magiſtratus ſeculares ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam condentes, quō peccent, & in excommunicationem in Bulla Cœnæ Domini contentam incidant, pag. 286. col. 2
Magiſtri ludi literarii quales eſſe debeant. p. 366. c. 1.
Magiſtratus quomodo peccent, & in excōicationem incidant ſi publica onera clericis imponant. p 375. col. 1. & 2
Malachiæ Epiſcopi erga extremam vnctionē pietas pag 65. col. 1.
Mala non ſunt facienda vt inde eueniant bona. p. 55. 1.
Malitia aliquando ſupplet ætatem. p. 76. col. 1.
Maleficiati qui dicantur. pag. 93. col. 1
Maleficia quot modis tollantur. ibid. col. 2.
Si adhibitis remedijs non ſanentur quid illis cenſendum. pag. 94. col. 2
Malus nemo præſumitur. pag. 48. col. 1.
Malus non cenſetur, qui per triennium bene vixit. pag. 48. col. 1.
Mala potius eligenda, quām peccato conſentire. 44. 1.
Mulier cur ob famis neceſſitatem furando non autē fornicando excuſetur. pag. 44. col. 1.
Mala aliqua cur à Rectoribus, & Magiſtratibus tolerentur. pag. 347. col. 1.
Malleatores uicini monaſterijs an expelli poſſint: pag. 205. col. 1
Manuum impoſitio ſuper caput ſacerdotis ordinā da neceſſaria eſt ad hoc, vt à peccatis abſoluere valeat. pag. 275. col. 1
Maria Virgo an in morte pro viatico S. Euchariſtiā ſumpſerit. 53. col. 2
Mariti vagi ſuas vxores relinquentes an à Confeſſarij abſoluendi ſint. pag. 78. col. 2
Maritus in dubio doti renunciare non præſumitur etiā ſi vxorem ſine dote ducat. pag. 353. col. 2. An uxoris doti præiudicare poſſit. p. 354. c. 1. Cogi an poſſit alere uxorem extra domum ob diuortium cauſa ipſius mariti factum. pag. 377. col. 1
Maritus an pactum in contractu matrimonii appoſitum, vt in vxoris domicilio habitet ſeruare teneatur. pag. 268. col. 2.
Maritus vxorē ob dotem non ſolutam expellere nequit. pag. 82. col. 2.
Maritus vagans an abſoluendus. pag. 128. 1
Maritus, & vxor an inter affines ſint. pag. 84. col. 1.
Maritus an vi ſtatuti dotem lucretur ſi eius ſponſa ante conſummatum matrimonium decedat. p. 95. co. 2
Vxorem etiam indotatam alere tenetur. pag. 98. 2
Maritus concubinam tenens ſit infamis, & ignominia dignus. pag. 99 col. 2
Maritum abſentem mortuum eſſe ad finem cōtrahendi matrimonij quomodo probetur. pag. 105. col. 2
Martini Sarmienti in adminiſtranda confirmatione pietas. pag. 278. col. 1
Mater an monialem filiam morti proximam intra monaſterii ſepta viſitare poſſit. pag. 294. col. 2
Materia prohibitionis rem frumentariam extrahendi quænam ſit. pag. 22. col. 1.
Materia ſacramenti baptiſmi. pag. 11. col. 1.
Matrimoniū cum cautela cōtrahendū. p. 125. c. 1. & 2
Quo ſine ineundum. pag. 125. col. 2. In eo eligendo conſenſus adhibendus. pag. 126. col. 2. In mortali culpa contrahens an mp. pag. 127. col. 1
Matrimonij bona. pag. 127. col. 1. & 2. & p. 176. col. 1. 2
Matrimonio iuncti an à toro ex mutuo conſenſu ſeparari poſſint. p. 127. col. 1.
Matrimonium in contrahentibus piam diſpoſitionem requirit. p. 77. c. 2. Infelicis matrimonij cauſæ ibid.
Matrimonium quid ſit, & unde dicatur. pag 78. col. 1
Eiuſdem diffinitionis explicatio. ibi. Matrimonialis cauſæ Iudex quis ſit. ibid.
Matrimonium cur inſtitutum. ibid. col. 2. Eius bona. pag. 79. col. 1. Quotuplex ſit matrimonium. ibid.
Antequam contrahatur precibus à Deo impetrari debet. p. 80. col. 1. Ob impedimentum in confeſſione cognitum ab eius celebratione non abſtinendum. ibid. Quid cautelæ Parochus tunc capere debeat. ibi.
Matrimonium contractum à conſtituto in articulo mortis an valeat. pag. 81. col. 1
Matrimonia liberū conſenſum requirunt. p. 83. c. 1. & 2
Matrimonij finis. p. 87 col. 1. Eius bona. ibid.
Matrimonio rato non conſōmato coniunctus, an religionem ingredi valeat pag. 86. col. 2
Matrimoniū an conſummatum præſumatur. p. 95. c. 2
Matrimonium inualidum an publicæ honeſtatis impedimentum pariat. pag. 122. col. 2. Metu contractū ve inualidum ſit quid requiratur. ibid.
Matrimonio iuncti quomodo pacifice viuere poſſint. pag. 128. col. 2
Matrimonia cum nunc contrahuntur de locuplete dote non de moribus ſit quæſtio. pag. 354. col. 1.
Matrimonio coniunctis an facto diuortio religionem ingredi liceat. pag. 377. col. 1
Matrimonium quid ſit. pag. 78. col. 1. & pag. 128. col. 2
Matrimonium quomodo ex defectu conſenſus ſit reuocandum. pag. 85. col. 2. & p. 92. col. 2.
Matrimonii vinculum an indiſſolubile ſit. p. 88 col. 2
An ab eo contrahendo ſenes arceantur. ibi. c. 1. & 2
Matrimonium an Aduentus, & Quadrageſimæ tēpore celebrari poſſit. pag. 89 col. 1. An validum ſit quū Ordinarius in foro externo, vel Cōfeſſarius Doctor in foro interno mādato Summi Pont. diſpēſat. 91. 2.
Matrimonij infelicis cauſæ quænam ſint. pa. 96. col. 2.
Matrimonia quō cum quiete tranſigantur. p. 99. col 2

Ma-

Digitized by Google

Matrimonij incommoda. pag. 125. col. 2
Eius fœtus quomodo eligendus. ibid.
Matrimonium contractum inter raptorem, & raptam an valeat. pag. 321. col. 2.
Matrimonium an valeat nõ habito certo nuntio de morte viri. pag. 105. col. 2.
Matrimonia contracta coram Parocho putatiuo an valeant. pag. 190. col. 2.
Matrimonium inualidum quõ reficiendum ſit. p. 121. 1
Matrimonium vi, vel metu contractum an valeat. pag. 121. col. 2
Matrimonium ante benedictionem conſummãtes an p. m. Núm Epiſcopus eos excõicare poſſit. p. 104. 2.
Matrimonio, cur pœna apponi nequeat pag. 103. col. 2.
Matrimonium ut feliciter ſuccedat quid Parochus ad monere debeat. p. 104. col. 2. & pag. 105. col. 1
Matrimonio coniunctus aliam vxorem ducens quõ de hæreſi ſuſpectus ſiet. pag. 84. col. 1.
Matrimonio coniuncti quõ ſi ab exactione debiti impediantur, monendi ſunt. ibid. col. 2.
Matrimonium an in mortis articulo ad finem filios legitimandi, & ſubſtitos excludendi, & ob animæ ſalutem contrahi poſſit. pag. 85. c. 1. Quõ probetur. 92. 2
Matrimonium an inter abſentes per literas, vel procuratorem contrahi poſſit, & quænam ad hoc requirantur. pag. 17. col. 2.
An ad ſopiendam litem inter aliquos diũ agitatam celebrari poſſit. pag. 18. col. 1.
Medici officiũ circa ieiuniorum ſolutionem. p. 150. 2.
Medici aliquando ſuper doctrina ac probitate examinari deberent. pag. 151. col. 2
Eorum præcepta aliquãdo diuinæ legi ſunt contraria. pag. 151. col. 2.
Nolentes confiteri an deſerere debeant. ibid. col. 2
Medicus corporis à Confeſſario imitandus. p. 29. col. 1
Medicorum ars ex tribus conſtat, morbo, ægro, ac medico. 161. col. 2.
Medici ſuorum non pharmaca accipiunt. p. 167. c. 1
Medicamentum, vſus damnatur pag. 169. col. 1
Melioramenta in rebus eccleſiaſticis per clericum facta an ipſi eccleſiæ cedant. p. 199. col. 2
Mendacium in confeſſione ſacramentali factum quando mortale peccatum ſit. pag. 26. col. 1
Mendacium quando ſit mortale. p. 213. col. 1
Menſa Epiſcopi qualis eſſe debeat. p. 368. col. 1.
Mercatores male audiunt, & in periculoſo ſtatu verſantur. pag. 250. col. 2.
Mercatores Itali extra Italiã habitare, vel negotiari nõ poſſunt, niſi in locis, vbi Catholicæ eccleſiæ vſus ſit. pag. 83. col. 1
Meretrix in domo amaſij occiſa reperta an in loco ſacro ſepelienda ſit. pag. 68. col. 2
Meretricium tributum improbatur. pag. 391. col. 2.
Merita non loca nos Deo coniungunt. p. 173. col. 2
Metus reuerentialis an matrimonium inualidat. pag. 83. col. 2. Quid de metu incuſſo. pag. 122. col. 2
Metus reuerentialis renuntiationẽ paternæ hæreditatis à muliere factam inualidam reddit. pag. 338. c. 2.
Metus voluntatem nõ tollit niſi ſit abſoluta vis. 173. 2
Milites S. Ioannis an ſint vere religioſi. pag. 44. col. 2
Miniſtrans pluribus S. Euchariſtiam in peccato mortali exiſtens quot peccata committat. p. 303. col. 2
Miniſter ſacramenti Pœnitentiæ. pag. 22. col. 1
Miracula falſa non prædicanda. pag. 213. col. 1
Minor 14. an ad ſimplex beneficium admitti poſſit, ſi patronus in fundationis limine hanc conditionem appoſuit. p.
Miraculum quid ſit, & à quo, & quomodo fiat. p. 213. 2
Ad illud quænam requirantur. ibid.
Miſſarum celebrandarum perpetua onera an à Canonicis ſine Epiſcopi licentia accipi poſſint. p. 180. 2
In Miſſis defunctorum cur pax non detur. p. 185. c. 1
Miſſam audiens in feſto animo non ſatisfaciendi eccleſiæ præcepto, an ſatisfaciat. pag. 176. col. 1
Miſſarum decennalis celebratio in alteri an obliget Capellanum in futurum ſi non cõſtat de onere, &c. pag. 136. col. 2.
Miſſa de requiem an plus valeat quam aliæ. p. 139. 2
Miſſarum celebratio an in ſacramento pœnitentiæ pro pœnitentia à Confeſſario iniungi poſſit. p. 283. col. 2.
Miſſam audiens in Oratorijs priuatis an præcepto eccleſiæ ſatisfaciat. pag. 374. col. 1. & 2
Miſſarum celebratio quomodo probetur. p. 136. col. 2
Miſſæ anticipatæ an celebrari poſſint. p. 283. col. 1
Miſſam alicui promittens, & poſtea illam omittens an m. p. pag. 137. col. 1. & 2.
Miſſæ à teſtatore præſcriptæ an dicendæ ſint. p. 218. 2.
Miſſæ virtus & excellentia. pag. 331. col. 2. Miſſæ de requiem, vel defunctorum an plus defunctis quam aliæ proſint pag. 395. col. 2
Miſſas tres an populus chriſtianus in die natalis Domini audire teneatur. 59. 1. Quid illæ ſignificẽt. ibi.
Miſſæ an ad minorẽ numerũ reduci poſſint. 371. 1. & 2.
Mitra quam gerit Epiſcopus quid ſignificet. 393. col. 1
Modica non ſunt in conſideratione. pag. 149. col. 2.
Molendinum quod quis cum fratre cõmune habet an totum acquirat, ſi ille pro ſua parte reficere nolit. pag. 144. col. 2
Monachus ſicut piſcis. pag. 295. col. 2.
Monaſteria an de delicto monachi, vel debito contracto, teneantur. pag. 290. col. 2
Monaſteria in quibus 12. religioſi non habitent an Ordinarij iuriſdictioni ſubiaceant. pag. 291. col. 2.
Monaſteria in quibus regulæ non ſeruantur, animarũ ſunt naufragia. pag. 116. col. 2.
Monaſterij nomine quid comprehendetur. p. 205. c. 2.
Monaſterium ædificari à teſtatore iuſſum virorum ne an potius ſanctimonialium intelligendũ ſit. p. 305. 1
Monachus incorrigibilis an é monaſterio expelli poſſit pag. 262. col. 1.
Moniales pueros infantes in ſepta monaſterij introducentes an in excõicationem incurrãt. pag. 2. c. 2
An ob quemlibet exceſſum ab Epõ abſolui poſſint. pag. 315. col. 2
Monialium ſtatus Deo gratus, & S. eccleſiæ proficuus. pag. 233. col. 2. An moniales de uno monaſterio ad aliud transferri poſſint. pag. 316. col. 1
Monialium nomine quid veniat pag. 205. col. 2
Moniales eleemoſynis ſubleuandæ. pag. 305. col. 2.
Monialis allegans ſuam profeſſionem inualidam eſſe an audienda ſit. pag. 388. col. 1
Monialium ſingularem curam Epũs hẽre debet. p. 233. 2
Monialis an petita ab Epiſcopo licentia licet non obtenta, ad ſtrictiorem religionem trãſire poſſit. pag. 315. col. 2. Núm cauſa reformationis de uno monaſterio ad aliud transferri. ibid.
Moniales an à religioſis viris viſitari poſſint. p. 344. 2
Moniales an Epõ ſubſint. p. 382. col. 2
Monialium monaſterium ingreſſuræ puellæ voluntas exploranda. pag. 288. col. 1.

Monia-

Monialibus in dubio fauendum.pag.3 a.col.1.
Monumenta vnde dicantur.pag.74.col.1
Mora eſt nociua.pag.2.& pag.66.col.1
Mora ſuſcipiendis ſacramentis nociua.pag.10.col.1
Moræ purgatio quando admittatur.p.163. col.1.
Morbi priuilegium pag.158.col.1.
Moriens qui nullum peccatum exprimere poteſt an abſoluendus.pag.21.col.1
Moriturus quid facere debeat.pag.165.col.1
Moribundus qui nec Confeſſarium petijt, nec vllum pctm̄ exprimere potuit, an ſit abſoluendus.p.64.c.1
Ea quæ in praua vita dilexit à mente ſua amouere deb.c.pag.294.col.2
Mortem ſecuram reddit neminem temere iudicare, & & iniurias condonare.161.col.2
Mortis ſubitanea defunctae ſi de Paſchali confeſſione non conſtet an in loco ſacro ſepeliri dēat. p.68.c.2.
Mortis in articulo exiſtente an ſuper votis à Parocho diſpenſare valeat.pag.101.col.2.
Mortis ſubitaneæ remedia.pag.181.col.2
Mortis triplex incōmodum,& amaritudo.pag.71.c.1
Mortuos ſine ſepulturæ electione vbinam ſepeliendus ſit.pag 68.col.2.
Mors coniugis abſentis ad hoc vt alter nubere poſſit quō probetur.pag.83.col. a
Mors ſubita vnde oriatur.pag.68.col 1.Exempla hominum ſubitaſm orte intereuntorum . ibid.
Mulieres vt diuortium faciant parua magnificate ſolent.pag.376 col.1
Mulieres mitius ob delicta puniendæ.pag 357.col.a
Mulier nupta in viri poteſtatem tranſit.p.89.col.2.
Velato capite in eccleſiam ingredi debet.p.296.a.
Pectus vel vbera non ſtendere.ibid.
Mulier ingens malum. pag.219.col.1.Eius familiaritas vitanda.p.219.col.a.Mulierum natura.p 38.c.1
Mulieres exorcetæ à quonam poſſint abſolui.p.331.1.
Mulieres vim paſſæ an peccent.p.364.col.a
Munera an pro expediendis S. Pœnitentiariæ literis accipi poſſint.pag.115.col.a.
In muneribus dandis,quænā attendi debeant.ibid.
Munerum acceptio iuſtitiæ adminiſtratione periculoſa.pag.229. c.1.& pag.283.co.2.& 284.col.1.
Munera à ſacramentorum adminiſtrationi abeſſe debent.pag 72. col. 1.
Muſcus an à Canonicis,& alijs clericis deferendus ſit. pag.174.col.a. & pag.175.col.1.
Muſica eſt animi leuamen,& ſtudiorum condimentū. pag.179.col.a.
Mutuū ab vſurario vſuras exacturo petere an liceat.

NArciſſi fabula.pag.163.col.2. (p.63.2
Natdi natura.pag.28.col.a
Neceſſitatis vis.p.43.col.a
Neceſſitas quotuplex ſit.p.255.c.1.Fatalis,naturalis, & legalis, quæ.ibi.
Neceſſitatibus communibus pauperum Epi præcipue ſubuenire tenentur.pag.374.col.1.
Negligentia in Prælato,quàm graue peccatum ſit. pag.278. col.1. & 248.col.1
Negotiatio clericis interdicta.pag.366.col.a
Nemo omnia nouit.pag.75.col, a. Nemo mortalium omnibus horis ſapit.pag.100.c.a. Nemo præſumitur cum mendacio ad confeſſionē accedere.p.101.1.
Neophitus cur ad Epiſcopatum promoueri non debeat.pag.131.col.1
Nicolai Sarzanenſis de famulorum electione dictum. pag.145.col.2.
Nicolaus Tolentinas cur in morte S. Eucharistiam ſumere voluerit.pag.53.col.a
Nihil inualidum,& inutile æquiparantur.p.93.col.a
Nobile cor hoīs contra potentiam recalcitrās.p.59.a
Nobilitas vera non ex ſanguine,ſed ex virtute characterem ſumit.pag.184.col.a.
Parum haber momenti ad excuſandum quempiam ab exercitijs ſpiritualibus.pag.187.col.1.
Nomina verbalia,& frequētatiua,quō intelligi debeant.pag.378.col.1.
Nomen bonum bonam præſumptionē inducit.p.13.a
Notarius dicere iure reſtitutionis cum debeat dicere iure inſtitutionis an faciat nullū teſtm̄.p.314.a
Eorum imperitia mundum deſtruit.ibid.
Notorius peccator quis dicatur.c.48.col.a.
Nouitij an abſq. ipſorum magiſtro ad ſeculum redire poſſint.pag 386.col. 1. Illis abeuntibus an omnia quæ ſecum in monaſterium detulerint reſtituenda ſint.ibid.Quid de expenſis.ibi.Nouitiorum bona an mutuo monaſterio dari poſſint.ibid.col.a
Nouitij profeſſio facta in articulo mortis an ualeat,& faciat ut ei ſuccedat monaſterium, vel morientes ab inteſtatp.pag.386. col.a.
An a cenſuris summo Pontifici reſeruatis à Superioribus religionis abſolui poſſint.ibi.in fine.
An cum à religione recedunt rinciāant,&c. 387.1.
Nūm extra monaſterium ex cauſa abſens pſo teſidente habeatur.ibi. A quo nam ordinari poſſit.ibi.
Quis det eis dimiſſorias,ibid.
Nouitia monialis futura elapſo anno profiteri debet, alias intra tēpus ab Epiſcopo præfigendum ad parentum domum remittenda erit.pag 389. col.1
Nouitia monialis an aliquod in ſeculo contractum, abſque Epiſcopi conſenſu ſoluere valeat.pag.169.col.a
An monaſterio donare.ibid.
Nuditas fœminarum ad luxuriam accendit.p.296.a
Nundinæ an in feſtis permittendæ.pag 391.col.1.
Nuptias non concubitus,ſed conſenſus facit.p.179.1

OBedientia quam pœnitens Confeſſario dēt p.18.2
Obedientiæ ratio quomodo habenda.p.160.c.1.
Oblationes quæ tempore Iubilei in Cathedrali fiunt, ad quem ſpectent.pag.189. col.1.
Oblationes in miſſa factæ in Capellano, vel potius eccleſiæ Rectori debeantur.p.148.col.a
Obligatus dicere quotidie certam miſſam de requie, vel de defunctis an poſſit dicere miſſam occurrētē, præterim ſi eſt feſtum duplex,vel ſemidup.p.148.1.
Obligatio naturalis,& ciuilis an ex venditione inualida naſcatur.pag.181.col.1.
Obliuio actualis ignorantiæ æquiparatur.p.275.c.1
Obliuio & inconſideratio ab incurſu cenſuræ excuſat. pag.32.col.1
Obſtetrices quales eſſe debeant.pa.115.col.1.
Baptiſmi formam callere eas opottet.ibi.col.a
Occaſionum ad peccandum impellentium ſpecies. pag.216.col.a.& pag.217.col.1.
Occaſiones peccandi amputandæ ſunt.pag 60.col.1.
Occaſiones peccandi euendæ.pag.165.col.2
Occiſio Cardinalis,vel Epiſcopi beneficium ipſo iure abſque facto iudicis vacare facit.pag.220. col.a
Oculorum ſenſus dignitas.pag.131.col.2.
Eorum vſu priuari quā magnū ſit ſupplicium.ibid.
Oculorum cæcitas patienter ferenda. pag.118.col.1.
Oculi plus vident,quàm oculus.pag.159.col.1

Oſcula

Odores ſuaues an ab eccleſiaſticis perſonis ſint defe- randi.pag.175.c.1. Exemplum diuinæ viſionis cō- tra fœminam nimis odoribus addictam.ibid.

Offic. js diainis Eps intereſſe deberet.pag.171. col.2

Officiales pecunias in Monte pietatis depoſitas in p- prios vſus conuertentes in quā pœnā incidāt.164.1

Officium ſuum nemini deber eſſe damnoſum.p.171.c.1

Officium diuinum qūo recitandum,pag.171. col.2.

Officia rām ſecularia,quàm eccleſiaſtica non perpe- tua,ſed temporalia eſſe debent.pag.299. col.1.

Officio duplici an quis fungi poſſit.pag.187.col.2.

Officium mortuorum ad à Canonicis, & alijs clericis perſoluendum ſit.pag.156.col.1.

Officium diuinum an alia lingua,quam latinā recitari prohibeatur.p.18.col.1. Eius recitationem quænā infirmitas excuſet.pag.149.col.2.

Cor dicatur præſtantiſſimum opus Dei.p.177.col.2

Officium diuinum an ſtans ſedens,ambulans,quis per- ſoluere poſſit.pag.177.col.2.Veſperas à prandio in Quadrageſima recitans an peccet ibid.

Officium quō recitandum.pag.155.col.2.

Officium ſuum quilibet rectè ac fideliter implere de- bet.pag.158.col. 2.Officia minora, & in ſpecia vi- lia non contemnenda.pag.184. col.1.& 2.

Oleo conſecrato an ſi aliud non conſecratum miſcea- tur totum ſacrum ſiat.pag.70.col. 1.& 2

Omiſſionum peccata facile in Prælatos, ac Rectores cadunt.p.278. col.1.

Omiſſionis peccata præcipua in Epo ſunt.pag.173.c.2

Onera maiora quàm ferre poſſint ſubditis non impo- nenda.p. 216.col.1.

Opera miſericordiæ corporalia aliquando prius,ac po tius ſpiritualibus præſtanda.pag.137.col.2.

Opera ſeruilia an in dieb.feſtis exercere valeāt. p.7.2.

Opinio pietati,& æquitati fauens potius eligēda eſt. p.395.c.2.Opinio æquior præferenda.pag.112.col.1

Orationis præceptum,& virtus.pag.310.col.1.

Oratio vocalis attenta,& deuota fieri debet. p.173.1. Quæ & qualis ad lucrandum iubileum requiratur. pag.222.col.1

Oratoria pro celebrandis in eis miſſis,quis concedere poſſit.pag.344.col.1

Ordo in rebus humanis ſeruandus.pag.174. col. 1.

Ordines ſuſcipiens forum ſeculare declinandi cauſa an m.p.pag.152.col.1.

Ordinari ab Epiſcopo quidam debeant.p.172.c.1.

Ordinandi quales eſſe debeant.ibid.

Ordinans indignum in quam pœnam incidat.ibid.c.2

Ordinationum temporibus oratio ſimul cum ieiunio à fidelibus exercenda.ibid.

Ordinatus non ſaruatis interſtitijs nūm ſiat irregula- ris.pag.174.col.1.

Ordo in præcedentijs ſeruandus.pag.172.col.1

Ordinarij vel Epiſcopi ex lauiores diuitia conca- dere non debent.pag.375 col.2

Ordines minores an profectis dietbus co ferri poſſint. pag.99.col.1

Ordinandus à proprio Epiſcopo examinatus an ab Or dinatore iterum examinari poſſit.pag.293.col.1

Ordo ſacer qūo matrimonium inualidet.p.83.col.2.

Ordinatus ordinibus ſacris an quō ad beneficia ſimpli cia examinandus ſit.pag.130.col.2

Ordinatus ſacerdos ſine manuum impoſitione ab Epo facta an valide à peccatis abſoluat.p.334.2.275.1.

Ordinarij locorum qui dicantur.pag.334.col.1

Ordinarij & Epi an pœnis populū cogere poſſit, ut ſa- crū, & concionē in propria parochia audiat.359.2 An in ſynodo ſtatuere,ut Canonici in propria eccle ſia reſideant.pag.360.col.1. Num eccleſiæ pollutæ reconciliationem alteri demandare.p.359.col.1. An præcipere ut regulares in pœnitent um ægrotan tium domibus Confeſſiones non audiant.p.360.c.1.

Ordinarij an aliqū beneficium Papę reſeruatum alteri conferre poſſint.ibi.col.2.Pœna quæ incurritur à cō ferentibus beneficia, quæ non poſſunt.ibid.

Conſilium in reb.agendis exquirere dēt.p.361.c.1.

Origo malorum clari.pag.244.col.1

Oſcula & amplexus an ſponſis licita ſint.pag.43.col.2.

Oſcula,& actus ao inter ſponſos,& coniugatos liceāt. p.101. col.1.Oſculum pacis cur in miſſa dēt.183.1.

Otiarij cur inſtituti.pag.52.col. 2.

Otium,honeſtum aliqū neceſſarium.p.377.col 2

PAcis cauſa multa à iure inducuntur.pag 347. col.1 Pacis bona.ibi.Quis ad cōponendū teneatur.ibi.2

Pacis domeſticæ cura habenda.pag.180.col.1.

Pacificatoris officium ad quem pertineat.p.87.c.1.& 2

Pacē Paſtorib.nunciati eur Saluator nō voluerit. ibi.2

Pallium Archiep. ie quid ſit,& q.d ſignificet.p.329.c.1

Papa an cum à ſe excōicato communicans minorem excommunicationem contrahat.pag 378.col 2.

Papa an in voto pau. e tais diſpen ara valeat. 247.c.2

Papa ſolus ſup impedimēto dirimēte diſpenſat.114.2

Papa & Princeps q.d in oī actiona ſpactare dēat.350.1.

Papa ſine cauſa diſpenſet an peccat.pag.90.col.2

An poſſit ſuos locupletare.pa.340.col.2

Papa pro ſuo pdeceſſore Anniuerſariū celebrat. 394.2

Papa eccleſiæ conſecratæ pollutę reconciliationē ſim- plici ſacerdoti committere valet.pag 359. col.1.

Papa difficile aliquē pdiſpenſationem à Canonicarū horarum recitatione eximit.pag.116.col.2

Papę quomodo animarum curę incumbat.pag.1.col.2

Parentum impietas in deti udendo filias turpes in mo naſteria.pag 385. col.2.

Parochus qui pecuniam accipit quò denuntiationes o- mittat an ſimoniam committat.pag.79.c.2. An te- neatur celebrare matrimonium aoiū inter quos ſcit extra confeſſionē impedimētum aliqū ſubeſſe.81.1.

Parochus an eum eo diſſimulare poſſit, qui matrimo- nium inualide contraxit.pag.91.col.2.

Parochus omittans denuntiationes in matrimonio cō trahendo an p.m.p.99.col.1.

Parochus tenetur animos diſſidentes coniugum conci liare ibi.Quō ſe gerere debeat circa matrimonium cum de morte alterius coniugis abſentis agitur. p.106.col.1.An Parochus cauſa ſtudij abeſſe poſſit: pag.342.col.1.&2 Parochus ſacerdos eſſe dēt inſra, annū ad ſacerdotiū promoueri.p.5.2. Inſtare po- ſunt ut ſuis Parochos tituū ſuum oſtendat, &c.ibi.

Parochus an teneatur inceptum miſſę ſacrificium de- ſerere quō moribundis extremam vnctionem ad- miniſtret pag.63.col.2. Permittens aliquam paro- chianum ſine ſacramentis mori qua pęna plecti de- bet p.65.col.2.An celebrere non ieiunus poſſit quō Parochiani ſacrum audiant.p.365.2.& p.366. col.1

Eius officium.pag.67.c.2. Cogens aliquam ad eli- gendum ſepulturam in ſua eccleſia in quam pęnam incidat.p.74.col.2.An in ſua eccleſia habeat ius ſe- pulchri ſedium,ac ſcamnorum.pag.74.col 2

Parochiani an in propria parochia miſſam,& concio- nem audire teneantur.p.359.2.

Pa-

Digitized by Google

Parochiani ſi ad propriam eccleſiam ob hyemis, vel aquarum, & hmôi ecedere nequeunt, ab Epo petere pñt vt noua eccleſia ẽt inuito Rectore ædificet. p. 6. 1.
An Parochus ad cõicandũ infirmum ẽt ſi ieiunus nõ ſit celebrare poſſit. p. 365. col. 2. In loco parochialiũ domorum reſidere debet. &c. pag. 7. col. 1. An m. p. ſi Dominicis, vel aliis feſtis diebus ob[...] ibid.
An diſpenſare poſſit vt ſui ſubditi feſtis diebus ſeruilia opa exerceant. ibi. Eius munus & obligõ. p. 7. c.
Notorios pctõres ad Epũ deferre tenetur. p. 48. c. 2.
An ſuorum ſubditorum cõfeſſiones etiam extra dioceſim excipere poſſit peg. 196. col. 2.
Parochiani an Curatũ ſuum qui proprio officio deeſt, Epiſcopo denuntiare teneantur. pag. 7. col. 2.
Parochus pueros in chriſtianæ doctrinæ non erudiens, & ſacrorum vim explicans m. p. pag. 8. c. 1. & 2.
Suſpenſus an luſtrã ẽ equã benedicendo, vel mulierẽ poſt partũ in eccleſiã introducendo irregul. fiet. 9. 1.
Quid in matrimoniis celebrandis obſeruare debeat. p. 125. c. 2. pag. 128. 1. Poſt celebratum matrimoniũ, quid agere oporteat. ibid. Non admonens parentes ne infantem nondum expleto anno in lecto teneãt, qũn peccet. p. 14. col. 1. Abſoluens à caſu reſeruato, in quã penã incidet. ibi. Eius officiũ in his decidẽdis, quæ eius intelligentiam excedunt peg. 19. col. 1. & 2. Eius munus in præcipuis anni ſolemnitatib. p. 20. 1.
Parochus petens ab Epo licentiam vt alterum à caſu reſeruato abſoluere valeat, an illa facultate erga ſeipſum vti poſſit. p. 23. c. 1. Eius officium erga mortuos. p. 73 col. 2. An eos gratis ſepelire tenetur. ibi.
Parochiani vnius diœceſis cum alteri Parocho alienæ diœceſis confiteri valeant. pag. 25. col. 2. An alteri Curato alienæ diœceſis licentiam dare poſſit, vt in ſua eccleſia ouium ſuarum cõfeſſiones audiat. 25. 2.
An Concionatori vt in ſua eccleſia prædicet. 204. 1. Aut in ſacris non conſtituto. ibid.
Parochus ſciens in confeſſione ſuum ſubditum in concubinatu iacere, an in Paſchate teneatur ad cõiõnẽ admittere, vel potius repellere, & ad Epm deferre. pag. 24 col. 1. An ſuis ouib. pœnitentiam ſemper adminiſtrare. ibi. 2. An ſuæ eccleſiæ reliquias alienare. pag. 370. c. 1. An in vrbe non concionando m. p. 34. 1. Et ſi ei coadiutor ſit datus à reſidentia non excuſatur. ibi. Cur reſidere debeat. ibid. col. 2. Intra annum non ordinatus ſacerdos an in conſcientia beneficiũ dimittere teneatur. pag. 50. col. 2. An eliqñ in teſtatoris voluntate diſpenſare. pag. 52. col. 1. & 2.
An lampada ardens ante ſacroſancta Euch ſectum tenere aſtringatur. ibi. & pag. 59. col. 1. Quid de eccleſię reparatione, vel paramentorum inſtructione. ibid. Sui Epi edictis parere tenetur. pag. 50. col. 2. Ei' munus circa cõfirmãdos, & confirmatos. 277. 2.
Parochus non ieiunus an celebrare poſſit, vt infirmo viaticum præbeat, vel vt miſſam populus in die feſto audiat. pag. 51. c. 1. & p. 54. col. 2. & p. 55. col. 2.
Antequam ad moribundum, vel ægrum deferat, qd obſeruare debeat. pag. 55. col. 2.
Totũ Paſtoralis curæ pondus in ſubſtitũ, & coadiutorem conijciens nõ eſt in conſcia tutus. ibid.
Parochus an concubinas ſine Epo denuntiare teneatur. pag. 29 col. 2. Tranſlatus ad aliam eccleſiam an poſſit aſportare ornamẽta, quæ fecit in priori eccleſie. pag. 329. col. 1. An matrimonium aliquod celebrari prohibere poſſit. pag. 87. col. 2.
Parochus vnius contrahentis ad in parochia alterius q ſibi ſubditus non eſt vtrũq. matrimonio coniungere poſſit. pag. 89. col. 1.
Parochi bona ſi extra parochiam moriatur ad quem pertineãt. 218. 2. Parochi an à ſucceſſore Epi à quo ſunt ad animarum curam admiſſi, examini ſubijci poſſint. pag. 382. c. 2. Parochi Prælati nõ ſunt. 101. 2.
Parochus proprius quòd ad matrimonia celebrãda an dicatur parochus ruri habitans. pa. 106. Per quot eos dies abſens eo beneficij fructus amittat. 330. 2.
An coniuges infideles, qui conuertuntur ad fidem, benedicere teneatur. pag. 117. col. 1. Sæpe abſens eſt gregi ſuo ſcandalum. pag. 343. col. 2. An denunti ationes in matrimonio contrahẽdo remittere poſſit. Quid de eius regimine dicatur ſeruitari debet. pag. 118. col. 1. & pag. 119. col. 1. An notitia in confeſſione habita ad exteraũ regimẽ vti poſſit. 120. 2.
Denontiationes in matrimonij celebratione omittens an p. m. pag. 120. col. 2. Peritia et prudentia quæ ſacerdotibus, ac Parochis neceſſaria. pag. 5. col. 1.
Parochus vel Confeſſarius quid agere debeat cum ei detegitur aliquod impedimentum in confeſſione à contrahentib. iã etiam matrimonium. p. 121. col. 1.
An coniungens in matrimonio contrahere prohibitos in excommunicationem incidet. ibi.
An in votis, vel iuramentis ſubditorum diſpẽſare, vel ea commutare valeat pag. 121. col. 2.
Et quid in mortis articulo. ibi. An complicem in delicto abſoluere queat. ibi. col. 2. An matrimonio aſſiſtere ſi ei ab Epo prohibeatur. ibid. An denegare poſſit S. Euchariſtiã parochiano ſine ſyngrapha aſſerenti ſe confeſſum fuiſſe. An cogi poſſit ab Epo vt peſtis tpe etiam cum vitæ periculo reſideat pag. 346.
An eos denunciet, qui in Paſchate non confitentur, vel concubinas retinent. ibid.
An matrimonium illi denegare teneatur, quem intra confeſſionem, vel extra ſcit aliquod impedimentum habere. pag. 47 col. 2. An tres miſſas in Natali Dñi celebrare teneatur. pag. 56. col. 2.
Quo iure reſidere teneatur pag. 342. col. 2.
Parochus celebraturus & mortali culpa grauatus, an ſimplici ſacerdoti non approbato confiteri poſſit. pag. 60. col. 1. Cur lucernæ comparatur. pag. 66. c. 1.
Pauperum, ac miſerabilium perſonarum curam gerere debet. pag. 66. col. 2. Ipſe & concionatores virtutẽ ſacramenti confirmationis explicare dẽnt. 276. 2. & 2.
Pater in bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus filij nullum ius habet. pag. 152. col. 2. An filiam diuitẽ, & indignã nuptam dotare teneatur. pag. 155. col. 1.
Pater filiam dotare tenetur etiamſi alteri perſonæ coniuncta diuaderit. pag. 555. col. 2.
Parentes an filios exheredare poſſint. pag. 11. col. 2.
Parentum obligatio erga filios, et filias. pag. 41. col. 2. Primo alere, ſecundo erudire, tertio corrigere. Erga filias earum corpus cuſtodire, & nubiles in matrimonio collocare. ibid. Parentes an filium in ſacris cõſtitutum pro correctione verberare poſſint. pa. 143. col. 2. Parentes parum pij deformes filias in monaſteria detrudunt. pag. 555. col. 1.
Petrini quidam eſſe non poſſunt. pag. 19. col. 1. Doctrinam chriſtianam ignorantes an à munere patrini arcendi ſint. ibid. col. 2.
Patrinos de cõtracta ab eis cognatione Parochus docere debet. pag. 15. c. 1. Patrinus erga eos officiũ. p. 14. 1.
Patrinus cur in collatione cõfirmationis adhibeatur. pag. 277. col. 2. Qualis eſſe debeat, & quænam ſit illius obligatio, pag. 15. col. 2. Cur ad hoc cognationẽ ſpiritualẽ contrahat, & quenã requirãtur. 17. 1.

Patronus an in fundatione capellaniæ aliquam conditionem apponere poſſit.pag.141.col.2
Patientia in aduerſis quomodo habenda.pag.94.col.2. Patientia contra pertinaciam remedium eſt.284.1
Pauperes an vt Iubilæum lucrentur eleemoſynam dare teneantur.pag.321.col.2. *Fame* oppreſſi vſurarij fabricæ ſunt.pag.283.col.1. Pauperibus an indiſtribuendis legatis ſint quærendi.ibi.
Paupertatis religioſæ votum in quonam conſiſtat.pagina 321.col.1.& 2
Peccatum mortale quomodo fiat veniale.p.142.col.2
Peccatum reſeruatum ficte abſolutum an reſeruationem exuat.pag.12.col.2.
Peccatum originales quales ſit.pa.9.2. Actuale quo ſit materia ſacramenti pœnitentiæ.pa.20.c.2.& 21.1
Peccatis non inhærendum.pag.26.col.2. *Peccatores* grauiter in ſine Quadrageſimæ confiteri uolentes an admittendi.pag.26.col.2.
Peccata omiſſionis in Prælato grauia ſunt.p.173.c.2
Peccati ſæuitia & exitium.pag.17.col.2. *Peccatorum* conuerſio eſt quoddam ſpiritus miraculum.31.2
Peccans cum fœmina quam falſo putat eſſe non caſtitatis vel religionis aſtrictam, an votum frangit, & hanc circunſtantiam in confeſſione exprimere teneatur.pag.86.col.2.
Peccati mortalis confiteri quis an teneatur antequam S.Euchariſtiam ſumat.p.61.c.1.& 203.[illegible]
An ipſum impediat Iubilei fructum.pag.323.col.1
Peccatum magis quam mundi mala cauendum.46.2.
Peccans in confidentiam an vi Iubilei abſolui poſſit.pag.336.col.1.
Peccare non vitans cum poſſit, an teneatur quo peccet.pag.375.col.2
Peccatum veniale quo fiat mortale.pag.378.col.1
Peccatori quo S.Euchariſtiam petenti quo denegada ſit.p.47.2. Quid de impedimento matrimonij.&c.ibi
Peccator publicus quis dicatur.pa.48.col.1.
Pœnæ in delictis minorum impuberum, ac mulierum moliendæ ſunt.pag.331.col.1.
Pœnæ pecuniariæ an ab Epiſcopo imponendæ.281.1.
Pœna vlla exceptis cenſuris ante iam declarationem non debetur.pag.305.col.1. *Pœna* non confitentis, nec communicantis in Paſchate.pag.45.col.2. Contra exigentes ſine ingredi monaſteria.p.388.1
Ordinaria quando quis pro aliquo delicto puniri poſſit, ac debeat.109.2. In matrimoniis remittitur.203.2
Cauſa ſi in pœna appoſitio prohibeatur.ibi. Quid de arbitrio.ibi. Abeſſe debet vbi non eſt culpa.p.104.c.1.
Pœnitentia à ſuperiore iniuncta an ab inferiori tolli vel commutari poſſit.pag.171.col.1
Pœnitentis in acceptanda pœnitentia rigorus.p.28.1.& 3.& p.29.col.1. Si in Purgatorio non in hoc mundo ſatisfacere vult, an abſoluendus.ibi.
Pœnitenti pro ſe & contra ſe credendum eſt.p.45.c.1.
Quid ſi pœnitentem falſum aliquo delicto publico, vel ſcandaloſo, aliqua cenſura innodatum.ibi.
Pœnitentiarii literas Romani Pœnitentiarij ſiue Doctores aperire poſſunt.pag.190.col.1
Pœnitentiarius facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis dum in facto conſulitur delegare poteſt.195.c.1
Pœnitentiarius in Cathedrali conſtituendus.p.194.c.2.
Quales eſſe debeat.ibi. Eius electio ad quem ſpectet.ibi
An optioni ſubiaceat.ibi. Plures Pœnitentiarii num conſtitui poſſint.ibi.& 194.col.1.& 195.col.1.
Pœnitentiarius Vicarius in ſpiritualibus ad forum pœnitentiæ,& conſcientiæ ab Epiſcopo conſtituendus eſt.pag.195.col.1. An totalem longam confeſſionem pœnitentis audire teneatur.196.1
Dum confeſſiones audit an pro præſenti in choro habeatur, ita vt diſtributiones lucretur.196.c.1.& 2.
An à caſibus reſeruatis, & ab excommunicationibus etiam & alteri Epiſcopo ſubditum abſoluere valeat.196.2.
An inualide ei confitens poſſit à caſibus reſeruatis alias ab inferiori confeſſario abſolui.pag.197.col.1.
Pœnitentiariorum conſilium in caſuum reſeruatione adhibendum.pag.259.col.1.
Pœnitentia quomodo à Confeſſario iniungenda.p.31.col.2.& pag.32.col.2. *Pœnitentia* quotuplex ſit.ibi.
Pœnitentiarius cur 40.annos habere debeat.p.171.2
An alteri facultatem ſuam delegare poſſit.p.172.1.
An neceſſario debeat eſſe *Doctor*.pag.195.col.1.
An Pœnitentiario literas aperire.ibid.
Pœnitentiæ præſeruatiuæ an per Iubileum tolli poſſint.pag.31.col.2. Quid de pœnis inflictis.ibid.
Pœnitentiam in peccato mortali adimplens an apud Deum ſatisfaciat.ibi. An remoto obice reuiuiſcat.ibi.& pag.33.col.1.
Pœnitentiæ ſacramenti vtilitas,& neceſſitas.pag.20.col.1.& 2.
Penſio quo ab Epiſcopo imponi poſſit.pag.327.col.1
Penſio an literis non expeditis exigi poſſit.p.182.2.2
Peregrinationem Anni Iubilei ſuſcipientibus ſi pauperes ſint Epiſcopi ſuccurrere debent.pag.374.col.2
Peritis in arte ſtandum eſt.pag.9.col.2. Diuerſorum Epiſcoporum an poſſint ſe inuicem in peccatis non reſeruatis abſoluere.pag.31.col.1.
Peſtis ſæuitia.p.346.c.2. An eo graſſante curatio ſub pœna peccati mortalis recedere teneantur.ibi.
Phreneticis an ſacramenta danda ſint p.62.col.2
Præcauſa eſt quod pro eis relinquitur.p.394.col.2
Pignora res omnes ſuas ſubijciens an veſtes,& alia neceſſaria obligaſſe cenſeatur.p.189.col.2.
Podagra magnatum, ac otioſorum hominum morbus.40.1
Poteſtas laica an ad matrimonialem ſtatum ſegregare poſſit.pag.272.col.1.
Pueri an in mortis articulo ſint communicandi,& extrema vnctione muniendi.pag.51.col.2
An eis danda ſit extrema vnctio.pag.62.col.2
Puncta eccleſiaſtica benignè conſtituenda ſunt.p.141.2
Puerpera vulnerata aliquando dimittatur.p.299.col.1
Pueri à fideli catechiſtana doctrina inſtruendi.p.80.& 80.2.& p.[illegible].col.1. Sine baptiſmo decedentes quo damnentur.16.col.2. An ſi ante rationis uſum aliquod peccatum reſeruatum commiſerint, à quolibet Confeſſario abſolui poſſint.pag.22.col.2
Pueri an purificationis legem adimplere teneantur.15.2
Pulchritudinis ratione uxor ducenda non primo habenda.pag.191.col.2
Purgatorij pœna quam grauis ſit.pag.25.col.1
Præbendam theologalem an quis ſine Doctoratus gradu obtinere poſſit.pag.299.col.2.
Præceptum confitendi & communicandi in paſchate quando non impleatur.p.45.col.2. An qui hæc in paſchate non præſtitit, tranſacto tempore adhuc confiteri, & communicare teneatur.p.46.col.1.
Prædicator ſuam concionem ad auditorum captum accommodare debet.p.212.col.2. Quid in utilis ab eo prædicandum.ibi.& p.212.col.1.
Circa quæ potiſſimum verſari debeat concio.
Semper veritatem annuntiare debent.p.213.col.1
Quomodo peccet apud ruſticos inutilia,& vana prædicanda.p.214. Et quid de concionante apud moniales.

niales.ibi. Quo peccet fine licentia prædicãs.240.a. Ioc nia cauere debet,ne non illas opiniones p quas peccandi occasio arrip tur.pag.114.col.2
Quã pe à falsa miraec à pdicans contrahat. 115.1.
Prædicatorẽ aliqñ Conf esse ariũ etiã esse expedit.116.2.
Prædicator suspensus . cencione eo contrefaciẽdo fit irregularis.pag.217.col. c. Cupiditatẽ lucri,& auaritiam abdicare de bet.pag.217.col.a.
sumptus quis eius beneficiis teneatur.p.218.c.
Po minoas ostare non debet,& si contrefeciat quomodo peccet.p.218.col.2.
Prædicator eo Indulgentias plenarias in anno Iubilei publicare possit.pag.210.col.a
Prædicatores eleemosynas ex suggestu petentes quo modo peccent.pag.215.col.2.
Prædicationis tempore commessationes in vrbe ab eo Episcopo prohiberi possint.391.co.2.Prædicationis munus ad quem spectet.p.203.c.1.& 2.& 204.c. 1. 2.4.etc Quid requirat.p.203.c.1.& 2.Quibus committendum p.204.c.2. In sacris non constitutus an aid illud admitti possit.p.204. 1.Prædicatores quib. conditionibus præditi esse debeant.p.224.c.1.
Prædicatores Mendicantes semel in vna diœcesi ad prædicandum examinati,aut gradu in Theologia insigniti,&c.nouo Epi exam ne non egent.pag.205.1
Prædicatoris ministeriũ ambiens ab eo arcẽdus.205.2
Prædicator ab ieiunij, & officij diuini persoluendi obligatione excusetur.ibid.
Prædicationi b. quatuor causæ inesse debent 206.1.& 2
Præd. icatoris finis quinam esse debet.ibi.& 224.c.1
Causa efficiẽs,materialis,&formalis quæ ã sint.ibi.
Prædicatio quõd lectione differat.ibid.col.a.
Princeps Mesfict res,& Cõ ilearios habere debet.361.2
Probitas morum in promouendo ad ecclesiastica beneficia in primis requiritur.pag.123.col.1.
Professio ob conses vsus defectum nulla redditur,336.1.
Professio facta in articulo mortis an faciat ut professo succedat quoad. ſecũ,vel venientes ab intestato, pag 81.co.1.
Professio votiua quo b. eneficia vacare faciat,p.340.c.1
Professio in articulo mortis facta an valida sit etiamsi probationis annus non sit expletus.pag. 170.co 1.
Professio ob aliquod lucr vel dolo facta an valeat ib.
Professiu facta contra Cons. titutionẽ Sixti V.an valeat, pag.387.col.1.& 2.
Professionem fidei omittens a n. p. m. fructus beneficij amittat,& ipso beneficio priuetur.p.335.col.a.
Promittens aliquid in re graui cum iuramento si promissionem non adimpleat,an venialem tantum, vel duo peccata admittat pag.137.col 2.
Quid de promittente animo se obligandi tantum ad venialem culpam,an omittente p.ibi.
Promissio de ducendo aliquem in vxorem facta prope carnalem copulam ab amore ea ipto an sponsalia inducat.pag.142.col.1
Processiones publicæ quænam sint ad quas religiosi, & Confraternitates cogi possint. pag.130.col.1
Primicerius,vel Punctator, qui non notat eos qui choro non intersunt,vel male recitãt,quo peccet. pag. 192.col.1.& 2.Eius munia.pag 193.col.2.
Præfecti ceremoniarum in ordinatione. quid adoertere debent.pag.275.col. 1.
Prælati regulares an prætet pere possint, vt subditi missarum valorem iuxta eorum intentionem applicẽt, aliás ipse velor sit nullus.pag.318.col. 2
Prælati Regul. an ecclesias reconciliare possint.170.b.
Prælati regulares an ecclesias proprias pollutas recõciliare possint.pag.159 co.2.An eas consecrare & benedicere. & honorandi sunt.pag.134.col.2
Prælati regulares eo in votis ad arctiorẽ religionẽ transeundi cũ suis subditis dispẽsare valeãt.pag.189.c.a. Malis consuetudinibus & abusibus obsistere debẽre pag.392. col 1.Prælati regulares quo residere teneantur.p.316.col.1.An suos subditos lege soluere possint,vt horas Canonicas recitare non teneantur. pag.314. col.1. An Confessarium à suo Ordinario non approbatum eligere possint.pag.380.col.2.
In concedenda facultate absoluendi a casibus reseruatis facilis esse debent.pag.24 col.2.
Prælati regularis officium.pag.27.col. 1. Eo absente an eius Vicarios à casib reseruatis absoluat.ibi.
An dispensare possint vt illegitimi in religione ad dignitatem promoueantur.p.290. col.1.
An pro vsu tãm suarum quàm aliarum ecclesiarum paramenta benedicere,& campanas consecrare possint.pag.304. col.4. Residere teneantur.342.a.
Prælatis regularibus an ab excõicatione ob clerica percussionem incurse absoluere liceat.pag.33 1.col.1.
Prælatorum regularium potestas in suos subditos. pag.382 col.1.
Prælatus ecclesiæ commodum propriæ,vel suorum vtilitati præferre debet.pag.287.col.a.
Etsi in grege suo excolendo non proficere videtur non eum deserere debet.pag.393.col.1.
Corruptos mores in republ.emendare debet,etiam si leues videantur,pag.392.col.1.Magis peccat malo exemplo,quam priuata persona. p.393.col.2.
Successor an locatione à Prædecessore facta stare teneatur,pag 295.col.2. De qua culpa teneatur, pag.227 col.1. An damna ecclesiæ illata restituere teneatur ibi.Qua scientiæ instructus esse debeat.ibi. col.2.Qua is esse debeat.p.228.col.1.
Prælatorũ exempl vid.377.col.2. Prælati excõicatione sobrie,& cum magna causa ferre debẽt.pa. 384.2.
Pretium promittens pro aliquo prauo opere,an illud soluere teneatur.pag.130,col.1.

Quarta quotuplex sit.p.332.co.1.& 2.& 333.col.1.& 2
Pare ntibus,liberis,vxori, merito, hæredibus fideicommissariis & parochiali ecclesiæ debetur.id.
Quarta vt ab Epõ debeatur quænã requirantur.333.1.
337.1.An et à Parocho si nõ petãr soluẽda sit.ibi.2.
Quentitas aquæ ad baptismũ conferendũ quæ.p.11.1
Quies aliquando necessaria.p.379.col.2.
Quilibet ea nora habere debet,quæ ad suum statũ pertinent.pag.148.col.1.
Quod omnes contingit ab oib.debet approbari. 145.2

Raptus crimen,& eius pœnas an cõtrahat, qui puellam eum qua sponsalia iniuit rapuit.p.31.c.2.
Rector quæ pœnas contrahat.pag.107 col.1.
Rectorum aliarum maximum est periculum.p.3.col.1
Reductio missarum an ab Episcopo extra diœcesan synodum fieri possit.pag.306.col.a
Referens alteri iniuriam illatam an peccato detractionis mortaliter peccet.pag.188.col.1.
Regula de rationali in Rectoribus ecclesiarum omittentib.facere professionẽ fidei,quõ ad fructus percipiẽdos profit.p.335.col.2.& pag.336.col.1.
Regula qui prior est tpe potior in iure quo procedat in præcedentiis.pag.372.col.1

Regulares an Epiſcopo ſubſint.pag. 381.col.2.
Cur ſint exempti à iuriſdictione Epiſcoporum.p.382. 1.
Quò ad feſta colenda ſuos ritus ſeruare debent. pag.385.col.1.
Defunctos excõmunicatos in ſuis ſubditis ſepelientes quomodo peccent, quam pœnã incurrant. ibi.2
Regulares an ab Epis cenſuris puniri poſſint.p.115.1.
An Epis ſubſint.p.321.col.1. Eorum cooperatores dicuntur.ibi.
In ſacramentorum adminiſtratione proprio habitu ex regulæ præſcripto vti debent.pag.10.col.2.
An cogi poſſint ab Epõ vt ad publicas ſupplicationes eant.pag.322.c.1. An feſta ab Epõ indicta ſeruare.pag.384.col.2.& pag.385.col.1.
Regulares ac religioſi an teneantur ad arctiorem obſeruantiã facta obſeruare teneantur p.145.col.2.189.2
An feſtos dies non obſeruare abſq. Epi licentia poſſint.pag.294.col.1.
Regulares Epiſcoporum Coadiutores ſunt.p.62.col.2
Tpe peſtis in defectũ Parochorũ ſcrã adminiſtrare tenentur.ibi. An ab excõicatione ob clerici percuſſionem incurſa abſoluere valeant.pag.331.col.1.
Quãdo ab Epõ puniri poſſint.p.389.col.2.& 390 c.1
Moniales ſine licentia alloquentes in quam pœnam incidant. pag.237.c.2.& 351.col.1. Et an Epõ puniri poſſint.ibi. An libros imprimere poſſint.& quo.pag.238.col.1. Quo ab Ordinariorum iuriſdictione ſint exempti.pag.264.col.2.
Quomodo ad audiendas confeſſiones Epiſcopi approbatione indigeant.pag.263.col.1. Semel approbati an ab eodem Epiſcopo ſuſpendi poſſint.ibi.
An ſi extra clauſtra peccent ab Epõ puniri poſſint. pag.264.col.2.& pa.270.col.1
Facilè de clauſtris exire non debent.ibi.
Regularis non approbatus ab Ordinario, ſed à ſuo Superiore an tpe Iubilei fratres à caſibus reſeruatis abſoluere valeat.pag.135.col.1.
Regularis Præfectus Generalis an ſtatuta condere poſſit, quæ ſubditos ad arctiorem vitã obliget.p.182.c.
Regularis an matrimoniorũ cõciliator eſſe poſſit. 108,1
An teſtamentũ ante profeſſionẽ factũ reuocare poſſit.p.291.1. An religioſus ſit ciuis vrbis in qua habitat.pag.387.c.1. Religioſus aliquid donans qñ p.m.& in pœnas Clem VIII.incidat.pag.110.col.1.
An quod habet in ſuos honeſtos vſus expendendum in profanos inſumere poſſit.pag.135.col.1
Regularium generale Capitulum, an ſtatuta condere poſſit ad arctiorem vitam obligantia.p.182.c.1
Religio quænam abſolute perfectior dicatur.p.203.1.
Religioni in dubio fauendum.p.365.col.1
Religionem ingredi quilibet canonicus,& dignitatem habens poteſt abſq.Epiſcopi licentia.pag.157.col.2
An q.s eã poſt matrimoniũ ratũ ingredi poſſit.79.1.& 355.c.1. Per religionis ingreſſum omnis iniuria, & ingratitudo tollitur.ibi.
Religionis tranſitus an liceat.pag.381.col.2
Religioſi itinerantes cõmendatitias literas ſecũ deferre debent.p.389.col.1. Quid ſi non ſint.& c.ibi.
Laborioſi Senatores dñr.pag.269.col.1. Reformationes regulares in Conſtitutiones redigẽdæ.269.2
An ab Epõ cogi poſſint ad proceſſiones i c.p 320.1.
Num eos punire ſi in monaſterijs ſacræ Scripturæ lectionẽ non habeant.pag.322.col.2.& pag.123.col.1
An ordinandi tantam ſcientiam quantam ſeculares clerici habere debeant.pag.272.col.1.& 2.
An monaſteria in ciuitatib.ſine Papæ,& Epiſcopi licentia ædificare poſſint..p.288 col.1.& 2. An teſtamentorũ executores eſſe poſſint.pag 372.col.2. An cogi poſſint ab Epõ,vt ad publicas proceſſiones eãt.p.184.1
Ex Prædicatorum ordine ad Epiſcopatum aſſumpti tenentur ante conſecrationem libros, & bona ordini relinquere.&c.p.297.col.2. An pro ordinibus ſuſcipiendis tantam ſcientiam quantam in clericis ſecularibus exigitur habere debeant.pag.182.col.1.
Sunt Coadiutores Epiſcoporum.ibi. Infirmi quo circa horarum Canonicarum recitationem ſe habere debeant,pag.150.col.1. An moniales ſanguine coniunctas viſitare poſſint.pag.344.col.2. An tutelam ſuſcipere poſſint.pag.108.col.1. Matrimonia conciliare non debent.pag 108.col.2. An Pœnitentiariæ Romanæ literas expedire.pag.124.col.2. Cur patrini eſſe nequeant.pag.124.col 1. An S.Euchariſtiam ſine parochi licentia etiam in mortis articulo adminiſtrare poſſint.. pag.56.c.2.& p.57.col. 1. An ad beneficia ſimplicia promoueri p.131,c.1. Quo eorum vagatio damnetur.pag.219.col.2.
Quo poſſint decimarũ ſolutiones diſſuadere. 219.2
Religioſi Prælati an eccleſias reconciliare poſſint.370.2
Religioſi fugitiui à quo puniantur.pag. 390.col.1.
Eorũ fornicatio ſacrilegiũ eſt.363.1. Concionatores antequam prædicent quid facere debeant. p.204.1
Religioſi Prælati reſidere debent,p.370.1. An ſi lectionem S.Scripturæ in conuentibus omittant ab Epis puniri poſſint.p.389.2 Aptiores quàm clerici ſeculares ad Epiſcopatum ſubeundum ſunt.p.297.col.2
Ab ambitu abeſſe debent.pag.317.col.1
Cur abſq. acceptione perſonarum magis diuites,& nobiles honorent.pag 266.col.1
Religioſis viris Eporum Coadiutoribus ad functiones obeundas duplex obſtat impedimentum.p.203.2.
Religioſus in caſibus Papalib.occultis, vel in cenſuris Epõ reſeruatis,an ab Epõ abſolui valeat.285.1.316.
An ſi ad aliam religionem tranſeat nouo tyrocinio indigeat.p.290.2. Si extra monaſterium delinquat, vel æs alienum contrahat,an monaſteriũ teneatur.ibi. Quid ſi cõceſſit vt ad pprios vſus male inſumat.ib.
Religioſus exẽptus an ab Epõ ſine ſui Superioris licentia in Confeſſarium eligi poſſit.pag.380.col.1.
Religioſus procurans abortum à quo abſoluatur 285.1
Non ſubdiaconus an vocem in Capitulo hẽat. 316.2.
Religioſus allegans ſe inualidam profeſſionem emiſiſſe,an ſit audiendus.pag.38.col.1
Rei vltimo ſupplicio afficiendi an S.Euchariſtiam ſumere debeant pa.53.col.2
Reliquiarum vtilitas.p.370.col.1. An ſine Papæ licentia alienari poſſint.ibi.
Reliquiæ Sanctorum quomodo venerandæ.213.1.& 2
Remedia in calamitatibus quænam ſint.p.118.c.2
Renuntiare canonicatum cum pacto vt tot miſſæ à reſignatario celebrentur,& propria inſignia ab eo deferantur an ſit ſimonia.ibi.col.2
Renũtiatio paternæ hæreditatis à muliere nupta facta quando inualida ſit.pag.338.col.2
Renuntiatio Epiſcopatus ex quibus cauſis fiat. 300.2
Renuntiatio facta à nouitio an ſi poſtea fiat Epiſcopus reuocetur.p.244. A moniali fratribus facta quando reuocari poſſit.p.338.col.1. Bonorum à moniali fratribus ſuis facta an ob eorum ingratitudinem reuocari poſſit.pag.339.col.1
Renuntiationis nomine in Decreto Conc.Trid.ſeſ.25. de

Digitized by Google

de regul.c.16 quid comprehendantur. p.169.col.2. & pag. 184.col.2. & 185.col. 1.

Renunciatio beneficium coram Ordinario ea intentione & ſpe vt à ſe nominato co ferat, an p.m.contrahat.p.287.2.Renunciationis,vel reſignationis eccleſiaſtici beneficij cauſa 329.co.2

Reſeruatio eſt de peccatis mortalibus.pag.71.col.2

Reſeruatio ſacrilegij ab Epiſcopo facta quomodo intelligatur.p.364.col.1. Grauium peccatorum cur inducta.pag.358.col.1. An afficiat peccatum antequam reſeruaretur admiſſum.ibi.Quid in ea facien da attendenda.ibi.col.2.In dubio recte facta referuatio præſumitur.ibi.Expedit aliqñ reſeruationem remitti.p.358.col 2.Qñ reſeruatio nulla reddatur.p.358.Confeſſarij regulares quando à caſu reſeruato et inuito Superiore abſoluere valeant.359 1

Reſidentia an in beneficio ſimplici requiratur.p.131.1 Canonicorum pag.155.col.1. An aliquando abeſſe poſſint.ibi.Epiſcoporum.pag.145. Quando eis abeſſe liceat.ibi.In animarum Curatoribus,quam neceſſaria ſit,pag.7.col.1.& p.16.col.1.& 241.& 12 Ex ſi beneficium Curatum modicũ ſit adhuc tamẽ reſidendum.ibi.Mala ex eius def.ctu.242.col.2.& 241.col.2.Non reſidere lethale eſt culpa.p.242.c.1. Diui Caroli de reſidentia exemplum.ibi.col.2

Reſignatio eccleſiaſticorum beneficiorum coram quo, & quibus ex cauſis fieri debeat.pag.287.col.1.& 2.

Reſignationes etiam ex cauſa permutationis quomodo fieri debent.ibi col.2.

Reſpublica quomodo fælix eſſe poſſit.pag 278.col.1

Res ſacræ in quibus ſacrilegium committitur quanã ſint.pag 363 col.2.

Reſtituere an teneatur qui à religioſo aliquid accepit.pag.290.col.2.

Reuelare alterius peccatum,vel vitium quando liceat.pag.126.col. 1.

Reus ſe prodere non tenetur.pag.38.col.2

Reus an & quando veritatẽ fateri teneatur, p.185.c.2

Ruſticis quid pro pœnitentia à Confeſſarijs iniungẽdum ſit,pag.32 col.2.

Ruſtici inceſtibus dediti.pag 212.col.1

Ruſtici an à choreis in diebus feſtis exercendis arcẽdi ſint.pag.16.col.1.& p.367.col.2.

SAcerdos accipiens pecuniã pro dicendis miſſis in-ſundam an peccet,& in cenſurã incurrat.p 283 c.2 An rite,& valide ſit ordinatus in ordinatione vas cum vna tantum ſpecie ab Epõ ſit tradita.275.c.1 An ſpecialem miſſæ valorem ibi competentem alteri applicare poſſit.p.139.col.2.

Obligatus quotidie certã miſſam dicere, an ſi feſtũ duplex, uel ſemiduplex incidat dẽat de illo dicere, & non de requiem.pag.139.col. 2. Excõicatus, ſed occultus an beneficij fructibus ſit priuatus.p. 2. An totum ſacrificij valorem applicare teneatur ſi ſtipendium aſſignatum tenue ſit.p.145.col.2.

An ſi tutor datus ſit pro adminiſtratione rerum pupilli ad ſeculare forum trahẽdus ſit.pag.146.col.1

An pro pupilli cura negotiari poſſit.ibi.

Qui ſimular conficere ſacramentum Euchariſtiæ, & non conficit,an grauius peccet quàm qui in mortali conficit.pag.59.col. 2 Intendens conſecrare 36.hoſtias ſi ſint 17.an omnes ſint conſecratę 61.

Sacerdos regularis an extremam vnctionem adminiſtrare poſſit.pag.62.col.1.

Laruatus incedens tempore carnis priuij, an p.m. pag.172.col.1. Malus in peccato adminiſtrans ſacramenta ſacit ſe ipſum conuinucit.64.col.1 An miſſas quas celebrare tenetur præuenire poſſit.p.383.c.2.

Dum ſacrum facit aggreſſus, an vt mortem euadat, poſſit aggreſſorẽ occidere, & ſacroſancta myſteria perficere.pag.70.col.2.

Celebrans in calice non conſecrato in quam pœnã incidat.pag.126 col.2

Ab Epiſcopo non approbatus an regularium confeſſiones audire poſſit pag.382.c.2 Ante legitimã ætatẽ ordinatus,an in ſuſpenſionẽ incurrat.p.334.1

Non ieiunus an ad communicandum infirmum celebrare poſſit.pa.365.c.2. An vt Parochiani ſacrum audire poſſint.pag.365.col. 2.

Cui certa ſumma pro miſſis à ſe dicendis datur an poſſit alios pro minori pretio conducere,& reliquũ ſibi retinere.pag 383.col.2

Aliam miſſam celebrans, quàm ſit à teſtatore præſcriptum,an ſatisfaciat.pag.238 col. 2

Quomodo cum infirmis teſtantibus ſe gerere debeant.pag.317.col.1

Sacerdos Canonicus cõf ſſiones audiens in defectum Pœnitentiarij an ſeruetur diſtributiones, & ſi 40. annos non habeat.pag.170.col.2

Sacerdotes exteri non permittendi ſunt celebrare, niſi commendatitias literas oſtendãt.p.389.1.& 2

Quid ſi noti ſint,& c.ibi.

Sacerdos an Curatum beneficium appetere,& procurare poſſit.pag.3.col. 1.& 2

Sacerdotes in ſacramentorum adminiſtratione longa ueſte, ſuperpellicco,& ſtola vti debent p.30.col.2

Sacerdotes laicos religione,ac pietate ſeu loco antecellere debent.p.151.c.1 Eorum munia.p.327.2. An miſſas anticipatas celebrare queãt.p.383.1.& 2

Qui publicis proceſſionibus non interſunt, an ſub pœna peccati mort.teneãtur Litanias priuat m dicere.pag.181.col.2. Ab Epiſcopo honorandi,vt & ipſe ab eis honoretur pag 153 1. 2

Cur Chriſti Cooperatores dicantur. p.66.col.2

Antequam celebrent,vel ſacramenta adminiſtrent in ſtatu gratiæ conſtitutæ debent pag.70.col.2.

Sacerdotis cuiuſdam mirabilis caſus.pag.219.col.1

Sacerdotis cuiuſdam infelix mors.pag 165.col.2

Sacerdotem improbum,& à diuina gratia alienũ an ad adminiſtranda ſacramenta inducere liceat.p 63.2.

Sacramenta an ab alio quàm proprio Parocho recipi poſſint.pag.246.col.2

Sacramento um eorũ frucus.pag.5.col.2

Sacrorum ope indigens an ea lenti nimi accepto pretio illa adminiſtrare illud dare cogat.pag.6.col.2

Sacrĩmat.imonij gratia quid ſignificat.pag.99.col.1.

Sacrilegium quid ſit,& quot eius ſpecies.p.361 1.

Salarium non conuentum an debeatur.p.36.col 1

Salutare an teneatur Canonicus ſuum collegam,quãdo inter eos ſimultas eſt habita.pag.16.col.2

Sanctorum in numerum non relatis hominibus an cultus adhibendus.pag.314.col.1

Sanctorum acta omnia non ſunt nobis ſemper imitanda.pag.51.col.1

Sãi,vel Sanctę nomẽ cur baptizatis imponẽdũ ſit.141.

Sandalia quæ deſert Eps quid ſignificationem 303.

Sapiẽtia quantũ aſtrum Rectoribus neceſſaria ſit.133.1

Scientię defectus in Confeſſario quomodo nullam,& inualidam confeſſionem reddat.pag.51 col.2

Scrupulis in canonicis horis recitãdis obſiſtẽdũ.147.2

Sacra-

Google

Secreta non pandenda.pag 185.col. 1.& 2.
Seminaria cur inſtituta,& quinam in illa recipiendi, pag.285.col.2.
Seminarij alumnis abeuntib.an ab eis expenſæ repetendæ ſint.pag.386.col. 1
Semen vxoris ad generationem neceſſarium non eſt, pag.94.col.2. Senatoris officium.pag.158.col.2
Senectutis priuilegia,& incommoda.pag.159. col.1
Senex ſexagenarius quomodo de ponte eijciendus dicatur.pag.159.col.1.
Senes an matrimoniũ contrahere valeant.p.88.1.&.2
Senectus quàm nuptijs ſit inepta.ibi.
Sententia Paſtoris etiam iniuſta timenda eſt.p.304.2.
Sepeliens publice excommunicatos in eccleſia, quam pœnam incurrat,pag.385.col.2
Sepultura cadauerum maximum pietatis opus.p.73.2
Sepulturæ an ſubita morte extincto deneganda ſit.68.2
Quid de meretrice in domo amaſij occiſa.ibid.
An pro ſacra ſepultura aliquid exigi poſſit.p.74.2.
Serui Dei de primatu contendere non debent p.173.2
Serui Dei litigia fugiunt.pag.367.col.2.
Seruire Deo minus principaliter ob retributionem, an liceat,pag.229.col.1.
Seuitia viri contra vxorem quõ probetur.pag.98.c.1.
Sigillum confeſſionis nunquam violandum.p.27.col.2 & pag.29.col.2.
Silentium in diuinis ſeruandum.pag.193.col. 1.&2.
Simonia quid ſit,pag.15.col.2.& pag.227.col.2.
Dans aliquid alicui perito viro vt illum inſtruat in articulis ad Epiſcopatum examinandis proponi ſolitis,an ſimoniam committat.ibi.
Simonia ne ſit dona dare ad Epatum conſequendum, pag.228.col.2. An ſit ſimoniæ peccatum ſi in Epiſcopatus examine digniori competitori aliquid donetur,vt deſiſtat.p.230.col.1
Simoniacorum pœna.pag.230.col.1.& 2.
Simonia quomodo in beneficialibus cõmittatur.162.2
Simonia an ſit ad dirimendam litem vni applicare bñficiũ cũ onere vt quãdiu vixerit pẽſionẽ ſoluat.327.1
Dãs aliquid patrono ad eccleſiaſticum beneficium, vel capellaniam præſentet,an ſimoniam committat ſi prohibitum id eſſe neſciat.pag.143.col.1
Simoniæ eſſentia in quo conſiſtat,pag.304.col.1.
Simonia quomodo committatur præſentando aliquẽ ad beneficium.pag.144.col.1.
Ignorantiæ iuris vel facti an ab ea excuſet.ibi.
Sodomię ſcelus perpetraſſe conuicti an ab Epiſcopo, vel regulari Prælato diſpenſari valeant vt miſſam celebrent.pag.324.col.2
Sodomiticum vitium viri an ab eo diuortium faciendi iuſtam cauſam præbeat, pag.98.col.1
Sol quõ ad hominis generationem concurrat.p.1.col.2
Solicitantes filias ſpirituales in confeſſione,vel propè, ſeu in loco ad confeſſiones audiendas deſtinato,quã pœnam incurrant.pag 23.col. 2
Solicitans per interpoſitam perſonam, an in Pontificias Conſtitutiones incidat.pag.41. col.1.Loquens de reb.obſcœnis in confeſſione an ſolicitator dicatur,& incidat in Bullam Greg.XV.pag.37. col.1.
Sororem Tertiariam vt aiunt, carnaliter cognoſcens an ſacrilegiũ committat,p.364.col.2.
Somnus quot horarum in homine eſſe debeat.p.154.2
Spartani quanti prolis procreationem fecerint. 88.1
Spadones matrimonium contrahere nequeunt.pa,84. col.2
Spolia quid ſint,& quid ſub eis ueniat.348.2. & 366.1.
Spolia quandonam dabeantur..ibi.& p.367.col. 1.
Spoliorum nomine an calicis, libri, & ornamenta ueniant.pag.348.col.2.
Sponſalia quid ſint.p.76.col.1.Quid ad eorum validitatem requiratur.p.76.1.Ætas ad illa requiſita.ibi. col.2.Eorum effectus.ibi.Quot modis ſoluãtur.77.1
Index competens ad ea diſſoluẽda quis ſit.ibi;col.2
Sponſalia an per ingreſſum religionis,& ſimplex caſtitatis votũ ſoluant.113.2.Quid ſi iure firmata ſint.ibi.
Sponſus recedens à ſponſalib.quõ peccet, & ad ea obſeruanda cogi poſſit.p.76.col.2.&p.79.col.2
An quem primum ad id adigendus ſit.pag.77.col.1.
Sponſus ſi fornicetur an hanc circunſtantiam in cõfeſſione exprimare teneatur.p.104.1.Et qd de ſpõſa.ibi.
Sponſalia an tempore Iubilæi à Cõfeſſario diſpenſari vel commutari valeant.pag.79.col.2.Inualida impedimentũ publicæ honeſtatis nõ pducũt.84 1.& 114.1
Qui cũ aliqua contraxit,& poſtea cum alia ſubſecuta copula eadem iniuit,an ad priora ſpõſalia præſtanda cogendus ſit.318.col.1.Ea violantes an m.p. p.87.col.1.& p.103.1.In ſponſalib.mutua debet eſſe verbalis repromiſſio.pag.113.
Qui cũ aliqua muliere iniuit,& poſtea ſine cauſa ea violando vxorẽ aliam duxit,an hac poſtea defuncta priora ſponſalia adimplere teneatur.p.104.c.2.
Sponſa habens occultum vitium quod ſi ſponſus ſciret à ſpõſalibus reſiliret an eum ad adimplenda ſpõſalia cogere poſſit.An ſi aliquid à ſponſo accipiat,ut à ſpõſalib.reſiliat tuta conſcia retinere poſſit.114.1
Sponſo,qui ad ſponſam acceſſit aſſerenti ſe in fœminam vaſa nõ ſeminaſſe quòd ob matrimonium ratũ tñ ad religionẽ conuolare poſſit an credendũ ſit.p.95.c.2
Sponſus violans ſponſam ſimplici religionis voto obſtrictam,an incidat in caſum reſeruatum afficientẽ puellas,voto caſtitatis,uel religionis ligatas p.107
Sponſi matrimonium de præſenti quamprimum contrahere admonentur.p.101.col.1.
Sponſam de futuro abducens an raptũ committat.ibi.
Sponſus à ſponſalib.ſine cauſa recedens quõ peccet, & damnum datum reſarcire teneatur.p.103.col.1.
Statuta Epõrum quomodo condenda p.277.col.2.
Statuta regularia ad arctiorẽ uitã obſeruandam obligantia an ualeant. p.145.2. Seculariũ Magiſtratuũ contra eccleſiaſticam libertatem an ualeãt.p.286.2.
Statutum an valeat quod Canonicus antequam in canonicorũ collegiũ recipiatur ei aliqd tribuat,162.2
Nec ut ſolũ nobiles in eorũ collegiũ cooptẽtur.184.2
Quod vir decedente uxore ſine liberis dimidiã partem dotis lucretur quõ intelligatur.p.179.col.1.
Permittẽs parentib.exhæredare filios,q. ſine licẽtia parentum nubunt an valeat.p.355.col.1. Et probãdum, ac cõmendãdum quo præcipitur ne beneficia eccleſiaſtica alijs,quam naturalibus ciuibus conferantur.p.338.col.2. Statuta an condere Eps poſſit in diœceſana ſynodo ſine Cõſilio Canonicorũ.312.2
Stylus ac praxis ẽt cõtra cõem ſñiam ſeruanda. 124.2
Subditi proprijs Prælatis confiteri tenentur.p.24.c.2
Subditus Prælatum ſuum non ut hoĩem cõſiderare dẽt ſed ut Deũ pro cuius amore hoĩ ſubijcitur.p.160.1.
Subditi qui ex ſtatuto,uel conſuetudine pro filia Dñi maritanda contribuere tenentur,an pro uidua etiã maritanda obligentur.pag 356.col.2
Suffragia & nota in capitulis occulta ferenda.p.183.c. col.2.

Sum-

Sumptus ſuperflui in victu,& veſtitu an fiat.p.m.392.c.1
Superhumerale Epiſcopi quid ſignificat.p.343.1.& 393.1
Superiores tàm eccleſiaſtici,quàm regularis prudetia in quo conſiſtat,p.316.c.1. Quo peccet indignos,& & non idoneos ad confeſſiones audiendas,& cócio- nes habendas admittens.ibid col.2
Superiores regulares non perpetui,ſed tpales eſſe de- bent.298.2.Eorum gubernatio qualis eſſe dèat.ibi.
Superiores religioſi fugitiuos requirere tenent.390 2
Superioris regularis officium.p.269.col.1.& 270.c.1. An ſubdito concedere poſſit vt peculium quod ex li cētia tenet in quoſcūq.vſus expēdere valeat.321.2.
Superiores regulares non debent in feſtis ab Epo indi ctis famulos ſuos in operib.ſeruilib.occupare.385.1
Suſpenſio indulgentiarum plenariarum cur in anno S. fiat.pag.210.col.2. Suſpenſus à Confeſſione tpe Iu- bilei an hītē venialia peccata audire poſſit.346.1.
Suſpenſionis cenſura non niſi pro graui culpa incurri- tur.pag.120.col.2
Suſpenſio generatim lata Epos non cōprahēdit.334.1
TAciturnitas,& ſilentium an in Epiſcopo damna- bile ſit.pag.295.col.1.& 2.
Taciturnitas in Capitulis,& Congregationib. ſeruan- dā,pag.184 col.2.Eius cautiones.ibid.& col.ſeq.
Tactus inhoneſti quomodo probentur.pag.123.col.2.
Tempus celebrationis miſſarum an poſſit praeueniri. pag.348. col.1
Tereſia pro Verbi Dei Euangelizatoribus preces apud Deum fundebat.pag.202.col.2
Tertiariam ſororem carnaliter cognoſcens an ſacrile- gium admittat.p.364.col.2. An ipſæ Tertiariæ,quas Beatas vocant,priuilegio canonis ſi quis ſuadente gaudeant pag.364.c.2. An votum aſſumendi earum habitum ſit uotum religionis.ibi.
Teſtamentum eſt humanus actus,qui ab homine ſanæ mentis explicari debet.pag.71.col.2. Exemplum inſani teſtatoris.ibi. A moniali ante profeſſionem facta an ab eo mutari poſſit.pag.291.col.1.& 2. Nuncupatiuum ſolumne in foro conſcientiæ valet.p.284.c.2. An reuocari poſſit..pag.291.col.1.Quo condendū. pag.394.col.1.Et quædam propria lex.p.249.c.2.
Teſtamentum clerici cum duobus tantum teſtib.& Parochi præſentia valet.,pag.152.col.2
Teſtamentorum executores an,ad manifeſtandum te ſtatorum mentem cogi ab Epo poſſint.p.307.col.2.
Teſtamentorum Executores an religioſi eſſe poſſint. pag.378.col.2.Teſtamenti executio facta ſine Supe riorum licentia an valeat.ibi.
Teſtator prohibere nequit,vt Eps circa executionem eorum quæ ad pium vſum relinquuntur non ſe intro mittat.278.2.Teſtator cuius voluntas vim legis habet,poteſt in limine fundationis capellaniæ quas vult conditiones apponere,pag.139.col.1. [illegible] non poteſt ut leges in ſuo teſtō non habeāt locum.pag.138 [illegible]
Teſtatoris priuata diſpoſitio generalem legum diſpo- ſitionem immutare nequit.pag.159.col.1.
Teſtatoris voluntatem quomodo interpretari poſ- ſumus pag.137.col.1.
Teſtari an poſſit religioſus Eps.pag.247.c.1.& 2
Teſtatorum voluntates etiā ſolo verbo cognitæ,& nōn ſcriptæ in conſcīā exequendæ ſunt pag.284.c.2.&2
Teſtari an clericus beneficiarius poſſit.pag.200.col.1 Teſtamentum mutare aliquem cogens quo charita tem,ac iuſtitiam lædat.pag.306.col.1.& 307.c.1.
Teſtari an poſſit clericus filiusfam..pag.152.c.2.
Teſtes infames,excommunicati,ac criminoſi an in fi dei fauorem admittantur.pag.161.col.2 Teſtes ſingulares an [illegible] probent.ibi.col.1
Teſtes item priui [illegible] tenentur.ibi.
Teſtimonium religioſi in rebus ad ſuum [illegible] pertinentibus valet.pag.348.col.1
Teſtis vocis ad [illegible] matrimonium ſufficit. pag.81.co.2.
Theologalem præbendam habens an dum legit in Ca thedrali quotidianas diſtributiones lucretur.200.1. An in peccato mortali legens [illegible].ibi.col.2
Theodoſij Mauritij Imper.filij erga ſacram Euchari- ſtiam in morte pietas.p 53.col.2.
Theologi in conuentu alijs gradnatis præferendi.p.5.2
Theologus in Cathedrali conſtituendus, qui clerum, & populum in caſibus conſcientiæ, & eccleſiaſticæ diſciplina inſtituat.p 197.col.2.Eius munus in con ſulendo.pag.200.col.2
Tonſura clericalis an abſq.confirmatione conferri va leat.p.311.c.2.
Tormentum manuarium ſeu archibuſettū menſura duorū palmorum breuiorem deferens an in excom municationem incidat p..325.col.1.
Tribulationes quid infidelium animis efficiant.215.1.
Triennij tempus ad experiendum an impotentia in coniuge ſit perpetua à iure conceditur.p 93.c.1
Triennalem familiaritatem an Eps ordinate poſſit 291.2
Tributum ex meretricio quæſtu collectum improba- tur..pag.391.col.2
Trinitatis ſanctiſſimæ expreſſio in confirmationis col latione neceſſaria pag.275.col.2.
Tutela quotuplex ſit.pag.148.col.1. An religioſus eam ſuſcipere poſſit.ibid.
Tutoris obligationes.pag.146.col.1
VAcatione parochialis eccleſiæ occurrente quid agere debeat Epiſcopus.pag.359.col.1
Vanagloria quando ſit peccatum mortale,aut venia- le pag.307.col 2.
Variatio ſitus in copula coniugali quando ſit peccatū. pag.366.col.1 & 2.
Vectigal an clerici ſoluere teneantor.pag.310.col.1
Vendere antiquis [illegible] locum pro extruenda capella ſitus pro eccleſia.pag.147.col.2
Verecundia quomodo confeſſioni ineſſe debeat.p.27. col.1
Verbum,Volo in vltimis voluntatibus an diſpoſitio- nem inducat.pag.48.col.2.
Vicarij iuriſdictio an morte Epiſcopi expiret.p.44.2.
Vicarij Epiſcoporum an [illegible] teneantur. pag.[illegible]
Vicarius Epiſcopi dicitur ordinarius,& vnum tribunal facit cum Epiſcopo.349.col.2.& 350.col.1.
Quot modis eius poteſtas ceſſet.ibid.
Vicarij Epiſcopi neceſſitas,& vtilitas.pag.[illegible].col.2.
Quid agere poſſit.ibid.
Vicarius Epiſcopi [illegible] ad vnum, vſum pium in alium commutare poſſit.pag.296.col.[illegible]
Vicarius cum Epiſcopo vnum tribunal facit.258.
Epo excōicato an iuriſdictionem exercere valeat. pag.256.
Vicarius Epiſcopi an facultatem abſoluendi à caſib Epo reſeruatis delegare poſſit.p.117.col.1.& 2
Facit vnum Tribunal cum Epiſcopo.ibi.
An Epo commiſſa exequi poſſit.p.106.2. Et quid de Vicario Capituli.ibi.

Viduæ

Vidua an per anni ſpatium ob mariti mortem ſe domi continere valeant. pag. 391. col. 2.
Viduæ an in monialium monaſterium admitti poſſint. pag. 321. col. 1
Miſerabiles perſonæ dicuntur, & ſub Epiſcopi cura degunt. pag. 323. col. 1
Viſitationis Epiſcopalis vtilitates. p. 264. col. 1. & 267. 1
Viſitationis ſubiectũ.1. quinã ab eo viſitari poſſint. ibi.
Viſitatio quomodo fieri debeat. pag. 265. col. 1. & 2. Eius finis. ibi. Quid in viſitatione regularium obſeruandum. pag. 267. col. 1.
Viſitator an ſub pœna excõicationis cogere poſſit hoĩes ad reuelanda delicta. pag. 265. col. 2
Non de facile contra *Prælatum* accuſationes admittere. ibi.
Vir an dimidiam partẽ dotem lucretur ſtante ſtatuto, vt ea ſine liberis decedente eam partem acquirat vxilla incognita, vel non conſummato matrimonio moriatur. pag. 179. col. 1.
Vir an poſt matrimonium ratum, ſed non conſummatum maritus in fauorabilibus dicatur p. 179. col. 1.
Virginitas an amittatur à fœmina per vim cognita. pag. 364. col. 2. Quomodo amittatur 298. col. 1.
Virgo corrupta an in monialem conſecrari poſſit. pag. 298. col. 1.
Virgo conſecrandã quam ætatẽ habere debeat ibi. c. 2
Vitia S. Euchariſtiæ aduerſa. pag. 51. col. 1.
Vota ſicut & iuramenta ſi in præiudicium tertiæ perſonæ vergant, non diſpenſanda, nec commutanda ſunt. pag. 190. col. 2.
Votum vt eſt impedimentũ matrimonij quid ſit. 82. 2.
Votum caſtitatis an matrimonium impediat, ac dirimat. pag. 86. col. 1. & pag. 96. col. 2
Et mortuo coniuge an aliam ſine diſpenſatione accipere poſſit. pag. 86. col. 2
Quid Parochus tali voto ligato interroganti an matrimonium contrahere valeat reſpondere debeat. ibi Huiuſmodi matrimonia infelicia. ibi.
Votum frangens quõ à Deo puniatur. p. 96. col. 2.
Votum dubium an adimplere teneamur. p. 102. col. 2.
Votorum commutatio difficilis, ideo caute facienda. pag. 102. col. 1. & 2.
Votorum emittendorum occaſio. ibi. col. 2
Vota an quis propria authoritate ſibi cõmutare queat p. 121. col. 1. & 2. An ſine cauſa diſpenſari, vel cõmutari poſſint. pag. 123. col. 1.
Votum perpetuæ caſtitatis an ab Epo diſpenſari poſſit. pag. 124. col. 1. Votum aſſumendi habitum Tertiariorum non eſt uotum religionis. pag. 364. col. 2
Voti memor tempore Iubilei illud tamen commutari noluit, nec ſuper illo diſpenſari, an poſtea à Confeſſario diſpenſari poſſit. &c. pag. 124. col. 1
Votum ſolemne an à ſimplici [illegible]
Votum peregrinationis ad ædiã Lauretanam [illegible] pag. [illegible] col. [illegible]
Quid item de voto Hieroſolymitano terræ ibi.
Votum de non [illegible] mulier [illegible] includat. pag. [illegible] col. 2.
Votum caſtitatis communi conſenſu emiſſum facit licite à toro coniuges ſeparentur. pag. 128. col. 2
Votum magis obligat quam ſimplex promiſſio homini facta. pag. 137. col. 1.
Votum vel iuramentum de nõ acceptando Epiſcopatum, an valeat. pag. 228. col. 2
Votum de ſeruando aliquo feſto à populo emiſſum an perſonale dicatur, & regulares obliget. 385. col. 2.
Votum de dando 200. puellæ ſi religionem ingrediatur an adimpleatur ſi in Congreg. Vrſulinarum aſcribatur. pag. 256. col. 2. & 257. col. 1
Quid ſi non ingrediatur, ſed ad ingreſſum ſe præparet, & ſit in ſtatu ingrediendi an illa 200. habere debet. ibid.
Votum ingrediendi religionem vbi regulam non ſeruatur non valet. pa. 381. col. 2
Votum de ingrediendo religionẽ an ad ibi permanendum, & profitendum obliget. pag. 386. col. 1
Vouens ſe iterum officium recitaturum dum illud recitat, an teneatur ad fructuum reſtitutionem ſi poſtea non recitet. pag. 176. col. 1
Vouens tradere calicem &c. an teneatur alia dare ſi ante traditionem domi ſuæ ſine furto ſublata. pag. 144. col. 1.
Vnguenta an clerici ſuum deferre poſſint. p. 157. col. 2
Vſurarius ex vnico actu quis non dicitur. pag. 378. c. 1
Vſusfructus religioſo relictus illo mortuo ad quẽnam tranſeat pag. 290. col. 1. & 2.
Vſus chori eccleſiaſtici, & regularis quam antiquus, & eximius ſit. 192. 1, & 193. 2. Eius cultus curãdus ſi in temporalibus Deum propitium cupiunt. p. 193. c. 2
Vxor an de bonis mariti eleemoſynam facere poſſit. pag. 180. col. 1
Vxor tranſit in poteſtatem viri pag. 89. col. 2. & 90. 1.
Dubitãs de morte ſui coniugis abſentis quando nubere poſſit, & debitum reddere. pag. 106. col. 2
Vxor quomodo quartam in mariti prædefuncti bonis habere debeat. pag. 152. col. 1
Vxor omnia viri [illegible] pro dotis conſeruatione hypothecata habet. p. 354. col. 2
Vxor ob dotem non ſolutam expelli nequit. p. 82. c. 2
Vxor cur malum neceſſarium dicatur. pag. 88. col. 1.
Quæ habet virum impotentem, & inutilem vidua, vel viro orbata dicitur. pag. 93. col. 2.
Vxoribus demerito [illegible] ſæuitia conquerentib. ac ideo diuortium petentibus non facile credendum. 97. 2
Vxorum bonitas maritorum vitijs medetur. ibid.
Vxor quando Iudicis decreto à marito diuertere poſſit. ibid.
Vxor morigerata eſt ſatis dotata. p. 98. c. 2
Vxor nimis dites ducenda non eſt. pag. 107. col. 1
Vxorem ſecundam ducens prima adhuc viuente, quã pœnam contrahat. pag. 108. col. 1
Zelus indiſcretus vitium eſt. pag. 37. col. 2. 380. 1.
Zelo ſcientia, & prudentia ineſſe debet. p. 388. 1 & pag. 56. col. 1
Zeuſis ſapiens reſponſio. pag. 82. col. 1
Zelotypia quam damnoſa ſit. p. 109. col. 1.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

G55.

Digitized by Google

Digitized by Google